
M

Aus der Bibliothek
des
Dr. WOLFGANG MENZEL
in
STUTTGART.
1874.

Mich. Mayer

12 Vol. reliez en parchemin 4160 5 —

H345



Ne extra hanc Bibliothecam efferatur. Ex obedientiâ.

SERENISSIMO FERDINANDO II. MAGNO DVCI HETRVRIÆ.

MARCVS ANTONIVS BERNIA FELICITATEM.

LABORANTIS Naturæ Monstra, infelici hucusquè vtero luctata, & tandem posthuma quadam vi fœcundissimi ingenij ad litterarium partum maturata, immortalem tuam lucem (Princeps Serenissime) Lucina qualibet clementiorem implorant. Nec dedecet sanè tuæ Fortunæ Principem, huiusœmodi Monstris admiratione obstetrice nascentibus, fauere: soles quippè ferocioris ingenij portenta vndiq; exquisita ad maiestatis argumentum caueis innutrire, & ad liberale comitatis spectaculum theatris exhibere: ade ovt in ipsis ferarum stabulis, Africa, iam penè ferocitatem dedocta, mitiori sub Sole, tibi mitior ancilletur. Hęc verò Monstra, quæ tibi prælo gementi Natura enititur, non Africa sola concepit; neque enim ad solos Africæ fontes degeneri amore peccant Animantia: sed quælibet tellus phlegræa molitur monstra, si Cęlum habeat inimicum. Quot portentis falaci quadam fœcunditate scateat Mare, ex vno Proteo, numeroso scilicet Monstro, liceat coniectare. Aer quoquè, & si purior enitescat, sæpè Maris, terrarumquè halitu obnubitur, & ex aerea Iunone suos creat Centauros. Ipse olim desœcatus Ignis, ex quo nobiscum enutriri cępit, suosquè inter cineres stabulari, ad innumera propemodùm Monstra vertatur; vt meritò dolcant Mortales, nullis vnquàm aquis pernicioſum Promethei ignem expiari potuisse

tuisse. Vniuersa igitur Monstra, quæ elementorum vitium, & cæcus causarum error produxit, noster Aldrouandus, Bononiensis Athenæi æternum decus, hoc vno volumine, studio feliciter pertinaci, concepit: quam fortasse laudem nemo hucusquè omninò attigit. Et debuit sanè Vlysses, Laertiadi solertia non impar, virtute maior, tot Monstra primus euadere. Verum eruditissimus Auctor, lucem illam, quam ipsi inuidit mors, senio quidèm matura, sed votis omnium acerbissima, suo operi impertiri non potuit. Vixit tamèn ergà Patricium Ciuem, ac primarium Magistrum superstes apud Patriam Amor, qui ad sepulchri lucernam elucubrare non destitit, quousquè Bartholomęi Ambrosini Doctoris egregij studio, rudem fœtum accuratiùs digesserit, & ad posthumum partum properauerit. Nascitur tandèm Famæ maturum opus, post ipsum sui Auctoris funus: vndè nõ immeritò immortalitatem sibi auspicari posse videtur, cum inter sepulchri latebras clarissima habeat incunabula. At omnia inauspicata prætendunt nata non sine prodigio Monstra. Esto: sed malum omẽ auertimus opportunè, cum ea faustitatis miraculo consecramus. Tuo videlicet nomine (Princeps sapientiss.) nomine inquam tuo, quod Amplissimæ Familiæ fastis inscriptum, cum omnes auitæ gloriæ characteres, seu integerrimæ Religioni, seu bellicæ virtuti, seu Pacis studijs positos secum referat, nigram quamlibet mali ominis notam potest insita felicitate obliterare. Scitè igitur huius operis diuturnitati consului, quando illud auspicatissimi tui Nominis immortalitati dicaui. Vnum superest (SERENISS. FERDINANDE) vt quemadmodùm cæteri exorbitantis Naturæ deliria libentiùs obseruant, quam tritos semper ijsdem rotis sulcos, tu quoquè Monstra, hoc volumine quodam veluti compendio complicata, humaniùs accipias; sicuti insolitum munus non solitę obseruantię indicio offerre posse gratulamur. Atq; hinc poteris tuę Hetruriæ noua monstra exhibere, quæ si olim aruspicinam excogitauit, vt victimarum exta examinaret, & ex latentibus portentis penitiora fatorum arcana portenderet, perspicaci numquam ingenio hebescere potuit, quin tandem transmissa per tubum acutissima acie syderea etiàm Monstra felicissimè lancinaret, fidelissimè exploraret. Et diuinare iuuat quid ex hac monstrosa fœtura, tua Aruspica de te poterit diuinare. Te Alcide non deteriorem fore fortitudine, meliorem fortuna; cum tibi nascantur Monstra, quę potentiam non reformidant quidèm, at ex ea sibi amabile patrocinium pollicentur. Te futurum, hoc bellaci seculo, litterarum Assertorem; quando ipsa Monstra, inter characteres procusa, magno rei litterarię vertas emolumento. Et sanè fortiori numquam præsidio Pacis studia obfirmanda fuere, vt hac nostra ferrea ætate, qua ferro Pax vndiquè oppugnatur: nec illud opportuniùs aliundè expectandum, vt à Medicea Familia, apud quam profugæ sępius nostro ex orbe musę, ex sententia crediderim Anaxagorę, alios orbes inuenere, quò profugerent: nec à quopiam alio faciliùs obtinendum, quàm abs te (Princeps Sapientissime) Tu interim nascentia hæc Monstra, tuo nomine inscripta, serenissime frontis omine dignare; hinc etenim fas erit gratulari, me nihil vnquam Monstris auspicatiùs habuisse. Et iam, vt reor, voti apud te reus, votum aliud apud Deum immortalem repono: ut ea semper felicitate floreas, quę tuarum Virtutum merita deceat. Nec tibi meliora optare possum; illa siquidem maior esse nequit, cum hęc maxima feceris. Vale.

Magnus es tu, & Magnum nomen tuum in fortitudine.
Ierem. cap. 10.

SERENISSIMVM, ET INVICTVM

FERDINANDVM II.

MAGNVM HETRVRIÆ DVCEM

In dedicatione Operis Monstrorum.

BARTHOLOMÆVS AMBROSINVS
hoc Tetrasticho veneratur.

QVid TIBI MONSTRORVM monstrat genus omne dicatum?
Monstrat, quòd MAGNVS DVX fera MONSTRA domat.
MAGNVS Alexander furialia MONSTRA subegit;
Quæ MAGNVS potuit, MAGNVS & ipse potes.

BARTHOLOMÆVS AMBROSINVS

Benigno Lectori S.

EFfluxit penè secundum lustrum, Lector inclyte, quo Illustris. Reipublicæ Bonon. Senatus firma virtutis tutela, cui semper cordi est illud aureum assertum, Σοφία ἰσοτέλειαν ἐπαίνῳ, nullo meo merito, sed mera sua humanitate, me ad publici custodiam Musæi eligere dignatus, honestũ stipendium laboribus meis opitulaturus constituit, memor illius distichi

Est labor ingratus, quem debita præmia fallunt;
Quid graue non fiet, spe sine, si leue sit?

Magnum quidem temporis spatium est, si meta humanæ vitæ consideretur, exiguũ profectò, si tot, & tanta opera ex Musæo promẽda, & à cunctis studiosis desiderata perpendantur: cum tamen multa, meo labore & studio, quæ in Musæo, veluti in tenebris iacebant sepulta, vt oculos, & animum pascas, quotidie in lucem prodeant. Solent igitur, qui publicandorum operum nauant operam, in primæ voluminis facie, quamdam diffusi sermonis speciem præmonstrare, illamq; tanquam totius libri medullam Lectori prægustandam offerre. Verùm in præsentia id præstare mea non interest; dum ordinis ratio totum patefaciat. Tibi tantummodò polliceor historiam hanc vtilissimam, & cunctis gratissimam fore; cum eam præsertim, vt aliquã negligentiæ notam euitarem, Paralipomenis historiæ cunctorum animantium locupletauerim. Itaque lege lubens hoc opus, cum eius te accendere amore non sit opus, cuius desiderio te conflagrare manifestum est. Fruaris, inquam, hoc libro oportet, cuius vtilitas cum voluptate certat: nam si te gratum sensero, alia, atque alia, Deo dante, posthac meliar: cum adhuc Fossilium, & Plantarum icones in publico Musæo diligenter custoditæ, in classes digerendæ, & historijs decorandæ supersint, quarea dissimulare nolo futurum fortasis, vt menda non pauca deprehendantur, quæ vt mitius damnentur, te etiam, atque etiam rogo: quandoquidem, ob incuriam & inscitiam Typographorum, euitari quodammodo minimè possunt. Vale. Et temetipsum hoc disticho solare.

Quod docet istud Opus Monstrorum, perlege Lector,
Inuenies passim, quę nouitate placent.

V.D.Octauianus Finatius Cler.Reg. S.Pauli,ac in Metrop.Eccl. Sac. Pœnit. pro Eminentiſs.& Reuerendiſs.D.D. Principe Card. Columna Archiepiſc.

Imprimatur

D.Hieronymus Bendandus Caſinenſis,S.T. Doct.public.& Conſultor S.Off. pro Reuerendiſs.P.Inquiſit.Bonon.

Summa Priuilegij S.Cæſareæ Maieſtatis.

PRiuilegio Sacræ Cæſareæ Maieſtatis cautum eſt, ne quis aliquam Hiſtoriarum Vlyſſis Aldrouandi Bonon. quæ agunt de animalibus, & per conſequens,etiam de Monſtris, in toto, vel in parte abſque voluntate, & proprio Authoris,aut eius hæredum conſenſu,intra decennium,à die quo abſolutum fuerit volumen inchoandum,recudat,aut alibi recuſam vendat, ſub pœna quotieſcunque deprehenſus fuerit,priuationis omnium librorũ, & decem marcharum auri puri,prout latiùs patet id dyplomate Cæſareo dato in arce regia Pragæ,die prima Aprilis,anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono.

Rodulphus Imperator.

Rodulphus Coradutius.

Ad mandatum Sacræ Cæſareæ Maieſtatis proprium
Io.Barnitius.

VLYSSIS ALDROVANDI PATRITII BONONIENSIS MONSTRORVM HISTORIA.

ORDINIS RATIO.

G VNCTORVM inuulgatis animantium moribus, & naturis, phyſica miracula nomine monſtrorum vulgò nuncupata, in aſpectum publicum modò producenda ſuccedunt; quę aliquando contingere, explorata faretur veritas, & potiſſimùm quando, non iuxta conſuetam naturæ normam, peregrina quædam, vel toti generatorum corpori, vel eiuſdē partibus (ſiuè de homine, ſiuè de brutis, ſiuè de plantis verba fiant) figura, vel character imprimitur. Non enim hæc authorum ſunt deliria, vel ſomnia, qui fucata perſuaſione, arbitrio ſuo, mōſtra delireare velint: quandoquidem de his quotidiana nos certiores facit autopſia. Idcirco pro comperto affirmandum eſt, quòd humana curioſitas vaſtiſſimam generatorum ſolitudinem peruagans, interdùm in aliquid naturales excedens leges, & nouitatem pariens incidat: vnde tunc inquietò ſciendi appetitu exagitata, ob illud ignotum, graui admiratione neceſſario detinetur. Nos igitur in præſentia ad hanc obliterandam admirationem, ad exterminandam ſciendi appetitionem, & deniq. ad recreādam nouitatum famem, abdita naturę atria innumeris decorata iconibus pandere decreuimus. Sed cum rectum ſui, & obliqui index, & examen eſſe perhibeatur, operæ pretium eſſe videtur, ſi prima fronte perfectam hominis conſtitutionem paucis complectamur verbis, non ſolum vt deinceps errata naturæ euidentiora legentibus innoteſcant; verùm etiam ne humanis prærogatiuis hæ noſtræ hiſtoriæ careant. Deus enim in ipſo corporis humani creationis initio, immortalis vitæ ſpiraculum, nempe animam inſufflauit, qua tanquam rationali Duce regeretur, ſuperna meditaretur, & ſenſibus dominaretur. Denique in rebus etiam inanimis, admiranda aliquando eueniunt, ſuarum naturam cauſarum non referentia, veluti varia aquilarum, ſeu aliorum animantium, vel equitum ſimulacra in aere apparentia monſtra cœleſtia à nonnullis appellata; quorum etiam mentionem perpulchris exornatam imaginibus, hiſce hiſtoriarum monumentis mandare ſtatutum eſt.

Monſtra attinent ad animalia, & plantas.

H *Sciendi appetitus mirabilis.*

Monſtra animatorū.

Monſtra cœleſtia qua.

DE HOMINE Cap. I.

ÆQVIVOCA.

Primus hominis ſignificatus.

NOMEN hominis ſimpliciter prolatum hominem ex humano corpore, & rationali anima integratum deſignat, ideo, in hoc intellectu, vir non vulgariter eruditus, nec non in tenebris inſcitiæ verſans, immò infans, & adultus comprehenditur. Amplius hominem interdum appellamus, qui perfectum corporis incrementum eſt aſſecutus: vnde ab hoc ſignificatu puer, & adoleſcens excluditur. Præterea, nomine hominis, vir quandoquè ſumma præſtans eruditione denotatur: quare hæc vox ineruditum, & infantem explodere videtur. Cæterùm cum hæc vox (homo) apud Latinos ſit promiſcui generis, non ſolum hominem maſculum, verùm etiam fœminam nempè mulierem ſignificabit. Hic autem ſenſus ſacris Biblijs eſt admodum familiaris, vbi hæc vox (homo) ſingulari prolata numero, vt plurimum grato animo, ſed numero multitudinis, oppoſito modo accipitur; & quamuis apud Mattheum legatur, homo inimicus, nempe Diabolus ſuperſeminauit zizaniam, nihilominus id ratione epitheti additi factum fuiſſe aſſeueramus. A

Homo promiſcui generis cap. 15. B

Homo herba quæ fit.

Botanici herbam quandam paſſim Balſaminam fœminam nuncupatam, hominem indigitant, quia caules plantæ adeò craſſeſcant, vt homūcionem perbellè ęmuletur. Pictores quoq. & Cœlatores delineatum, vel ſculptum hominis ſimulactum, hominem nominant; Apud Platonem, ex Ficino, homo nonniſi vis animæ in ratione, & ſenſu poſita, à veteribus Theologis anima nuncupata, exprimitur. Hinc nonnulli non immeritò hominem interiorem animam, & corpus hominem exteriorem nominarūt. Dialectici in ſuis propoſitionibus hominem pro ſpecie ſpecialiſſima collocant ideoq. apud ipſos propoſitio indefinita, cuius minor extremitas ſit vox (homo) ad vniuerſalem reducitur propoſitionem: ſicquè intelligendus eſt Apoſtolus ſcribens ad Corynthios: quando inquit. *Probet autem ſe ipſum homo*, licet aliquando prædicta vox Indiuiduum ſcilicet aliquem particularem deſignare poſſit: hunc enim intellectum legimus in ſacris litteris, *Homo non erat, qui operaretur terram*. Tandem ſi huic vocabulo (homo) aliquid addatur, adhuc varias ſortitur ſignificationes: ſiquidem homo alicuius dicitur, qui alterius obſequio addictus eſt. Quamobrem in ſacris paginis, homo Dei, interprete Oleaſtro, Propheta exponitur; quoniam Prophetæ diuino miniſterio eſſent mancipati. At Diuus Auguſtinus corpus appellauit hominem mundanum. Ficinus verò, per hominem igneum, Dæmonem intellexit. Paulo ſcaligero hominis magni nomine, mundus intelligitur, quia viciſſim, mundi parui nomine, homo deſignetur. C

Homo intelligens, & exiſtens. Lib. 1. c. 11.

Geneſi c. 5.

Lib. 3. Reg. c. 13.

Li. 8. de Ciu. Dei c. 4.

Homo mundanus.

Homo igneꝰ

Homo mag.

Homo paruus.

Homo altus chymiſtarū.

Deniquè Chymiſtæ cucurbitam cum ſuo alembico, nempe vas Philoſophorum, hominem altum, vel hominem galeatum nominant. Quamuis apud ipſos metalla quoq. dicantur homines quapropter in ipſorum libris, homines interdum in Dæmones, & Dæmones in Deum tranſmutari perhibentur: quando ſcilicet homines, nimirum metalla imperfecta in Dæmones, nempe in argentum, & tandem in aurum ab ipſis vocatum Deum transformantur. Pariter apud Græcos ἀνὴρ, quemadmodum vir apud latinos, varijs modis vſurpatur; interdum ſimpliciter pro ἀνθρωπος accipitur; quandoquè hæc vox maſculum, nec non euiratum, ad differentiam Eunuchi, item hominem in virili ætate conſtitutum, identidem virum ſtrenuum, & fortem, immò etiam maritum ſignificat. D

Hominis nomina Græca

SYNONYMA, ET ETYMVM.

ANTIQVI omnes vno ore confirmarunt hoc vocabulum (homo) sine aspiratione nulla ratione esse proferendum: propterea Diuus Augustinus hoc meditatus dicebat; Mirandum esse quomodo filij hominum pacta litterarum, & syllabarum à maioribus accepta diligenter obseruent, deinde pacta æterna salutis perpetuæ negligant. Vnde Isidorus hominem fortè ab humo deriuauit; cum legatur in Genesi, hominem de humo, nempe de limo terræ ab opifice omnipotenti fuisse creatum. Huic sententiæ assentitur Varro; dum inquit humo humorem siue terram caliginosam signari, quæ mollis, & tractabilis est, ideoq. facillimè rotam figuli sequitur; vt homines, no minis etymo, ad nutum, & imperium summi Dei, circumducendos esse intelligant. quamuis alij velint hominis etymologiam ab humo minime esse deducendam; quia hæc omnibus animantibus est cõmunis. Placuit igitur aliquib. hoc etymum à verbo Græco ἐμέτειν scilicet concordia esse desumendum; cum homines inter cætera animantia, concordiæ, & consortij vinculo maximopere connectantur. Nisi velimus cum Goropio asserere, in prima lingua hominem vocatum fuisse Hoomoet, quę vox animum altissimum homini inesse indicat.

Li. 1. cõfes. cap. 18.

Homo vnde dictus.

Lib. 7. Hermath.

Aliter homo vocatur etiam vir, vel à vi, vel à virtute, tum animi, tum corporis; qua mirandum in modum pollet.

Apud Hebreos multa sortitur nomina, in primis appellatur Adam, terra, Gheber, ortis, Methim, mortalis, Enos, obliuiosus, & fragilis & tandē, Ish, vir, in qua dictione est Iod littera, & nota diuinitatis, qua, iuxta sententiam Burgonij, ab homine, masculo Deus inuestigari potest, quæ littera in nomine mulieris Issah non inuenitur; hac de re mulieri sacramentorum administratio inhibetur. Itaquè Ish exponitur vir, nimirum virtute præstans à verbo Ish fortem denotante. Immò Græci ab hoc vocabulo verbum ἰσχύω, idest viribus polleo deriuarunt. Addit Goropius hominem nuncupari etiam Mensch, quæ vox liberi arbitrij hominem esse indicat; cum, Mensich, ducens se ipsum exponatur.

Hominis nomina hebraica.

Lib. 14. hieroglyph.

Apud Græcos legitur ἄνθρωπος, vel à verbo ἀναθρέω attentè considero, & contemplor; quia solus homo inter animantia, quod videt, attentè intuetur, & meditatur. Vel ex mente Etymologi, παρὰ τὸ ἄνω ὁρᾶν; quia homo ad alias comparatus animantes sursum aspiciat. De hoc non inconcinnè canebat Ouidius.

Hominis nomina Græca

Pronaque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cælumque videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

Lib. 1. Met.

Hoc enim factum est, vt Deum cognosceret, non autem, vt, vrna terebrata, aquã ferret; quòd hominis Deum neq. timentis nequè cognoscentis symbolum esse perhibetur. Idcirco tunc possemus sic canere.

Quid mentem trãxisse potè? quid profuit altum
Erexisse caput?

Aliter Græcis dicitur ἀνὴρ à verbo ἄνω, vel ἀίνυμι perficio; cum homo animal sit perfectissimum. Quamobrem vocitatur etiam μικροκόσμος quasi paruus mundus, quoniam, teste Galeno, tantum artificium in constructione hominis, & aliorum animalium, quantum in mundi opificio obseruatur: idcirco Aristoteles, & Auerroes hominem, & cæteras animantes minorem mundum indigitarunt. His addamus, cerebro hominis, in quo ratio, & mens residet, repræsentari Cœlum Empyreum, vbi diuina residet maiestas: deinde à capitis parte imaginatiuam, & cogitatiuam continente, sphęras, & intelligentias, & à sensitiua Dei ministros referri, & indicari. His addimus, quòd tot faciei ianuæ per quas rerum species sensus admittũt, septem planetas æmulantur. Nam, si Cœli oculos Solem, & Lunam vocamus, oculi pariter humani Solem, & Lunam repræsentant. Os, in quo venustas vultus consistit, Venerem refert, Iouem, & Mercurium Nasus; cum is pro Iouis sceptro, & pro Mercurij caduceo sumi possit. Saturnum tandem, & Martem aures, ob siccitatem, præ se ferunt.

Homo paruus Mũdus

Homo æmulatur vniuersa quę in mundo sũt.

Næui deniquè, & cæteræ naturales maculæ per faciē diſperſæ cæterarum Stellarum octauæ ſpheræ gerunt ſimilitudinem.

Immò partes humanæ, per quas excrementa truduntur, illas æmulantur tenebras, ad quas mali Angeli, & improbi homines tanquam mundi fæces deſtinantur. Amplius homo ex D. Auguſtino, eſt cum lapidibus, vegetat cum plantis, ſentit cum brutis, & intelligit cum Angelis. Inſuper, authore Georgio Veneto, dum homo diuinam interprætatur mentem, munere Angeli fungitur, dum cunctis dominatur, quibus præſidere ei conceſſum eſt, tunc Archangeli prærogatiuam participat, dum vires omnium ſubditorum complectens, eas vi quadam cœlica attrahit, tunc muniſ hoc Principatib. Cœleſtibus acceptum refert; quando virtute quadam aduerſus veritatis hoſtes corroboratur, hanc facultatem à Poteſtatibus, auxilium ad familiarem ſubigendum hoſtem à Dominationibus, opem ad proprium, & debitum perueniendi finem à Thronis, lumen concipiendarum ſupercœleſtium imaginum, à Cherubinis; & tandem ſingularem, erga diuina, amorem à Seraphinis conſequitur. Iuſtis igitur de cauſis à D. Ioanne homo mundus fuit nuncuparus: quando dixit. *Mundus eum non cognouit*. Italice dicitur homo Gallicè Homme, Hiſpanicè, El varon, Germanice Ein Mentſch.

Lib. Armen.

Homo variis munijs fungitur.

A

Cap. 1.

Mulieris ſynonima.

Homo fœmina Latinis vocatur mulier, quaſi mollier à mollitie, vt voluit Varro: Plerumquè hoc nomine intelligitur, quæ amplius non eſt Virgo: Cicero enim obiurgantibus nonnullis, quia ſexagenarius Popiliam Virginem duxiſſet, reſpondiſſe fertur, cras mulier erit, nihilominus, vt placuit Caio Iuris, Conſulto mulieris appellatione, Virgo etiam, nempe viri potens, & nubilis intelligitur. Vlpianus quoquè hoc vocabulum in vtroq. ſignificatu, tam pro virgine, quàm pro nupta vſurpauit.

B

L. quæritur. ff. de Edil. edict.

Nomina hebraica mulieris.

Apud Hebreos mulier vocatur Iſſah quaſi virago, quia de coſta viri ſcilicet Adami formata fuerit, vel quia viro opem eſſet allatura, aut quoniam animum, in familia regenda, minime mollem, ſed virilem exercere deberet, aut deniquè quia ratione prolis viro fuerit tradita. Alio nomine dicitur Necheuah à verbo Nachah excauauit, quoniam in mulieris vtero tanquàm in loco concauo proles ad debitum vſquè tempus delitescat: quamuis hoc nomen fœminis etiam aliarum animantium competat. Cæterùm vocabula Naſcim, & Eſcieth ſignificant quidem mulierem, ſed vt plurimum pro vxore, & coniuge vſurpantur.

C

Mulieris græca nomina.

Græcis mulier appellatur γυνὴ, quaſi γονὴ pariens; cum Euæ primæ parenti cæteras mulieres repræſentanti dictum fuerit. *In dolore paries filios*. Itali mulierem vocant Donna, quaſi Danno, cum damnum non vulgare humanæ proli attulerit: hinc poeta quidam hoc reſpiciens canebat.

Eſt mulier tanquam generalis regula: quare?
In multis fallit regula, ſic mulier.

Etenim in ipſo ſtatim creationis initio, pernicioſo detrimento, & funeſta pernicie, mundum affecit. Non eſt igitur mirum ſi quidam cecinerit ad rem.

Amiſit coſtam cauſa mulieris Adamus,
Vxoris cauſa perdidit ipſam animam.

Gallis mulier dicitur Femme, Hiſpanis Mugier Germanis Ein Meip Oder fraum

D

DIFFERENTIÆ.

Hominum duplex genus.

SATIS iam de ſynonimis ſcriptum, pergamus modò ad differentias: nam variam hominum indolem meditantes, in duplex hominum genus incidemus, quorum alterum indoctum eſt, & agreſte, quod ſemper antefert vtilitatem honeſtati; alterum logica naturali valdè imbutum, quòd rebus omnibus dignitatem anteponit; huic generi laus, honor, gloria, fides, omniſq. virtus illi autem alteri quæſtus emolumentum, & voluptas virtuti maximè inimica præponitur. Si diligenter ponderemus morum varietatē, tunc omnium animalium naturas, & vires homines ſubire obſeruabimus: quandoquidem horum alij ſunt truculenti, vt tigres, alij rapaces, vt lupi, alij immanes, vt ſerpentes, alij fortes, vt leones, alij timidi, vt lepores, alij inuidi, vt canes, alij ſordi-

di,

di,vt sues,alij natant,vt pisces,alij virulenti, vt viperæ,alij placidi,vt agni. Quamuis ex nonnullorum sententia, id ratione Climatis, vel horæ natalis contingere soleat; quoniam Indi quidam sunt mãsueti,Parthi,& Scythæ feroces, & feri, & potissimum Tartari. Nascentes in momento terremotus,timidi semper sunt & imbecilles. Nati verò tempore interlunij,iuxta mentem Aristotelis, vel non viuunt, vel admodum debiles esse solent. Cardanus verò hos atra bile laborare obseruauit. Si specimen acris,vegetiq. ingenij meditemur: proculdubio mares validiori constare mente, fœminas autem imbecilliori comperiemus. Id eleganter nos docuit Ouidius his versibus. *Differentia ratione Climatum.* *Differentia ratione ingenij.*

E

Vrimur igne pari, sed sum tibi viribus impar,
Fortius ingenium suspicor esse viris. *Epist.18.*

Immò viri ipsi inter se ratione ingenij valdè discrepantes esse videntur. Horatius id significabat his verbis.

----------Non omnes eadem mirantur, amantque
Carmine tu gaudes, hic delectatur iambis,
Ille Bioneis sermonibus, & sale nigro. *lib.2.Epist.*

Persius quoque idem videtur attestari quando cecinit.

Mille hominum species, & rerum discolor vsus;
Velle suum cuiq. est, nec voto viuitur vno. *Satyr.3.*

F

Rectius id expressit Propertius quando dixit.

Hic fatus ad pacem, hic castrensibus vtilis armis;
Natura sequitur semina quisq. suæ. *Lib.3 Eleg.*

Sed magis admirandum est quòd in vno & eodem homine diuersitas obseruatur ingenij id declarauit optime Ouidius quando scripsit.

Quod licet, ingratum est, quod non licet, acrius vrit,
Quod sequitur fugio, quod fugis ipse sequor. *Li.2.Amor.*

Hoc intactum non reliquit Catullus his versibus.

Odi, & amo,quare id faciam, fortasse requiris,
Nescio, sed fieri sentio, & excrucior.

Idem possumus attestari de aliqua cibi,potusquè specie, qua nonnulli interdum

G

summopere delectantur, cum ab eadem alij valdè abhorreant, aduertendum autem est huiusce modi proprietatibus individualibus nullo modo varias posse constitui species; cum hoc munus formis tantummodo subsãtialibus assignetur; quare,doctrina hac Philosophis demandata,ad perfectionem huius historiæ de varijs solum hominum figuris verba facere nostra intererit. Hæ autem hominum figuræ partim ab ore,naribus,oculis,auribus,labijs,situ capitis,pedibus,pilis,& pelle desumentur, hinc postea de hominibus Syluestribus, Satyris, Centauris,& similibus diserendi occasio sese offeret. Partim à magnitudine & sexu hinc natura Gigantum, Pygmeorum, & Hermaphroditorum examinanda succedet. *Differentiæ huius rationem figuræ.*

Quocirca varium apud Indos hominum genus, figura, deformatione, statura diuersum, quod sæpius in historijs Plinij vanum esse censuimus, iam fidem aliquam impetrauit,& posteaquam huius generis monstra iam nouus orbis ostendit. Fides tamen sit penès authores, quos in multis fide dignos inuenimus. Scribunt igitur,

H

circa fontem Gangis homines astomos,nimirum absq. ore, & excrementorum exitu versari,toto corpore hirtos,qui hãlitu tantùm,scilicet odore naribus attracto viuũt; cui opinioni Plinius adstipulari videtur,dum meminit gentis lingua carentis,& loco sermonis nutibus, & motibus vtentis. Immò Ioannes Mandauilla nominat Insulã Defracan,quam homines paruitanquam Pygmei colunt, & odore tantùm pomorũ Syluestrium victitant;ideoq.in partem remotam iter faciẽtes non solum pomorum, sed herbarum etiam odoriferarum hãlitu, tanquam commeatu,vtuntur. Præterea addit Solinus, aliquibus Æthiopum concreta esse ora, modico tantùm foramine, quo per calamos auenæ ad nutriendum corpus, liquorem hauriunt. Hoc hominum genus solebat deridere Strabo: nihilominus Diuus Augustinus hanc gentem memorat;præterquamquòd apertissimis etiam verbis id confirmat Isidorus. Quamobrem in gratiam lectoris huius gentis figuras in Musæo inuentas adiecimus. *Homines astomi vbi viuant.* *Cap.171.* *Cap.32.* *Lib.15.* *Lib.16.de ciuit. Dei cap.8.*

Num verò ἄστομοι populi,item βραχύστομοι prædictas colãt regiones,non facilè,vt

HOMO

ἄνθρωπος.



HOMO

Βραχύστομος.



credat quis adduci poterit. Nos tamen, vt veritatem fateamur non Aſtomos, ſed illos tantummodò parui orificij concedimus. Namq. obſeruatores, & illarum regionum exploratores, tam paruum os habitantium meditantes, tanquam nullum orificium fortè ſcripſerunt.

Homines ſine vbi. Præterea ad radices excelſorum Scythiæ montium quidam habitare dicuntur, qui non ſolum caluitiem habent naturalem, verùm etiam ingenti mento, & adeò ſimis naribus ſunt præditi, vt illis prorſus carere videantur. De his fortè ſermonem habuit Licoſthenes, quando meminit gentis loco naſi, exigua foramina habentis.

lib. 6. cap. 3. De labijs Plinius author eſt partem Orientis intimam coli à populis ſuperiori labro priuatis. At Licoſthenes in Chronicis, Nigritas deſcribens, eos proceræ ſtaturæ eſſe ſtatuit, cum labio inferiori ad pectus vſq. pendulo, vltra mẽſuram vlnæ, cuius pars interior, ob caliditatem climatis, facilem nancíſceretur putredinem, niſi ſale illi mederentur. Cadamuſtus poſtea, & Iſidorus conſpiranter cum alijs id teſtificantur. Nigritæ igitur ſic deſcribuntur. A

Nigritarũ deſcriptio. Hi populi ſunt nigerrimi, proceræ ſtaturæ, habentes labrum inferius ad pectus vſq. promiſſum, cuius interna pars rubore ita ſaturato eſt referta, vt aliqua exulceratione vexari videatur. ideoq. eorum dentes omnes noſtris maiores conſpiciuntur, immo duos habent reliquis eminentiores. Id totum ſequenti icone oſtenditur.

In fabrica humani corporis. Ad aures ſi conuertatur ſermo Veſſalius anatomicus inſignis narrat ſe, tempo- B
ribus ſuis, obſeruaſſe duos viros Patauij, quibus aures erant mobiles. Verùm inceſſit noſtro animo admiratio non mediocris de populis Faneſijs, ſiue Satmolis, vt Pomponius Mela, & Strabo recitant, quorum aures ita creſcunt, vt more veſtium, incedentibus, & more ſtrati, iacentibus famulentur. Quapropter Pigafeta ſcriptis mandauit Incolas Gilon Inſulæ iuxtæ Moluccas ſitæ auribus à natura eſſe donatos ad humeros vſq. propendentibus: immò huic finitimam memorat inſulam, cuius habitatores auribus tam magnis muniuntur, vt in altera iacentes, altera totum corpus tegant. Quamobrem, teſte Euſebio Ieſuita, nauigationes Hollandorum, & Anglorum, fidem faciunt homines inueniri Turanuchos dictos (aurem ſignificat hoc nomen, quemadmodum ſimilia ſpectacula in vetuſto orbe ab auribus ſtupendis nũcuparunt Enotocitos) quibus adeo prolixę ſunt aures, vt vſq. ad terram pendeant, & habitare verſus Californiam; quemadmodum in ſequenti figura conſpicitur. C

Homines auribus longiſſimis.

Lib. 8. hiſt. nat. cap. 1.

De oculis quid non ſupereſt examinandum? Gellius in primis ſcriptum reliquit homines eſſe tam mares, quam fœminas, quorum oculis duplex ineſt pupilla, qui in-

Differentia ratione oculorum. gentẽ irarũ motũ concipiẽtes, quos intuẽtur, interimũt. Hos etiam in Regione Illyrica, & Scytica ſtabulari author eſt Plinius. Sed noſtram mentem maior inuadit admiratio, dum homines ceruice carentes, & pectus oculis decoratum habentes contemplamur, quorum Plinius, & Solinus meminerunt. Hiper ſyluas Aſiæ vagantur, tectis velamento pudendis, & latiſſimo pileo humeris, ad arcendum ſolis ardorem, dum piperis non mediocrem colligunt quantitatem, quam exteris vendunt mercatoribus, Blemmias has gentes vocant. Qua in re facile credendum eſt Diuo Au-

Sermo. 37. guſtino, optimę, fidei authori, qui hæc habet. *Ego iam Epiſcopus Hipponenſis eram, & cum quibuſdam Chriſti ſeruis ad Æthiopiam perexi, vt eis Chriſti Euangelium prædicarem, & vidimus ibi multos homines & mulieres capita non habentes, ſed oculos in pectore fixos, cętera membra habentes nobis æqualia:* Hanc eumdem Diui Auguſtini locum ad D
rem citauit Fulgoſius. Quare nos in præſentia tantam authoritatem magnificientes non poſſumus niſi aſſeuerare hoc hominum genus collo carere; hinc capite thoraci adhęrente, eorum oculi intuentibus in pectore fixi eſſe videntur Licoſthenes, qui

Homines collo carentes. multa vana ſcripſit, nonnullos memorat populos in quibuſdam Arabiæ locis verſantes tribus oculis inſignitos cum mamillis adeò magnis, & tumidis, vt difficillimè tegi poſſint meminimus etiam legiſſe in Æthiopia occidentali, homines quatuor oculis deformes habitare, vti in ſequenti figura conſpicitur, verùm ne noſter ſermo vnquam à veritate abhorreat, non oculos, ſed oculorum ſimulacra circa tempora à natura in primordio generationis imprimi credimus.

In Taprobana inſula, ex Licoſthene, habitant homines nonnulli collo gracili, capite maximo, vnico in fronte oculo, cruribus breuibus, & craſſis. Immo ad mentem aliquorum in Scythia verſus ſeptentrionem huiuſcemodi homines malæ naturæ & prauę,

Nigrita labio inferiori pendulo.



Homo Faneſius auritus.



Æthiops quatuor oculis.



In vita M. Aurel. praui ingenij Arimaſpi dicti verſari feruntur, quorum frontis medium vnico inſigni-
tur oculo, id liberiùs aſtruit Mondognetus, dum narrat, Fuluio Torquato Conſule,
Homines Monoculi. Lib. 7. cap. 37. aduerſus Volſcos, è Mauritania Romam aduectum fuiſſe hominem Monoculum,
qui per Vrbem, miraculi gratia, ſpectandus circumferebatur. Hos populos Mo-
noculos, ſeu monophthalmos, vel potius Arimaſpos conceſſit Plinius. Quandoqui-
dem, Arima, Scytharum lingua vnum, ſpu, verò oculum deſignat. Nos communi
nomine hos Cyclopes vocare poterimus. Hi, ex Gellij ſententia, ſolis Ferarum car-
nibus veſcuntur; quapropter ab aliquibus Agriophagitæ appellantur. Hæc Natio
non fuit Ariſtidi incognita, qui ſæpè deridens Philippum Macedonem, ſagitta Aſte- A
Lib. 1. de Mirac. ris egregij militis, oculo priuatum, Arimaſpis cognatum nuncupabat. Diuus Augu-
ſtinus hanc nationem, referente Fulgoſio, vir inconcuſſæ fidei non explodit; immo
dum eſſet Antiſtes Hipponenſis, & per inferiores Aethiopię partes itinerans, vt ad
frugalem cultum & ad viam ſalutis, humanum reuocaret gregem, ſimiles gentes ſe
conſpicatum fuiſſe affirmauit. Idcirco in gratiam lectoris iconem exibemus. The-
vetus tamen in nouo orbe huiuſmodi gentes nunquam obſeruaſſe in ſua fatetur
hiſtoria.

Superioribus huius hiſtorię litteris demandatum eſt populos collo, ſeu ceruice ca-
rentes in hoc terrarum orbe verſari. Viciſſim in præſentia prodimus in Eripia, vt
nonnulli ſcribunt, vel ſecundum Lycoſthenem, in partibus extremis Siricanæ, vel
vt alijs placet, in aliquibus Tartarorum conuallibus ſtabulari gentem, tam oblon- B
gi colli, vt gruinum prorſus æmuletur: deinde in colli ſummitate facies eſt ferina,
Homines oblongi colli. oculis & naribus humanis, nec non roſtro, & barbulis inſtar galli ornata. Id iuua-
bit magis legere, quàm credere. Nihilominus homines ſemiferos oblongiore col-
lo, & ferina facie in illis regionibus degere non negamus, quorum fœminæ non ità
deformes, vt mares, & raro admodum videri perhibentur. Hæc Natiò magna vi in
hoſtes, & potiſſimum aduerſus Tartaros fertur. Horum quoq. ſimulacrum lectori
perpendendum exhibetur.

Antequam de ſtupendis naturæ miraculis circa pedes humanos verba fiant; pri-
Homines caudati vbi. mùm nonnihil de hominibus cauda inſignibus agemus: cum, ex Petro Martyre, in-
colæ regionis Inzignanin retulerint quondam pelago aduectum eſſe genus homi-
num cauda longitudinis ſpithamæ admirandum, non mobili, ſed ſolida, turbinata, &
caudis crocodilorum ſimillima: quapropter ſedibus perforatis vtebantur. Immò C
Paulus Venetus homines in Regno Lambri, cauda vnius palmi longa ſpectandos
memorat. Quæ omnia nugamenta eſſe non audemus atteſtari. Scimus quidem
Lib. 2. de Geſt. Scot. in Annalibus Anglorum memoriæ hoc eſſe proditum, vt Ioannes Maior recitat, il-
lic olim infantes cauda munitos ab vtero matris in lucem prodijſſe; hocq. inde ori-
ginem traxiſſe affirmant, quando in Diuum Auguſtinum è Græcia in Angliam, iuſſu
Gregorij Magni, Euangelicam doctrinam ſuo eloquio, & mira orationis facultate
D. Auguſtini miracula in Anglia. diſſeminaturum vulgus iocosè caudas piſcium proiecit: vnde Sanctus, diuino prius
implorato numine, in pœnam peccati impetrauit, vt illic deinceps ſœtus humani cau-
da deturpati naſcerentur, vt moniti diſcerent diuinam doctrinam non aſpernari:
idcirco hoc neq. influxui cœleſti, neq. tempeſtati attribuendum erat pœna enim illis
ad tempus fuit inflicta, vt gens incredula tantum virum probatiſſimæ, & optimæ D
fidei authorem admiraretur.

lib. 7. cap. 2. Iam tempus eſt, vt figura vel numerus pedũ alias hominum differentias nobis ſup
peditet. Plinius gentem cum pedibus cubitalis longitudinis in India eſſe retulit;
fœminæ verò pedes habent adeò paruos, vt ſtruthiopedes nuncupentur. Item in
lib. 32. cap. 16. quibuſdam Tartarorum locis, ex Vincentio in ſpeculo hiſtorico, homines vnico bra-
chio, nec non vno ſolùm crure, & pede vagantur, quorum hominum duo, munus Sa-
gittarij obeunt, dum arcu ab altero apprehenſo, alter ſagittam vibrat; deinde in illis
mirâ pernicitas obſeruatur; ſiquidem tanta velocitate manu, & pede currunt, vt
equos anteuertant, & quando brachium defatigauerint, tunc pede tantùm ſaliendo
In Polyh. cap. 53. incedunt. Verùm Solinus alios huius generis monoſcellos vocatos (exponitur μο-
νοσκελὲς vnicum crus habens) Indiam peruagari, & perniciter ſalire pronunciauit:
Monoſcelli qui. Immò tam vaſtum ſcripſit habere pedem, vt eiuſdem ad Solem eleuati vmbra fa-
cilimè ſe protegant; quare ſciopodes etiam dicuntur (nam σκιὰ vmbra, & πὼς pes
expri-

CYCLOPS SIVE

Μονόφθαλμος.




Homo, ore & collo Gruis.



exprimitur) horum hominum ſimulacra in foro Chartaginenſi iuxta portum effigiata fuiſſe Diuus Auguſtinus teſtatur. Præterea Plinius, & Solinus diuulgarunt, in onualle magna montis Imaui, vel potius Timai, eſſe regionem vocatã Abarimon, quam homines plantis poſt crura auerſis mirandæ velocitatis, & aſſiduè cum Feris verſantes colunt. Hi in alio Solo, quàm in proprio minimè ſpirare dicuntur. Quapropter ad finitimos Principes deferri haudquaquam poſsũt; quorum figura eſt hęc.

Lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 8.
Lib. 7 nat. hiſt. cap. 2

Homo pedibus auerſis.



Demum pili, & pellis poſtremam nobis miniſtrant differentiam: nam Ioannes Mãdauilla quandam deſcribit inſulam cuius incolæ; præter palmas, & faciem pilis frequentibus redundant, & Pigafeta deliniauit homines inſulæ Buthuã piloſos, feroces, & antropophagos. Deinde, vt miſſos faciamus homines ſylueſtres à Plinio, & Solino memoratos, in præſentia, quos Petrus Martyr recenſet, meditabimur. Is igitur poſteritati ſcriptum reliquit homines ſylueſtres in Prouincia Guacaiarina ſtabulari, qui cryptas inelegantes, & depreſſas habitant fructibus ſylueſtribus victitant, & nunquam cum cæteris inſulæ incolis conſuetudinem ineunt; immo comprehenſi, & benigne tractati nunquam cicures fieri potuerunt; quare neq. imperium neq. leges noſcere creduntur. Item in Hybernia inſula Anglorum regi ſubiecta, infiniti ferè homines ſylueſtres ſunt, qui nullam vnquam conſuetudinem inire cum habitantibus ſecus mare voluerunt. Portionem pellis hominis ſylueſtris Sarmata quidam ad Excellentiſſimum Vlyſſem Aldrouandum detulit, quæ adhuc in Muſæo Illuſtriſſimi Senatus Bononienſis ſeruatur, retulitq. hanc in annulo geſtari ad conuulſiones cum maxima patientis vtilitate.

Cap. 171.

In ſumm. ind. Occid.

Homines ſylueſtres vbi ſint.

A

Hoc ſylueſtre genus hominum Bononiæ primùm viſum eſt, cum Illuſtriſſima Soranij Marchioniſſa Bononiam ſe conferẽs ab Illuſtriſſimo viro Mario Caſalio honorificentiſſimè fuit ſuſcepta: ſecum enim deducebat puellam octo annorum piloſam filiam illius ſylueſtris hominis ætatis annorum quadraginta in inſulis Canarijs orti, qui non ſolum hanc filiam, ſed aliam natu maiorem annorum duodecim, & B filium annorum viginti genuit; horumq. omnium icones exibentur.

Pater annorum quadraginta, & filius annorum viginti toto corpore piloſi.



Puel-

Puella piloſa annorum duodecim.



Deſcriptio puella piloſa.

Erat facies puellæ vnà cum fronte piloſa, præter nares, & labia circa os. Pili frontis lõgiores, & hiſpidiores erant in comparatione ad illos, qui genas tegebant, cum hi tactu eſſent molliores reliqua pars corporis, & potiſſimũ dorſi hiſpida erat, & flauis ſcatens pilis ad lumborum vſq. principium. Gula pectus manus, & brachia pilis erant nudata Cęteræ corporis partes aſperæ, & cutim aurum nondum plumeſcentium æmulabantur. Neq. quis hoc neceſſarium ſibi perſuadere debet, vt totũ corpus generis ſylueſtrium hominum pilis ſcatere debeat; ſiquidem (teſte Euſebio Ieſuita) viſi sũt ſylueſtres homines tam in Orientali, quàm in Occidentali Plaga, ſiuè in Regione America egredientes ex materna aluo candidi, nitidi, & leues veluti noſtrates infantes. Sin tractu temporis poſtea pili in aliqua corporis parte valdè excreſcant, non tamen dicendum eſt totos hirſutos eſſe debere.

Puella piloſa annorum octo alterius ſoror.



Agere

A genere hominum ſylueſtrium nõ ſunt ſegregandi Cinnamij populi, qui ornatu prolixæ barbæ, & pilorum totius corporis in conſpectum veniunt admirandi. Hi à finitimis Barbaris homines ſylueſtres proprio vocabulo indigitantur. Quandoquidem ad vitæ tutelam, numeroſum canum gregem nutriunt, quõniam ab æſtiuo ad hyemale ſolſtitium, innumeri boues indici eorum patriam aſſiduè ingrediuntur. Huius rei cauſa adhuc incerta eſt, num huiuſmodi boues alias feras vitantes, vel impulſu hominum acti, vel inopia pabuli ad Cinnaminos confugiant. Itaq. hi populi, examinatis viribus, quæ inſultui talium boum ſufferendo non erant pares futuræ, multitudinem canum alentes ſe tuentur, quibus boues etiam permultos venando capiunt, quorum alios recentes quidem edunt, & alios etiam ſale conditos ad futurũ vſum recondunt. Deinde infinita alterius generis animantia canibus comprehenſa edunt. Harum gentium icones nimirum, tam maris, quàm fœminæ exhibemus.

Pupili Cinnamij hiſtorici.

Canes ad tutelam alti.

Mas Cinnaminiæ gentis.



Fg-

Fœmina Cinnaminiæ gentis.



Hæc referenda eſſent cętera hominum ſylueſtrium genera à Licoſthene enumerata, veluti illæ fęminæ craſſiſſimę in Oceano Orientali repertæ, collum prętenaturam oblongum habentes, brachia cruribus coniuncta, tibias aſininas, & pedes alterius formæ. Mares fœminis ſimiles deſcribit, ſed multò minores. Item hoc in loco recenſędę eſſent mulieres compertæ in Deſertis Libyę cum mamillis vſq. ad genua promiſſis vſu loquendi carentes, ſed vehementer vociferantes. Aliæ inſuper in alpibus libycis degentes, quibus inſunt crura bouina, facies, & pedes humani, cauda vulpina, mammæ caprinæ, & dorſum inſtar cameli tumidum; ſed quoniam Licoſthenes monſtra potius vocum, quam rerum, & prodigioſa figmenta aliquando recitauit: idcirco hæc omnia conſultò miſſa facimus, & ad inuulgandam eorum hominum hirſutorum iconem, noſmet conuertemus, quibus natura inſitum eſt, vt ſer pendo gradiantur: ideoq. ἑρπετοάνθρωποι Græcis, & manugradi Latinis nuncupari poſſent, quorum effigies eſt hæc.

Homines ea lentes Deſerta Libyæ.

Homo villoſus manugradus.



Præ-

Lib. 31. cap. 11.

Glacies in Har tutelarium armatur.

Prædictis addi possunt Cynomulgi, siue Cynocephali pariter hirsuti, quorum capita, & ora belluas magis, quam homines esse demonstrant. Hi secundum Licostenem, corpus humanum habent eleganter formatum, excepto capite rictum caninum æmulante, nec non Æthiopiam Aquilonarem colunt. Insuper apud Vincentium in speculo historico, hæc natio regiones Tartarorum absq. metu peruagatur: nam, hyeme asperrima, in aquis se mergit, deinde illicò in puluere volutatur, donec pulus admixtus aquæ congeletur, idq. pluries repetitur, donec crassities glaciei, armorum, & sagittarum ictibus reluctari possit. Quo facto aduersus Tartaros hæc natio magno impetu feritur, nam tunc sagittæ ab Aduersarijs in eos vibratæ retrò redeunt, pariterq. alijs armis nullo modo lædi possunt. Quocirca Cynocephali illesi insul-

Cynocephali effiges.



tum

tum in Tartaros facientes mordicus vulnerando multos interimunt: Item Marcus Polus hanc Nationem rictus caninos habentem in inſula Angaman verſari & ab ijſdem aduenas coerceri, & deuorari aſſeuerauit. Verùm hæc cenſemus eſſe vana & veritatem multis eſſe dehoneſtatam nugamentis. Sunt quidem Cynocephali Simiorum aſtutiſſimorum Nationes, qui humanam mentem ferè ſimulant, & de quibus in hiſtoria quadrupedum digitatorum fuſiùs actum fuit. Non negamus poſtea fuiſſe, & eſſe poſſe homines rictus caninos imitantes, ſed hi inter monſtra recenſendi eſſe videntur. Non pigebit tamen in gratiam lectoris figuram Cynocephali putati oſtendere.

Lib. 3. relat. ind. Cynocephali qui ſint.

In ſerie hominum ſylueſtrium à multis meritò collocantur Satyri, Tritones, Nymphæ, Nereides, & Syrenes: proptera operæ pretium erit hoc in loco ſigillatim de

Satyri figura.



cunctis

Lib.5.c.8. Lib.7.c.2.

cunctis ſermonem habere. Circa Satyros ita vocatos à nomine σαῦρ membrum virile ſignificante, quia ſemper in libidinem ſint proni, primùm Antiquitatis opinionem in medium proferemus. Plinius multis in locis teſtatur, in montibus Indorum Subſolanis regionem eſſe Cartadulorum nominatam, vbi Satyri nempè homines cornuti, villoſi, & perniciſſimi viuunt, humana effigie, pedibus caprinis, nihil habentes moris humani, & gaudentes ſyluarum latebris: ideoq. propter velocitatem, niſi fortè ęgri vel ſenes, comprehendi nequeunt. Addit Pomponius Mela hos homines eſſe ſemiferos, qui, præter figuram nihil humani poſſident, & alibi promulgauit vltra Atlantem Mauritaniæ montem noctu perſepè viſa lumina, & crepitus cymbalorum, & fiſtularum cătus auditos, nec diè repertum quemquam: idcirco pro conſtăti habitum, hos eſſe Faunos, & Satyros. Vnde Antiquitas huiuſcemodi monſtra pro

Satyri vbi viſi.

Satyri figura altera cum tuba.



femi-

Satyri altera species.



ſemideis, vel pro Dijs ſyluestribus coluit; deinde Satyros, faunos, & ſyluanos Deos ſyluarum, & nemorum, Panos agrorum vocitauit. Poetæ tamen hæc nomina ſæpiſſimè confundunt; de his Ouidius ſic cecinit.

Semidei qui habiti.

lib. 1. met.

Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina Fauni,
Et Nymphæ, Satyriquè, & monticolæ Syluani.

Quapropter iuſtis de cauſis poſſumus aſſeuerare, priſcis temporibus Diabolum omnibus modis ſtuduiſſe hominem deducere, in varias ſe transfigurantem effigies, ſed noſtro ſæculo poſteaquàm Deus Omnipotens immenſam pietatem nobis eſt largitus, mittens filium ſuum vnigenitum, vt ſanguine ſuo humanum genus redimeret, tunc omnes maligni ſpiritus euanuerunt. Nos tamen iuuat in præſentia duas A Satyrorum icones publicare, quarũ altera cum tuba, altera, ſine tuba fuit delineata.

Cæterum maior nos premit difficultas; quandoquidem Conſtantino regnante, vt referunt Hiſtorici, homo villoſus ex Satyrorum genere perductus fuit Alexandriã, eiuſq. cadauer ſale conditum Antiochiam miſſum, vt à Cæſare videretur. Præterea Albertus Magnus, & ipſe promulgauit in ſyluis Saxoniæ verſus Datiam, paulò ante illa tempora, conprehenſa fuiſſe monſtra piloſa humanam referentia formam: horum fœmina canum morſibus, & venatorum telis ſaucia interijt, mas verò eicur factus bipes incedere didicit: quamobrem hæc animantia ad familiam Satyrorum reducenda eſſe iure optimo cenſuit, quoniam ſalaciſſima libidine in dies vrebantur. His addamus quòd Diuus Antonius in Eremo monſtrum huius generis Deſertum peruagans aliquando obſeruauit. Immò Iſaias Propheta quando piloſos Babylo- B niam habitaturos nominauit, docti expoſitores hos eſſe Satyros voluerunt. Quapropter ad ſuperandam hanc difficultatem, aliam Satyri ſpeciem eleganter delineatam lectori offeremus, vt illa diligenter examinata, videat num doctrinæ Ptolomei ſit conformis, qui inſulas Satyrorum Indiæ adiacentes tres eſſe pronunciauit, & incolas caudis eſſe præditos quales Satyris pictores attribuunt; hinc huiuſcemodi inſulæ Satyrides fuerunt appellatæ. Num verò hæc animalia ad genus humanum, vel brutorum referenda ſint, id optimè nos docuit D. Auguſtinus, dum ſcripſit inueſtigandum eſſe an aliquod veſtigium rationis in his inueniatur, quia tunc genus humanum hæc animalia complecteretur, ſinſecus in genere brutorum sũt collocanda.

His ſic conſtitutis iam ad Nereides, ſeu Nymphas, & Satyros marinos nimirum Tritones animum appellemus. In primis aliqui ſapientes viri in hanc venerunt C ſententiam Satyros marinos, ſeu Tritones, ſiue homines marinos nullibi reperiri. Sed ſolum viſos homines natandi peritiſſimos, veluti Ichthyophagos qui pro eſca piſcibus tantummodo vtuntur. Siquidèm olim natandi peritia ita probabatur, & magni fiebat, vt factus ſit prouerbio locus in hominem ignauum. *Neque natare neque litteras didicit.* Ex altera parte homines vel Satyros marinos in pelago degere, au-

Satyri marini qui.

Lib. 3. Gen. dier. cap. 8.

thores eruditi liberè aſtruunt. Tradit primùm Alexander ab Alexandro Tritonem repertum in littore, qui identidem mulieres accedentes coercebat, ſed tandem per inſidias captus, & cibaria oblata reſpuens interijt. Inſuper Ludouicus Viues ſcriptum reliquit hominem marinum apud Batauos deprehenſum, qui mutus per bienniũ fuit detentus, ſed iam incipiebat loqui, quando bis peſtilentia ictus ad mare fuit re-

lib. 2. de ver. fid. Chriſt.

miſſus. In Luſitania quoq. marinus homo eſt viſus, qui concham inflans reſonabat. Et Aelianus Satyros marinos in piſcem definẽtes circa Taprobanam verſantes me- D morat. In volumine rerum Romanarum legitur, quòd Menas Aegypti Præfectus Mauritio Imperatori hæc ſcripſit. Cum ego multis aſſociatus viris, Oriente Sole, per locum Aegypti Delta, nominatum, deambularem, animalia humanæ formæ apparuerunt in flumine, membris ſuperioribus vſq. ad lumbos nudatis, reliquis partibus aqua coopertis, quorum alterum mas, & barbatum, alterum verò imberbe, & fœmina videbatur: hæc apud Pareum eleganter delineata ſub nomine monſtrorum Niliacorum conſpici poſſunt: Gillius quoq. narrat, dum verſaretur Venetijs, ſe à Dalmatis quibuſdam ſpectatæ fidei viris intellexiſſe, ſecus oppidum Dalmatiæ, Spalatum nuncupatum, quandoq. apparuiſſe marinum hominem, qui cunctis ſpectantibus ſummum terrorem incutiebat, & ab alijs, qui circa mare rubrum per longum temporis ſpatium verſati ſunt, illic marinos homines ſæpè capi ſolere, ex quorum duriſſimis pellibus calcei tam robuſti fabrefiunt, vt ad quindecim annos durent. Præter-

Monſtra Niliac. quæ.

Homines marini.

Monſtrum Marinum humana facie.





terquamquòd Pausanias in Bœoticis, Tritonem describit in templo Bacchi seruatũ Tanagræ, & Plinius quoq. horum meminit: non igitur quod de Tritonibus, & Nereidibus, iam vsque à Priscis temporibus in hominũ sermonem venit, vanum esse constat, & potissimùm cum anno vigesimo tertio supra sesquimillesimum repertum dicatur Romæ marinum monstrum in maiore ripa hominiforme vsq. ad vmbelicum, deinceps piscis, cauda bifida, & repanda in specie semilunæ, veluti Apollonius Tritones describit, cuius figuram hic damus. Huius similem imaginem recensет Gesnerus, eamq. à pictore, qui viuum viderat monstrum, accepisse prodit, frons huius cornibus aspera, auribus prominentibus, brachijs ferè humanis, cętera piscis. Captum est in mari Illyrico, dum ab aquis in litus, pusionem illic versantem abrepturum emersisset: nam coniectis in id à piscatoribus obseruantibus saxis, monstrum læsum paulò post in litus, vnde aufugerat, reuersum exspirauit. In maiorem assertorum confirmationem Rondeletius, & Bellonius scribunt captum fuisse in Noruegia apud Diezunt appellatos populos, iuxta oppidum Den Elepoch, monstrum marinum monachi effigie, cuius delineamenta superior ostendit figura. Tres tamen dies vixisse aiunt, & nullam vocem edidisse preterquàm suspiria quædam sũmum referentia mœrorem. Hinc veritati consonum esse nouimus, quod à veteranis piscatoribus intelleximus, nimirum cum mare vicinum est ad patiendas tempestates, se ex alto humanos gemitus exaudiuisse. His tanquam coronidem addamus, quod de pisce episco po recitauit Rondeletius: scilicet anno millesimo quingentesimo trigesimo primo propè Poloniam comprehensum in mari monstrum mitram, & reliqua episcopi indumenta referens, regiq. Poloniæ oblatum. Quamobrem de his monstris Bouissuetus eleganter sic cecinit.

Si tales partus edunt vada cærula Nerei,
Non est quod tellus efferat ipsa suos.
Frons hominem profert, in piscem desinit aluus,
Quid tam dic fodes dissimile esse potest?

Denuò id elegantius sic exprimit.

Si talem fœtum mare glaucum protulit vnquam,
Semihominemq. ferum semiferumq. hominem,
Et veniunt miranda vmbris portenta subinde,
Quid mirum Tellus si quoq. plura ferat?

Itaq. Tritones denominantur vel à voce Τρίτων apud Æolos significante τὸν κεφαλὸν, quoniam capite tantùm humanam referant formam: vel potius à nomine τρίαινα Tridentem ideſt instrumentum piscatorum indicante quo maiores pisces figuntur: vnde tridens postea veluti insigne Neptuno maris, & piscatorum numini à Poetis assignatur.

Historia monstrorum marinorum ad cognitionem Nereidum Nympharum, & Sirenum aditum nobis patefecit: ideoq. de his nonnihil in præsentia necessario dicẽdum esse censuimus; quandoquidem veluti monstra marina masculà indigitantur Tritones, vt superius fuit exaratum, pariter mõstra fœminea Nereides à Nereo Oceani Numine putato, Nymphæ, quasi Lymphę (Prisci enim aquam non Lympham, sed nympham vocabant, hinc Nympheum lauacrũ, & Nymphea planta aquis gaudens) & Sirenes tandem denominantur, quia aqua currendo musicos quosdam sonos efficiat, quales à Syrenibus edi credebantur. Itaq nationem Nereidum Nympharum, & Syrenum esse, historia nuper allata nobis persuadet. Præterquamquòd Galliarum legatus nunciauit Cæsari Augusto, ea forma, qua pinguntur Nereides, inuẽtas fuisse. Et Franciscus Massarius Venetus in commentarijs ad nonum librum Plinij, eas in nauigationibus fuisse visas recitat. Immò recenter in Phrisia captũ est monstrum marinum virgo ore, & pube tenus, infernè piscis. Isaias prædixit Syrenes futuras vbi antea fuerant delubra voluptatum. Chaldeus intelligit. Dracones veluti etiam in historia Serpentum significauimus. Diuus Hieronymus exponit Dęmones, vel Dracones magnos, & crista insignes. At scholiastes Græcus Isaię voluit Sirenes vocari, quæ inter volatilia emittunt vocem querulam, quare ab hoc authore colligendum est Syrenes inter volatilia, non autem aquatilia collocandas esse. Pariter Latinus interpres his alas addere videtur: propterea hoc animal non

Li. 4. Argon.

Monstrum marinum saxis necatum.

In li. de nat. Aquat.

Monstrum effigie Monachi.

In lib. de nat. Aquat. cap. 5.

In epigr. de nat. Aquat.

Nereides. Nymphæ, & Syrenes, quę.

Quędã volatilia Syrenes nuncupata.

erit forte abſimile illis in nouo orbe repertis, de quibus Petrus Martyr fuſius egit, dum ſcripſit eſſe regionem nomine Camaram, vbi memoria viuentium eſt proditũ, maximam ventorum,& turbinum vim fuiſſe exortam, quæ obuias quaſcunq. arbores euellebat,atq. eadem violentia deportatas eſſe in regionem duas volucres decantatis Harpyis ſimillimas vultu virgineo,& tantæ molis,vt nullius arboris ramus poſſet accedentes ſuſtinere,quæ viatorem vnguibus deprehenſum ad excelſa montium culmina vorandum deferebant. Itaq. ex his quodammodo intelligendum eſt Sirenas inferiori parte aues eſſe,& in ſuperiori,forma humana præditas. Conſpirant in hoc multi Authores,& Poetæ dum illis aſſignant corpus virgineum vmbelico tenus,& deinceps gallinaceos pedes. Amplius certamen Sirenum cum Muſis, quod Pauſanias in Bæoticis explicauit,aliquam naturam auis in Sirenibus indicare videtur,dum pronunciauit ab euulſis earum pennis ferta ſibi muſas in æternum monumentum contexiſſe. His igitur ſic ſe habentibus, peccatum Pictorum eſt Sirenas aquatiles pingi. Sed mille fabulis hiſtoria Sirenum veluti Gryphum, & Harpyarum corrupta eſt. Demũm ad calcem differentiæ hominum ſylueſtrium,& ſeminferorum, Centauri anticam partem humanam, & poſticam equinam habentes à nonnullis reponuntur, quorum originem alij aliter tradunt. Seruius in Commentarijs ad ſextum Æneidos,Centaurum Ixionis,Nubiſq. filium eſſe ſcribit: namquè amata Iuno, cum de ſtupro ab Ixione interpellaretur, ex mente Iouis, nubem in ſui formam amanti obtulit,vnde ſic natus Centaurus eſſe perhibetur. Pindarus autem Centaurum quidem ex Ixione,& nube genitum concedit,ſed hunc Centaurum hominem fuiſſe indicat ſic nominatum, quia ſe cum equabus Magneſijs, ſub monte Pelio comiſcuiſſet,& ſobolem vtriq. parenti ſimilem fuiſſe editam. Huic opinioni videtur fauere Plinius, qui libro ſeptimo naturalis hiſtoriæ hæc habet. *Claudius Cæſar ſcribit Hippocentaurum in Theſſalia natum eodem die interiiſſe, & nos principatu eius allatum illi ex Aegypto in melle vidimus.* Hæcq. opinio magis ſtabilitur,quoniã poſt diſperſionem gentium è diluuio, laſciuiente per omne nefas libidine, licentia cupiditatum aliqua genera uit monſtra. Idcirco Plutarchus videtur exiſtimaſſe, Centauros,Minotauros,& ſimilia monſtra ex promiſcuis hominum,& brutorum congreſſibus produci poſſe. Præterea in mirabilibus Phlegontis Traliani memoratur Hippocentaurus, qui carnibus veſcebatur, & captus, mutato aere, interijt. Apud Authores leguntur etiam Onocentauri partem anticam humanam, & poſticam aſininam repræſentantes: nã ſeptuaginta interpretes apud Iſaiam,onocentauros Babyloniam deſertam habitaturos referunt: licèt vulgaris interpres exponat vlulas. Ad ſtabiliendam opinionem, addimus D. Antonio Paulum primum Eremitam per Deſertum quęritanti Centaurum veniſſe obuium, veluti Diuus Hieronymus in vita Diui Pauli primi eremitæ exarauit. Præterquamquòd Licoſthenes diuulgauit, in regionibus magni quondam Tamberlani repertos eſſe Centauros talis formæ, vt ſuperior pars humanã referret,cum duobus brachijs inſtar bufonis. & cætera equũ. Deinde idem author exhibet aliam iconem,quam hic damus,vt lector diligenter meditetur, num tale animal in rerum natura eſſe poſſit.

Sirenes in parte inferiori aues.

Centauri qui.

Centauri origo.

In lib. inſcripto, an bruti ratio inſit.

Hippocentaurus.

Onocentauri.

Centauri vbi

Hactenus partem affirmatiuam in campum adduximus nunc pars negatiua examinanda eſt. Primitus ijdem poetę qui multis in locis Centauros approbarunt, tandem nugamenta eſſe atteſtati ſunt. Ouidius enim libro quarto Triſtium ſic canit.

Elegia.7.

Quod precor eſſe liquet: credam prius ora Meduſæ
Gorgonis anguineis cinctà fuiſſe comis.

Et paulo poſt.

Quadrupedesq. homines cum pectore pectora iunctos,
Tergeminumq. virum tergeminumq. canem.

Item Lucretius Centauros commentitia prædicat monſtra his verſibus.

Lib 4.

Sed neq. Centauri fuerunt,nec tempore in vllo
Eſſe queunt, duplici natura, & corpore bino.

Lib.2. Phyſic.

Idem videtur placuiſſe Virgilio quando in foribus in ferorum Centauros collocauit,quaſi quæ contra naturam creantur, citò pereant. His addenda eſt doctrina Ariſtotelis, quæ talia non admittit. Scribit enim; quemadmodum non inuenitur

planta

Icon Centauri ex Licoſthene.



planta ex olea, & vite conflata, quæ vinum, & oleum producat: pariter animal ex homine, & tauro integratum non inuenitur. Hæc sententia alio eiusdē Philosophi asserto roboratur: siquidem in historijs animalium docuit animātia diuersi generis congredientia non generare, nisi ferendi vteri tempora eadem fuerint, & magnitudines corporum non valdè discrepauerint. Galenus quoq. validis argumentis abfurdam Centaurorum procreationem esse demonstrat: substantiam enim hominis, & equi permiscerì minimè posse arbitratur. Eamdem fouet sententiam Iustinianus

Lib. 8. cap. 28.

Li. 3 de vsu part. cap. 1.

HIPPOPOS.



in

in ſuis inſtitutionibus quando inquit. *Si quis rem, quæ in rerum natura non eſt, aut eſſe non poteſt, fuerit ſtipulatus, veluti Titium mortuum, quem viuere credebat, aut Hippocentaurum, qui eſſe non poteſt; inutilis erit ſtipulatio*. Hanc amplectitur opinionem Marcus Tullius Cicero, in Tuſculanis quæſtionibus, dum Centauros nunquam fuiſſe liberius aſtruit. *Sub tit. de inutil. ſtipul.*

Quando igitur narratum fuit Centauros in Theſſalia habitaſſe, & tales à Lapythis fuiſſe creditos, ſciendum eſt ex ſeruio in commentarijs ad Virgilium rem ſic ſe habere, quoniam primùm in Peſetrhonio Theſſaliæ oppido equorum domandorum *Lib. 1.*

Centauri alia ſpecies.



reerp-

repertus eſt vſus: etenim cum quidam Rex Theſſalus ſuis ſatellitibus imperaſſet, vt ad boues agitatos œſtro reuocandos ſe conferrent, illicò ad id præſtandum cucurrerunt, ſed curſus illis cum nó ſufficeret, aſcenderunt equos, quorum mira velocitate boues ſecuti, & aſſecuti, eos ſtimulis ad tecta reuocarunt. Propterea ſatellites viſi vel quando tanta ferebantur velocitate, vel quando eorum equi capitibus inclinatis circa flumen Peneon potarent, locum fabulæ dederunt, vt Centauri eſſe crederentur. Dicti enim fuerunt Centauri ἀπὸ τῦ κεντεῖν τὸς ταύρυς, quia ſtimulis boues agitauerint, & quamuis Diuo Antonio per ſolitudinem vaganti Centaurus obuius veniſſe perhibeatur; nihilominus ex doctrina D. Hieronymi in eiuſdem Vita colligimus, hunc fuiſſe cacodæmonem, qui ſimili forma ſanctum ludificare voluit, & potiſſimum cum D. Chryſoſtomus ad caput tertium epiſtolæ ad Coloſſenſes, Hippocentauros fictitia fuiſſe monſtra tradiderit.

Centauri Etymologia.

A

Si centaùri à parte poſteriori equina eſſent denominandi, proculdubio homines verſantes in inſulis, tridui nauigatione diſtantibus à litore Scytharum, propriè Centauri eſſent appellandi, quia pedibus equinis prædíti, ideoq. Hippopodes nuncupati eſſe feruntur, quemadmodum in ſuperiori figura apparet.

Quamuis alij ſcripſerint eos cruribus aſininis eſſe refertos, & onoſcelos nuncupatos; quoniam ὀνόσκελος crura habens aſnina exponitur. Hinc ὀνοσκελεῖς Dæmonum genus ab aſininis cruribus dictum, vt voluit Rhodiginus: Neq. à ſerie Centaurorum, vt noſtra fert opinio, ſegregandi eſſent animantes, vno tantùm crure equino, altero humano integrati (ſi tamen dantur) de quibus Licoſthenes hæc recitat.

Lib. 2. Ieſſ. antiq. cap. 6 In Append. Chronic.

B

A. Luſitanis nauigantibus in medio itinere ad Calecuthum, vbi potiſſimum Cynoſura videri non poteſt, reperti ſunt in quadam inſula, homines duobus brachijs, & manibus in dextro latere muniti, auribus aſininis, facie humana, copioſis circa pudenda pilis, dextro crure equino, altero humano, vt ſuperior oſtendit figura. Hi inſtar Ceruorum currunt, crudeles, & amentes ſunt; eorum fœminæ ſimiles, auribus tamen minoribus, & bis ſingulis annis parere perhibentur; niſi ab omni veritatis tramite recedentia Licoſthenes ſcriptis mandauerit: quemadmodum arbitramur.

Penultima differentia à magnitudine, & paruitate ſtaturæ humanæ nobis ſe ſe offert, quæ Gigantes, & Pygmeos complectitur; quod animaduertens quidam poeta ſic canebat.

Monſtra, Gigas, Nanuſq. duo contraria formis,
Vir, Gigas, immanis, Nanus inanis homo.

C

Cum igitur nonnulli in animo hanc opinionem immotam habeant, Gigantes nunquam fuiſſe, apud nos hanc eſſe falſam decretum eſt; Itaq. quamuis multi Veterum arbitrati ſint neminem creſcẽdo poſſe longitudinem ſeptem pedum excedere, quia hanc Herculis altitudinem fuiſſe atteſtantur: nihilominus quemdam nomine Gabbarum ex Arabia aduectum ad altitudinem nouem pedum, & totidem vnciarum excreuiſſe Plinius retulit. Id confirmatur à Solino ſcribente Æthiopes Syrbotas creſcere ad pedes duodecim, & alibi quoſdam Indiæ populos adeo grandes, vt facillimè elephantos aſcendant, Oniſicritus in locis Indiæ, vbi vmbræ non ſunt, ſtaturam hominum quinum cubitorum, & duorum palmorum eſſe ſtatuit. Cæterùm Olaus Magnus tales homines in partibus etiam Aquilonaribus collocat, & præcipuè in Regno Helſingorum, qui Regi ſuecorum parent; memorat Gigantem fuiſſe altitudine nouem cubitorum, quem duodecim Athletæ contubernales proceræ ſtaturæ comitabantur. Immò viuentium memoria prædictis fuiſſe ſimiles in Prouincijs Suetiæ, & Gothię narrat, tanta fortitudine firmatos, vt equum, vel bouem ad plura. Stadia facilè baiularent, & obuium equitem armatum mira agilitate in terram deijcerent, quapropter Virgilius ad rem de Turno canens ſic inquit.

In Pliniſt. cap. 32. Capp. 5. Li. 5. cap. 2.

D

Lib. 12. Aeneid.

Saxum antiquum ingens campo qui forte iacebat
Limes agro poſitus, litem vt diſcerneret aruis,
Vix illum lecti bis ſex ceruice ſubirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
Ille manu raptum valida torquebat in hoſtem.

Quo circa ex motione immanis ſaxi magitudinem, & robur huius viri arguimus. Quid dicendum erit de Mauritio Imperatore, qui ex Plinio pro annulo, dextrocherio.

rio vxoris nempe brachiali ornamento vtebatur? immò auget admirationem quãdo diuulgat, quòd, indictis apud Auguſtam comitijs, Maximiliano Cęſari vir prodigioſæ vaſtitatis fuit oblatus, qui vnica vice ouem ſiue aſſam, ſiue elixam, fame tamen inexpleta, deuorabat. Pigafeta vir integerrimæ fidei Gigantem apud Cannibales Armeniæ conſpicatus eſt. Et Hollandi mare ſulcantes Magelanicum, in inſulam ab hominibus ſtaturæ nouem pedum habitatam inciderunt. Item Americus Veſputius, qui incognitas orbis regiones penetrauit, inſulam Gigãtum hodie quoq. ſic appellatam inuenit, ſed magis recens eſt, quod narrat Melchior Nugnez Ieſuita ſuis litteris, quibus res Sinarum complexus eſt. Tradit enim in vrbe regia Paquin nuncupata, cuſtodes portarum eſſe Giganteq; proceritatis, nempe quindecim pedũ, & Rex Sinarum quingentos huius generis homines, amplo eis perſoluto ſtipendio ad ſuam tutelam conducit.

Statura Maximiliani Imperatoris

Gigantes in Regno Sinarum.

E

Hic damus icones Gigantum nouem vel decem pedum, habitantium in quadam regione Americę, qui Patagones nuncupantur, & varijs coloribus ex herbis quibuſdam expreſſis facies ſuas pingunt: ſic enim in tabula Americæ à Cornelio Iudæo delineantur: Horum fortè meminit Ioannes Laurentius Anania, quando hęc retulit. *Populi Patagones Gigantea ſtatura undecim palmos alti fuerunt inuenti à Fernando Magaliane Luſitano: hi in animantibus multis ſimilibus, in varia loca equitant, & ex horum pellibus quaſdam veſtes inconcinnas parant; & arcubus delectantur. Denique horum Iuniores coloribus primùm eriuos, deinceps totum corpus inficiunt, vt coram alijs eleganti forma conſpicui euadant.*

Patagones.

Trall. 4. Coſmographus.

Gigantes Americæ.



Neque

Neque recenſebimus mulieres ſelenitides quæ contra naturam aliarum, oua pariunt: vnde naſcentes homines ad Giganteam excreſcunt ſtaturam, vt, referente Lycoſthene, Rauiſius Textor aſtruit.

Icon mulieris Selenetidis.



Cap. 6. Numer. cap. 15.

Nam memoria Gigantum ſacra non caret pagina, nam legitur in Geneſi. *Gigantes erant ſuper terram in diebus illis.* Item alibi hæc habentur. *Vidimus monſtra quædam filiorum Enach de genere Giganteo, quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur.* Præterea nonne Goliath Gigas fuit, quem Dauid funda in terram deijciens interfecit? Inſuper Rabba, ſeu Rabbath filiorum Amon vrbs ſic appellata fuit ob magnitudinem, & tandem Philadelphia regia. & metropolis terræ Amonitarum, in qua olim habitauerunt Gigantes, quos filij Lot interemerunt. Vrbs hæc erat ſedes Regis Amonitarum; vnde poſtea dicta Amonitis. Hanc expugnauit Og Rex Baſſan gigas; vbi monſtrabatur eius lectus ferreus longitudinis nouem, & latitudinis quatuor cubitorum. Demum Dauid ipſam deſtruxit, & populum trucidauit. Poſtmodum à Philadelpho Aegypti Rege vrbs & tota regio ſubiugata, & Philadelphia vocitata eſt, quod nomen adhuc retinet. Habuit temporibus Chriſtianorum metropolitanũ Antiſtitem, cui duodecim epiſcopi parebant.

Lectus Gigantis qualis.

In Chronicis.

Ad hanc ſtabiliendam opinionem, oſſa humana molis immenſæ varijs temporibus inuenta, homines Giganteæ ſtaturæ olim vixiſſe teſtificantur. Narrat enim Sigiſbertus in littore Vticenſi penès Africam, dentem Giganteum tam ingentem fuiſſe inuentum, vt conciſus ad figuram noſtrorum proculdubio dentes centum produxiſſet. Petrus Simon eſt author, in expeditione Aluarez ad nouas terras, inuentos eſſe Gigantes, & ex eodem, cum villa quædam Societatis Ieſu ædificaretur, quatuor à Mexico Leucis, oſſa Gigantum inter cæmenta reperta fuiſſe, & dentem molarem magnitudinis humanæ manus in pugnum contractæ æqualem; quem magnitudinem, dentes hic picti arguunt numero 3. & 4.

Dentes

Dentes Gigantei.

1



3



2



4



Præter dentes, Rex Galliarum Carolus ſeptimus authore fulgoſio, in parte montoſa Galliæ Narbonenſis iuxta Valentiam obſeruauit cadauer cuius dimenſio pedes triginta implebat. Immò cadauer Orionis cubitorum ſex ſupra quadraginta in Cretæ quodam abrupto monte repertum fuiſſe prodit Textor. Amplius corpus Palantis anno Dominj milleſimo trigeſimo nono (teſte Vincentio) Romę inuentum eſt, cuius altitudo muros Vrbis æquabat. Præter hæc, ex eodem authore Diuus Maclonius Epiſcopus Britanus, qui propagandæ chriſtianæ fidei gratia, inſulas petijt fortunatas, Gigantis corpus tumulatum conſpicatus, & admiratus, iuſſit ſupra leges naturę ad vitam reuocari, qui gigas poſtea Sanctum multa alterius ſęculi edocuit, & Sacro Baptiſmatis fonte luſtratus diutinam vitam traduxit. Narrant quoq. apud Paulum Tertium Pontificem Maximũ oſſa quædam humana monſtroſæ magnitudinis fuiſſe, & hodie Venetijs, in templo Cruciferorum aſſeruatur os fæmoris Diui Chriſtophori, licet aliqua ex parte comminutum, tantæ magnitudinis, vt eorum, quæ de huius viri proceritate leguntur, fides viſu aſtrui poſſit. Quid plura? Hic Bononiæ in Eccleſia parochiali Sancti Laurentij Portęſtrij ſepultus eſt Gigantis cadauer. Nam Carolus quintus Imperator, cum Bononiam à Summo Pontifice Clemente ſeptimo diadema Imperij acceptarus peruenisſet, ſeruum à pedibus habuit viſendæ magnitudinis; proceritatem tamen ſeptem pedum non excedebat. Hic lethali febre exanimatus in prędicto templo fuit tumulatus cum epitaphio huius tenoris, quod hominis ſtaturam nomen cognomen, & patriam indicat.

Lib. 1. cap. 6.

In offic. tom. 2.

In lib. 25. ſpec. hiſt. cap. 34.

Lib. 21. cap. 97.

Gigas ad vitã reuocatus.

Os femoris Sancti Chriſtophori vbi.

A

HVNC SEPTEM PEDVM LONGITVDINIS GIGANTEM
ANTONIVM POPVLIER
NON FABVLA SED FLANDRIA DEDIT
NON ADVERSVS SYDERA SED ADVERSVS CAROLI QVINTI
HOSTES MILITEM
NON FVLMINE, SED FEBRE PERCVLSVM
NON SVB MONTIBVS SED HIC SEPVLTVM
ANNO DOMINICÆ SALVTIS MD. XXX.

B

Quod hactenus de procera hominum ſtatura fuit exaratum, de mulieribus etiam proceris intelligendum eſt. Quandoquidem Author libri de natura rerum memorat mulierem inſignis ſtaturæ in occiduis regionibus repertam. Leginus quoq. anterioribus ſeculis, ſub Iuſtino Thrace, mulierem quandam è Cilicia fuiſſe aduecta m immenſæ molis; nam ſupra quoſcumq. proceros homines integrum cubitum eminebat. Meminit tandem Diuus Auguſtinus muleris Giganteæ, quæ maxima omnium admiratione Romæ viſa fuit, antequam Vrbs excidijs Gothorum peteretur.

Mulieres Giganteæ.

Lib. 15. de ciuit. Dei cap. 23.

C

Hominum proceritati ſuccedit ſtaturæ breuitas, quæ differẽtia Pygmæos, & Nanos, nempe homunciones, & Pumiliones complectitur. Quare huc reſpiciens Mantuanus canebat:

Inter Pygmæos non pudet eſſe brevem.

Pygmei qui

Πυγμαῖοι dicuntur homines πύγμη menſuram æquantes: πυγμὴ enim menſura eſt continens ſpatium à cubito vſq. ad digitos clauſos. Item Nani vocantur humili corpore homines, & pumiliones: ſiquidem ναὸς deducitur παρὰ τὸ νὴ priuatiua, & ἄξω augeo, cum huiuſcemodi homunciones non augeantur, neq. creſcant. Cæterũm de vita Pygmęorum, veluti & Gigãtum, inter probatos authores ſententijs variatur. Ariſtoteles in primis Pygmeos concedit, cuius teſtificatio ad aliquam fidem comparandam deberet ſufficere: cum ſummus rerum naturalium fuerit indagator. Plinius Pygmeos in Thracia verſari pronunciat: conſtat etiam in hac regione plurimos eſſe Grues, quæ Strimoniæ à Strimone Thraciæ fluuio denominantur, quibus cum Pygmei certamen inire dicuntur. Pomponius Mella Arabiam interiorem olim Pygmeos coluiſſe prodit. Immò Philoſtratus, cum multa hominum monſtra ex Apollonio fabuloſa eſſe tradiderit, Pygmeos tamen excipit, quorum nationem minimè vanam eſſe ſcribit. Olaus Magnus Pygmeos eſſe aſtruit. Inter recentiores Iouius Pygmeorum fidem facit, dum in legatione Moſcouitica vltra Iaponem Pygmeos collocat. Nunc quoq. in Tartaria plurimos Nanos eſſe Luſitani diuulgarunt. Gemma Friſius narrat Cymbam Pygmeorum viſam in Septentrione vi tempeſtatum appulſam ad regnum Noruegiæ. Odoricus de rebus indicis, Pygmeos

Lib. 8. de hi. Anim. cap. 12.

Lib. 4. hiſt. nat. cap. 11.

Lib. 3. cap. 4.

Lib. 1. de Gente Septentr.

D

trium

trium cubitorum à se conspectos refert, qui anno quinto generant, & octauo senescunt. Pusillum quoq. genus hominum in quadam insula Orientis, quæ tota est aurifodina, inuenitur, quos veros esse Pygmeos, Argensola liberè asseuerat. Neq. diuersitas locorum ab hisce pumilionibus habitatorum vanitatem historiæ parere debet: quandoquidem hac eadem ducti ratione nationem Gigantum fabulosam fuisse arguere possemus.

Pygmeum quis habuerit.

Præterquamquòd omni ferè ætate, huiusmodi homunciones visi sunt. Marcus Antonius Sisyphum pumilionem intra bipedalem mensuram, ingenioq. viuacem habuisse fertur. Deinde Canopas, authore Plinio, fuit in delicijs Iuliæ neptis Au-
E gusti, qui duos tantum pedes cum palmo altus erat. Insuper Augustus Lucium adolescẽtulum honesto loco natum bipedali statura minorem spectaculis exhibuit. Nicephorus meminit cuiusdam in Aegypto nati infia incredibilem staturæ breuitatem, & talem sua ætate conspexisse fatetur; hunc mulier pusila enixa est, & filius tam paruus, vt perdici similis videretur, prudentiaq. ei qualis magno viro inerat, vitâ autem ad annum vigesimum quintum non perduxit. Præteritis nuper annis, teste Eusebio Iesuita, homuncio optimè constitutus membris, in Hispania visus est, septenis iam barbatus erat, decennis omne suum robur habuit, & filium genuit. Quid plura? sex tantum ab hinc annis conspicati sumus Bononiæ nanum triginta tantummodo vncias altum Illustrissimi D. Ducis Caroli de Creqy, cuius iconem ad viuum delineatam in Musæo Illustrissimi Senatus Bononiensis seruamus cum hac inscrip-
F tione. MICHAEL MAGNANVS ANNOS NATVS VNVM, ET QVADRAGINTA IN OPPIDO BARONIS DE SESSONAGIO SITO IN DELPHINATV PROPE GRATIANOPOLIM, NANVS ILLVSTRISSIMI, ET EXCELLETISSIMI D. CAROLI DE CREQY PARIS MARESCALCHI FRANCIÆ, PROREGIS DELPHINATVS, ET LVDOVICI XIII. FRANCIÆ, ET NAVARRÆ REGIS CHRISTIANISSIMI AD SANCTISSIMVM VRBANVM OCTAVVM ORATORIS OBEDIENTIÆ ANNO M. DC. XXXIV.

Lib. 12. cap. 37.

In hist. nat.

Huic duos non absimilis staturæ simillimos, & eleganti membrorum constitutione formatos Illustrissimus eques Ferdinandus Cospius domi alit.

Ex altera parte authores non proletarij Pygmeos negarunt. Primum Albertus Magnus hos quidem concedit, sed genus bestiarum hominiformium esse arbitra-
G tur, quæ opinio doctrinæ Aristotelicæ conformis esse videtur: nam quando Philosophus Pygmeos concesit, palàm tamen homines esse non asseueravit. Hac ratione fortè munitus Sueissanus, Pygmeos homines non esse falsus est, quia perfectum rationis vsum non participent; idq. magis astruit, quoniam religione careant: cum tamen, iuxta Platonis mentem, religio soli, & omni homini propriè conueniat. Neq. officit Pygmeos ab Ezechiele fuisse memoratos: quandoquidem nonnulli in hanc venerunt sententiam, ab ipso, per Pygmeos, immanes viros intellectos fuisse, quia cubito, & non pede mensurarentur. Diuus Hieronymus Pygmeos pugillatores interpretatur: cum Græcis πυγμὴ lucta significetur. Aut, ex aliorum sententia homines in excelsa turri versantes Pygmei appellati fuerunt; quoniam eminus conspecti magnitudinem non vltra cubitum participare videbantur; quæ sententia mi-
H nime improbanda est. Scaliger, inter cæteros authores, Pygmeos negat hac solùm ductus ratione, quia hac ætate non viuant; quod argumentum nullius videtur esse valoris; cum iam abunde probatum sit Gigantes fuisse, qui modò non reperiuntur. Meliorem amplexus est Cardanus opinionem, qui inter genera simiorum Pygmeos collocauit: cui adstipulatur Marcus Polus in historia indica, quando scriptum reliquit insulam Basman nuncupatam à multitudine Simiorum occupari: quapropter venatores illarum regionum plurimos coercent, & depilatos, intactis tamen barbæ, & pudendorum vilis, in capsulis ligneis exsiccatos, & caphura conditos mercatoribus vendunt; qui postmodum hos circumferentes tanquam Pygmeos ostentant. Qui plura de Pygmæis videre cupit, confugiat ad librum vigesimum Ornithologiæ vbi de pugna Gruum cum Pygmæis agitur.

Opinio Alberti de Pygmæis.

Cap. 27.

In commẽt. ad Ezechielem.

Lib. 3. relat. Indiarum.

Ad calcem huius Rubricæ collocatur differentia ex vtroq. sexu composita quæ Androgynos, siuè Hermaphroditos complectitur. Etenim ἀνδρογύνη, siuè ἀνδρογύ-

Hermaphrodit. historia.

Nanus Illuſtriſsimi D. Ducis Caroli de Creqy.



νος Latine exponi poteſt marifœmina, nempe vir, & fœmina vtrumq. participans ſexum, quamuis aliquando Græcis ἀνδρόγυνοι vocentur illi, quibus virilia ſunt exciſa, & interdum ita nuncupantur etiam homines debiles, & inualidi. Item Androgynos dicitur ἑρμαφρόδιτος, quaſi mixtum genus è Mercurio, & Venere, pariter vocatur διφὺης anceps ſeu duplicis naturæ: amplius ἀρσενόθηλυς promiſcui generis. Hoc vocabulo tales vocat Pollux quaſi concubinos, vt voluit Dalechampius. Quamobrẽ Plato prodidit in initio tria hominum genera fuiſſe, nimirum marem, fœminam, & tertium quoddam genus ex vtriſq. compoſitum, quod Androgynum vocabant, hoc defecit, & nomen tantùm infame relictum eſt. Hieronymus tamen Montuus ſe noE uiſſe Hermaphroditum fatetur, qui viro nuptus fœminæ naturæ credebatur, filioſq. pariter, & filias peperit; nihilominus ancillas comprimere, & in his generare ſolebat. Clariſſimus vir Columbus ad comparandam incredulis Hermaphroditorum fidem, recitat ſe obſeruaſſe Androgynum, qui, præter vuluam, virili etiam membro erat refertus: ideoq. in cadauere diſſecando diligenter vaſa ſeminaria inueſtigauit, nunquid vllus inter hæc eſſet conſenſus, & vaſa præparantia, à vaſis aliarum fœminarum præparantibus minimè diſcrepare reperit; ibi tantummodo vnum diſcrimen notatu dignum erat, quòd natura, hæc vaſa ex binis quaterna fabrefecerat, quorũ duo maiora ad concauum vteri, & reliqua ad radicem penis deſcendebant. Vterus, & ceruix eiuſdem, necnon teſtes à matrice, & teſtibus aliarum fœminarum non diſentiebant. His ſic conſtitutis, Hermaphroditorum quatuor ab Authoribus ſolent aſſiF gnari differentiæ. Prima eſt Hermaphroditus mas, qui ſexum virilem perfectum, & validum participat, in perineo tamen rimam minime peruiam, ad formam vuluæ efformatam habet: cum tamen ab illa quidquam lotij, aut ſeminalis materiæ non prodeat. Secunda ſpecies vocatur Hermaphroditus fœmina, quando, præter vuluam naturaliter conſtitutam, lotio, ſemine, & menſibus manantem, circa os pectinis emergit quædam carnea ſubſtantia ad ſimilitudinem imperfecti penis ſcroto, & teſtibus carentis. Tertia ſpecies eſt eorum, qui expreſſam vtriuſq. ſexus referunt imaginem ſæpiùs aduerſo ſibi ſitu reſpondentem, ſed tamen ad generationem, & ſeminis profuſionẽ inefficacẽ, immò alterutra tantũ ad mictionẽ cõfert. Quarta, & poſtrema differentia eſt eorum, qui non ſolum vtroq. ſexu potiuntur, ſed etiam poſſident genitalia, quæ omnibus conditionibus ad perfectam generationem neceſſarijs gaudent. Immò, vt voluit Philoſophus, dextram mammam virilem, & ſiniſtram fœmineam poſG ſident. Hi ſunt populi Africæ, & ſupra Naſamones, atq. illis finitimos Maclias vaere Plinius, & alij authores non vulgares tradiderunt; quorum icon hic conſpicitur.

In Annotation. ad Plinium.

Lib. 1. Theor. cap. 6.

Lib. 13. Anat.

Hermaphroditi Anatomia.

Hermaphroditorum quatuor differentiæ.

Officia hermaphroditorum.

Hi inter nonnullos Barbaros ſunt frequentes. In Virginia multò plures, & Indis exoſi: propterea his iumentorum loco vtuntur, quia ad baiulanda onera, propter virium robur, ſunt idonei. In primis annonam Regum ad prælia proficiſcentium deferunt, defunctos ad tumulum baiulant, & peſtilenti, ſeu contagioſo correptos affectu, ad deſtinata loca ferunt, & ijs medentur.

Antequam vlterius progrediamur non ſunt omittenda ſigna ab Authoribus aſſignata, quibus Androgyni validi, vel inualidi in vno, vel altero ſexu ſint dignoſcendi. Primùs ſi vulua omnibus ſuis dimenſionibus ſit exacta, & menſibus ſcateat; deinde ſi adſit mollities faciei, & totius corporis, necnon timiditas, tunc Androgy-
H nus in fœmineo ſexu potentior iudicandus eſt. Verùm quando perineum pilis eſt obſitum, & penis conuenientis eſt magnitudinis, & ſemine ſcatens, tunc Androgynus virilem potentiam poſſidet. At quando vtriuſq. genitalis in figura, mole, & efficacia æqualis erit conformatio, tunc Androgynum in vtroq. ſexu potentem debemus conſtituere. Quamuis ex ſententia Ariſtotelis, qui vtroq. ſexu ſunt referti, ſemper alteram potentiam ratam, alteram irritam habeant. Modò multi quærunt an Androgyni in matrimonium ſint collocandi; ideo ad hanc dirimendam dubitationem, reſpondendum eſt, ratione prolis, ratione ſacramenti; & ratione imbecillitatis carnis, illis matrimonium minime negandum eſſe, dummodo facultas vtroq. ſexu vtendi non concedatur, ſed tantùm illo, ratione cuius magis validi ſint. Ita enim de Hermaphroditis in matrimonium collocandis iuris prudentes ſtatuerunt. At ſi vtriuſq. ſexus potentia ſit æqualis, tunc iureiurando coguntur ad electionem ſexus, quo impoſterum vti velint. Sed ſi tractu temporis contingat, vt Hermaphro-

Hermaphroditorũ diſcrimen ratione vigoris.

Hermaphroditorum matrimonium.

ANDROGYNOS.



ditus fœmina masculescat, & iuxta alterum sexum operari velit, vxoremq. poscat, tunc illi negãda est, quia semper promissis iuramento firmatis standum est. Præterquamquod Clarissimus Pareus addit, quòd Hermaphroditi in sexu electo, iniuncta capitali pœna, semper manere, & viuere debent.

GENERATIO, & CONGRESSVS.

E CVM Deus optimus maximus cunctarum sit causa causarum, consentaneum est, vt homines eorum originem illi acceptam referant. Cum ipse, inuitis Philosophis, vt sacræ manifestant paginæ, non solum vniuersum terrarum orbem ex nihilo creauerit, verùm etiam hominem ex limo formauerit. Vnde Isaias huc respiciens dicebat. *Conculcate ipsos tanquam lutum.* Summus igitur mundi opifex cum sexto die hominem creauerit, deinde ex costa Adami dormientis fœminam deprompsit, vt omnium hominum ortus ad vnam vnius hominis scaturiginem reduceretur. Nam deinceps Deus homines per coniugium progigni voluit, vt perpetua necessitudine coniuncti, patres filios, & filij patres mutua se benevolentia complecterentur. Hinc postea poetæ, & potissimùm Ouidius, sumpta fabulandi occasione cecinerũt, quòd in terrarum orbe constituto, deerat tantum homo, qui terram possideret & coleret. Quare Prometheus Iapeti filius ex terra imbre madefacta, hominem Deo quã maxime simile F formauit, qui non instar aliorum animalium pronus incederet sed erectus perpetuò cœlum suspiceret his versibus. *Hominis creatio.* *Lib. 1. Met.*

Quam satus Iapeto mixtam fluuialibus vndis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum;
Pronaq. cum spectent animalia cætera terram
Os homini sublime dedit &c.

Quod Ouidius de Iapeto, Hesiodus postmodum de Pandora cecinisse videtur, & alia infinita huius generis nugamenta apud Poetas leguntur. Veteres Philosophi de origine hominis varia monimentis mandarunt: Nam horum quidam humanum genus ab æterno fuisse, alij genitum, & corruptibile esse statuerunt. Prima opinio explodenda est, quoniam si præter parentes, nulla alia causa humanæ originis esset cognoscenda, proculdubio Philosophia primam omnium causam frustra G meditaretur. Insuper Auicennas ausus est attribuere post immensas terrarum inundationes, ex rabidis cadaueribus & influxu cœlesti; absq. vllo semine, non solum humanum genus, verùm quoq cætera animantia producta fuisse. Verùm adduci non possumus, vt credamus, tam nobile animal ex putri materia erui potuisse, circa cuius creationem totus Deus fuit occupatus: quocirca tantum & pulcherrimũ opus, quod diuino labore fuit dignum, sponte prodire non potuit; præterquamquòd nec etiam Philosophia id reprobat, quæ spontaneum ortum brutis non assignat, ergo neq. homini, animali nobilissimo talem originem poterit attribuere, & quamuis aliquando visi sint homines marini ignotæ originis, qui ex aquis prodierant; nihilominus hos ex luxuria maris, aut ex ludibrio Dæmonum dimanasse videntur: cum verus homo mentis compos, quæ est quædã diuinitatis particula ex vili origine prosilire H mini nè possit. *Veterum opinio.* *In opere de Diluuio.* *Homines marini.*

Dubitant postea alij an humanus fœtus aliunde, præterquàm ab humana vulua prodirè possit: quandoquidem Plutarchus ab asina filiam humana facie cruribus asininis Onoscelin dictam fuisse editam, & alibi ab equa similem partum exiuisse pronunciauit. Iterum Plutarchus in symposio, pueri vagientis cruribus equinis ab equa editi meminit. Immò quidam refert apud Belgas, infantem è vacca fuisse genitum; hoc tamen adhuc est parùm exploratum. Sed vehementer verum, atq. indubitatum est verum hominẽm, & mente insignitum nonnisi à muliebri vulua exilire posse. Verumtamen si virtus Maris sola est, quæ fœtum fabricat, & fœmina tantummodò est officina, fortassis iuxta Philosophos, post nefandum congressum, homo in brutorum vtero foueri poterit: Sed hoc nunquam contigisse decet Theologos asseuerare. Ideo si fœtus bestiarum quandoq. nescioquid humani habuerint, inanes potius mentis fuisse credendum est. *Lib. 2. Paradox.* *Puella anoscelis quę.*

Demùm

Demùm quærunt aliqui an ex ſemine non humano verus homo generari poſſit: nempe num poſt deteſtabilem congreſſum mulieris,& Ferę perfectus homo prodeat. Hanc enim ſententiam fouere videntur Olaus Magnus,& alij Authores,qui progignant Reges Danorum Vrſum progenitorem habuiſſe,& alij Hiſtorici atteſtantur in Pegu eam Nationem à cane dimanaſſe,qui cum puella naufraga rem habuerat. In Hiſpania fama eſt familiam inter Galletios,quam Marinorum vocant, à Tritone cum adoleſcentula concumbente ortum traxiſſe. Pariter Antonius de turre cremata ſcriptum reliquit, noſtris ferè temporibus, è ſimio quodam mulierem in quamdam inſulam delatam aliquot liberos ſuſtuliſſe. Hæc tamen liberè non ſunt A credenda propter rationes in Rubrica differentiarum allatas. Neq. tamen putandum eſt hæc eſſe vltra naturæ vires, ſi mulieris ſemen aliquà potitur efficacia.

Olai Magni opinio circa ortũ humanum.

Cum igitur homo poſt congreſſum mulieris,& viri prodeat; noſtra intererit modum conceptionis examinare. Sed antequam id fiat de tempore, & ætate humani congreſſus diſſerendum eſt. Circa primum tradit Plinius pauca eſſe animantia, quæ grauida,præter mulierem,permixtionem appetant. Ideo cęteris animantibus ſtatuta ſunt congreſſus tempora,quia tantummodo quibuſdam anni temporibus copulantur. Homo tamen omni tempore, & omni hora permiſcetur; quare homines tanquam intemperantes,in venereos actus procliues ſemper feruntur. Exemplum dedit Meſsalina Claudij Cęſaris vxor, quæ æſtro venereo ſtimulata, & lupanar ingreſsa quamdam meretricem vigeſimo quinto concubitu ſuperauit. Ideo poſsumus merito canere vulgatum carmen. B

Lib.7.c.11.

Tempus humani congreſſus.

Delaſſata vires nunquam ſatiata receſſit.

Vnde Seneca,in quadam declamatione,naturam quodammodo arguere videbatur, quæ concubitus brutorum, quàm hominum melius formauerit. Hinc obſeruantes animantia rationalia in mollitiem, & prodigum luxum propenſa, poſsumus cum Baruch aſserere. *Beſtiæ ſunt meliores illis.* Circa ſecundum. Aetas maris ad copulam accommodata innoteſcit mutationè vocis, teſtium magnitudinè, & potiſſimum ortu pilorum pubis. Aetas verò mulieris ad congreſſum idonea manifeſtatur, quando vbera exurgunt, menſes erumpunt, & vox in grauiorem degenerat. Nihilominus Schenchius in obſeruationibus memorat pueros ſeptem, nouem, & decem annorum,qui congredientes genera runt,& puellas octo annorum,quæ vtero geſtantes pepererunt. Et quamuis homo mas vſq. ad annum ſeptuageſimum, C & fœmina vſq. ad quinquageſimum generare poſſit;veruntamen Schenchius memi-nit mulieris ſexagenariæ, quæ ex ſene ſeptuagenario concepit, necnon virorum, qui ad octuageſimum ſextum annum, & vſq. ad centeſimum congredientes pepererunt.

Cap.6.

Aetas ad cõgreſſum apta tam maris quàm fœminæ.

Li.4. Obſer. cap.125.

Lib.cit. Obſer.121.& 124.

Itaq. vt reuertamur, vnde digreſſi ſumus, circa conceptionem obſeruandum eſt, quòd mixtis ambobus ſeminibus, maris ſcilicet, & fœminæ in vtero, illicò quadam tenui tunica ex calore vteri producta concluduntur,& inſtar ouj,tenuiſſima pellicula incluſi copulantur. Iam poſt conceptionem generato loculo, munimenta fœtus nimirum tunicæ producuntur: nam ex ſeminis extrema ſuperficie tenuis membrana progignitur, quæ propter humiditatem latius extenditur, hæc poſt partum in faſciculum concluſa, & chorion appellata reijcitur. Verùm ex huius ſuperfluæ humiditate reſultant aliæ duæ tunicæ,quæ à ſuperfluis fœtum tutantur.harum altera vocatur allantoides admodum finuoſa,in quam vrinam, & ſudor fœtus profluit, vbi ad tempus vſq. partus detinentur;cum infans non per vreteres, ſed per quoſdam meatus vmbelicales vrinam excernat. Tertia tunica valdè mollis, & Amnæa dicta totum ambit fœtum, vt à lædentibus defendi poſſit. Harum autem tunicarum differentias cum mixtura vtriuſq. genituræ præſens oſtendit figura. D

Membranarum fœtus generatio.

Figura


Figura oſtendens tunicas cum miſtura genituræ.



Cum igitur ambo ſemina coaguli ad formam miſta, & concluſa ſint, vt ſuperius fuit relatum, à primo die vſquè ad ſeptimum plurimæ, & ſubtiliſſimæ fibræ emergunt, in quibus hepar cum ſuis organis præcipuis, naturali virtute, producitur: ſiquidem in concreto ſemine tres paruæ, & albæ bullæ lacti concreto non diſſimiles loco iecoris, cordis, & cerebri enaſcuntur. Mox etiam vena per vmbilicum directa ſanguinem ad alendum idoneum attrahit; quare neceſſariò bifurca vena generatur, quemadmodum, in ſequentibus figuris coſpicitur. *Generatio partiũ præcipuarum.*

Figurę

Figuræ monſtrantes ortus trium ampullarum.





Cor-

Cordis, & Cerebri generatio.



In altero enim eius venæ ramo ſanguis colligitur, ex quo primùm hepar generatur. Vnde liquidò conſtat hepar nil aliud eſſe niſi concretum ſanguinem. In altero ramo generantur texturæ illæ venarum cum dilatatione aliarum venarum; hinc venæ omnes ad vnum truncum in ſuperiori iecoris parte nempè ad venam cauam referuntur.

Deinde cor cum ſuis venis, ope virtutis vitalis, hoc modo producitur: nam venæ ea lidiſſimum, & ſubtiliſsimum ſanguinem attrahunt, ex quo cor naturaliter carnoſum, & craſſum in primordio generatur: vbi etiã arteria aorta obſeruatur, quę omnes alias arterias ſpiritũ vitalem per totũ corpus diffundentes progignit. Quoniã verò ex vtraq concauitate cordis venæ erumpunt, & pulmoni inferuntur, ex his pulmo quoq. procreatur. Vena enim ex dextra cordis concauitate procedens ſanguinem producit ſubtiliſsimum, qui, diſperſis hinc inde fibris, in ſubſtantiã pulmonis facile tranſmutatur. Sed ex magna vena cordis, & hepatis, nimirum caua, & aorta non modo totum pectus, ſed ſucceſsiue etiam crura, cum brachijs generantur. *Cordis generatio.*



Cæterùm intra prædicti temporis ſpatiũ, præcipua pars humanæ ſtructuræ, nempe cerebrum in tertia pellicula huius maſſæ procreatur: ſiquidem animali ſpiritu repletur: qui magnam humoris genitalis partem cõtrahit in quãdam cauitatem, vbi cerebrum figuratur, & operculo quodã circumquaq. tegitur, quod ſiccatum in cranium reducitur; quemadmodũ in duabus propoſitis figuris intueri licet. *Cerebri generatio.*

Verum ſicuti venæ ab hepate, & arteriæ à corde, ita nerui molliores à cerebro originem trahunt, qui præcipua ſenſuum organa eſſe perhibentur, deinde ex cerebro medulla etiam ſpinæ dorſi dependet; indeq. omnes alij nerui proprium ſumunt initium, qui ſenſum, atq. motum toti corpori communicant. Hæc igitur omnia ſanguine nutriuntur menſtruo per venas vmbilici ad vterum directas attracto.

Itaq. ſex primis diebus poſt conceptionem materia ſeminalis in vtero contenta ſimilitudinem lactis præ ſe fert, ſubſequentibus alijs nouem diebus in ſanguinem transmutatur, & alijs duodecim conſolidatur; reliquis verò decem, & octo vſq. ad quadrageſimum quintum, omnia membra perfectiſsimam formam adipiſcuntur, vt deinceps fœtus tantummodo augeatur iuxta Aegilij carmen.

Fœtus quot diebus formatur.

Sex in lacte dies, ter ſunt in ſanguine terni,
Bis ſeni carnem, ter ſeni membra figurant.

Hoc etiam aliter ſic exprimitur.

Iniectum ſemen ſex primis certe diebus
Eſt quaſi lac, reliquiſq. nouem fit ſanguis, & inde.
Conſolidat duodena dies, bis nona q. demum
Effigiat &c.

Hæc omnia lector in ſequenti figura contemplari poterit, quæ primordium generationis fœtus oſtendit. Hæc autem figura alia icone melius exprimitur.

Primordij fœtus generatio.



Deline-

Delineatio conceptus.



A. Fundus vteri.
B. Ceruix vteri aperta.
C. Orificium vteri.
D. Venæ & arteriæ, quæ in ſuperficiè concaua vteri formant cotyledonas.
E. Tunica allantoides.
F. Parenchima fœtus.
G. Vaſa varicoſa.

Fœtus aſſimilatur fruti.

Hoc opus membris omnibus eleganter conſtructum, & integratum natura cute obducit, deinde operi abſoluto Deus naturæ, & rerum omnium author animam infundit, quemadmodum Diuus Auguſtinus atteſtatus eſt. Idcirco ex ſententia huius viri, ſi quis mulierem vtero geſtantem ita percutiat, vt abortiat, pœnam morte luat dummodo infans perfectam membrorum formationem, & diſtinctionem adeptus fuerit, ſinſecus ære luere debet. Fœtus enim ad mentem Galeni, quemadmodum fructus in arbore, ita ligatur in matrice. Immò ſicuti fructus flori ſuccedens tenerrimus eſt & leui de cauſa ruit, adultus verò magis firmatus arbori adhæreſcit, & perfectam adeptus maturitatem ſpõte cadit: ita infans cum ptimum ex ſemine educitur tenellis vinculis vtero alligatur: ideoq. ob quamlibet leuem cauſam mulier abortire poteſt, ſed paulò poſt magis firmatus, magis etiam adhæret, & aduentante partionis tempore tanquam perfectè maturus ſponte in lucem egreditur.

Varij ſitus infantis in vtero.

Determinatum autem infantis ſitum in vtero perfectè ſcire, atq. cognoſcere eſt difficillimum; quandoquidem clariſſimus Pareus variam in viuis, & mortuis mulieribus fœtus ſedem obſeruauit. Quandoq. enim infantem cum pedibus ſurſum elatis, interdum deorſum porrectis conſpicatus eſt. Immò fatetur ſe vidiſſe ſœtum, diſſecta matre ſtatim poſtquam expirauit, in longum exporrectum, facie ſurſum conuerſa, & manibus veluti ad ſupplicandum iunctis. Vtplurimum tamen fœtus orbiculari figura gaudere ſolet, nimirum capite in genua reclinato, geminis manibus ſub genis, & calcibus ad nates iunctis, vt in ſequenti figura oſtenditur.

Situs infantis in vtero.



PARTVS.

DICI non potest quàm acerbissimè ferant mulieres in comparatione ad cæteras animantes, cruciamenta partus, quibus in paritudine vexantur: immo nonnullæ à primordio conceptionis vsq. ad maturitatem fœtus aduersa valetudine laborant. Si tempus partus perquiratur, id cæteris animantibus est determinatum; homini vero nequaquam: cum infantes nati septimo, octauo & decimo mense vixerint. Et quamuis aliqui authores monimentis mandauerint fœtus ante septimum mensem in lucem editos, & octauo mense natos non esse vitales, & exeuntes mense septimo esse admodum imbecilles: nihilominus memorat Schenchius in obseruationibus infantes quinto, sexto, septimo, octauo, nono, decimo, & vndecimo mense natos, & fuisse vitales. Constat etiam apud Diuum Bernardum in Vita Sancti Malachiæ, nobilem mulierem sexto decimo mense, aqua lustrali pota, peperisse. Immo Schenchius prodidit fuisse olim vxorem Ducis Baruch Vandalæ, quæ cõcepit, & biennio prægnans, tandem puerum gradientem, & loquentem peperit. Insuper ex eodem authore, fuit mulier, quæ quadriennio vtero gestauit absq. molestia; immo cum ante conceptionem innumeris vexaretur affectibus, vtero gestans à cunctis liberata est.

Tempus partus quale.

Lib. 4. obser. 152. 153. 154. & seq.

Li. cit. obser. 159.

li. cit. obser. 160.

Vt plurimum tamen mensis paritudinis nonus esse perhibetur. Idcirco Auicennas tempus partus ponderans tandem protulit fœtum formatum duplicato tempore

lib. 9. de an.

moueri

moueri, & deinceps duplicato motus tempore fœtum in lucem prodire. Nam si exempli gratia, die trigesimo infans fuerit formatus, hoc tempore duplicato, dies sexaginta resultant, quibus triginta additis, nonaginta constituuntur, qui dies menses tres constituunt, & tunc fœtus moueri incipit. At duplicato motus tempore, quod diebus sexaginta constat, seorsum à tempore formationis, tunc dies viginti supra centum numerantur, ex quibus quatuor menses emergunt. His præcedenti tempori additis fœtus in lucem prodibit. Hinc colligendum est fœtum trigesimo die formatum, septimo mense naturaliter ab vtero egredi posse. Sicq. poterimus etiam pronunciare partum decimi, & vndecimi mensis naturalem esse posse. Astrologi moram fœtus in vtero sectantur iuxta opinionem Ptolemei in Centiloquio; vbi scribit quod locus lunæ in natiuitate est locus casus spermaris, & locus lunæ in hora, qua semen cecidit, est gradus ascendentis in hora natiuitatis. *Mora partus in vtero.* *Propoſit. 51.*

Itaq. pariendi tempus diuersum homini à cæteris animantibus datum esse probauimus. Præterquamquòd Ctesias promulgauit quasdam Indorum mulieres semel tantùm in vita parere, natosq. confestim canescere. Neq. mirandum esse arbitramur, cum legerimus apud authores non proletarios, quasdam nationes in iuuentute canescere, & aduentante senio nigrescere. Quoad numerum fœtus, homo versatur in ancipiti: nam licèt plerumq. sit vniparum, interdum quoq. multiparum est animal: cum mulieres in Aegypto sæpissimè geminos pariant. Immò hic Bononiæ nouimus mulieres, quæ tres viuos fœtus enixæ sunt, qui postea sacri fontis aqua lustrati diu non superuixerunt. Et nobis retulerunt spectatæ fidei obstetrices vnico partu quaternos fuisse editos. His adstipulatur Paulus Iuris Consultus in Pandectis Iustiniani, vbi diuulgat ab honesta matre familias quatuor puellas fuisse vnica parturione editas, & mulierem Peloponesiam quinquies quaternos enixam esse fœtus. Aristoteles quoq. non recedit ab hac veritate in historia animantium, dum memorat viginti fœtus, quos mulier quatuor vicibus in lucem emiserat. Hoc non debet quisquam admirari; siquidem hic Bononiæ, dum hæc scriberemus, anno scilicet quadragesimo supra millesimum, & sexcentesimum, mense Nouembris, Vxor cuiusdam fabrilignarij quatuor fœmellas enixa est. Item Fausta mulier è plebe Ostiæ duos mares & totidem fœminas vnico partu edidit; si vera Textor recolit. Amplius multæ fuerunt, quæ quinos dederunt fœtus. Gellius enim quinq. infantium à muliere græca semel editorum meminit, vnde Aristoteles mulieri grauidæ quinos tantùm fœtus concedere videtur, quocirca ex eodē Gellio, ancilla quædam Augusti Imperatoris, cum quinq. natos vnica vice peperisset, eiusdē Imperatoris iussu, in via Laurentiana vnà cum prole, & epitaphio id significante, honorifice tumulata fuit. Ex Pareo memoratur nobilis familia Maldemera dicta, & Domini Maldemeræ vxor primo, quo nupsit anno gemellos peperit, secundo ternos, tertio quaternos, quarto quinos, quinto senos fœtus, & hoc partu perijt. & ex his senis vnus superstes Maldemeræ Dominus adhuc viuere dicitur. Albertus Magnus scribit fuisse quandam mulierem Germanam, quæ sexaginta filios peperit, singulo enim partu quinq. enitebatur: cum horum nullus ad ætatem dimidij anni peruenerit. Plinius multò plures recenset fœtus, dum ex Trogo refert septenos in vtero ab Aegyptia muliere fuisse conceptos. Neq. hoc discrepat ab eo, quod legimus in Annalibus, quorum titulus est de initijs Regnorum, vbi quædam meretrix in Germagnia, regnante Agamundo Hunnorum rege, septenam prolem vnico partu dedit, licèt hos fœtus in lacum proiectos peremerit præter vnum, quem Agamundus illac venandi gratia transiens, in aquis palpitantem obseruans extrahi, & ali iussit; qui postmodum adultus, Agamundo defuncto, & sedente Benedicto Primo Summo Pontifice, à Longobardis in Imperium electus fuit. Amplius ex Schenchio, Comitissa quædam Querfrutensis vnico partu nouem infantes reddidisse fertur qui omnes, proculdubio interempti essent, nisi pater aduentans eos seruasset. Quid plura? vndecim etiam quędam mulier concepit; nam Franciscus Picus Mirandula (referente Pareo) narrat Doroteam italam gemino partu viginti filios edidisse, primo quidem nouem, altero autem vndecim: idcirco gestans vtero, longa, & lata fascia circa humeros nodata, aluùm ad genua procumbentem fulcire cogebatur, cuius effigies est hęc. *Numerus fœtuum humanorum.* *Lib. 5. tit. 4.* *Lib. 7. hist. cap. 4.* *Lib. 10. cap. 12. hoc. Attic.* *Mulier quinq. fœtus enixa.* *Lib. 7. nat. hist. cap. 3.* *Li. 4 Obser 162.* *Nouem, & vndecim fœtus.*

Icon mulieris fobole multiplici grauidæ.



Si progrediamur vlterius, apud Plinium inueniemus, extare in Medicorum monumentis duodecim mulieris abortiones vnico partu visas. Hanc historiam Schenchius alia recentiori stabilire videtur, dum recitat vxorem Isiberti Comitis de Altorf vnica paritione tres liberos esse enixam, ideoque à marito impudicitiæ crimine taxatã, quia ex vnius viri concubitu tres natos concipi posse, minime credendũ esse opinabatur. Verùm eadem denuò grauida anno vertente, & marito absente, duodenos mares effudit. Quare, vndecim ob diuulgatum læsæ pudicitiæ timorem, obstetrici in proximo flumine mergendos commisit. Interea pater obstetrici obuius velatam cistã intuens, de materia contenta interrogat, cui obstetrix deformes catulos in fluuium proijciendos respondit. At ille curiositate ductus, detracto vestamine, vndecim filios obseruauit, cui postea obstetrix, venia prius impetrata totum negotium aperuit. Itaque Comes, re apud vxorem dissimulata, omnes educari præcepit, quos omnes post sexẽnium viuos in arcem adduci iussit, ubique coram omnibus amicis, imprudentia vxoris detecta, ei benignè pepercit. At Albucasis magis numerosam prolem recensет, dum in muliere abortiente quindecim fœtus formatos obseruauit. Immo Auicennas addit aliam mulierem viginti duos abortus eieciſſe. In Cracouiensi regione quædam honesta matrona nomine Margherita vxor Comitis Virboslaisex fœtus supra triginta vnica paritione viuos dedit, vt in historia Poloniæ legitur. His addatur relatum ab Alberto Magno, de quadam muliere, ex qua septuaginta abortus formati exierunt. Prædictis tandem tanquam coronidem annectemus, quod recitat Fulgosius vir spectatæ fidei de Margherita Hollandiæ Comite, qua parte Rhenum illabitur Oceanum, quę vnico partu trecentos sexaginta sex filios enixa est vitos, itaut baptismi characterem susceperint.

Lib. 7. hist. nat. cap 11.

lib. 4. obser. 162.

Duodecim fœtus mulieris.

li. 2. Chirur.

Fœtus trigẽta sex mulieris.

lib. 7. c. 13.

lib. 2. de anima. cap. 5.

Idem repetit Andreas Eburensis, & ambobus adstipulantur Annales Hollandię. Res igitur sic se habet in historia Batauiæ. Hæc mulier nobilis probro infectabatur egenam gemellos enixam, & vtrinque ab vberibus lactantem, & stipem flagitantem, quia ex vno marito binam nasci prolem pernegabat; tunc misella pudicitiæ intemeratæ Deum citans testem, imprecatur illi sobolem, quæ numerum anni dierum adæquet, si pudicitiæ suæ constaret honos; Precum efficaciam partu incredibili cõprobasse euenti fides dicitur. Propterea ad testandam sempiternam huius rei memoriam extat adhuc tabula his litteris exarata. *Illustris Domini Florentij Comitis Hollandiæ filia, cuius mater fuit Mathildis, filia Henrici Ducis Brabantiæ, fratrem quæ-*
que habuit Guglielmum Alemaniæ Regem: hęc præfata Domina Margherita anno Salutis millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, ætatis suę anno quadragesimo secundo, ipso die Parasceues, hora nonâ ante meridiem peperit infantes viuos promiscui sexus, numero trecentos sexaginta quinque, qui postquam per venerabilem Episcopum Dominum Guidonẽ Suffraganeum præsentibus nonnullis proceribus, & magnatibus in pelui quadam baptismi Sacramentum percepissent, & masculis Ioannes, fœmellis verò nomen Elisabeth impositum fuisset, ipsorum omnium simul cum matris animę ad Deum ęternaliter viuentę redierunt, corpora autem sub hoc sexu requieſcunt, sed fides penès Authores maneat.

Trecenti sexaginta fœtus. Cap. 20.

Iam cum de tempore partus, & de numero filiorum satis superque dictum sit, reliquum est, vt de ratione ortus differamus. Quando igitur fœtus est maturus, & perfectus, prægnantes doloribus corripiuntur propter infantis impetum, qui rotatur, & deorsum, exeundi gratia, tendit. Ruptis enim ex impetu tunicis, & recluso matricis orificio, humores fluere incipiunt, & fœtus versùs os vteri capite voluitur, & hæc est vera, legitima, & naturalis forma partus, quando caput primitus ad orificiũ ducitur, manibus super coxas plicatis, veluti apparet in his figuris, quarum prima situm naturalem infantis perfecti in vtero monstrat, antequam ad exitum properet: secunda verò formam fœtus ad exitum naturaliter festinantis.

Naturalis forma partus.

Situs naturalis
maturi fœtus.



Partus naturalis.





Partus non naturalis manibus ad latera demiſſis.



Partus non naturalis manibus ſupra caput porrectis.

Partus verò non naturalis vocabitur, quãdo prædictis conditionibus carebit: nam ſæpiſſimè accidit, vt infans præmiſſis pedibus, & manibus ad fœmora deorſum deductis ad partum veniat, & hæc erit prima forma non naturalis partus. Secunda contingit quãdo fœtus pedibus accedit ad exitum, manibus tamen non ad latera, ſeu fœmora, ſed ſupra caput porrectis: quemadm odũ appoſitæ figuræ exprimunt.

In prima forma diligens obſtetrix omnes conatus huc inflectere debet, vt brachium vtrumque infantis adeò apprehendat, ne illa reducere poſſit; itaut hoc modo ad partum neceſſariò veniat. Partum verò in alia forma deſcriptum ſedula obſtetrix nullo modo excipere debet, niſi infans fuerit admodum gracilis, & orificium vteri valde diductum, vt facilis ſit exitus ſinè vllo mattis, & pueri detrimento. Aliter tutius erit fœtum in matricem repellere, vt ad legitimam, & naturalem partus formam conuertatur.

Infans gracilis quid præſtet.

Tertia

Tertia forma partus non naturalis erit, quando infans quærens exitum, vnum tantùm porrigit pedem, manibus quidem ad fœmora demiſſis, ſed altero pede ad latus inflexo.

Mulierum climacterã officium.

Quarta forma contingit quando infans per tranſuerſum apparet, dorſo verſus orificiũ matricis inclinato, veluti icones appoſitę patefaciunt. Idcirco ſagaces obſtetrices, & mulieres clinicæ parturienti aſſiſtentes debent ita aſſiduo labore cõtendere, inclinando matrẽ, vel ſupra lectum, vel alia ratione, vt pes exiẽs intromittatur, quo facto, mater tãdiù debet ſeſe in lecto volutare, donec infans aliquantulùm conuerſus deprehendatur, quæ volutatio in omni partu debet fieri, in quo fœtus modo inconcinno apparuerit. In quarta forma parturiens non erit vllo modo ſtimulanda ad expellendum fœtum: propterea quòd fieri vllo modo nequit, vt prædicta ratione fœtus exeat, quare obſtetrix manu oleo linita, infãtis dorſum debet impeliere, & ſubmouere, ita ut ad exitum caput dirigere poſſit.



Tertia forma partus non naturalis

Quarta forma partus non naturalis.

Quinta



Quinta Icon partus non naturalis.

Quinta forma erit quãdo infans pedibus, brachijſque inflexis progreditur ad exitum, tunc enim, fœtu ſurſum impulſo, patiens decumbat tandiu, donec ad commodiorem formam reducatur, vel perita obſtetrix oleo liliorum alborum manu perũcta, vtrumque pedem in vnum coniungat, & manus ad latera, ſi fieri poteſt, deducat, & hac tutiſſima ratione illum ad exitũ dirigat. *Oleum liliũ alborum.*

In ſexta forma infans vtroque genu ad vteri orificium procedit, manibus ad latera porrectis. Tunc autem obſtetrix, dextra inſerta manu, vtrumque genu ſurſum pellat, donec pedes prorumpere incipiant, nam tunc altera manu, brachijs ad fęmora retentis, fœtum ad exitum ſolicitare debet. At ſi hæc ratio tuta non videbitur matre in lecto reclinata, motione frequenti laborandum eſt, vt infans commodiorem formam acquirat, id totum in ſequentibus apparet figuris.



Sexta Icon partus non naturalis.

Forma ſeptima valde periculoſa eſt, quando infans ambabus manibus ori matricis ſe ſe offert. Tũc enim obſtetrix diligens omnem curam adhibeat, vt quãprimùm infantem in vterũ reuocet, deinde manu ita operetur, vt fœtus totus in vterum recidat, & ne denuò eadem ratione infans ad orificium relabatur; inſerta manu, ad latera deducat brachia, itaut ad formam naturalem partus reducatur.

Verùm ſi hæc iuxta mentem non ſuccedant, parturiens ad lectum reducenda eſt, vt poſt aliquam quietẽ, obſtetrix rurſum prædictã poſſit moliri operationem, quæ ſi fuerit inanis, neq. infans aliam muret formam, tunc vtero deorſum cõpreſſo, mulierum adſtantiũ ope, obſtetrix matrice pronũcta brachia fœtus, quoad fieri poteſt, in vnũ iungat, & hoc modo prorumpentem partũ excipiat.

Partus peri eulosus qualis.

Octauo accidit interdũ, vt infans natibus ortui appropinquet, & quoniam fieri nulla ratione poteſt, vt infans hoc modo naſcatur ſine euidenti matris, & infantis diſcrimine: propterea obſtetrix nates infantis, ita ſubleuabit, vt caput ad exitum vertat; ſed id diligẽter præſtandum erit, ne in deteriorem formam partus prolabatur. Hæc in ſequentibus monſtrantur figuris.




Partus ſeptimus non naturalis.



Partus octauus non naturalis.

Nonus partus non naturalis. Decimus partus non naturalis.




Nono contingere solet, vt fœtus in pectus aliquã do procidat, pedibus, manibusq; auersis, & retrò coniunctis, quę forma omniũ periculosissima habetur. Ideò sedula obstetrix, manibus perunctis, & manu inserta, brachia infantis inuestiget, illaq. prę- *Partus periculosissimus.*
hendat, & teneat, & omnes adhibeat uires, vt primò ad exitum caput reuocetur, deinde manus infantis submoueat, & ad latera dirigat. Verùm si hæc operatio non valeat: satius erit matrem ad lectum conducere, vt interea à fœtu forma commodior eligatur.

Decima forma non naturalis erit, quando fœtus pedibus, manibusq iunctis exitũ sollicitabit. Nam tunc obstetrix pro virili parte, totoque molimine conari debet, vt summotis aliquantisper pedibus, atquè manibus confestim caput apprehendat, vt quoad fieri potest, ad facilem exitum fœtus inclinet. Id in præsentibus figuris explicatur.

Vnde-

Partus non naturalis geminorum. Partus manu ad exitum porrecta.



Vndecimo loco memoranda est figura partus non naturalis, vbi infans alteram manum orificio uteri porrigit, altera manu ad latus demissa, & pedibus sursum ex porrectis. Hunc fœtum obstetrix non debet excipere, sed parturientem ad cubile ducere, vbi natibus altius locatis, & capite in loco humili posito, venter lenitet stringendus est, vt infans denuò in uterum relabatur. Immo etiam obstetrix, nisi infans sponte in uterum recidat, inserta manu, humeros pueri debet reprimere, vt in uterum reuersus legitimam, & naturalem exitus formam acquirat.

Mater ad cubile quando ducenda.

Duodecimo loco recensetur quædam forma partus ex naturali, & non naturali composita, & est quando geminorum alter capite, alter autem pedibus ad exitū ueniunt. Tūc obstetrix fœtū naturaliter locatum excipere debet, alterum postea paulatim summouear, vt ad naturalem formam pedetentim disponatur: sin secus, manibus statim apprehensis exitus erit solicitandus, antequam partes ob geminum partum, & inflatione, & inflāmatione corripiantur. Hæc autem forma erit tota præter naturam, quādo gemini ad exitum se offerent, veluti in præsenti figura delineantur.

Forma partus composita ex naturali, & non naturali.

Tertia



Figura decima tertia non naturalis.



Partus naturalis geminorum.

Tertia decima figura erit, quãdo infans ceruice inflexa, pronis ad partum humeris, capite retrorſo, & pedibus atq; manibus ſurrectis ad lucem properat. Hic partus non ſolet eſſe admodum difficilis, quia motis aliquantiſper humeris ab Obſtetrice, caput ad exitum comparere ſolet, cum orificio vteri ſit valde proximum.

Partus non difficilis qualis.

Quarta decima forma partus non naturalis hæc erit. Quandoquidem id, quod accidere ſolet in partu ſimplici, id etiam in gemino obſeruari poterit, nã quem admodum ſimplex partus vnam tantum legitimam, & naturalem formam, plures verò formas non naturales ſortitur: pariter geminus partus ab iiſdem cõditionibus non recedit. Quapropter quando geminus partus in forma naturali ad exitum properabit, obſtetrix inuigilabit, vt alterum orificio proximiorem diligenter excipiat, & alterum, priori egrediente, non dimittat, ne denuò in vterum lapſus, formam nõ naturalem adipiſcatur. Quare, altero in lucẽ edito, alterum illico excipere debet: ſiquidem hic ſecundus partus minus periculoſus, & facilior erit, quoniam prior infans poſteriori viam planam, & leuem ſtrauit. Figuræ præſentes id explanant.

Quinto decimo loco collocatur figura partus geminorũ non naturalis, quæ accidit, quando pedes vtriuſq; infantis ori matricis vno, & eodem tempore appropinquant, qui partus admodum periculoſus eſſe ſolet, niſi ſedula prudentis obſtetricis opera corrigatur. Nam, peruncto matricis ore, vt lenior fœtui ſternatur via, debet toto contendere conatu, vt inſerta manu, brachia alterius infantis apprehendat, & firmiter tenens ad fœmora deducat, caputque ad orificiũ ſolicitet, quo nato, ſtatim totis neruis adlaborabit, vt eamdem operam in alterius ortu præſtet. At ſi fœlicis partus bona ſpes non expectetur, parturiens ad lectum erit ducenda obſeruando, num poſt aliquam quietem, partus meliorem formam nanciſcatur: id ſequens figura monſtrabit. A

Partus geminorũ peri culoſus qualis.

Partus non naturalis geminorum.




Hactenus naturam matari, & tempeſtiui partus paucis verbis complexi ſumus. Nunc ad calcem huius Rubricæ, rationi conſonum eſſe videtur, vt de intempeſtiuo etiam partu, nimirum de abortu verba faciamus. Abortum igitur appellare debemus præproperam fœtus iam formati, & vitalis excluſionem: nam ſi aliquando contingat, vt ſemina in vtero per aliquod dierum ſpatium coagulata, extra vterum necnon aliquando portiones ſanguinis concreti dilabantur, hæc materia non abortus, ſed effluxiones erunt appellandæ. Abortus igitur accidere ſolet, vel propter affectiones infantis, vel vteri (loquendo tamen de cauſis internis) ſiquidem ratione infantis, interdum cotyledones ſunt debiles, hinc fit, vt acetabula citò rumpantur, & ſuccedat abortus: quandoq; membranæ fœtum inuoluentes adeò ſunt tenues, & imbecillæ, vt facile ante tempus ſcindantur, hinc humores diſſuunt, & fœtus deficit. Ratione matricis contingit abortio, ſi mulier infirmæ ſit naturæ, & ſi matrix aliquibus affectionibus ſit obnoxia. Reliquas cauſas Medici in ſuis monumentis ſigillatim recenſent. Vt autem id totum legentibus pateſiat, nonnullas figuras abortionis exhibemus. Prima figura veram abortus formam oſtendit, in qua fœtus Parenchimati affixus obſeruatur. Secunda monſtrat abortum cum ſuis membranis, & vaſis vmbilicalibus, tertia demum eſt abortus trimeſtris pollicis longitudine, quem Clariſſimus Varolus inſignis Anatomicus nobiliſſimo, & doctiſſimo viro Vlyſſi Aldrouando dono dedit. D

Abortus quando dicatur.

Cauſæ abortus.

Abor-

Abortus Parenchimati affixus.



B. Chorion cum Parenchimate.

C. & D. Amnios membrana tenuiſſima fœtum immediatè inuoluens.

Hoc loco aduertendum eſt duas tantùm eſſe tunicas fœtum inuoluentes, veluti doctiſſimus Pareus animaduertit, quicquid Priſci authores de tribus tunicis; Chorio, Allantoide,& Amnio ſcripſerint: ſiquidem fœtus in Chorio tantùm, & Amnio inuolutus conſpicitur. Veteres autem ſcriptores, ex obſeruatione in Brutis facta tertiam tunicam, nempe Allantoidem addiderunt.

Abortus cum membranis, & vaſis vmbilicalibus.



Abor-

Abortus trimeſtris.



VOX.

INFANTIS nulla vox auditur antequam ab vtero prodeat, verùm ſtatim atq; emerſit, vagire incipit: hinc verbum Βαβάζω apud Græcos fortaſſis ab imitatione vagientis pueri formatum. Sed quando puer inarticulatè loqui incipit, id à Græcis per verbum Βαμβαίνω exponitur: hinc fortè nomen (Bambino) deductum, quo Bononienſes puſionem balbutientem exprimunt. Siquidem Infantes tantummodo anniculi fari incipiunt: quamuis vox poſtea anno tertiodecimo roboretur, eademq; ſenio adueniente, fiat exilior. Etſi licet nonnulli arbitrentur vocem propriè homini conuenire, quia vox ſit aer ſpiritu verberatus, vnde verba quaſi verbera, quæ non niſi ab ore humano prodeunt. Nihilominus vox ſignificat id omne, quod ſonat, & alijs etiam animantibus competit: deducitur enim ἀπὸ τῦ βοάω ideſt clamo. Idcircò cætera animantia vocem quidem emittunt, ſed nullum, præter hominem, loqui poteſt. Neq; officit in medium proferre multas aues, veluti Picam, & Pſitacum humanam edentes vocem, cum de Pſitaco canatur.

Bãbini etymologia.

Quale animal loquatur.

Pſitacus humanas depromit voce loquelas.

Et de Pica legatur.

Pica loquax certa Dominum te voce ſaluto,
Si me non videas, eſſe negabis auem.

Quandoquidem prædictæ animantes talem vocem proferunt, qualem docentur, neq; earum vox poteſt eſſe intentio eorum, quæ ſunt in mente; cum hæc animalia ratiocinio careant. Etenim vox humana articulata eſt, & loquela nuncupatur ad exprimendas varias humani animi intentiones: quare ſolebat dicere Cicero, tot eſſe mutationes vocis, quot animi. Hinc (teſte Eraſmo) nullum eſt animal, cui tam varia ſit vox, quàm homo. Et quamuis tot voces, & loquelæ, quot Nationes eſſe perhibeantur, cunctarum tamen Nationum intentiones in vnum confluunt.

Qua vox ſit articulata.

Varietatem igitur vocum humanarum, & ſermonis inde originem traxiſſe arbitramur, quoniam poſt vniuerſalem inundationem, Arcâ in Montibus Armeniæ quieuit. Tunc Noe cum ſuis in terram egreſſus, humanum genus, breui temporis ſpatio, Numine propitio, reparauit. Deinde vt totus terrarum orbis rurſum coleretur, Filios, Nepotes, & Pronepotes, ad varias terræ plagas veluti in tot Colonias diſtribuit. Primitus in Aegyptum miſit Eſennium, in Lybiam, & Cirerem, Tritamen, & in reliquam Africam Iapetum Priſcum. Aſiæ orientali præfecit Gangem, Arabiæ fælici Sabum cognomento Turiferum, Arabiæ deſertæ Arabum, & Petreæ Petreium. In Damaſco Canaiam collocauit. In Europa Regem conſtituit Turiſconem à Tanai ad Rhenum flumen. Iunctiq; ſunt illi omnes filij Iſtri, & Meſę cum fratribus ſuis ab Adula monte ad Meſembriam vſq, ponticam; ſub quibus Tyrus, Arcadius, Emacius tenuerunt Italiam. Comerus Gallus Samotes poſſedit Celtas, & Iubal Celtiberos. Fuit igitur breuis illa, & immatura filiorum à Progenitoribus alienatio, quorum viuendi ritum, & mores nondum ſatis imbiberant, & hæc fuit potiſſimà cauſa omnis diuerſitatis. Quandoquidem Chamus, ob ludibrium, quo patrem habuit, cum vxore, & liberis in illam Arabiæ partem profugere coactus eſt, quæ poſtmodum ab ipſo nomen eſt ſortita: propterea nullum poſteris ritum ſacrorum tradidit, cum nullum à Patre accepiſſet. Hinc factum eſt, vt tractu temporis, in errores inextricabiles inciderent, & hac ratione vox, loquela, ſeu lingua variata eſt, immò cognitio veri Dei, & omnis cultus perijt.

Varietatis ſermonũ origo.

Filiorum à Patribus alienatio immatura quã præſtiterit.

SYME-

SYMETRIA.

HOminis proportionem, & ſymetriam eſſe mirabilem inde colligimus, quoniam ad hanc Architecti cuncta Templorum, Domorum, & Nauigiorum ædificia referunt. Immò arcam Noe ad humani corporis dimenſionem fabricatam fuiſſe perhibent. Siquidem cum humanum corpus longitudinis ſit trecentorum minutorum, latitudinis quin-
E quaginta, & altitudinis triginta; pariter arca ad longitudinem trecentorum cubitorum, latitudinem quinquaginta, & altitudinem triginta fuit conſtructa. Præterea trimeſtris puer, ex Plinio, dicitur habere dimidiam menſuram ſtaturæ, quam viuens, tractu temporis, adipiſci debet. Immò natura corpus humanum ita compoſuit, vt eius partes inter ſe maximam haberent proportionem. Quamobrem inchoando à capite, lacunula illa, quæ in labio ſuperiori obſeruatur totius faciei minima quidem, ſed æqualis eſt dimenſio; ſiquidem multiplicata perfectam, & certam regulam in hoc oſtendit. Hæc enim duplicata, ſpatium, quod à naſo ad labium abſoluitur, complere ſolet. Quadruplicata plurimarum aliarum partium menſuram conſtituit; nempe longitudinem oris, & oculorum ſpatium, quod inter vtrumq; iacet, atq, etiam quod ab inferno labio ad terminum menti extenditur. Naſi verò, & aurium lon-
F gitudo, & illius maximus ambitus, necnon ſpatium à naſo ad confinia capillorum, & deorſum ad mentum, pari menſura conſtant, & proportione ſeſquialtera ad prædictas quatuor particulas ſe ſe habent, nimirum ſex menſuras minimas adæquant Oris, auriumq; ambitus; pariter ſpatium ab extremo vnius oculi ad alterum productum, duplicata proportione, proximè nominatas partes reſpicit, & duodecim minimas menſuras explet. Sed vniuerſæ faciei longitudo, frontiſq; circuitus, oris ambitum ſeſquialtera proportione ſuperat, & octodecim minimas menſuras complectitur.

Area Noe di menſio.

Naſi Symetria.

Longitudo faciei.

Spatium capillorum ab extrema fronte ad primam colli vertebram, pariter ſpatium à mento ad verticem capitis productum, longitudinem faciei ſeſquialtera proportione repræſentat, & viginti quatuor menſuras minimas comprehendit. Inſuper manus tanquam totius corporis munus, faciei etiam menſura eſt. Tantam enim fa-
G ciei naturalis longitudinem eſſe arbitrari debemus, quanta à carpo ad extremitatem digiti medij continetur, ita ſpatium idem à cauitate naſi ad futuram coronalem pertinet, qua regula Chirurgi vruntur, vt eamdem futuram, pro inſtione ſincipiti imprimenda, rimentur; quæ ratio in pauciſſimis hominibus fallit. Immò non ſolùm faciei partes omnes certa proportione metimur, verum quoq; ipſe manus partes inter ſe, & cum reliquis partibus dimenſionem non habent fallacem.

Menſura à manu deſumpta.

Sutura coronalis qua via inueſtigetur.

Primitùs longitudo Indicis ab extremo vngue ad tertium articulum (loquendo de exteriori parte) iuſtam totius manus dimidiatam magnitudinem indicat, & ſemper inuenitur æqualis reliquo ſpatio, quod ad carpum vſq; tendit. Intrinſecus verò id totum digitus medius docet, quem ſi ab extremitate ad radicem vſq, trans monticulum metiti fuerimus, tantum ſpatij inueniemus, quantum inde ad carpum re-
H liqua manus continet. Vngues quoq; ſingulorum digitorum tantam poſſident longitudinem, quantum ſpatium eſt à radice vnguis ad primum articulum. Item ambitus digiti craſſioris certa menſura longitudini eiuſdem reſpondet.

Digiti, & vngues.

Denique è manu tanquam ex tabula facies vniuerſa facilè conſtituitur: nam tanta eſt longitudo faciei, & ambitus frontis, quanta eſt longitudo manus. Spatium, quod à radice capillorum per frontem ad orbiculum naſi extenditur, medio digito, reliquum verò ad menti extremitatem, reliqua manu exactè menſuratur. Altitudinem inſuper frontis repræſentat pars palmæ vicina, quæ prima, & maxima Indicis eſt. At ſecundam, ſimulque iunctam tertiam in extremitatem vnguis deſinentem ab illo ſpatio, quod à ſupercilio ad naſi orbiculum deſumit, nùquam diſcrepare obſeruabimus. Prima quidem, & maior pars digiti medij æqualis penitùs illi ſpatio reperitur, quod à naſo ad extremum mentum porrigitur. Secunda verò mentum metitur. Cæterum pars maior annularis digiti illud ſpatium iuſta menſura adæ-

Faciei manu menſuratur.

quat,

quat, quod à mento ad inferius vſque labrum ſe ſe inſinuat. Amplius tertia pars digiti medij vngui copulata totam ſuperioris labri lacunam æquè menſurat. Pariter in digito medio tanta primi internodij eſt longitudo, quanta oris, ſi labri arcus filo commenſuretur: quinimo ab eadem patte altitudo frontis etiam oſtenditur. Palma manus, & ipſa ſecundum longitudinem, & latitudinem, malam metiri ſolet; atq; hac ratione manu tanquam perfecta menſura, ad explorandas vultus diſpoſitiones vti poſſumus, vt deinde ipſam faciem, ad diſtinguendas ſine errore reliquas totius corporis partes, iuxta proportionem à natura aſſignatam, adhibeamus.

Palma manusquid metiatur.

Quare ſi vniuerſum corpus ad ſymetriam ſit reuocandum, vulgatam corporis longitudinem nouena totius faciei longitudine conſtare ſtatuemus; dummodo noſtræ Regionis homines ſpectemus. Non negamus enim inueniri poſſe homines, qui maiori porrectam, aut minori contractam menſura, corporis Naturam habeant; cum nonnulli longitudine corporis ſpatium vultus decies expleant: immò nonnullorum proceritas octies ſolùm, nonnunquam, ſed rarò ſepties tantùm faciem contineat. Grandiores autem homines faciem decies repetitam toto corpore reddunt. A

Longitudo corporis qualis.

Itaq; in præſentia neceſſarium eſſe duximus, huius vtriuſq; magnitudinis meminiſſe, nempe illius, quæ noueno vultus ſpatio abſoluitur, & plurimis conuenit, necnon illius, quæ hanc magnitudinem excedit, & perpaucis competit. In facie igitur rectè à natura conſtituta, tria æqualia ſpatia obſeruantur. Primum ſpatium eſt inter confinia capillorum, & principium naſi. Secundum totum naſum occupat, tertium à naſo ad menti extremitatem porrigitur. Itaq; prima menſura eſt ipſe vultus, ſecunda ſpatium à gula ad pectoris extremitatem, vbi cartilago enſiformis obſeruatur, tertia ab hoc loco ad vmbilicum, quarta hinc ad principium coxarum, quinta, & ſexta inde ad genua, ſeptima, & octaua inde ad talos peruenit. Nona ex tribus diuerſis partibus conſtat, quæ quidem partes inter ſe, & cum tribus illis in facie deſcriptis exactè conueniunt. Harum prima eſt ille arcus, qui à confinio capillorum ad verticem vſq; capitis extenditur. Secunda eſt gula, quæ ab extremo mento ad pectoris, vſq; furculam peruenit. Tertia eſt illa, quæ à talo ad plantam vſq; pedis deſcendit. B

Communis ſingitudo corporis.

Nona pars ex tribus cõſtat.

Itaq; mater natura in prima hominis formatione perfectam, æquilaterã, & quadratam figuram affectaſſe videtur: namq; centrum in inguine cõſtituit, & hominem æquè latum, & longum effinxit. Quandoquidem illæ nouem partes, quibus longitudo totius corporis diſtinguitur, ſimiliter in brachijs extenſis cum thorace obſeruantur. Nam ſiuè ab humeris forinſecus per cubitum ad primam iuncturam digitorum, ſiuè ab axillis intrinſecus ad palmæ, & digitorum confinium deſcendamus, iuſta ratione, ter vultus longitudinem explebimus. At ſpatium digitorum, vtriuſq; manus ſemel faciem continebit: namq; duo brachia, & manus ſimul ſua longitudine ſepties faciem reddunt. Et latitudo corporis ab humero ad humerum tanta eſt, quanta facies ipſa bis ſumpta. Atq; hac ratione extenſa brachia conſtituunt illud ſpatium, quod natura à vertice capitis ad plantam pedis delineauit. Hactenus de homine, qui vt plurimum nouem faciei menſuris deſcribitur. Modò nonnihil dicendum eſt de homine, qui prædictam excedens menſuram, nouæ ſubijcitur. Siquidem huius prima menſura à vertice capitis ad extremitatem narium deducitur, ſecunda à naribus ad principium pectoris, tertia hinc ad extremum thoracem peruenit, quarta vmbilicũ pertingit, quinta ad inguen extenditur, vbi centrum humani corporis collocari ſolet. Reliquæ autem quinq; partes per fœmora, & crura deinceps iuſtis ſpatijs deſcribuntur. C D

Centrũ hominis vbi ſit.

Spatium digitorum vtriuſq; manus faciem ſemel continent.

Noua hominis mẽſura.

His ſic conſtitutis nunc intelligendum eſt, quòd quemadmodum vultum in tres partes æquales diſtinximus, pariter etiam reliquum corpus tres æquales inter ſe diuiſiones admittit, nimirum illam medij corporis, necnon fœmoris, & tandem tertiam à fine coxarum ad pedes vſq; Iterumq; hæc triplex diuiſio in medio, etiã corpore narranda eſt, nempe ſpatium à pube ad vmbilicum, deinde hinc ad mamillas, poſtea inde ad colli principium: præterea ſpatium in mamillis concluſum, frontis circumferentiam adæquat, ſed frons in longitudinem triplicata dorſi exactam dimenſionem præbet; veluti etiam ſpatium vultus nouies, vel decies ſumptum totius corporis proceritatem metitur: Aſſimiliter frontis altitudo nouies, vel decies ac-

Spatium inter mamillas quid denotet.

cepta

cepta dorsi longitudinem absoluit. Item supercilij semicirculus duplicatus rotunditatem spatularum refert, & qualis circulus oculum ambit, talis peripheriam axillarum describit. His addamus, quod non solùm facies, quemadmodum superiùs demonstratum fuit, sed illud etiam spatium, quod à cubito ad extremitatem medij digiti percurrit, totius corporis certa, & iusta mẽsura esse potest. Id autem consultò omittimus, ne limites breuitatis excedamus, & lectorem ad Albertum Durerum, & alios Authores hanc materiam pertractantes relegamus.

Axillarum peripheria à quo designetur.

E

ÆTAS.

AETAS quasi Aeuitas nuncupata ab Aeuo, quod à Censorino velut quid immensum sine origine, & fine definitur, olim iustioribus de causis quàm hodiè, hoc nomen promerebatur: siquidem ab Adamo, & Eua annos vitæ nongentos cum triginta impletos fuisse legimus. Imò Matusalem filius Enoch vitam annorum sexaginta nouem supra nongentos, & Lamech Matusalem filius septuaginta supra sexcentos, necnon Noe quinq; supra nongentos vixerunt, sed maiori admitatione dignum videtur, apud Athenas fuisse insulam, quam Athenienses muris dum munirent, fodiendo, sepulcrum inuenerunt cum cadauere, & epitaphio, ex quo defunctum mille quinquies peractis annis vitam duxisse intellexerunt. Quamuis postea multi eruditi viri computationem annorum, apud Aegyptios quatuor tantùm mensium fuisse decreuerint. Vtcunq; tamen sit, humana vita semper breuis vocari poterit: iuxta pulcherrimum Distichon in hominis vitam prolatum.

Annos multos Patres nostri vixerunt.

F

Est tua vita breuis, spes in te nulla salutis,
Hospes abi, quid ibi? non tua regna colit.

Scriptum tamen inuenitur apud Aristotelem, nullum animal homine diuturniorem traducere vitam, præter Elephantum, & quamuis publica opinione receptum sit, cornicibus vitam esse longissimam iuxta vulgatum carmen.

Elephantes.

Viuere Cornices centum dicuntur in annos.

Nihilominus, per annos centum, multi anni, in comparatione ad ætatẽ aliarum aliũm intelligendi sunt. Præterea sunt, qui credant hominem vltra spatium annorum centum viuere minime posse; cum Varro tradiderit cor hominis anniculi duas pendere drachmas, quod postea, singulis annis, vsq; ad annum quinquagesimum pondus duarum drachmarum adipiscitur; ita vt tunc temporis drachmas centũ pendat: deinceps verò vsq; ad centesimum annum singulis annis binis decrescere drachmis vsq; ad defectum perhibetur. Quare vltra hoc spatium hominem haud quaquam viuere posse statuunt. Sed hoc parùm adhuc est exploratum. Alij ex Pollione, centum annis viginti addunt, asseruntq; vltra hunc terminum cuiq; viuere non fuisse concessum, & suam stabiliunt sententiam vita Mosys, qui centum, & viginti quinq; annorum vitam traduxit, deinde moriens de breui vita cum conqueretur; responsum accepisse referunt, neminem vltra hos vitæ limites esse victurum. Id autem magis probandum est, cum habeamus in sacris paginis Deum vitæ hominis metam centum viginti annorum præfixisse. Item Psalmographus humanæ vitę septuaginta annos, & reliquum tempus doloris, & laboris statuit. Quicquid scripserit Plinius de Cyrnijs Indorum populis ad annos centum, & quadraginta viuentibus, & de gente Aetolia, quæ ducentos annos vitæ explet. Homines quoq; longeuæ ætatis in regionibus Aquilonaribus Europæ degunt. Siquidem memorat Olaus Magnus Dauidem Episcopum Scotum, qui annos septuaginta vltrà centum vixit. Item memorat Textor quendam nomine Marin antica corporis partæ humana, & postica equina, qui primus equum conscendisse dicitur, & annum vigesimum tertium supra centesimum attigit.

Cor hominũ crescit, & decrescit.

Anni Mosys quot fuerunt.

Gen. cap. 6.

H

Psalmo 89.

Lib. 7. cap. 2 & cap. 48.

Lib. 4. septim. cap. 4.

Itaq; ex prædictis colligendum est ætatem esse transitum temporis in vita, quam Galenus, & Auicennas in quadruplicem, nempè in pueritiam, adolescentiam, ætatem consistentiæ, & senectutem distribuerunt. Hæc autem diuisio ætatum iuxta quasdam insignes naturæ operationes esset facienda, sed quoniam hæ in omnibus indi-

indiuiduis, eodem tempore, & statutis annis, ex maiori, vel minori temperamenti robore, non celebrantur: idcirco necessarium erit iuxta quemdam annorum numerum has ætates constituere. Pueritiam igitur à primordio ortus ad annum vsq; decimum quartum extendunt, quam ætatem in infantiam septem annorum, & veram pueritiam ad annum decimumquartum peruenientem subdiuidunt. Secundam ætatem ab anno decimo quarto ad annum trigesimum quartum adolescentiã nuncupant. Verùm hæc tres patitur diuisiones. Prima attingens annum vigesimum primum vera nominatur adolescentia, altera peruenies ad annum vigesimũ octauum pubertas, & tertia demum iuuentus.

Ætatũ numerus.

Tertium membrum primæ diuisionis, ætas consistentiæ siuè virilitas nominabatur, quæ à perfecta iuuenta inchoans annum quadragesimum nonum attingit. Illa tandem, quæ ab anno quadragesimo nono per reliquum vitæ tempus protrahitur senectus vocatur, quæ postea primum, & secundum senium complectitur. Primum in sexagesimum tertium annum terminat, secundum in annum octuagesimum primum extenditur. Hinc colligendum est hominem per diuersas ætates quasi per tot scalæ gradus ad finem vitæ properare: idcircò quicunq; annus in quẽ prædictæ ætates terminant, poterit nuncupari κλιμακτηρικὸς, quoniam Græcis κλῖμαξ scala, & κλιμακτὴρ scalæ gradus exponitur. Erit igitur constituenda ætas, tanquam scala suis integrata gradibus, & primus gradus erit infantia ita dicta quia homo in illa ætate fari nequeat, & quoniam hæc ætas in annum septimum terminat; idcirco id erit primus annus climactericus, succedit secundus gradus, nempe pueritia à puritate nominata terminans in annum decimum quartum secundum climactericum. Sequitur adolescentia ad generandum adulta, secundùm aliquos, tertium annum climactericum attingens: vel secundum alios ad annum vigesimum octauum protrahitur nomine pubertatis à pube, seu pudendis, quæ tunc lanugine vestiri incipiunt. Reliqua ætas ad annum trigesimum quintum pariter climactericum iuuentus à iuuando appellatur, tunc enim homo in summo incremento est collocatus deinceps spatium ætatis peruenies ad annum quadragesimum nonum pariter climactericum, dicitur virilitas, quia maior vis in illa ætate, quàm in alijs consistat. Huic additur senectus quam sextæ ætatis terminus (loquendo tamen de prima, & viridi senectute) hæc tamen tangit annum climactericum sexagesimum tertium; nam quod supereſt vitæ spatium, nuncupatur decrepitas, quoniam homo in illa constitutus ætate ne crepitum quidem edere possit, & in vltimum annum climactericum, nempe octuagesimum primum terminat. Quanquam verus climactericus annus sexagesimus tertius vitæ constituatur. Quemadmodum numerus climactericus est, ad quem per gradus, & veluti quasdam scalas paulatim ascendimus, qualis est numerus octuagesimus primus, qui ex nouem nouenarijs resultat. Cæterùm ad finem aduertendum est, quòd illi diutius viuere dicuntur, qui malitia animum minus imbuunt: propterea quod breuioris ætatis sunt plerumq; illi, quorum ingenitus calor callidum producit ingenium. Sicuti vice versa longæuiores sunt, qui simpliciori sunt mente, nam hi quoq; membra validiora, & corpus robustius possident.

Senium duplex.

Anni climacterici qui, et quot sint.

Singularũ ætatum etyma.

Numerus Climactericus qualis.

A

B

C

D

TEMPERAMENTVM.

VM homo moderatam temperiem obtinuisse perhibeatur, iustis de causis ab Authoribus reliquorum omnium animantium mensura, & canon esse dicitur, & potissimum cum scripserit Galenus hominẽ non solum animalium, & stirpium, sed etiam reliquorum omnium maximè esse temperatum. Verùm non possumus exactam hominis temperaturam intelligere, & assequi, quoniam optimè docuit Galenus hominem in varijs ætatibus constitutum, varijs etiam gaudere temperamentis. Quandoquidem prima ætas calida dicitur, & humida, secunda ad caliditatem, & siccitatem vergit, tertia recedit à caliditate, & maiorem siccitatem adipiscitur, postrema tandẽ omnium frigidissima habetur. Rursùm addamus, ex mente Galeni, quòd exactam non possumus

Lib. 2. de Tẽp. cap. 1.

Lib. 8. de decret. Hipp. & Plat. c. 7.

Lib. 1. de Aliment. fac. cap. 1.

sumus humanæ naturæ assequi temperaturam, propter varia hominum instituta, & victus rationes, quæ omnia natiuum corporis habitum immutant. Neq; omittenda sunt diuersa Cæli climata, quæ non solum humanas temperies, sed etiam mores, & animi propensiones variant. Siquidem homines in meridiana plaga versantes crispis sunt capillis, corpore breui, graciliorib⁹ cruribus, & leui refertianimo. Vicissim Aquilonarem colentes regionem, corpore sunt amplo, prolixis capillis, colore albo, cruribus crassis, carne laxa, consequenterq; stolidirate non carent. Alpini, cæteriq; montium Accolæ rudis sunt aspectus, & ma lenti, guttura plerumq; habent strumosa, immò non solum diuturniorem degunt vitam, verum quoq; sunt robustiores
E illis, qui in planitie versantur.

Vt igitur, nisi perfecta, saltem rudis aliqua humanæ temperaturæ cognitio habeatur, duo prænoscenda Medici proponunt. Primò quemdam temperamentorum numerum assignant, deinde humorum naturam diligenter explorant, ex cuius perfecta cognitione humanas temperaturas elicere profitentur. Quoad primum, temperamenta in nouenario numero constituunt, & horum quatuor appellant simplicia, iuxta quatuor simplices elementorum qualitates, & quatuor composita, iuxta quatuor rationales qualitatum elementarium combinationes. Verùm quia horum temperamentorum excessum nosci minimè posse asseuerant, nisi temperies temperata aliorum norma perfectè intelligatur; idcirco ab ipsis ea duplex, nempe ad pondus, & ad iustitiam constituitur, deinde omissa consultò temperie ad pondus ab æquali portio-
F ne elementorum emergente, tanquam imaginaria, vnam tantùmodo temperaturam æqualem ad iustitiam esse statuunt, quæ in symetria quadam elementorum ad perfectas operationes obeundas consistit. Ideoq; illum hominem vocant temperatum ad iustitiam, qui ad omnes functiones perficiendas est paratus, atq; idoneus, illiq; intemperatum appellant, qui à prædicto recedens temperamento ad vnum ex octo intemperatis vergit.

Temperamentorũ numerus.

Temperatura ad iustitiã.

Præterea circa naturam humorum, Medici obseruant cuncta esculenta, & potulenta per spatium sex, vel septem horarum in humano ventriculo morari, quia ibi, prædicto tempore, perfecta digestio celebratur. Vnde quidam respiciens alimentorum coctionem in somno potissimum perficiendam canebat.

Septem horas dormisse satis, iuueniq;, senioq;

Siquidem alimenta in humano stomacho, tanquam in olla apud ignem caloris na-
G turalis locata alterantur, & in substantiam valdè similem cremori ptisanæ chilum nuncupatam transmutantur. Postmodum materia hæc per intestina tenuia venarum copia referta descendens ab ijsdem fugitur, vt tandem per venam portam iecur ingrediatur, vbi denuò alterata à facultate hepatis in sanguinem mutatur, qui postea per venam cauam, & ramos ab ea descendentes exiens à iecore, cæteris partibus humani corporis, nutritionis gratia, distribuitur. Insuper animaduertunt Medici prædictam materiam in iecore quidem alterari, sed non totam in syncerũ sanguinem, sed maiorem solùm partem conuerti; & propterea portio coctionem effugiens, & alba remanens, pituita, portio calidior, bilis, & demùm crassior, melancholia nuncupatur. Hi igitur quatuor humores, ex sententia Galeni, elementa animalium sanguine prædictorum nominantur: immò, vt retulit Hippocrates, prædicti
H humores omni tempore, & omni ætate, humanas venas implere solent. Itaq; Medici sanguinem naturæ aereæ, & bilem ignæ constituunt, pituitam verò aquæ, & melancholiam terræ assimilant. Quamuis Augustinus Donius, in libro de natura hominis, prædictam similitudinem admittere non videatur, dum potius sanguinẽ igni, & pituitam aeri conferat, quam dubitationem Lector, apud citatum Authorem meditari poterit.

Chilus assimilatur cremoriptisanæ.

Humorum numerus.

Lib. 2. de Element.

In lib. de nat. humana.

His ita constitutis, & notatis, Medici hominum temperaturam plerumq; ab humore prædominante eliciunt. Quocirca prædominium sanguinis manifestabitur, quando homo erit carnosus, hilaris, optimo habitu, acri ingenio, & rubicundo colore præditus: huic enim Medici temperaturam calidam, & humidam assignant. Bilis verò dominium ex leuitate mentis, astutia agilitate, actionum celeritate, & deniq; ex colore inter flauitiem, & rubedinem medio cognoscunt; ideoq; talem hominem, ad calidam, & siccam temperiem referunt. At pituitam in corpore superantem ex

Dominium humorũ quo modo cognoscatur.

segni.

ſegnitie, ingenij ſtupiditate, obliuione, & albo colore coniectant, huiuſq; hominis temperamentum frigidum, & humidum conſtituunt. Tandem, humore melancholico dominante, hominem timidum, memorem, vafrum, colore plumbeo refertum, ad ſpeculandum, & ad magna perpetranda facinora idoneum, necnon frigidum, & ſiccum declarant.

Partiũ temperatura.

Modò ſi lubeat temperaturas ſingularum partium humani corporis examinare; adire Galenum neceſſe eſt, qui in primis, cutem inter alias corporis partes temperatiſſimam, immò illam, quæ tegit volam manus, hac præcipua gaudere prærogatiua decreuit. Reliquarum poſtea partium aliæ calidæ, & humidæ, vt omnes partes carnoſæ conſtituuntur, aliæ frigiditate, & humiditate gaudent, vt cerebrum, ſpinalis medula, & pinguedo, aliæ, veluti oſſa, cartilagines, nerui, ligamenta, membranæ, venæ, arteriæ, tendones, & pili, frigida, & ſicca temperatura potiuntur. Aliæ deniq; vt cor, & ſpiritus caliditatem, & ſiccitatem participant. A

NATVRA.

AB homine duo corpora, alterum mortale, & alterum immortale naturaliter poſſideri vnanimes Platonici diuulgarunt; quoniam per corpus immortale, partem animæ rationalem, & corpus quodammodo ſpirituale, & æternum intellexerunt, & per mortale corpus id, quod videtur, & ſentitur ex quatuor compoſitum elementis, conſequenterq; corruptioni obnoxium. Idcirco, ratione primi, homines natura impelluntur, vt plurimis, & præcipuè docendo proſint; conſequenterq; ſoli homines, ex mente Ciceronis, ad diſcendum, & docendum propenſi ſunt. Cum nullum animal, præter hominem, mente, & intellectu exornetur, & huius rationem attulit oraculum in Reuelationibus S. Brigidæ, vbi legitur. *Omnia quæcumq; creata ſunt, ad vtilitatem hominis ſunt, aut ad neceſſitatem eius, & ſuſtentationem, aut ad informationem, & correctionem, aut ad conſolationem, & humiliationem. Si ergo bruta haberent intellectum, ſicuti homo, eſſent vtiq; homini in tribulationem. & potius nocerent, quàm prodeſſent, ideo vt omnia ſubiecta ſint homini, propter quem omnia facta ſunt, & omnia ipſum timeant, ipſe verò neminem, niſi Deum ſuum: propterea brutis non eſt datus rationalis intellectus.* B

Lib. 1. de ſimibus.

Ratio intellectus hominum.

Præterea homini ſoli riſum, & fletum à natura inditum eſſe credendum eſt; & quamuis Authores referant cuculum, & quandam auem ſtauam apud Indos ridere, & canes paulò ante obitum Cæſaris luxiſſe; & Virgilius in arenam educat equum Palantis lacrymas effundentem: idemq; Homerus de equis Achilis repetat: vnde poſtea Iſidorus his ductus authoritatibus, homini, & equo lacrymas naturaliter cõpetere aſſeuerauerit: immò Aelianus aſinis Mauritanis lacrymas tribuit, & Xiphilinus Elephanto lugubrem vocem aſſignauit: Attamen aduertendum eſt num prædictæ proprietates affectui rationali copulentur, quæ iuxta hunc ſenſum, in ſolo homine obſeruantur. Amplius volunt ex mente Ariſtotelis, naturam homini aurium immobilitatem congenuiſſe; cum tamen Procopius Cæſarienſis tradat Iuſtinianum ab Aduerſarijs vocatum fuiſſe Aſinum, non propter ſtupiditatem, ſed quia ritu aſinino, aures moueret. Addit etiam Veſſalius ſe Patauij duos nouiſſe viros, qui aures mobilitabant: immo Laurentius prodit ſe in quibuſdam obſeruaſſe aures mobiles; idq; ope exiguorum muſculorum fieri aſſeuerauit. Quod cum admodum rarò contingat, non poſſumus doctrinam Ariſtotelis exterminare. C

Lib. 1. de Hiſt. Anim. cap. 11.

Lib. 2. de fabrica humani corporis. Lib. 11. Anat. c. 12.

Addit Galenus, quòd commodè ſedere in iſchijs, ſiuè coxendicibus, natura ſoli hominiindidit. Quare poſtea à cranio humano, mus araneus, gallus gallinaceus, & Hyæna ſummopere abhorreant, ſuis locis videndum eſt. Vna ſolùm hic admiranda eſt hominis, & Delphini naturalis ſympathia: cum Hiſtorici ſcripſerint Arionem inter marinas vndas latrones vitantem à Delphino ad portum ſalutis fuiſſe deductũ. Addũt quoq; Heſiodi cadauer in mare proiectum à Delphinis in litus iuxta Locridem fuiſſe delatum: quamobrem Georgius Camerarius hac naturali proprietate, & ſympathia ductus delineauit puſionem ſupra Delphini dorſum cum hoc titulo. D

Lib. 3. de vſu part. c. 1.

HVMA-

HVMANO FLAGRANT DELPHINES AMORE. Deinde subscripsit pulcherimum octastichon huius tenoris.

Sic premis amplexu dorsi tua gaudia Delphin,
Temnis, & aquoreas pulcher Ephebe minas. *In Emblem. amatorijs.*
En quanta è patrio piscem migrare profunda,
Quanta fides puerum fidere iussit aquis?
Sic audax elementa venus confundit, & amens
Debita naturæ vincula nescit amor.
Heu mea, quàm subito plorando exhausta cremabit
E *Pellera, qui gelidas aliger vrit aquas?*

Amplius sexus muliebris duo præcipua à natura sibi comparauit. Primùm, authore Socrate, vt ad omnes disciplinas, & virtutes sit docilis, si diligenter instruatur. Deinde naturalem quamdam sibi vindicauit inconstantiam, & leuitatem: iuxta illud distichon.

Penna leuis, leuis est pumex, leuis aura, sed ipsa
Faminea leuius quid leuitate vides?

Idq; magis attestari possumus, cum videamus mulieres qualibet in re sibi applausum, manifestum leuitatis signum, quærere: quapropter maximus consensus inter mulierem, & pauonem est collocandus: cum, & ipsa mulier pauonino ambitu identidem se circumspectet. Non demirabimur ergo historiam mulieris Leucadiæ ita *Mulierum leuitas.*
F adamatæ à Pauone, quem aluerat, vt ipsa defuncta, ipse quoq; abstinentia cibi commori voluerit.

Cæterùm non modò natura specifica, sed etiam indiuidualis (vt ita loquamur) particularibus hominibus mirificas dotes ingenerat: itaut quidoq; ab ipsa magnam potestatem, immo maiorem, quàm ab ipsa specie hauriant. Idcirco Albertus id occultæ cuidam proprietati, vel influxui cæleti assignauit: cum indiuidua mirabilem patiendi, & operandi energiam, non specificam, sed propriam, & peculiarem possideant. Narrat idem Albertus fuisse gemellos, alteri quorum latus erat, cuius tactu portæ omnes patebant, alterius reseratæ repente claudebantur. Nouimus, & nos *Proprietates indiuiduales.*
homines, qui mures, vel feles, vel alia animantia adeò perhorrescebant, vt eorum aspectu in animi deliquium inciderent. Solinus tradit plenilunium per quamdam antipathiam mulieribus prægnantibus nocere: veteri res falsæ fœtui obesse solent;
G siquidem mulier grauida rebus iustò falsioribus delectata, fœtum sine vnguibus in lucem plerunq; edere solet. Pariter alijs, vel sanandi sirumas, vel diuersa curandi vlcera ita impressa est cælitus facultas, vt quod Chirurgi manus diu fatigauit, nec vllo medicamine liberari potuerit, solo saliuæ tactu sanetur. Et sic deinceps alias indiuiduorum dotes poterimus admirari, & meditari, quæ à specifica proprietate haudquaquam dimanant.

CIBVS.

H GALENVS verba faciens de alimentorum facultatibus, cuicumq; animantium generi quemdam familiarem cibum à totius substantiæ proprietate assignauit, ideoq; quemadmodum equis, & asinis palea, fœnum, & hordeum, necnon leonibus carnes animantium crudæ competunt, sic etiam hominibus carnes coctas, & panes ex seminibus triticeis paratos conuenire asseuerauit. Non immerito igitur homines Græcè ἀρτόφαγοι quasi panicori nominari poterunt: licèt rectius appellari possint ὀψοφάγοι; cum nullum animal, quàm homo obsonijs, & coquinalibus delicijs magis inhiet. Hinc postmodum varia panum, & placentarum genera ab hominibus excogitata sunt, vt Coliphium apud Plautum, Artolaganum, Artopetesia, Maza, panis rigidus quasi vtuntur Nautæ, Pythiriæ nempe panes viliores, & furfuracei, immò Nasti panes additis vuis passis parabantur. Præterquamquòd homines in instructa epularum magnificentia, carnibus auium, piscium, & quadrupedum vtuntur. Nonne habemus ex Tiraquello patinam Vitelij, scarorum iocinoribus, Phasianorum, & Pa- *Lib. 2. cap. 6* *Homines panicori.* *Patina Vitelij qualis.*

uonum cerebellis, Phenicoptetum linguis, & lactibus muræna-rũ fuiſſe exornatam. Homines verò vt plurimum veſcuntur carne bubula, ſuilla, veruecina, hedina, aliquando leporina, ceruina, muris alpini, ſciuri, capreæ, gliris, ouis, capræ, echini, cuniculi, caſtoris, lutræ, taxi, teſtudinum, ranarum, necnon promuſcide & labijs Elephanti. Indi clunes Tygrium comedunt; quidam populi Aethiopiæ carnibus pantherarum, & leonum veſcerentur. Afri in eleganti conuiuio lacertis viridibus, & ſimijs vtuntur. Boruſſi olim Scythiæ populi Hippophagi vocabantur, quia carnibus equorum veſcerentur. Inſubres Italiæ, lupos, feles, vulpes, pardales, & pullos aſinorum comedunt. Immò, & carnes aſinorum æetulorum, & camelorum, ex Galeno, aliquando in lautitijs fuerunt habitæ. Nomades, ex Plinio, lacte Cynocephalorum viuunt, & Incolæ occidentalis Indiæ ſerpentes, viperas, & buſones comedunt. A

Qui buſonibus viuant.

Præterea homines ex omnibus terræ naſcentibus, & potiſſimum oleribus edulia ſumunt; propterea in caritate annonæ Menſis ſolæ herbæ inferuntur. Ad rem prodit Bugatus hiſtoriographus; Anno Domini trigeſimo tertio ſupra milleſimum, & ducenteſimum, Incolas agri Patauini, ob inſignem victus inopiam, tanquã belluas herba in campis naſcente victitaſſe. Cæterùm hoc demirari non debemus, cũ po-

Lib. 3. hiſt.

Populi Carpophagi.



puli

puli quidam, quorum hic figuram damus solis fructibus, seminibus, & herbis viuant, qui propterea carpophagi, & spermatophagi appellãtur. Aestiuo enim tẽpore fructus ex arboribus facillimè colligunt; reliquo tempore herbas in opacis nascentes locis pro victu decerpunt. Hi cum filijs, & vxoribus nudi ad campestria accedũt quamcunq; ascendentes arborem; nam tanta assuetudine pulsi de arbore in arborem veluti tot aues prosiliunt, & licèt pedibus labantur, mira manuum agilitate consestim à casu se se vindicant. Et si interdum fortè deciderint, ob magnam corporis leuitatem paruam incurrunt noxam. Hi, ex Licosthene, baculis muniti pro Lotis inuicem præliantur, & victis dominantur; verùm, vt ipse refert, fame plerumq. pereunt, nam incurrentes cæcitatem, priuantur eo sensu, quo victum quæritabant.

Cæterùm non modò simplicia alimenta, sed potius composita humano stomacho gratificari videntur; cum in Veterum monumentis multa huius generis probentur. In primis Caricam genus cibi Lydij ex multis lautitijs, & sanguine parabant, Coccentum edulium, ex melle, & papauere conficiebant. Botellum genus farciminis ex carne suilla, necnon lucanicam ex eadem materia paratam commendabant. Vnde Martialis de hoc sic canebat. *Edulia varia.*

Filia Picena venio lucanica porcę.
Pultibus hinc niueis grata corona datur.

Minutal ex marino pisce, liquamine, oleo, vino, porris, & coriandro laudabant. Deinde libum laganum, pulmentum, pulpamentum, buccellatum, & mustaceum extollebant. Neq; illis erant incognita artocreata ex pane, & carne, forte Nuperis (Pasticij) nuncupata. Tomacula parabant edulia ex porcino iecore minutim inciso, cum ouis, caseo, pipere, anisso, zinzibere, deinde suillo omento tecta, quæ recentioribus fortè (Tomaselle) nuncupantur. Vt omittamus ozima edulia ab odore ozimi fortassis denominata, cibaria ex lacte, & melle, necnon ex vuis passis, & amygdalis parata, & deniq; tot tragemata, & bellaria, quæ in tertia mensa apponebantur, & nunc etiam apponuntur. Qui verò hodiernos epularum apparatus, & mensas insigni magnificentia instructissimas scire desiderant, adeant Bruyerũ Campeggium, Bartholomæum Scappium, & alios nuperos authores, qui de elegantibus conuiuijs, & miris epularum lautitijs diligenter pertractarunt. *Artocreata qualia.*

PARTES HOMINIS EXTERNÆ.

CAPVT à capiendo, vel intelligendo dictum, est illa pars, quæ collo sustentatur; hanc partem Persci tanquam principaliorem ad reuerentiam nudabant, quo corporis gestu, idem de animo indicabant, Græci verò per hanc partem iurabant. Pars capitis anterior sinciput, posterior verò occiput, siuè occipitium nominatur. Os capitis, vnde capilli emergunt, calua, os verò nudum caluaria appellatur. Verùm pars dextra, & sinistra capitis dicuntur tempora, quia ex his anni, & ætates hominum dignoscuntur. Capillus quasi capitis pilus multa sortitur nomina, aliquando dicitur cirrus, cum multi capilli simul iuncti in modum caudæ pendent: propterea quædã ostreorum species capillatæ, cirres nuncupantur. Alioquin cincinni sunt multi capilli intorti, quos Martialis annulos vocare solebat. *Capitis partes quæ sint*

Succedit frons quasi propter oculos forata, hæc mentem hominis denotare traditur, dum in mœrore corrugatur, & in lætitia dilatatur, ad latera, temporibus, circa partem superiorem radice capillorum, & circa inferiorem supercilijs terminatur. Supercilia quasi cilijs superpositа mobilia sunt: siquidem his homo annuens, & negans, partem animi indicat. Hic aduertendum est ex Nonio, homines prominentioribus supercilijs insigniti Silones dici à Silone, qui hirsutis supercilijs fuisse tradebatur. Illud autem interstitium inter supercilia, quia hoc spatium glabrum esse consueuit, glabella vocitatur. Hinc nasus sumit initium, & nares sunt partes nasi latiores ad dextram, atq; sinistram mobiles, quasi à nando denominatæ, qui autem sine naribus, vel ipsis compressis nascuntur, secundùm Plinium, Simones nominantur. Nasus postea sagacem sapientiam repræsentat, sumpta ab animalibus metaphora, *Silones qui fiant.* *Simones qui fiant.*

phora, quoniam canes, & vultures olfactu eſcam inueſtigant. Oculi ab occulendo dicti, quia ſub cilijs, & genis latibulentur, pupulam ſiue pupillam habent, qua homo intuetur. Cilium fortaſſis à cilleo moueo, genæ ſuperioris eſt extremitas. Gena verò eſt quicquid intra barbam, & cilium cadit, & pilis tanquam vallis munitur, & à palpitando palpebra vocatur. Sed genarum concauitates, in quas lacrymæ dilabuntur, ob quamdam ſimilitudinem, ſinus appellantur.

Genis ſuccedunt malæ, quas homini tantummodo Plinius attribuit; hæ à malo fructu, veluti genę à genu ob curuaturam denominantur: nã mala in vultu eſt pars rotundior, & eminentior. Deinde à mala nomen diminutiuum, nempè maxilla deducitur, non quia parua ſit mala, ſed quoniam infra malam locata ſit. Buccæ ſunt faciei partes, quæ inflari, & barba veſtiri poſſunt. A bucca oritur buccula armaturæ genus buccas tegens: etenim buccula, cuius maſculinum eſt bucculus aliam ſortitur ſignificationẽ; denotat enim paruos boues, quia ab ipſis palearia tanquàm bucculæ pendeant. Amplius à bucca bucceam, & buccellam deriuant indicantem eſcæ quantitatem, quæ ore capi poteſt: hinc etiam bucculenti, & buccones vocantur illi, qui tumidioribus buccis ſunt referti.

Buccula, & Bucculus, quid denotent. A

Aures, ſecundùm nonnullos, ab hauriendo voce, vel potius ab audiendo nuncupatæ, ideo aures, quaſi audes dictæ. Ab his homo dicitur auritus, quod non ſolùm ad exquiſitum ſenſum, ſed etiam ad magnitudinem aurium refertur. Qui nihil, ſurdi, qui verò parùm audiunt, ſurdaſtri indigitantur. Cæterùm, ex Plinio, herbæ ſine nomine ſurdæ dicuntur, quoniam earum nomina non audiantur; hinc poſtea (ab ſurdum) dimanauit, quia nunquam ſimile auditum fuerit. Tandem ab auribus languidis, & flaccidis, cognomentum familiæ flaccorum originem duxit. Priſci quoq; aurem attingebant, quando atteſtabantur, vellendo aurem teſtis ad memoriam: teſtis tamen primus aurem vellendam offerrebat, cum nemini aurem teſtis nolentis tangere liceret.

Herba ſurda quæ dicantur. B

Præterea in ſuperiori labro quædam obſeruatur vallecula, quam Lactantius lacunam appellauit Labia, ſiue labra ſunt partes oſ conſtringentes, & dilatantes, à quibus cognomen labeonum (teſte Plinio) deductum eſt. Labrum poſtea eſt nomen æquiuocum, quia ſecundùm Plinium vas etiam deſignat. Os tandem eſt buccarum foramen, nihilominus multi Authores, & potiſſimùm Poetæ hoc nomine ad humanam faciem indicandam vtuntur. Oris diminutiuum eſt oſculum, nempe os paruum; quamuis aliquando baſium etiam denotet, cum baſium nonniſi ore in oſculum contracto celebrari poſſit. Aliud inſuper oris diminutiuum eſt oſcillum. Ex radice inferioris labri mentum trahit originem, quod licèt Plinius homini tantummodo attribuat, Plautus tamen aliquibus brutis aſſignare videtur. Inoleuit autem conſuetudo apud Græcos, authore Plinio, vt ſupplicantes mentum attingerent. Modò illa pars faciei, quæ in ridente homine lineis quibuſdam, nimirum gelaſinis terminatur, rictus appellatur, qui plurimas paſſionum notas præ ſe ferre ſolet. At faciei humanæ pars tota, quæ in lætitijs effunditur, & in mœroribus coarctatur, multas indicans animi perturbationes, à volendo, vultus cognominatur, & vultum in genere neutro apud Lucretium legitur, & in nullo animante, præterhominẽ, eſſe poteſt. Ex vultu poſtea plures ſannæ, nempe irriſionis ſpecies emergunt, ideo Antiquitas homines diſtortionibus vultus aliquem ludificantes, ſanniones indigitauit.

Os oſculũ, et oſcillum. C

Vultus Etymologia.

Sanniones qui.

Ceruix vocatur pars poſterior capitis, veluti pars anterior gula, iugulus, aut iugulum: nam ex hac vtraq; parte integratur collum dictum à colendo, vt voluit Siponti nus, quia torquibus, & varijs ornamentis colatur. Collo adhæret truncus: per truncum enim pars corporis humani ſine brachijs, & fœmoribus intelligenda eſt, quæ Græcis thorax nuncupatur; quamuis Medici, nomine thoracis, partem cor, & pulmones continentem intelligant. Truncus in partem poſteriorem, & apteriorem diſtribuitur; hæc initium ſumit à iugulo, vbi quædam lacuna obſeruatur cædi obnoxia: propterea iugulare, nempe gladio occidere dicimus. A iugolo quoq; pectus inchoat peruenieus ad ſtomachum, & duobus lateribus concluditur. Medium pectus exornant mammæ, vbera ſignificantes; alioquin mamma apud nonnullos eſt nutrix: immò mammæ Priſcis dicebantur etiam Tatæ, licèt Tata nutricem quoq; denotet. Mamma deinde formar diminutiuum mamillam, pupillam etiam dictam; quamuis, pro-

Thoracis limites. D

Mamma, mamilla, & pupilla.

propriè loquendo, papilla sit illud tuberculum mammarum, quod infantes ad lac sugendum ore capiunt. Insuper Antiquis mamma rumen etiam appellabatur: vnde Plinius de Romulo, & Remo verba faciens scribebat: *Inuenta est lupa prabens infantibus rumen.* Rumen tamen, siue frumen vocatur pars colli interior eminentiæ guttutis respondens. Quarè, secundùm Seruium, fruges à frumine denominantur; deinde à Rumine verbum formatur (rumino) nempe cibum denuò ad rumen, scilicet ad guttur reuoco. *Lib. 15. nat. hist.* *Rumē quid.*

Humeri, ex Sipontino, ab humo nuncupati, quia tanquam humus oneribus ferendis sint idonei; vocantur etiam Armi, quoniam delata arma ab his pendeāt: hinc
E deducuntur armillę fœminea brachiorum ornamenta, quia Antiquitas humeros cum brachijs armos indigitabat. Sub humeris continentur alæ, quæ in hominibus pilis vestiuntur, cuius nominis diminutiuum est axilla. Præterea humana latera iuxta dextras, & sinistras costas terminantur. Ilia tàm per secundam, quàm per tertiam declinationem inflexa, inter coxas, & pubem sita sunt: hic autem situs ad ilia potius interiora spectat; quandoquidem exteriora latius patent. Venter in parte superiori habet pectus in inferiori pubem, & hinc inde suos limites in latera terminat, in huius medio obseruatur vmbilicus ab vmbone clypei medietate nuncupatus, sub vmbilico autem pubes est, & pecten. Si respiciamus posteriorem thoracis partem, primò incidemus in scapulas, inter quas vallecula quædam obseruatur, quam Latini Interscapilium nuncupant. Deinceps verò tota posterior pars thoracis referens
F vallis similitudinem, dorsum, & tergum cognominant; in cuius extremitate est culus inter nates, siue clunes, quasi culeus, nempe vagina; quamuis appelletur etiam anus, quasi rotundus, & podex quasi pedex, à pedo, quia per hanc partem ventris crepitus emittantur. Deniq; inter hanc partem, & cincturam cadunt lumbi. *Ala, & Axilla, quæ partes.* *Interscapilium quæ pars sit.* *Varia nomina podicis.*

Modò si rursùm ad scapulas reuertamur, & ab his paulatim recedamus, inuenietmus partem ab humero ad cubitum descendentem ab aliquibus armum nūcupatam; siquidem Prisci (vt paulò ante fuit exaratum) humeros cum brachijs armos vocitabant. Verùm pars à cubito ad manus articulationem dicitur Lacertus: quapropter Hercules, cum huius partis maximam fortitudinem præ se ferret, Lacertosus nominabatur. Curuaturam postea brachij cubitum indigitant. *Cur Hercules lacertosus dicerētur.*

Lacerto adhæret manus, quasi totius corporis munus, quæ in quinq; digitos distribuitur (hi sic dicuntur quia deceni, vel quia decenter iuncti) nempe in pollicem
G ita dictum, quia magna vi polleat, Græcis dicitur ἀντίχειρ, quoniam pari robore cum reliqua manu contendat, & quasi alterius manus vicem subeat. Immo veteres Græci huc respicientes pollicem cognominabant hallum, quia solus in reliquorum omnium digitorum dorsa insiliret, nomine deducto ab ἅλλεσθαι, quod significat salire. In digitum salutarem, vel secundùm Nuperos, Indicem, aut quia nos nō salutamus, nisi re indicata, aut quoniam hoc digito comprimitur os ad silentium, quod præceptum salutare esse perhibetur: hunc eumdem alij vocant Medicum, fortè quia Chirurgi hoc sæpissimè vtantur in profunditatibus vulnerum, vel vlcerum explorandis. In digitum medium, quem aliqui vocitant infamem, & impudicū; tùm quia per eum probri infectatio exprimatur: tùm oblongitudinem, quia tutela aliorum indigeat. Sunt qui hunc dicant lichanon παρὰ τὸ λίχειν, nimirum à lambendo, quia in exH plorandis cuiuscumq; rei saporibus adhibeatur, & lingatur. In digitum annularem, siue pronubum dictum, cum hic in coniugijs annulo circumdetur, vel etiam medicinalem nuncupatum, quoniam ad hunc immediatè arteria à corde penetrare credatur, & propterea in affectibus cordis curandis, medicamina huic digito applicanda esse perhibent. Et tandem in digitum minimum ob paruitatem, vel auricularem dictum, quia hoc homines, ad aures tergendas vtantur. Sunt qui pollicem vocāt Principem, Indicem, Mercatorem, Medium, Stultum, Annularem, Studentem, & Auricularem amatorem: quoniam tales personæ annulis prædictos ornarent digitos. Vnde versus. *Digitorum omnium varia nomina.*

Princeps, Mercator, Stultusq; Studens, & Amator.

Itaq; manus extensa instar palmæ arboris vocatur palma, compressa dicitur pugnus, concauitas manus nuncupatur vola; hinc inuolare, abscondere, & furari significat. Vngues postremò summitatem digitorum operiunt, ex quibus nonnulli mores hominum comprehendere nituntur.

Reliquum eſt, vt ad cæteras inferiores partes ſigillatim nominandas deſcendamus: Ab inferiori parte trunci inter coxas, virilia, nimirum teſtes, & priapus pendent (alioquin in fœminis obſeruatur vulua quaſi valua, quia per hanc tamquam per portam fœtus exeat) Hæc pars vocatur etiam membrum ob excellentiam, cum hoc ſolum, inter cætera membra, g'enerare poſſit. Idcircò Antiqui curam hortorum Priapo aſſignarunt, cum horti agris ſemper ſint fœcundiores. Vocatur inſuper mentula ab eminendo, Muto, Verpa ab inuerſa pellicula, idcirco Iudæi quia circumciſi, Verpi cognominantur. Vocatur etiam natura, quia magna naſcendi virtus ei inſit. Item Neruus, Vena, & Inguen apud Iuuenalem; quamuis hoc nomen ad vtrumq; ſexum pertineat. Rurſus penis, quia deorſum inſtar caudæ bruti pendeat. Aliquibus nominatur Pſoleon, ſed hoc nomen originem trahit à Græco ψιλὸν præputium ſignificante. Alijs dicitur Colis, quaſi Caulis, quæ vox fuſtem, vel haſtam indicat, hinc poſtea colei nominantur teſtes. Tandem Veretrum cognominatur, fortè à Verendis, cum hæ partes non niſi verecundia nominentur. Ab huius membri radice membrana, ſcrotum, vel hernia nuncupata dependet, teſtes, vel teſticulos continens ita nuncupatos, quia teſtimonium virilitatis exhibent: vnde quidam, de his, canendi occaſionem arripiens, ſic ſcripſit.

Pudendorũ varia nomina.

Teſtes cur ita dicti.

An quia teſtamur ſexum, ſic dicimur? an quod
Nequitiæ teſtes adſumus ambo tuæ?

Coxæ hinc inde, vel fœmora dicta à ferendo dependent, quamuis inter fœmur, & fœmen ſecundùm nonnullos aliquod cadat diſcrimen; nam priori vocabulo partem coxæ exteriorem, poſteriori verò, partem interiorem, & molliorem ſignificât. Termini coxarum ſunt genua à genis dicta, quia genua infantis in vtero à genis tangantur. Horum partes ſuperiores poplites vocantur. A genibus inchoant crura à κρύω, pulſo, nominata, & in talum terminata, quorum anteriores partes tibiæ, poſteriores ſuræ appellantur. Pars à flexione pedis ad finem calcanei dicitur petaſus, & perna; ideoq; tumores à frigore in illa parte excitati perniones à Medicis appellantur. At Imperiti quidam hanc partem ſuis cum reliquis appendicibus, pernam, & petaſonem cognominarunt. Hæ autem partes, quæ petaſi nomine comprehenduntur, in brutis ſuffragines, quaſi ſubtus factæ nominantur. Poſtremò loco pes recenſetur multis integratis partibus, nimirum calce, ſiue calcaneo, talo, vola, & digitis. Planta enim pedis calcaneum, volam, & digitos comprehendit. His tanquam coronidem addamus diſcrimen inter membra, & artus cadens: nam membra truncos denotant, artus verò ab arctando dicti nodum, & colligationem membrorum ſignificant.

Surę quæ partes.

Differentia inter membra, & artus.

A B C

ANATOMICA.

PARTIBVS externis diligenter ponderatis, operæpretium eſſe duximus internas quoq; ſigillatim explorare. Hoc autem vt exactè aſſequamur, corpus in partes diuidere neceſſe eſt: quapropter nonnulli corpus humanum in caput, ventrem, & membra diſtribuerunt: quamuis Plato in Timeo caput non membrum, ſed totum appellauerit, innuens hominem contemplationis gratia fuiſſe natum: ideoq; cætera membra fuiſſe fabricata, vt capiti famularentur. Ariſtoteles corpus humanum in caput, collum, thoracem, duplex brachium, & duo crura diuiſit. Anatomici recentiores hoc corpus, exceptis brachijs, & cruribus, in tres ventres ſegregarunt. Primum ventrem, caput, ſecundum, thoracem, & tertium, ventrem infimum cognominarunt. Primus venter, ad mentem Galeni, in gratiam cerebri, ſecundus in gratiam cordis, & tertius in gratiam hepatis fuit conſtructus. Caput totum oſſeum à natura fuit fabricatum ad tutelam cerebri; cum hoc membrum eſſet præcipuum, & principium motus voluntarij. Venter inferior totus eſt carneus, non ſolum, vt magnam cibi copiam continere, & in mulierum conceptu extendi, verum quoq; vt ad fæces explodendas eſſet aptior, medius venter, nempe thorax partim ex oſſibus, partim ex carne fuit contextus, non modò vt in aere attrahendo melius dilatari poſſit, verum

D

Lib. 1. de hiſt. Anim. cap. 7.

Tres vẽtres in corpore humano.

quoq;

quoq; ne musculi, si totus esset carneus, concidentes cor, & pulmonem comprimerent.

Primitus inchoando à capite, omnes sensus capiente, iuxta sententiam Galeni, & Auicennæ, capitis partes, capillos, cutem, carnem, pericranium, cranium, paniculum durum, & tenuem, nempe duram, & piam meningem, cerebrum, eiusdem tres ventriculos, rete mirabile, & os basilare esse statuemus. Cranium ad mentem Galeni ex septem ossibus per futuras copulatis constat: non enim vnum os continuum natura fabricauit, vt melius per futuras excrementa truderentur. Contingit tamen quandoq; humana crania absq; futuris videri: nam Hesiodus in strage Platæensi caput Persæ, absq; futurarum compage repertum fuisse narrat. Immò Cælius Rhodiginus capita Aethiopum nullis laxa futuris memorat. Aristoteles quoq; cranium humanum absq; vlla futura conspectum esse fatetur. Ablato cranio, duæ membranæ scilicet dura, & tenuis apparent, quibus eleuatis, tanta cerebri quantitas obseruatur, quanta nunquam in animali eiusdem magnitudinis conspici potest. Cerebrum igitur duas habet partes, anteriorem, & posteriorem: pars anterior in duas partes segregatur per quandam intersecantem membranam, quæ à figura, falx messoria ab Anatomicis cognominatur. Sub cerebro tres sunt ventriculi, in quibus spiritus animales procreantur, vbi etiam quædam substantia effigiem vermis æmulans obseruatur. Iuxta partem anteriorem cerebri eleuati, conspicari licet caruncolas capitibus mammarum simillimas, quæ ideo processus mamillares nũcupantur, per quos sensus odoratus perficitur. Item apparent duo magni nerui vocati optici, nempe visorij, qui à cerebro orientes ad oculos perueniunt. Deinde si cerebrum magis eleuetur, secundum par neruorum subtilium apparet, qui in gratiam voluntarij motus ad oculos penetrant, nã tertiũ par neruorum ad membra facieisse extendit. Quartum par vnà cum portione tertij paris ad medium ventrem descendit. Ex his postea nerui recurrentes proprij vocis, originem sumunt. Quintum par ad os petrosum in radice auris situm se confert. Sextum par neruorum subtilium ad palatum, ratione sensus, extenditur: & septimum par linguæ famulatur.

Fen. 1. lib. 3 cap. 1.

Lib. 11. de vsu part. c. 20.

Lib 9.

Lib 13. lect. antiq. c. 28.

Li. 3. de hist Anim. ca. 7.

Processus mammillares. vbi.

Neruorũ paria quot.

Ablato prorsus cerebro, conspiciuntur duo panniculi inferiores, os basilare, quod exterorum ossium durissimũ, basis, & fundamentum cerebri, & capitis dicitur; hoc diuiditur in ossa petrosa narium, duo ossa lateralia, & ossa oculorum. In oculo postea musculos, septem tunicas, & tres humores, scilicet aqueum, cristallinum, & vitreum rimari licet. Auris autem in vtroq; capitis latere locata est, vt sonus hinc inde perciperetur, pars exterior cartilaginosa ad tutelam fuit fabrefacta. Cauernam auris tegit panniculus subtilis ex vilis neruorum auditionis contextus, qui vocatur tympanum. Paulò inferius dentes se se offerunt considerandi ita nuncupati, quoniam Græci eos vocant ὀδόντας. Horum numerus solet esse varius, cum plures in viris, & pauciores in fœminis conspiciantur; immò in aliquibus viris quandoq; triginta, cum in alijs viginti octo tantùm obseruentur. Cuncti dentes non sunt eiusdem figuræ, nam anteriores ad incidendum apti, nominantur incisores, & subsequentes canini ad figuram dentium canum formati, quorum duo dextram partem & duo sinistram muniunt; reliqui molares appellantur, quia cibaria ab anterioribus incisa, & fracta moliant.

Tympanum quale.

Dentiũ numerus.

Iam ad vẽtrem medium, nimirum ad thoracem descendemus, qui diaphragmate, superiori, & inferiori furcula continetur; hæc par: nonnullis vocatur pectus, quasi factum ex compactis costis, vel quasi pecten, cum hæc ossa figuram pectinis æmulentur. Ossa hanc partem integrantia sunt viginti quatuor costæ, septem ossa sterni, & additis duabus furculis, clauibus nuncupatis, ossa [illegible] triginta resultant. Obiter notandum est numerum costarum quandoq; variari: siquidem Schenchius meminit mulieris, quæ viginti quinq; costis erat munita. Et Iacobus Carpus in publica anatome anni millesimi quingentesimi vigesimi quinti costam veram duplicem conspicatus est, vbi potissimum ossibus pectoris iungebatur. Inter duodecim costas vadena continentur interstitia ab vtraq; parte, in quibus sunt duo, & viginti musculi intercostales, Græcis μεσοπλεύριοι dicti, præter quos, & diaphragma, duo in parte superiori, & duo in inferiori obseruantur, item tres musculi colli, septem in dorso, & octo in ventre inferiori, itaut ad numerum quaternarium supra quadraginta ascendant.

Thoracis ossa quot.

In Isagoge Anat.

Intra

Membrana pectoris quot ſint.

Intra pectus tres ſunt membranæ, quarum prima eſt pleura coſtas interiores veſtiens, ſecunda eſt mediaſtinus, non ſolum concauitatem pectoris, ſed etiam pulmones in duas partes ſegregans, tertia eſt diaphragma, quæ potius muſculi, quàm membranæ naturam participat. Inter pulmones cor figuræ pyramidalis intra capſulam, vel pericardium ſitum eſt. Hoc in aliquibus piloſum repertum perhibetur, veluti

In obſerv.

Dodoneus narrat de Iacobo latrone è patibulo ſuſpenſo, qui veluti iam mortuus, cum tamen adhuc viueret, depoſitus, atq; curatus conualuit, ſed quia erat homo prauæ mentis, & mali ingenij ad ea denuò ſcelera deuolutus, pariterq; captus, & ſuſpenſus fuit; quare hominis nequitiam admirati, cadauere eius inciſo inuenerunt

Cor piloſum

cor ob eximiam caliditatem vndiq; refertum pilis. Hoc idem obſeruatum eſt in A corde Ariſtomenis Græci, qui ſolus integras acies præliando in fugam vertiſſe perhibetur. In corde igitur pinguedinem, duas auriculas extrinſecus, ſed intrinſecus duos ventriculos Galenus obſeruauit. Quamuis Ariſtoteles tertij ventriculi

In lib. de diſſect. Arter.

cordis meminerit; cum tamen hic tertius ſit pars dextri ventriculi, quæ ad læuam declinat. In dextro ventriculo duo apparent orificia vnum venæ cauæ ſanguinem deferentis, alterum venæ arterialis ad pulmonem ſanguinem tranſmittentis: quapropter niſi ſanguis ad ſiniſtrum cordis ventriculum remitteretur, proculdubio orificium venæ arterialis orificio venæ cauæ eſſet latius; & totus ſanguis cor ingrediens ad pulmonem tranſferri poſſet. Præterea in ſiniſtro cordis ventriculo oriſicium venæ aortæ (hanc Patauij totam oſſeam Clariſſimus Faloppius in diſſectione cuiuſdam cadaueris conſpicatus, & admiratus eſt) obſeruatur latius orificio venalis arteriæ, per quam aer recipitur: hinc Anatomici percipiunt cor à dextro ventriculo aliquid recipere, cum orificium, quo emittitur, maius ſit, quo recipitur. B

Pulmo ex quibus conſtet.

Succedit conſiderandus pulmo, qui ex carne fungoſa, membrana, neruo, & vaſis integratur. Vaſa ſunt aſpera arteria, quam Cardanus oſſeam in quodam de patibulo ſuſpenſo, & non mortuo eſſe retulit, arteria venalis à ſiniſtro cordis ventriculo, & vena arterialis à dextro dimanantes. Canna pulmonis, ſeu aſpera arteria in quatuor ramos, iuxta quatuor pulmonis pinnulas, diſtribuitur: licèt Schenchius in cadauere Caroli Noni Sabaudiæ reguli, quinq; lobos pulmonum obſeruauerit. Iuxta caput aſperæ arteriæ, caro glandulosa, humectationis gratia, à natura fuit fabricata, ne ratione ſiccitatis, vox rauceſceret. Occaſione partium reſpirationi, &

Labia ex quibus integrata.

voci famulantium, labia veniunt ponderanda, quæ ex neruis, carne, cute, & membrana ſunt compoſita; quoniam verſus omnem differentiam motus mouenda erant. C

Lingua.

Poſtmodum in fine palati quædam caruncula ad formam vuæ, ideoq; vuea nuncupata, conſpicitur. Supra caput aſperæ arteriæ cartilago epiglottis dicta à natura locata eſt, ne quid cibi in cannam pulmonis cadere poſſet. Lingua quoq; ibi obſeruatur, ad cuius radicem ſitum eſt os figuram litteræ græce Λ repræſentans; hæc duos recipit neruos, alterum mollem in linguæ ſuperficie extenſum, alterum intra eiuſdem ſubſtantiam diſſeminatum, vt altero læſo, alter illæſus proprio fungeretur munere.

Partes ventris inferioris.

A thorace ad infimum ventrem ſit tranſitus, qui conſtat ex partibus continentibus, & contentis. Continẽtes ſunt partes exteriores, & potiſſimũ abdomen integratũ ex cuticula, cute, pinguedine, mẽbrana carnoſa, muſculis rectis, muſculis lateralibus aſcendentibus & deſcendẽtibus, necnon ex peritoneo: hæc membrana Græcis D appellatur περιτόναιον, quaſi circumcirca tenſum; inciſo igitur abdomine, & eleuato peritoneo, aſpectui ſeſe offert omentum, quod partem anteriorem ſtomachi, & in teſtina tegit. Ablato omento inteſtina duplicis generis, nempe gracilia, & craſſa conſpiciuntur. Gracilia in numero ternario ſunt conſtituta, quorum primum à longitudine duodecim digitorum, duodenum vocatur, alterum ieiunum, quia ſemper inane inueniatur, & tertium ileon, aut quoniam paſſionem iliacam patiatur, aut quoniam ſitum iliorum occupet. Craſſa inteſtina pariter tria ſunt, nempe cæcum vno tantùm orificio præditum, quod in homine valdè parum eſt, & potius alicuius ligamenti, quàm inteſtini vicem gerit. Secundum eſt colon, quoniam multa cola, ideſt multas cellulas habeat, poſtremum à figura rectum nuncupatur.

Inteſtina quot ſint.

Meſenterium verò eſt illa mẽbrana venarum copia ſcatens, & cuncta inteſtina ſimul iungens; ideoq; Græcis μεσεντέριον dicta, quia ſit ἐν μέσῳ τῶν ἐντέρων, ideſt in

medio

medio intestinorum. His visis, consideratur stomachus, ideſt ventriculus, quasi paruus venter locatus inter hepar, & lienem formam rotundam, vel potius cucurbitinam habens, cuius pars superior ad sinistram, & inferior ad dextram vergit: cum hæc figura quantitatis materiæ esset magis capax. Præterea stomachus duo habet orificia: superius inferiori latius, vocatur os stomachi, & æsophago continuatur, inferius dicitur pyloron, nempe ianitor. Alligatur os stomachi dorso inter duodecimum, & tertiumdecimum spondylum, vbi postrema finit costa; quare in affectibus oris ventriculi satius esset partem posteriorem, & non anteriorem inungere. *Lienis forma qua.*

E Hepar, siue iecur in dextro locatum hyppocondrio vocatur officina sanguinis, in cuius parte concaua reducuntur ad vnam omnes venæ, quæ meant ad intestina. Schenchius tamen hepar quandoq; in parte sinistra, & lien in dextra obseruauit. Imò meminit vnius qui duplici iecore fuit insignitus. Sed maiori afficit nos admiratione, quod narrat de homine ambobus visceribus carente: siquidem Anno Domini sexagesimo quarto supra sesquimillesimum die vndecima Octobris, in cadauere dissecto Matthiæ mercatoris Antuerpiensis natione Germani, ne vestigium quidem hepatis, & lienis repertum est, substantia autem omnium intestinorũ erat carnosa, & vena caua ab intestinis ortum trahebat: quare in hoc homine viuente intestina, vtriusq; visceris munium obibant. Vt redeamus, vnde digressi sumus; iuxta concauitatẽ iecoris cystis fellis, aut vesica fellea conspicitur, quæ vesica ad mentem Galeni, superuacaneum bilis humorem recipit, qui postea per duodenũ intestinum F descendens paulatim expurgatur. Splen sinistrum occupat hyppocondrium, estq; figuræ quadrangularis, cum stomacho rotundo adhæreat: huius visceris officium est fæcem sanguinis, & humorem melancholicum attrahere. Sed mirandum est, quod notauit Schenchius, in aliquibus duos, & tres lienes fuisse repertos, & quandoq; nullum, quod contigit nostra ætate Bononiæ in muliere, quæ sponte se submerserat, & in aperto cadauere, hepar tantummodo conspectum est, cuius altera pars nigra, & quadrangularis instar splenis erat, quæ pars proculdubio alterius visceris vicem subibat. *Lib.3. obser. obser.8.* *Lib.3. obse obser.7.* *Lib.4. de vsu part. c.4.* *Lib.3. obser 84.* *Mulier liene caruit.*

Ablatis interaneis, & viscеribus, in dextra, & sinistra parte, renes vnà cum ramis venarum à vena caua orientibus apparent, quorum vnus ad dextrum, alter ad sinistrum renem permeat. Hic admirari oportet situm renum inæqualem, cum horum vnus altior sit altero: idcirco scribebat Galenus venam cauam ab hepate orientem, G adhucq; sublimẽ versus dorsum flecti, & dextrum renem petere, consequenterq; paulò inferius ad sinistrum renem penetrare. Hæ autem sunt illæ venæ, quæ emulgentes appellantur, quoniam aqueam attrahentes substantiam per renes ad vesicam detrudant. A renibus vreteres in vesicam inseruntur, per quos humor aqueus à sanguine segregatus, nempe vrina expuretur. Hi meatus tanto artificio vesicam ingrediuntur, ne lotium semel ingressum per eamdem viam egredi possit, vt Galenus horũ vasorum artificiũ contemplatus prouidentiam, & eximiam quandã Creatoris Sapientiam fuerit admiratus. Vesica deinde neruosa obseruatur cum collo carnoso, & musculoso, vt opportunè lotium retineretur, & expelleretur. Hic obiter notandum est in hominibus aliquando duas vrinæ vesicas repertas esse: nam meminit Schenchius mulieris annorum triginta, cuius cadauer apertũ duas vesicas repræsentauit, alteram in naturali sede locatam, alteram verò ex dextro latere H colli matricis prognatam naturali vesica duplo maiorem, lotioq; plenam: cũ tamen in illa nullus meatus admittens, & emitens vrinam conspiceretur. *Lib. 14. de vsu part. c. 7.* *Lib.5. de vsu part. cap. 13.* *Lib.3 obser 232.*


Succedunt vasa generationi destinata, quæ Galenus eadem tam in viris, quàm in mulieribus esse pronunciauit. Illius verba sunt hæc: quæcunq; particulæ sunt generationi dicatæ, hæ quoq; omnes in mulieribus inueniuntur, in hoc autem tantummodo discrepant, quòd in mulieribus tales partes intus occultantur, in viris autem forinsecus apparent. Sunt igitur in viris virga, testes, & vasa spermatica. Virga continuata est collo vesicæ multis nexa ligamentis, quæ ab osse pubis originem sumunt. Sed vasa spermatica duplicis generis esse feruntur, quia alia præparant, alia semen deferunt. Præparantia sunt, quæ à testibus discedunt, & circa eorum partem superiorem inuoluuntur, substantiam verò testium nequaquam ingrediuntur. Alia sunt, quæ magis penetrant ad meatum vsq; virgæ, & semen iam genitum eiaculantur. *Lib. 14. de vsu part. c. 6.* *Partes genitales virorũ*

At in

At in muliere partes genitales ſunt triplices, nimirum vaſa ſpermatica, teſtes, & vterus; hæc vaſa ſunt ſex, ſcilicet quatuor præparantia, nempe duæ venæ, & totidem arteriæ, quarum illæ iuxta dextram partem à trunco venæ cauæ infra renes deſcendentis oriuntur, & iuxta partem ſiniſtram ab emulgente, ſed ambæ arteriæ à trunco Aortæ deſcendunt, quæ vaſa præparantia, antequam vterumq; attingant teſtem, in duas partes diſtribuuntur, quarum vna materiam ſeminis ad teſtes, & altera proprium alimentum ad corpus vteri defert, necnõ magna ex parte nutrimentum fœtus; immõ ſanguinem menſtruum, & cum eo identidem magnam humorum colluuiem. Alia duo vaſa vocantur deferentia, quæ à teſtibus orta ad cornua vteri extenduntur, ſemenq; perfectè elaboratum in cauitatem vteri ducunt. A

Vaſa genitalia mulieris.

Vterus cum orificio exteriori, & vaſis adhærentibus.




Vterus

Vterus igitur inter rectum inteſtinum, & veſicam ſitus partibus ſimplicibus, & compoſitis integratur. Simplices ſunt tunicæ, venæ, arteriæ, nerui, & ligamenta; recipit enim matrix neruos à lumbis, & oſſe ſacro, in quos ramuſculi quidam ſexti paris inſeruntur: hinc fit, vt tantus ſit conſenſus vteri cum ſtomacho, cerebro, aliiſq; partibus ſuperioribus.

Hic obſeruandum eſt vterum humanum rariſſimè bicornem inſtar matricis brutorum inueniri; præterea interna cauitas nullis cellulis diſtinguitur, vt multi perperam crediderunt. Verùm quoniam interanea mulieris, & viri nihil pariunt diſcriminis niſi in partibus generationi dicatis, ideò placuit iconem matricis cum orificio
E exteriori, annexis poris vreteribus, & tota eiuſdem ſtructura ſpectandâ exhibere.

Cæterùm in figura ſubſequenti, eundem vterum reſecto pudoris ſinu, cũ occulto eiuſdem orificio oſtendimus, vbi conceptus formatur, & ſemen ad determinatum partionis tempus concluditur. In hac eadem icone veſica etiam à collo reciſa obſeruetur: ſed id exactius explicare non conamur, cum id paſſim in monimentis Anatomicorum demonſtretur.

Vterus orificium internum oſtendens.



Verùm

Pudenda muliebria quæ.

Verùm vt partes vteri compoſitæ magis innoteſcant, hic paulò accuratius de illis diſſeremus. Hæ igitur ſunt quatuor, quarum prima omninò eſt externa, pluribus, & diuerſis partibus conſtans; quapropter nomine pluralitatis donatur, & pudenda muliebria appellantur; propriè tamen hæc pars externa vocatur vulua, quaſi vallis, aut valua; quamuis totus vterus in ſuas quatuor partes diuiduus appelletur vulua, quia per rimam ampliſſimam in duas partes ſcilicet dextram, & ſiniſtram diuidatur, quæ minimo negotio tanquam valuæ ædium recludantur, & claudantur: hanc partem Galenus multis in locis Cunnum nuncupauit forſan à cuneo, vel fiſſura, quam hæc pars repræſentat. Altera pars vocatur ſinus pudoris, tertia collum vteri, quarta matricis, quarta corpus vteri. Prædictarum partium aliæ ſunt adeò exteriores, vt omnium oculis ſubijciantur, aliæ verò ita internæ, vt nonniſi diſſectione pateant. Deinde harum partium plures virginibus, & mulieribus corruptis ſunt communes, paucæ verò propriæ.

In lib. de diſſect. vulu.

A

Partes externæ pudẽdorum.

Itaq; primo loco de partibus vtriq; mulieri communes agemus, & inchoando ab his, quæ magis patent, hæ ſunt pubes, duo labia pudendi, rima in eorum medio conſiſtens, & in ea productio nympharum. Pubes dicitur illa pars exterior, quæ pilis ſuo tempore veſtitur; labra ſunt tanquam duo molles monticuli compoſiti ex ſubſtantia quadam cutanea, carnoſa, glandulosa, ſpongioſa, & adipoſa, ad latera magnæ rimæ ſiti. Extra hæc labia propendent duæ apophyſes, partim carnoſæ, partim membranoſæ, quas paſſim Medici nymphas appellant: alioquin Græcis νύμφαι, nimirum alæ vocantur. Quare modò nymphæ dicantur prædictæ partes,

B

Nympharũ muliebrium etymum.

non ſatis conſtat; niſi velimus dicere nymphas Græcis appellari ſponſas, & quoniam hæ partes ſunt primæ, quæ in concubitu ſponſum admittunt, ideo nymphæ nominatæ videntur, vel potius nymphæ, quaſi lymphæ, quia aquis, & fontibus præſint, pariter hæ carunculæ meatui vrinario, & ſinui pudoris adſtant, à quibus varij humores tanquam à fontibus profiliunt. His addamus, quod veluti nymphæ aliquando montium præſides appellantur, ſimiliter hæ carunculæ veluti inter colles ſtabulantur.

Modò ad magnam rimam accedamus, in qua quinq; digna obſeruatione inueniuntur. Primum eſt huius degeneratio in Foſſam, ſecundum eſt clitoris, qui locatus eſt in fine anteriore, & ſuperiore rimæ, tertium vrinæ ductus, in cuius extremo eſt orificium colli veſicæ valdè breue, & in eius ambitu prominentia quædam carnea orificium tegens, quartum eſt orificium ſinus pudoris in medio foſſæ locatum, quod in virginibus longè quàm in mulieribus aliter compoſitum apparet, quintum

C

Clitoris quid ſit.

eſt foſſa caua, & lata ante ſinum pudoris ſita, quæ nauiculæ figuram præ ſe fert. Partes igitur difficiliores prius explicantur. Clitoris, ſiue κλειτορὶς, quaſi rimam claudens non videtur differre à mentula virorum, niſi longitudine, meatu vrinæ, emiſſione ſpermatis, & defectu muſculorum, titillatione poſtea hæc pars maximè præſtat: idcircò Nuperi Anatomici, vt Columbus hanc particulam, oeſtrum veneris, & dulcedinem amoris indigitarunt. Hæc eſt illa pars, qua mulieres perditæ libidinis,

Tribades mulier. quæ.

& nefariæ inuicem in confricationibus abutuntur: quamobrem Græcis τριβάδες, nempe confricatrices appellantur. Tandem carunculæ illæ ſecus ductum vrinæ à natura ſunt locatæ, vt aeri eſſent impedimento, ne poſt emiſſum lotium, capacitatem veſicæ ingrederetur, & hæc de quacumq; parte virginibus, & mulieribus corruptis communi dicta ſufficiant.

D


Modò ſi ad alias properemus, incidemus in orificium ſinus pudoris, in foſſa ſedem habens, & in virginibus tale eſt, quale à natura fuit formatum; in mulieribus verò tale conſpicitur, quale poſt compreſſionem relinquitur, abſq; vlla ſpe priſtinæ integritatis recuperandæ: hęc productio, vel ſinus multis gaudet nominibus; vocatur flos virginum, hymen, quaſi limen, germen floris, columna, & clauſtrum virginale; hæc particula componitur ex quatuor carunculis myrti baccas æmulãtibus, quæ quaſi in quatuor angulis dicti ſinus locatæ ſunt, connectuntur poſtea à quatuor membranis carnoſis fitis inter ſingula caruncularũ interſtitia, quibus cũ fere æqualiter protendũtur: quamobrem hæc productio ex quatuor carunculis, & totidem membranis conſtructa in conũ truncatũ definit; ideo perbellè alabaſtro, ideſt calyci roſæ ſemiexpanſo aſſimilatur, & à Galeno membrana præputio ſimilis appellatur: eſt enim productio in extremitate perforata velut præputium, ſed paulò carnoſior,

Flos virginũ Hymen, & clauſtrũ virginale quid.

& mol-

& mollior præputio exiſtit. Verùm notandum eſt in aliquibus virginibus has caruncu-
las, & membranas prædictam productionem efficientes, modò breuiores, modò
longiores, modò tenuiores, modò craſſiores eſſe: quemadmodum, & orificium ex-

Vteri Icon cum fœtu intus ſito.



tremitatem huius productionis occupans in quibuſdam anguſtiùs, & in alijs latius progignitur: hinc maior vel minor in primo congreſſu difficultas oritur. Sanguis igitur in primo concubitu profluens non modò à vaſis, ſed à membranis carneis laceratis, & à carunculis attritis dimanat: hæc autem laceratio vocatur defloratio, quoniam deſtruitur illa productio quæ calycem roſæ æmulabatur.

Deflouratio quid ſit.

His intellectis, venit explicanda tertia pars quæ collum vteri dicitur, quod ſubſtantia membranoſa, ſicuti reliquæ eius partes, conſtat, huiuſq; orificium figurã oris catuli recens nati, aut Tineæ piſcis repræſentat, & interius matricis orificium Medicis, & Chirurgis nuncupatur. Hoc quamuis amplæ cauitati ſinus pudoris continuum ſit, nihilominus eſt anguſtiſſimum, excepto eo temporis momento, quo ſemen virile recipit, aut quando fit ſolemnis aliqua euacuatio, qualis eſt menſtruorum, aut vitiorum humorum expurgatio. Verùm ne ſemen ſemel receptum à matrice facilè diſ- laberetur, natura quaſdam aſperitates, quales in linguis felium obſeruari ſolent, longitudini totius cauitatis prædicti colli appoſuit, quarũ radices inferne ſitæ ſunt, acies verò ſurſùm tendunt, vt facilem ingreſſum, difficilem verò egreſſum haberent. Vnde poſt receptum ſemen à conceptione ad partum vſq; os vteri ita exactè clauſum eſt, vt ne ſpecillum quidem admittat, quemadmodum Galenus optimè atteſtatus eſt. Hoc tamen perpetuo neceſſarium non eſſe quotidiana monſtrat experientia: cum in grauidis magnæ interdum fiant euacuationes ſanguinis, humorũ purgationes, & quandoq; prauæ conceptiones, ſaluo fœtu, expellantur. Sed hæc rara ſunt ſicuti ratiores ſuperfœtationes.

Colli matricis deſcriptio.

Lib. 15. de vſu par. c. 7

A

B

Quarta pars omnium præſtantiſſima eſt vterus, cuius gratia prædictæ partes tàm ſimplices, quàm compoſitæ à natura fabricatæ fuerunt. Vocatur autem vterus ab vtre, quia, illius inſtar, facilè extendatur, & contrahatur, deinde pyri mediocris formam præ ſe fert, & ſubſtantiam reliquarum partium ſubſtantiæ ſimilem, nempe membranoſam habet. In grauidis poſtea vterus per extenſionem maior redditur, & potiſſimum in augmento fœtus, immò tunc infans curuatur, & figuram ſphæricam aſſumit, caput ad genua vertit, vtrumq; cerus attrahit, ambabus manibus ſuper genua locatis, parte antica tergum matricis reſpiciens, & poſticam ventri matris obuertẽs: quicquid multi Anatomici ſcripſerint; Rufus tamen id experientia deprehendit, veluti in ſuperiori figura obſeruatur.

Vterus pars præſtantiſſima.

Tandem vt finem huic Rubricæ imponamus, reſtat vt de oſſibus dorſi, & reliquorum membrorum non nihil dicamus. Dorſum ex pluribus oſſibus compactum eſt, in quibus medulla ſpinalis, ſeu dorſalis reſidet, & diuiditur dorſum in quatuor partes in collum, metaphrenum, lumbos, & os ſacrum, nempe magnum, cum ἱερὸν Græcis ſacrum, & magnum ſignificet; hoc enim os in comparatione ad cæteras dorſi vertebras magnum meritò appellari poteſt. Spondyli igitur ſiuè vertebræ ad os vſq; ſacrum, ex mente Galeni, ſunt quatuor ſupra viginti, quarum vertebrarum ſeptem collum, duodecim thoracem, & quinq; lumbos conſtituunt. Si reſpiciamus brachia, & manus, omiſſis muſculis, chordis, neruis, arterijs, & venis, oſſa ſe ſe offerunt, & primum vocatur os brachij, ſiue adiutorium, ab aliquibus vlna. Hoc os copulatur ſcapulæ, & verſus cubitum alijs duobus iungitur oſſibus ſocillibus nominatis, quæ ad raſetam vſq; ſiuè carpum perueniunt. Carpus verò ex Galeno octo oſſibus, & metacarpium quatuor integratur.

Vertebræ quot ſint.

C

Lib. 1. de vſu par. c. 10.

De oſſibus digitorum, & eorum vſibus, cum fuſè Galenus pertractauerit, ad illum lectores relegamus. Si meditemur oſſa inferiora, incidemus in os fœmoris, ſiuè coxæ, ſed vt melius horum oſſium compages intelligatur, reuocandũ eſt in memoriam, quòd in fine ſpondylorum, vbi os ſacrum eſſe dicebatur, huic oſſi alia duo adhærent, & pars anterior dicitur os pubis, ſuperior os iliorum, poſterior os anchæ, cuius concauitas os pyxidis cognominatur; quam cauitatem poſtea caput oſſis coxæ implet, quòd altera parte in genu cum quadam rotula copulatur. Indeq; oſſa tibiæ ſequuntur, quæ duo ſunt, Auicennas cannam maiorem, & minorem appellauit, Alij fiſtulas indigitarunt. Hæc oſſa in fine duas habent eminentias, quæ clauiculæ, vel tali nominantur.

D


Tandem pes hominis non ſolum ad greſſum, ſed etiam ad apprehenſionem à natura fuit fabrefactus: idcirco eandem cum brutis non habuit conſtructionem: quapropter

propterea Galenus prodidit partes pedis proportione reſpondere partibus manus, quoniam digiti, ratione figuræ, numeri, & ordinis inuicem aſſimilantur: hinc patere numerum oſſium, nempe ſex eſſe ſupra viginti exiſtimamus. Quare autem maior digitus pedis duo tantùm habeat oſſa, cum pollex manus tria poſſideat, ratio eſt hæc, ex mente Galeni, quoniã os inferius pollicis manus ſeiunctũ eſt à metacarpio, cũ pollex pedis ſit illi copulatus. Præterea pollex pedis maior fuit, quã manus, quia flexioni pedũ opitulari debebat. Ad maiorẽ igitur oſſium cognitionem, non piguit iconẽ humani ſceleti, necnõ auis ante oculos repræſentare, vt lector magnã vtriuſq; conuenientiam cõtẽplari poſſit, poſteaquã his icones in Muſæo inuenimus.

Lib. 3. de vſu part. c. 6.

pollex pedis duo habet oſſa.

Hominis Sceletos.



Explicatio figuræ coaceruationis oſſium humanorum cum ſceleto auium comparatæ eſt hæc.


A.B. Roſtrum, quod dentium, & labiorum munio fungitur.

M. Oſſa quæ Galli vocant Pallerons longa, & anguſta ſcilicet vnum in vnoquoq; latere.

&. Os, quod furcula dicitur in nullo eſt animali præterquàm in aue.

D. Sex coſtæ thoraci coherentes in parte anteriori, & ſex vertebris in parte poſteriori.

Auis Sceleton.



F. Duo oſſa coxarum longa.
G. Officula vropygij.
H. Patella.
I. Suturæ capitis, quæ vix apparent, niſi cranium fuerit coctum.
K. Duodecim vertebræ colli,& ſex dorſi.
L. Oſſa duarum brchium.
N. Oſſa brachiorum, aut ſcapularum.
O. Thorax.
P. Os paruum cubiti, ſiue radius.
Q. Maius os cubiti, ſiue vlna.
R. Carpus.
S. Condyli.
T. Appendix quæ eſt in alis,iuxta proportionem eſt loco pollicis manus:
T. Metacarpium.
V. Extremum Appendicis,quæ eſt veluti digitus.

Plura

V. Plura ossa in extremitate alarum referentia palmam.
X. Maiora ossa fœmorum, vnum in quolibet latere.
Y. Os maius cruris, quod dicitur tibia.
Z. Os minus cruris.
& Os datum auibus loco cruris humano talo respondens.
AA. Digiti pedum, quorum posterior est loco maioris digiti.
BB. Quatuor articuli in digito maiori, seu exteriori.
CC. Tres articuli in hoc digito.
DD. Duo articuli in hoc digito veluti in posteriori.

E

PHYSIOGNOMONICA.

DIVINATIONIS coniectura, quam ab humano aspectu elicere consueuerunt, iuxta sacram paginam, haudquaquam probanda esse videtur; cum legatur apud Ioannem. *Nolite iudicare super faciem, & aspectum, sed rectum iudicium iudicate.* Nihilominus hoc assertũ Ioannis minimè prohibet, quin, ex aspectu, & effigie humana aliquid iudicare possimus: quandoquidem hoc refertur in illos, qui ex prauis affectibus, & non ex re, aut causa iudicium faciunt, sed ex personarum acceptione, hominumq; odio, vel contemptu, à rei veritate declinant; quod vitium maximoperè vitandum est. Itaq; hominum aspectus licèt specie essentiali non discrepent, accidentalis tamen F differentia obseruanda est, quoniam hæc pro morum discrimine nobis summoperè famulatur. Quamobrem si breuiter omnes humani corporis partes meditemur, ex illarum varia dispositione, & figura diuersi etiam hominum mores eliciuntur. *Cap. 7.*

Caput in primis si fuerit magnum in comparatione ad reliquum corpus, homines indicat hebetes; si fuerit paruum, & minutum fatuos, mediocre verò naturale est, & optimos sensus indicat. Quando figura capitis ita est aucta, vt fructum pini æmuletur, tunc homines simili referti capite inuerecundi erunt, & iactatores: sicuti homines breuis, & globosi capitis, insipientes sunt, & immemores. Cum verò caput sit crassum, & in superficie planum, ad homines omni vitiorum genere imbutos attinet. Si fuerit oblongum instar mallei, homines prudentes, & sagaces, si concauum in parte anteriori iracundos, & dolosos significat. *Caput acutum instar pini.*

Caput capillo tegitur, qui si fuerit crispus, in timidis, erectus in hominibus rudibus obseruatur. In horum mediocritate optimum signum consistit. G

Capillus durus, qualis Ferarum, virum ferinum denotat. Mollis, & copiosus naturam muliebrem indicat. Idcircò horum mediocritas probatur. Coma nigra conspicitur in vafris, rufa, & subalba, qualis Scytharum, rusticitatem, & ignauiam significat. Leuiter rufa homines dociles, & prosperos exornat. Nam intensè rufa improbatur: cum ferinos mores socios habeat. De hoc colore fortassis verba fecit ille Poeta, quando cecinit.

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læsus
Rem magnam præstas, Zoile, si bonus es.

Si frontem intueamur, hæc vel erit iustò angustior, quæ ad homines stolidos, indociles, & ventri deditos spectabit, vel erit iustò latior, veluti in bobus obseruatur, & hæc ad homines obtusioris intellectus, & pigros attinebit. Frons demissior erit hominis pusillanimi, demissior verò, & rotundior hominis inepti, & inconstantis: sicuti longior hominem benignum, & docilem exornat. Frons quadrata, & rectè formata magnanimitatis, prudentiæ, & probitatis est indicium. Tensa verò, & lucida adulationem significat. Frons nebulosa audacibus, & elcuata liberalibus conuenit. Quando verò iuxta tempora erit inflata, homines superbia tumidos, & ingenio rudes denotabit. Rugosa est hominis cogitabundi. Quando verò erit aspera, & diuersis in locis tumida, hominem malitiosè fatuum, & aurum immodicè sitientem designabit. H *Front quadrata, & rectè formata*

Si considerentur variæ oculorum figuræ, colores, & motus; hinc etiam varios hominum mores poterimus haurire: siquidem oculi parui sunt hominis pusillanimi, & oculi magni hominis segnis, & mansueti. Concauitas oculorum homines malefi cos, & inuidos ostendit: quemadmodum eorumdem eminentia fatuos. Oculi parùm *Oculi parũ concaui.*

concauiad magnanimos, & valde apertiad impudentes ſpectant. Oculi oblõgi inſunt illis, qui fucum facere, & impoſtura verborum vti nituntur. Parui, & tremuli amatorum ſunt proprij. Obliqui, homines in iram procliues, & fallaces oſtendunt. Quando verò citò, & variè mouentur, & interdum quieſcunt, hi temerarijs competunt. Oculi velociter moti cum acutie viſus, in fraudulentis, & infidelibus conſpiciuntur. Deniq; oculus quantò maior erit, tantò minor malitia, & maior ſtultitia ſuperabit.

Quando anguli oculorum carne referti naribus adhærebunt, homines omnium colluuione vitiorum contaminatos denotabunt. Colores etiam oculorum apud Phyſionomos aliquid ſolent indicare: ſiquidem oculi ſubſanguinei in homine inuerecundo, & valdè petulante obſeruantur. Color perniger timiditatem prænunciat, ſicuti niger, & flaueſcens animi bonitatem. Si fuerit fuluus, qualem colorem oculi Leonum repreſentant, proculdubio ad magnanimitatem ſpectabit. Si igneus inuerecundos denotabit. Si tandem fuerit lucidus, quemadmodum in oculis gallorum obſeruamus, abſq; dubio talem oculum ad homines in mollitiẽ, & prodigum luxum propenſos referemus.

Oculi Leonũ quales.

Aures à coniectura diuinationis non ſunt remouendæ; nã paruæ, quales ſimiarum ad ſcurrilitatem ſpectant: magnæ hebetudinem ſenſuum indicant; cum tales in aſinis conſpiciantur. Homines flacci, nempe grandes, & flaccidas habentes aures ſtolidi ſunt. Rotundis auribus referti, vt plurimum ſunt indociles. Longis, & anguſtis inſigniti, inuidia non carent. Deniq; quando homines aures capiti valdè adhærentes habent à maleuolentia recedere nequeunt. Demum aures pilis refertæ ad bonum auditum, moderatæ verò, & naturales ad optimum ſenſum reducuntur.

Naſi extremitates craſſæ, homines concupiſcentes, craſſæ verò, & euerſæ pigros, & ſegnes indicant. Si eædem fuerint acutæ, in iram valdè procliues denotant: quemadmodum naſus patens, & apertus idem ſolet ſignificare. Si naſus fuerit rotundus, extremitatibus obtuſis, indicium eſt magnanimitatis, quam naſus aquilinus ſolet etiam oſtendere. Quando naſus eſt rotundus cum extremitatibus gracilibus, tunc ad inconſtantes referrur. Si curuitatem à fronte ductam nanciſcatur, inuerecundiam, & leuitatem generat. Simus naſus ſolutos in luxuriam concomitatur. Deniq, longus, & ad os protenſus, abſq, probitate, & audacia non inuenitur.

Naſus ſimus quid indicet.

Ex labijs gracilibus, & relaxatis, qualia in leonibus obſeruantur, poſſumus magnanimitatem præſagire, ex gracilibus, & duris, qualia apparent in ſue, iracundiam; ex ſuperioribus labijs tantummodo craſſis, qualibus aſinus eſt refertus, fatuitatem. Si tandem aliquem cum ſuperiori labro euerſo, gingiuis detectis intuebimur, qualis canum rictus eſſe ſolet, illum contumelioſum manifeſtare debemus. Item dentes canini longi, & firmi in homine voracitati famulante, & iræ motum facilè concipiente apparent. Craſſos verò, & latos in hominibus cenodoxiæ captatoribus, & libidine intemperatæ cupiditatis exardeſcentibus licet intueri. Vocem magnam, & grauem edunt contumelioſi, quæ verò à graui incipit, & in acutum deſinit, ad iracundos ſpectat. Non valdè grauem, & altam emittunt, qui in iram procliuiores ſunt, quàm tigres. Acuta, & mollis obſeruatur in effæminatis. Vocem mollem inſtar ouium, emittunt manſueti. Siquidem acuta, & fortis qualis eſt caprarum ad inſanos attinet.

Dẽtes lati, & craſſi qd ſignificẽt.

Si faciem meditemur; homines Pigri faciem carnoſam habent, Curioſi macilentam, Timidi magnam, & carnoſam; Illiberales paruam, Maligni, & ſimulatores habent faciem deorſum ſpectantem. Rixoſi planam abſq; tumore. Malemore gerati deformem, & obtortam. Inuerecundi longam. Simplices valde minutam, & rotundam. Audaces longam, & macilentam. Mendaces à fronte ad maxillas latiorem, & tandem Inuidi à maxillis ad mentum anguſtiorem faciem habent. Præterea color faciei rubeſcens obſeruatur in Verecundis, ſed quando genæ nimio rubore ſunt inſperſæ, amatores vini indicant. Obſcæni genas, & naſum rubore hepatico reſperſum habent.

Color faciei varius eſſe ſolet.

Amplius faciem integrat mentum, quod etiam meditari debemus: quandoquidem mentum acutum, vt in cane, homines fideles denotat, paruum, & breue, vt in ſerpente, homines inuidos, & immites. Nam mentum quadratum in hominibus virtu-

tum

rum prope omnium desiderio flagrantibus conspicitur. Mentum longum, & circa partem inferiorem acutum homines verspelles designat, & rotundum effœminatos. Si tandem intueamur carnem sub mento versus gulam cum fouea, hominem pernicioſa libidine oppressum præsagiemus. A mento dependet barba, quæ copiosis referta pilis ad melancholicos spectat. Sin fuerit rectè formata optimam hominis temperaturam demonstrat, nam in barba inconcinna, & informi totum oppositum contingit. At mulier barbata à rei venereæ proluuio non poterit abduci. Ideo constat adagio. Mulierem barbatam eminus esse salutandam. *Barba qualis.*

E Iam tempus est, vt ad partes inferiores per collum, & pectus descendamus. Nam collum crassum est in homine forti, gracile in debili, & effœminato. Si collum fuerit crassum, & carnosum, vt in tauris, homines ostendit iracundos; moderatum, quale Leonum, magnanimos, longum, & gracile, quale Ceruorum, timidos, & tandem collum perbreue, quale luporum, dolosos demonstrat. *Colli variæ qualitates.*

Pariter pectus magnum, & rectè formatum obseruatur in hominibus robustis. Amplum in fortioribus. Si fuerit pilosum, quale auium homines animosos quidem, sed instabiles significat. Pectus absq; pilis timidos, & molles ostendit. Pectus valdè carnosum ignauos, & indociles. Sed interstitium à iugulo ad stomachum maius, quàm ab extremitate thoracis ad vmbilicum, homines prudentes præsagit. Mammæ autem pingues, & deorsum pendentes in hominibus tantùm effœminatis conspiciuntur. Tandem si in parte sinistra pectoris caro appareat crassa, & eleuata cum F næuo, vno, vel pluribus pilis referto. Ptolomeus inde honorem, & diuitias prædicebat. Si in parte posteriori pectoris considereretur metaphrenum, siue interscapilium, hoc vel erit magnum, rectè formatum, & minimè carnosum, & tunc virorum robur indicabit. Vicissim quando erit paruum, & informe, tunc ad homines molles, & fœminas attinebit. Si fuerit curuum cum humeris ad pectus, contaminatos mores ostendit. Si fuerit supinum, quale equorum, dementia in subiecto dominabitur. Similiter humeri magni sunt fortes, paruí debiles, & tales sunt fœminarum, & hominis delicati. At humeri eleuati ad insidiosos, & latrabitros fortes, & acuti ingenij pertinent. Hinc etiam colligendum est costas amplas esse in hominibus validis, & angustas in mollibus, & delicatis. Item tumor circa costas loquacitatem, & stultitiam arguit. *Metaphrenũ siue interscapiliũ.*

De humeris vlnæ dependent: ideo qui has adeo longas habent, vt manibus genua absq; corporis curuatura tangere possint, sunt viri fortes, sed huiusmodi homines sunt rari: plures sunt qui has habent mutilas, & hi pessimi, & maleuoli esse perhibentur. Adamantius notat esse aliquos, qui comedendo caput potius manibus, quàm manus capiti admoueant, & hos malis imbutos moribus esse iudicat. Digiti manus si quodammodo coalescere videantur, pertinent ad intemperatos, si breues fuerint, & erecti ad temerarios. Pollex intra manum clausus, auaritiæ est indicium. Digiti valdè longi, & deljcati stultitiam significant. Magni tandem, & rectè formati optimam corporis constitutionem arguunt. Digitorum vngues lati, albi, & subrubri, in viris robustis, angusti, & oblongi in fœuis hominibus obseruantur. Quando obliqui fuerint more auium, impudentes, & rapaces significant. Vngues exigui ad veteratores, elati, & albi ad delicatos attinent. Ex vngue subtili lucido, & subrubri coloris, acumen ingenij possumus argumentari. Præterea asperitas, & rotundi- H tas eorumdem homines in luxum proclines, breuitas verò malignos designat. Item vngues punctis albis signati in hominibus decenter natis, & punctis nigris insigniti in Inuidis conspiciuntur. *Humeri quales.* *Vngues quales.*

Regio ventriculi pinguis indicat fortes, minimè pinguis molles, venter prominens edaces, paruus, & eleganter formatus, ingeniosos, valdè pilosus infra vmbilicum, loquaces demonstrat. Si longum fuerit interstitium ab imò pectore ad vmbilicum, ad homines voracitati seruientes pertinebit. Sin fuerit æquale optimam constitutionem arguet. Item hyppocondria gracilia, & pressa, qualia sunt ranarum, in hominibus timidis obseruantur. Si carne fuerint referta, indociles denotant. Pecten valde pilosum non modò fœcunditatem, sed libidinem etiam immoderatam ostendit: quando est pilis nudum castitatem arguit. Ossa anchæ prominentia fortitudinem, gracilia, vt in fœminis, debilitatem, designant. Coxæ torosæ, sunt fortes, carno- *Ventriculi regio qualis.* *Coxarum cõditiones.*

carnoſæ verò molles, & delicatæ. Item nates acutæ, & oſſeæ ſunt robuſtæ, carnoſæ, & pingues, effæminatæ. Nam exiccatæ, vt in Simijs, ad malemorigeratos ſpectant. Genua gracilia monſtrant timiditatem, curua, in parte anteriori, quibus fœminæ plerumq; ſunt refertæ, effæminatos, pinguia timidos, & liberales, macilenta robuſtos, & audaces ſignificant.

Succedunt crura, quæ pilis pluribus referta in hominibus luxu perditis conſpiciuntur. Hæc craſſa, & toroſa hominis fortitudinem comitantur. Neruoſa verò, & ſubtilia, vt in auibus, libidinem arguunt. At ſuræ craſſæ ad intemperatos, molles autem ad effæminatos attinent. Quando ſuræ moderatæ, & rectè formatæ fuerint,

Crura. ingenioſos homines oſtendunt. In fine cruris eſt talus, qui neruoſus, & latus in robuſtis, carnoſus in fœminis, & hominibus delicatis conſpicitur. Sin huiuſmodi par-

Sura. tes fuerint longæ, & carnoſæ, amentiam, ſicuti calcanea gracilia timiditatē demonſtrant. Reliquum eſt, vt de pedibus nonnihil dicamus, quia abſurdum quodammo-

Talus. do videretur phiſionomiam pedis ſicco pede tranſire. Pedes igitur magni, & rectè articulati ſpectant ad robuſtos, anguſti, & parui, quales ſunt fœminarum, ad molles, & delicatos. Planta pedis minimè concaua, ſed ita plana, vt toto veſtigio terram

Pedes. tangat, iuxta doctrinam Ariſtotelis, homines verſutos denotat. Pedes craſſi, &

Lib. 1. de hiſt. Anim. carnoſi in hominibus fatuis, craſſi, & breues in debilibus, graciles, & breues in malignis, valdè prolixi in doloſis, carnoſi, & duri in hebetibus, parui, & pulchri in fornicatoribus conſpiciuntur. Tandem pedum digiti, & vngues curui, vt apparent in

Pedis digiti. auibus, ad homines inuerecundos, vngues ſubtiles, & benè colorati ad homines honeſto loco natos, & digiti vincti, vt in coturnicibus, ad pauidos referuntur.

Amplius à colore, à motu, & à varijs actionibus totius corporis, mores ad phyſionomiam attinentes elicere poſſumus: nam color totius valde niger, vt in Aethiope, necnon pallidus ſpectat ad meticuloſos, ſicuti peralbus, qualis fœminarum, ad Puſillanimes, fuſcus ad Robuſtos, flauus, vt in Leone, ad Generoſos. Rufus vt in

Color cutis. Vulpe, ad Verſipelles, & Ingenioſos, mellinus ad pigros, & flammeus ad Maniacos.

Inſuper homo ceruice inflexibili, pede inſtabili, naſo contumeliam ſpirante, riſu petulante, oculos modò huc, modò illuc dirigens, conſenſum, & negationem ſimul proferens, rationem nulla ratione conſiſtentem habens, cum inordinata interrogatione, & reſponſione minimè congrua, eſt, inquam, homo, in cuius animum tanquam in cœnoſam latrinam omnia flagitia confluunt, & talem Gregorius Nazianzenus Iulianum Apoſtatam delineauit. Homines poſtea humeris incuruis gradientes, vt Leones, ſunt elati animi, qui cruribus, & pedibus conuerſis ambulant, ſunt molles, tan-

Greſſus. quam fœminæ; qui corpore, in greſſu ſe contorquent, ſunt Adulatores; qui tandem ad dextram inclinant progrediendo, ętatem luxu perditam degunt.

Ad finem ſunt nonnulli, qui ex Phyſionomia capitis, oculorum, ſtaturæ, & ſimilium, Planetam geniturę diſpoſitorem cognoſcere profitentur: nam Georgius Venetus hominem formoſæ, & mediocris ſtaturæ, cum oculis ſubnigris ad magnitudinem tendentibus, capillis flauis, cum aliqua caluitie, & dentibus inciſorijs iuſtò longioribus refertum contemplatur; ſicq; Iouem huius geniturę diſpoſitorem fuiſſe

Planetarū cognitio in Genituris. atteſtatur. Deinde virum fidelem, iuſtum, honeſtis moribus imbutum, & parētibus obſequentem meditatur; hinc q; Iouem in genitura benè diſpoſitum arguit. Poſtea conſiderat rubeum hominis colorem, cum oculis varijs ad citrinum tēdentibus, necnon barbam capillos, cæteroſq; pilos cum obſcuritate denſos, & craſſos, ſtaturam mediocrem, faciem rotundam, & quibuſdam maculis reſperſam, nares amplas, aſpectum horridum, & dentes iuſtò longiores; tuncq; Martem in genitura dominatorem conſtituit. Idem Georgius Venetus ponderans hominem longam faciem habentem, cum oculis inæqualibus, iunctis ſupercilijs, varijs inſignitū maculis, dentes turpes, pilos nigros, & raros, Saturnum geniturę diſpoſitorem fuiſſe exiſtimat. Alia multa huius generis apud prædictum authorem legenda ſunt.

Ad Phyſionomiam duo alia obſeruatione digna eſſent referenda. Primum eſſet Metopoſcopia, quæ ex contemplatione linearum frontis coniecturam diuinationis

Metapoſcopia quæ. facit; quia frons ab aliquibus ſpeculum totius vitæ fuit appellata: quandoquidem in ira, & in alijs animi perturbationibus, varij in frōte motus apparēt: quamobrem

iuxta

iusta de causa Cicero frontem animi ianuam nuncupauit. Metoposcopi igitur lineas frontis ætatibus hominum assignatas meditantur, quæ si bene dispositæ, & minimè intercisæ appareant, totum ætatis cursum fælicem, & quietum prænunciant, & totum oppositum prædicunt, quando lineæ frontis obliquæ, rugosæ, & ineleganter locatæ fuerint. Id autem breuitati studentes consultò omittimus. Alterum consideratione dignum esset præsagitio ex vnguibus, sed quoniam clarissimus vir Camillus Baldus nostræ ætatis Philosophus non vulgaris dum adhuc inter viuos esset, librum de hoc præsagio typis mandauit: idcirco hoc omisso ad vlteriora accedemus.

E

MORES.

CVM variæ, & ferè infinitæ Orbis terrarum sint Nationes, innumeras etiam hominum consuetudines affirmare poterimus: cum vulgò tot mores, quot Nationes esse perhibeantur. Sed augetur difficultas, quoniam mores antiqui in dies obsolescunt, & noui, ob diuersæ gentis commercium, ritus semper introducuntur. In hoc arduo negotio si consulamus Hippocratem, is à natura loci, & habitationis, mores hominum colligere videtur, dum in hominibus campestribus mitiores contemplatur mores, quàm

In lib. de aere, aquis, & locis.

F in montium incolis: immò habitantes montem orientalem, & septentrionalem moribus fœmineis imbutos esse existimat; & partem montium oppositam colentes moribus ferinis refertos esse opinatur. Maris, & Regionum finitimarum accolas, mercatores, necnon artis naugandi, & natandi peritos constituit.

Astrologi aliter mores gentium inuestigant, dum morũ diuersitatem varijs astrorum naturis, quibus subiacent Nationes, assignant. Ideò Britannos, Germanos, & habitantes Galliam Narbonensem in potestate Arietis, & Martis cõstituentes, moribus trucibus infignitos esse prædicant. Italiam, Apuliam, et Galliã Cisalpinam subditam Leoni, atq; Soli referunt: idcircò benignos mores in his contemplantur Hetruscos, Cæltas, & Hispanos ad Dominium Sagittarij, & Iouis reducunt: quapropter libertatis, simplicitatis, & mundiciæ amatores esse statuunt. Maritimis locis minoris Asiæ, Cycladibus Insulis, & Cypro Taurum, & Venerem præficiunt,

Mores hominum iuxta mentẽ Astrologorum.

Italia.

G consequenterq; in illis mores voluptuosos obseruant. Græcos, & Cretenses doctrinæ cultores prædicant, quoniam Virgini, & Mercurio subditi sint. Macedones, Thraces, & Illyrici, cum Capricorno, & Saturno subiaceant, à mansuetudine morum alienos esse pronunciant. Parthia, Media, & Persia, ob Iouis, & Veneris dominium eleganti vestitu vtuntur, & delicijs victus indulgent. Assyria, Babylonia, & Mesopotamia, sub potestate Virginis, & Mercurij in mathematicas incumbunt disciplinas. India, Ariana, & Gedrosia Saturno subsunt: quocirca Incolæ non solum informes, sed etiam moribus ferinis sunt imbuti. Iudæi, Cælesyrij, & Idumei ad dominium Scorpionis, Arietis, atq; Martis reducuntur: vnde insidijs, audacia, & impietate sunt noti. Phœnices, & Chaldei sub Leone sunt, & Sole, hinc simplicitate, humanitate, & Syderum obseruatione delectantur. Arabia fœlix alit homines

Grœcia.

India.

Arabia.

H dexteritate, & liberalitate vitæ vtentes, quia Sagittario, & Ioui subesse dicuntur. Armeni, & Hyrcani cum nobiles habeant mores, ad Geminos, & Mercurium referuntur. Bactriani, & Caspij vnà cum Scythis Libræ, & Veneri obediunt: qua de re musicæ, & delicijs indulgent. Sauromatæ, Oxianæ, vel Oxolæ Aquario, & Saturno obtemperantes, ferocia minimè carent. Phryges, Bithyni, & Colchi ad Cancrum, & Lunam spectant: hinc leues, & effœminati esse feruntur. Syria, Comagenæ, & Cappadocia, cum subsint Scorpioni, & Marti, improbis moribus abundant, & magnos labores patiuntur. Lydia, Cilicia, & Pamphilia ad Pisces, & Iouem pertinent: sic enim ad merces incumbunt, & quoslibet contractus facilè amplectuntur. Cancer, & Luna Numidis, Carthaginensibus, & Afris dominantur, illosq; à Commercijs minimè alienos reddunt. Incolentes Mauritaniam, & Getuliam, Scorpioni, & Marti obsequuntur: propterea moribus bellicosis imbuti, & carnuori sunt. Nasamones, & Garamantes Piscibus, & Ioui sunt subditi; ideoq; moribus liberalibus,


Phrygia.

Mauritania.

bus & conſilijs ſcatent, necnon Iouem Amonem, nempe in ſimulacrum Arietis ſictum venerantur. Marmaricæ, & inferioris Aegypti incolæ Geminis, & Mercurio adſcribuntur: vnde prudentia præſtant, & Magi cognominantur. Qui colunt Thebaida, & Troglodyticam, Libram, & Venerem agnoſcunt: propterea in ſententijs mobiles ſunt. Azani Aquario, & Saturno attribuuntur; ſicq; mores ferinos exercent, & vitam ruſticam degunt. Qui plura huius generis ſcire cupit, Aſtronomos, & præcipuè Ptolemeum petat, qui fuſius de hac materia pertractauit.

Lib. 2. de Iudicijs.

Cæterùm ſi peculiares Priſcorum mores meditemur, prima facie incidemus in eorum volumen, quod nil aliud erat niſi oblonga membrana opiſtographa minutiſſimè perſcripta, quæ intra thecam ligneam torno pereleganter elaboratam, aduerſus pul-



ueris,

veris, & aeris iniurias inuoluebatur; ideoq; volumen fuit nuncupatum; hanc pariter chartam pergamenam Lector ex theca diligenter extrahendo explicabat. Simile Antiquorum Volumen litteris græcis exaratum in Musæo Illustrissimi Senatus Bononiensis seruatur; huiusq; iconem ex vtraq; parte delineatam exhibemus, cuius loco hodie libris papyraceis vtimur.

Priscis etiam temporibus consuetum erat Dijs, operto capite sacra fieri; vt longè inæquali honore Dij, atq; homines afficerentur; namq; in honore alicui exhibendo, caput aperiebatur, vt omnia honorantis honorato aperta essent. Pariter apud Antiquos, ex Varrone, dextram iungere dextræ, salutationis fuit indicium, qui ritus ad nostra vsq; penetrauit tempora: immò, ex Cornelio Tacito, mos fuit quorumdam Regũ gentis barbaræ apprehendere dextras, quoties in Societatem coirent, pollicibusq; vinctis, & vulneratis, cruorem viciſſim inde emanantem lambere. Insuper olim manus sublata, & potissimũ in allocutionibus militaribus consensum, & approbationem indicabat; sed hic ritus primum apud Hebræos fuit obseruatus, quoniam legitur in Leuitico, quòd Aaron tollens manũ populo benè precatus est. Rursus porrectæ in Cœlum manus adorationem significabant, veluti etiam manus auersa ad osculum exposita. Quapropter scribebat Plinius quamdam esse in dextra religionem, quia osculis auersa peteretur. Fuit etiam institutum in Veterum religione, Sacerdotes euitatos perpetuæ Deum matris seruituti addictos esse, vt ostenderent, qui parentum nomen violassent, eo supplicio esse puniendos, ne vnquam parentes fieri possent, sicq; eorum fronti nota ingrati animi erga parentes iusta foret. Id expressit Lucretius hunc in modum.

Salutationis ritus.

Manus sublata quid denotet.

Manuum osculatio.

Gallos attribuunt, quia nomen qui violarint
Matris, & ingrati genitoribus inuenti sunt,
Significare volunt indignos esse putandos,
Vitam progeniem qui in oras luminis edant.

Crediderunt etiam Prisci scelus esse quoddam inexpiabile, tumulos defunctorum violare: quapropter legem posuerunt, locum esse sacrum, vbi humana cadauera conderentur; idcirco dicere solebant, minxisse in patrios cineres, cui omnia sinistrè contingebant.

Cæterùm ad consuetudines magis peculiares cuiuscumq; Nationis accedendum est, nam præcipuas tantummodo memorabimus. Inprimis Aethiopes antiqui Solem orientem adorabant, & occidentem diris imprecationibus insectabantur, defunctos in profluentem proijciebant. At nuperi Aethiopes suum Regem Præteianum, tanquam Sacerdotem venerantur. Aegyptij sacrificantes, alta voce, & populo audiente, secundam valetudinem Regi præsenti precabantur, varia animalia adorabant, & morbos solo vomitu, & ieiunio curabant, domorum ædificia negligebant, sepulcra verò sumptuosa magnificentia extruebant, vt hæc sempiternas defunctorum ædes esse ostenderent. Deinde in cœnis ingenti epularum apparatu instructissimis simulacrum mortis ab aliquo circumlatum ostentabatur his verbis.

Aethiopes.

Aegyptij.


Contuere hoc, quid sit, genio tantumq; vacato,
Quàm lubet: huic fies, tu similisq; semel.


Sed omnium pulcherrima consuetudo est, quando Aegyptij Niloscopio, alluuiem Nili metientes prædicunt. Habent igitur in quadam insula Michias nũcupata fossam decem, & octo orgyias altam, in cuius fundo subterraneus aquæ ductus fluit, ad perpendiculũ aquæ Nili correspondens, præterea in eadẽ fouea erecta est columna inæqualibus octodecim orgyis distincta: quare aquam Nili infoueam per aquæductum deriuatam animaduertunt illi, quibus hæc cura data est, num ad primam, vel alteram columnæ distinctionem perueniat: namq; talem fore Nili inundationem præsagiunt; idq; statim per pueros, vice præconum, in totam regionem emissos diuulgant. Quandoquidem longa edocti experientia obseruarunt aquam ad decimam quintam orgyiam columnæ peruenientem, ob Nili inundationem, annum fore fœcundissimũ, ad duodecimã, mediocrẽ, & ad octauã, annonæ caritatẽ. Sin aqua superans decimã quintã orgyiã, decimã octauã attingat, tunc metuunt, ne tota Aegyptus inundatione abluatur, quæ postea per spatiũ dierũ octuaginta perdurare solet. Verùm vt id manifestius appareat, Niloscopij figura exhibetur.

Nili inundatio.

Nilo-

Niloſcopium.





Pœni

Pœni, & cœteri populi Africæ sacrificantes pecudis aurem tanquam primitiam præcidebant, eaq; super ædes proiecta, cervicem auertebant, deinde Soli, & Lunæ immolabant. In Africa etiã erant populi ῥιζοφάγοι radicibus arundinum victitantes; Item Cyneci Feras tinentes, propterea in arboribus fabricabant, insuper ἀκριδόφαγοι locustis vescentes, Cynnaminij sylvestrũ copiam canum nutrientes, de quibus in Rubrica differentiarum actum fuit. Lotophagi cadavera parentum in mare abijciunt, & nil curant, ex Cælio, si cadavera igne, terra, vel aqua, absumantur. Psylli Austrum ventum suæ regioni noxium, sumptis armis tanquam vitium aliquem hominem insectabantur. His adduntur ἰχθυοφάγοι piscibus solùm viuentes; E necnon Amazones mulieres bellicosæ, quæ mammas murebant; cũ eas ad prælian-dum impedimento esse iudicarent.

Populi Rizophagi vbi.

Ichthiophagi.

In Asia sunt populi ὀφιοφάγοι qui serpẽtes comedũt. Nabathei omniũ cõtinentissimi, & in quærendis opibus mira vtentes industria. Panchaia alebat Sacerdotes, quibus sacrum exire locum non erat concessum. In Assyria fuit hæc consuetudo, vt supplices post tergum manus reiectas, & connexas ferrent; reliqui annulũ signatorium habent, & sceptrum eleganter fabricatum in propatulo gestant. Chaldei mundum æternum prædicarunt, & ex syderibus futura prædixerunt. Iudæis Sabbathum erat sacrum, & victima nonnisi annicula, & masculà immolabatur; deinde lege cautum erat, ne hostis insepultus relinqueretur. Medi sagitrandi, & equitandi studio delectabantur. Parthi non alia carne, quàm venatu petita vescebantur. F Persæ Solem in primis, deinde Lunam, Venerem, Ignem, Terram, Aquam, & Ventos venerabantur, & sacra non in aris, sed in excelso loco, & subdio peragebant; immò, ex Cicerone, defunctos cera circumlinebant, vt diutius seruarentur. Hyrcani non ad alium vsum canes alebant, nisi vt mortuos voràrent.

Iudæorum ritus.

Cadavera cera circumlita.

In India victimas non iugulabãt, sed præcluso spiritu necabant, vt quid integrum Deo offerreretur. Alij Indi homines semiuiuos cremabant, quoniam fati diẽ præuenire quid excelsum, & diuinum esse opinabantur. Alij tot pisces in sepulchra proijciebant, quot hostes interfeciſſent. Apud Indos Coybæ, mendaces capitali iudicio puniebantur. Comanenses Indi tutissimo pacto Medicis vtebantur: nam Medicus primùm diligenter animaduertere debebat, cuius ægrotantis curam admittere vellet; siquidẽm, ægro sanitati restituto, Medicus liberali, & egregio præmio donabatur; sin obibat, Medicus nulla mercede recepta, occidebatur. Alij nefando pollutos scelere, ad muliebrem conditionem damnabantur, nẽpe ad colum, & ad coquinam, cum deinceps nullus alius vsus, nisi fœmineus illis permitteretur. Mexicano Regi, qui ob paupertatem aliud tributum soluere nõ poterant, singulis annis, facculos pediculis plenos ad aulam deferebant. Item lex quædam Peruana pro egenis iubebat, claudos, cæcos, mutos, senes, & ægrotos publico censu ali, & ad conuiuia publica adduci; immò alia lege cautum erat, referatis foribus, mensæ accumbere, vt Conuiuæ à ministris publicis visitari commodius possent. Insuper Andagauillæ populi (referente Eusebio Iesuita) suggestionibus Dæmonũ inducti Pilatum verum Deum appellantes adorabant, quia Christum Deum Christianorum necare potuerit. Iuxta litora Sinarum, simulacra colossea ex duriori lapide fabrefacta erigebantur tantæ magnitudinis, vt eminus per multa milliaria conspicerentur, & Pa-H godi Chinenses appellabantur, veluti apparet in hac icone.

Indorũ varij ritus.

Mexicanus mos obseruandus.

In hiſt. nat.

Pagodus Chinensis.



Placuit etiam exhibere simulacrum Regis Sinus Magni Antongil, qui nigri est coloris, capite duo gestat cornua more Diaboli, & circa brachia multas armillas æneas. In hac eadem tabella conspicitur icon viri militaris eiusdem regionis gerentis hastam ferro duarum ferè orgyiarum munitam, necnon parmam ligneam glandibus tormenti manuarij minimè resistentem.




Rex ſinus Antongil.

Miles ſinus Antongil.


In figura ſubſequenti intueri licet Sumatræ gubernatorem, paruos oculos habentem, magnas palpebras, pilos barbæ paucos ſub ore, turcico more veſtitum, & eidarim capite geſtantem. Præterea ibi licet etiam contemplari veſtimenta Luſi-

tanorum in Vrbe Bentam vera piperis patria degentes, qui Batauis in Indiam orientalem nauigantibus primi obuiam venerunt.



Amplius additur icon, in qua licet prima facie intueri hominem Chinensem ad Vrbem Bentan accedentem, cum vasis porcellanicis venalibus, & pluribus aliis, nimirum serico cuiuscumq; coloris eleganter præparato. Gens enim hæc est industria. & ex China non solum prædicta, sed etiam Moschum, Zibettum, Ambram, Argentum vivum, Plumbum, Cuprum, Pugiones; & alia arma venalia defert: deinde licet conspicere virum Iauanum, nempe ex Iaua insula, linteo gossypino circumdatum,

datum, qui pugione flammiformi munitus multam præ ſe fert audaciam. Huiuſmodi gens plura vaſramenta ſemper machinatur, & inanibus promiſſis homines ludificant. Tertio loco conſpicitur mulier Iauana ad forum Vrbis Bentan proficiſcens, vt orizam emat, quam manu elcuata portat, quod admirandum, & viſu pulchrum videtur.



Homo Chinenſis

Vir Iauanus

Mulier Iauana.

L.1. genial. ditr. cap. 26

Scythæ cranijs humanis, defunctorum ſuorum honoris gratia, inter epulas, pro poculis vtebantur; & illorum Rex, vt ſcribit Alexander ab Alexandro, abſcindebat illius aurem, quem ſummo amore proſequebatur. Tartari Idola quædam ex lana, & ſerico ad formam humanam effigiata ex vtraq; parte tentorij, tanquam pecudum ſuorum cuſtodes appendunt; & ob lignorum inopiam ſtercoribus boum exſiccatis ignem fouent. Turcæ in ſuo Alcorano legem ſcriptam habent, ne quis ſub capitali pœna, de eorum lege diſputare velit, & diem Veneris tanta religione, quanta Iudæi Sabbathum colunt.

Turcarum mores.

In Græcia (ſi de Europeis populis ſermo fiat) tres leges à Cecrope in placationem Neptuni latæ fuerunt in mulieres, à quibus ſuffragijs Mineruæ *fuit* poſthabitus: nimirum ne mulieres vnquam Senatum ingrederentur, ne vlla earũ maternum nomen ſibi arrogaret, & ne quis illas Athenæas, ſiue Athenienſes, ſed Atticas appellaret. Apud Lacedæmonios ſtatutum fuit, ne puellæ inuptæ velata facie in publicum prodirent, & ne nuptæ, nonniſi faſcijs tecto vultu, domo egrederentur. Deinde Lacedemoniorum quiſquis graui vti debebat oratione, iucundam, breuem, & ſententijs non carentem pronunciabat: itaut deinceps in prouerbium abierit, facilius homines poſſe philoſophari, quàm ſermonem laconicum imitari. Cretenſes in publicis gymnaſijs pyrrhichiam ſaltationem exercebant, quæ flexionibus corporis fiebat, vt plagæ, & tela melius euitarentur. Thraces nonnulli, tempore tonitruum, & fulgurum, ſagittas in Cœlum iaculabantur Deo miniſtrantes, quia nullum præter ſuum, eſſe arbitrabantur; & quoniam ſinguli vxores ducebant plures, defuncto marito, coram Iudice, illa eligebatur, quæ præ cæteris à viuente marito magis diligeretur: hæc enim poſtea mactabatur, & vnà cum coniuge humabatur, alijs vxoribus id pro inſigni calamitate lugentibus. Olim Conſtantinopoli, ex Iſidoro, inualuit hic vſus, vt primo die, quo capiti Imperatoris corona Cæſarea imponebatur, ad eum Cementarius cum tribus marmorum ſpeciebus accederet; his verbis.

Mulieribus nuptis, & nubilibus, quid agẽdũ.

Sermo laconicus.

Elige ab his faxis, ex quo Auguſtiſſime Cæſar,
Ipſe tibi tumulum me fabricare velis.

In Ruthenia Vrbs Regia Moſcouia dicitur, in cuius foro lapis eſt quadratæ formæ, quem ſi quis aſcenderit, nec inde vlla vi auelli poſſit, principatum vrbis adipiſcitur: quamobrem de hoc inter ciues ſæpiſſimè pugnatur. Moſchi igitur populi, Italis Moſchouitæ appellati hodie quamdam Crucem ligneam varijs Sanctorum iconibus decoratam collo ſuſpenſam gerunt, cuius veram effigiem ab vtroq; latere delineatam hic exhibemus.

Moſchouites.


A

B

C

Crux

Crux lignea Moſcouitarum.



Lituani olim colebant ignem, immò ex eo dem varia captabant auguria, deinde Solem ſpecie mallei ferrei, tanquam Ducem habebant. In Pruſcia, & Liuonia, ſingulæ familiæ focum, & domum ſacram in Syluis habebãt, vbi ſuorum cadauera defunctorum, vnà cum equis, ſellis, & pretioſiori veſtimento comburebant. Poloni ſunt viri prudentes, & multa comitate hoſpites proſequuntur. In Hungaria, quando cauſa erat anceps, nec aliter dirimi poterat, ferro decernebatur; nam actor, & reus coram Iudice præliabantur ille autem victus eſſe dicebatur, qui limites exibat, quibus pugnæ locus circumſcribebatur. Bohemi defunctis parentare vanum eſſe arbitrabantur: Germanorum Magiſtratus nihil, niſi armis inſtructus aut publicè, aut priuatim peragebat. Hodie quodcunq; laboris faſtigium attingere poſſe Germani perhibentur, ideo ad rem quidam canebat. *Hungaria.* *Bohemia.*

G

Germani poſſunt cunctos perferre labores,
Verùm vtinam poſſent tam benè ferre ſitim.


Saxones duriori vtebantur cibo, & quod per hebdomadam comedendum erat, die Solis colligebatur; ſuos infantes: non pulte, ſed alimento ſolidiori, ore prius nutricis leuiter attrito cibant, quia poſtmodum creſcentes validiores eſſe creduntur. In pleriſq; Franconiæ locis, Virgines quotquot per anni curriculum, choreas frequentauerint, à iuuenibus, die cinerum congregantur, & cum tibicine ad flumen, vel lacũ trahuntur: quare autẽ id fiat, opinatur Ioannes Bohemus ſic expiari illas, quæ feſtis diebus contra præceptum Eccleſiæ, à leuitate ſua non abſtinuerint. *Franconia.*

H

In Suueuia hũc habebant ſacrificandi ritum, vt omnes eiuſdem ſanguinis populi, ſtatuto tempore, in ſyluam ſe conferrent, & cæſo homine publicè celebrarent, & talem habebant huic loco reuerentiam, vt nemo in illum, niſi vinculis ligatus ingrederetur. Gothi quoq; ſiue Getæ, hominem ſorte immolandum in fonte ſubmergebant. Sed Maſſagetæ, nempe Graues Getæ morbo aliquo peremptos canibus obiiciebant deuorãdos, ſed in prælio mortuos præſtantiſſimo honore tumulabant. Thalitarum mulieres, ex Procopio, infantes lacte non alebant, ſed fœtum mox editũ, & pelle inuolutum de arbore ſuſpendebant; poſtea cerebellis, & medullis Ferarũ idem cibabant: nam ipſę ob puerperiũ in lecto minime decumbentes, ad conſuetas venationes vnà cum viris reuertebantur. His addimus venatores quoſdam Plagæ Septentrionalis, qui pileo turcico tecti, & calopodijs quadratis induti, cõtus apros, & ſagittis capreolos venantur. *Gethę ſunt Gothi.* *Lib. 2. de bello Gothorum.*

Vena-

Venatores plagæ Septentrionalis.



Bauari

Bauari hanc legem posuerunt de canibus, vt qui canem venaticum furatus fuerit, ipsum, aut similem redderet, & sex solidis componeret; pastoralem tribus. In Carinthia quoties nouus Princeps regimen Reipublicæ subibat, hæc solemnitas nusquam alibi audita seruabatur. Latissimum pratum marmoreus occupabat lapis, quem die creationis noui Principis, rusticus quidã, cui per suæ sturpis successionem id contingebat hæreditarium, ascendebat, cũ bouc fœta nigri coloris ad dextram, & equa ad lævam, frequenti hominum cuiuscunq; generis corona stiparus, ex aduerso futurum Principem Pastoris habitu in lutum, & purpuratorum multitudine associatum aduenientem alta voce interrogabat: quis est hic, qui tam superbè E ncedit? Respondebat hominum cætus Principem Regionis aduentare: tunc rusticus, iustus ne iudex? salutem patriæ quærens? liberæ conditionis? Christianæ pietatis cultor? clamabatur iterum, est quidem, & erit. Denuò rusticus ille dicebat, quonam iure ab hoc loco me dimouebit? tunc respondebat Oeconomus aulæ Principis, sexaginta denarijs hic locus abs teemitur, iumentaq. hæc erunt tua, manu ad bouem, & equam extensa, vestimenta à Principe exuta habebis. erisq; tum cum tua familiâ à tributo liber. Quibus dictis, rusticus ille manu malam Principis leuiter percutiens æquum iudicem esse iubebat, & præmio abducto, & Principe lapidem ascendente, loco cedebant. *Carinthiorũ mos in Principe eligẽdo.*

In Italia erant variæ hominum consuetudines; nam ex Crinito, Romæ olim neminem sepeliri licebat, nisi de republica optimè meruisset: deinde apud Romanos veluti etiam apud Græcos, in morte alicuius consanguinei, barbam, & capillos F ad grauem exprimendum dolorem tondebant. Hodie Itali Christianam pietatem colunt, & triplici iure Pontificio, Cæsareo, & municipali vtuntur. In Gallatia homines vini sunt amantissimi, & à mercatoribus merum delatum bibunt, sed paulò post somnum, vel insaniam incurrunt. Gallatarum nobiliores adeò longam fouent barbam, vt totum ferè corpus tegat, deinde pellibus luporum, vel canum induti sedentes in solo cænant. Prætermissis moribus priscis Galliæ, nunc digni obseruatione videtur illi nobiles, qui duodecim Pares Franciæ nominantur, quos, referente Ruberto, Carolus Magnus instituit, & secum in militiam ductos Pares cognominauit, quia æquali inter se dignitate decorati Regi adsisterent, neq, cuiuspiam, quam Senatus, nempe Parlamenti, iudicio obtemperarent, & Regi coronando adessent. Hispani quamuis in munditia victus sint elegantes, nihilominus in vno tantum immundi esse videntur, dum lotio vniuersum corpus abluunt, & eodem dentes fricãt, G quoniam inde optimam valetudinem resultare opinantur. *Italorum ritus.* *Galatarum Nobiles.* *Pares Franciæ qui.*

Lusitani varijs vaticinij ritibus vtuntur, in sacrificio extis diligenter inspectis multa coniectant: immò ex interaneis hominum maximè captiuorum plura diuinare profitentur. In Anglia vulgus ferum, & inhospitale est, mitior tamen nobilitas, aperto capite, alteroq; genu flexo hospites salutant. Prædictis addenda est cõsuetudo Insulæ Taprobanę in electione Regis, quoniam non Nobilium, sed cunctorum suffragia præualent: nam spectatum moribus virum, clementem, annis grauem, filiosq. non habentem eligunt. Immò si regnans filium sustulerit, illicò potestate exuitur, ne regnum fiat hæreditarium: deinde quadraginta rectores admittere debet, ne solus in causis capitalibus, iudicare valeat. Quid si addantur nonnulli Floridensium mores. Rex enim huius insulæ in nouis nuptijs multas puellas congre- H gat capillis sub occipite vinctis, & deinceps supra humeros sparsis, sub vmbilico lato vinciuntur cingulo, ex quo ab anteriori parte, quoddam veluti marsupium dependet ad pudenda tegenda, per reliquum deinde cingulum appensæ sunt formulæ ouales ex auro, & argento ad coxendices demissæ, vt strepitum in saltu excitẽt, dum encomia Regis, & Reginæ recitantur. Præterea de auribus perforatis vesiculæ piscium inflatæ rubeo colore tinctæ instar vnionum dependent. Idcircò mirandum est quemadmodum Gentes barbaræ tam varijs inuentis sint refertæ. Hic dabimus iconem Reginæ insulæ Floridæ lectori ponderandam. *Taprobanæ mores.* *Floridensiũ mores.*

Prato



Regina Inſulæ Floridæ.

Homo Syluestris.



Icon Regis Quoniambec.



Rex

Rex apud Cannibales.



Præterea homines Americæ, Syluestres ab Andrea Teuetho nuncupati, nudi incedunt: non quia ibi deficiat materia, ex qua indumenta facilè parari possint, aut quia nimio Regionis calore premantur, sed quoniam facilius, & melius nudos se exercere referunt. Quapropter si quis subuculâ gossypina indutus, qua identidem delectantur, hostem eminus intueatur, repentè illam exuens ad certamen se accingit. Tradunt enim, vt inquit Teuethus, vestes illis impedimento esse, ne inimicum superare possint, imò hostibus adiumento esse, vt facilius prædendi valeant. Quocirca iconem hominis syluestris exhibemus capitio plumario tecti: hac enim ratione instructi, & baculo muniti ad bellum proficiscuntur. Etenim in Regionibus Americanis pulcherrimæ auium species peruagantur, quas Incolæ magni æstimant; quoniam illas ter, vel quater singulis annis deplumant, & ex his peristromata, & potissimum capitia, pileos, & multa alia opera concinnant. Sunt huiusmodi aues pedibus, capite, & rostro Psittacis quàm simillimæ, & adeò familiares, vt circa tuguria Americanorũ tempus in omne versentur, & quamuis Vesperi ad syluas dormitum progrediantur, nihilominus, cum diluculat, ad Diuersoria Syluestrium reuertuntur. Irridet postea Teuethus illos, qui tales homines syluestres hirsutos prædicarunt; quandoquidem non solum glabri sunt, sed vilos aliqua in parte nascentes vnguibus euellunt, & hodie, referente eodem Teuetho, quibusdam volsellis vtuntur. Postmodum hi populi ratione audaciæ, inter se discrepant, siquidem illi magis bellicosi sunt, qui litora maris incolunt, nam non modò hostibus, sed cæteris etiam adnauigantibus reluctari maximopere conantur, horumq; Rex lingua vernacula Quoniambec nominatur, longus pedes octo, & larus ad proportionem, quem Teuethus se vidisse in historijs narrat. Huius Subditi staturam quoq; giganteam æmulantur, & ritu Cannibalorum humanis carnibus victitant, & cursu quamlibet Feram assequuntur. Huius Regis effigies repræsentatur.

Homines Syluestres Americę.

Aues Ameri cę quales.

Populi auda ces qui.

A

B

Verum quoniam in tabula Americæ habetur icon Tarizich Regis apud Cannibales, qui populi sunt etiam Anthropophagi, decreuimus illius quoq; iconem in medium afferre, vt lector quamdam conuenientiam inter has duas icones meditari possit.

Idolum triceps.



Huic tandem Rubricę finem imponentes, Idolum triceps addimus, quod tanquam Deus, in Laponia adoratur. Immò regionis incolæ, animarum immortalitatem non prorsus ignorare perhibentur: In tabula Asiæ hæc figura sic delineatur. Hæc autem de moribus Gentium dicta sufficiant, qui plura, & magis diffusè scripta legere cupit, adeat illos Authores, qui non solum de moribus, sed etiam de varijs Nationum vestimentis verba fecerunt: vel potius canat cum Poeta hoc Distichon.

C

Non mihi tot mores numero comprehendere fas eſt,
Addit enim cultus proxima quęq; dies.

D

AGNA-

AGNATIO, ET COGNATIO.

CONSANGVINITAS, & affinitas, seu agnatio, & cognatio, quarum prima lineam rectam, & altera transuersalem, seu lateralem respicit, si conferatur ad superiora, parentes, si ad inferiora filios, si deniq; ad latera, fratres, & sorores indicabit. Gradus igitur consanguinitatis in Institutionibus Iustiniani ita recensentur, vt in primo
E gradu, & superiori Pater, & Mater, in inferiori filius, & filia collocentur, in secundo gradu superiori Auus, & Auia, in inferiori Nepos, & Neptis, in laterali Frater, & Soror reponantur: in tertio superiori Proauus, & Proauia, in inferiori Pronepos, & Proneptis, in laterali Fratris, & Sororis, Filius & Filia, consequenterq; Patruus, & Amita, Auunculus, & Matertera numerentur: quartus gradus superior comprehendit Abauum, & Abauiam, inferior Abnepotem, & Abneptem, lateralis fratris, & sororis Nepotem, & Neptem, consequenterq; Patruum magnum, Amitã magnam, Item Auunculum magnum, & Materteram magnam, necnon Consobrinos. Quintus gradus superior complectitur Atauum, & Atauiam, inferior Adnepotẽ, & Adneptem, lateralis Fratris, & Sororis Pronepotem, & Proneptem, consequenterq; Propatruum, Proamitam, Item Proauunculum, & Promateterteram, necnon Fratres
F Patrueles, & Consobrinos. Sextus gradus superior continet Tritauum, & Tritauiam, inferior Trinepotem, & Trineptem, lateralis, Fratris, & Sororis Abnepotem, & Abneptem, consequenterq; Abpatruum, & Abamitam, item Abauunculum, & Abmateterteram, & eos, qui ex fratribus, & sororibus Patruelibus, & Consobrinis procreantur. Hinc colligendum est propinquitatem his gradibus paulatim dirimi, sed postmodum vinculo matrimonij repetitur, & propinquitas quodammodo fugiens reuocatur.

Gradus consanguinitatis.

Sextus gradus.

Qui igitur primò procreantur, filij vocantur, ex filijs Nepotes, ex Nepotibus Pronepotes, ex Pronepotibus Abnepotes, ex Abnepotibus Adnepotes, ex Adnepotibus Trinepotes oriuntur. Initium autem generationis Pater, & Mater sunt. Auus est Patris Pater, Proauus Aui Pater, Abauus Proaui Pater, Atauus Abaui Pater, Tri-
G tauus Ataui pater, qui supremum locum in figura arborea Iustiniani occupat. Itaq; pater vocatur secundum Varronem, quia semen patefaciat, & Mater tanquam materia, in qua semen reconditum germinet, & ambo dicuntur parentes, quia filios pariant, & filij quia ex parentibus fiant, qui etiam nuncupantur liberi, vt à seruis distinguantur: nam quemadmodum serui sub potestate Domini, ita filij sub potestate patris militant, vel liberi vocantur quoniã ex libero nati sint matrimonio: siquidem ex libero, & ancilla nati, seruilis conditionis esse feruntur; cum nascẽtes à deteriori parentum conditione denominationem sumant. Naturales filij appellantur ex concubinis dimanantes; cum illos Natura, non autem honestas coniugij procreauerit; Item dicuntur Nothi, quia secundum mentem aliquorum, ex muliere non nota
H originem habuerint, sed potius dicamus, quia Græcis νόθον appellantur, à το priuatiua, & θέσις diuinus, cum non secundùm diuinum præceptum nati sint. Item nominantur spurij ἀπὸ τῦ σπείρειν seminare, cum à Patre nihil, nisi semen habeant. Quamuis nonnulli nothum de Patre Nobili, & Matre ignobili natum, & spurium de Matre nobili, Patre autem ignobili, aut ex vidua, incerto Patre, ortum vocitent. Frater dicitur quasi ferè alter, aut secundũ alios Fratres vocantur, quia ab eodem fructu dimanent. Germani Fratres dicuntur qui ab eodem germine, nempe ab eadem genetrice, non autem ab eodem patre nascantur. Sorores quasi diuersa sorte ortæ, quoniam, tractu temporis, seor sum à familia segregatæ ad aliam properant. Patrueles filij fratrum nominantur, quia eorum Patres fuerint Fratres; Consobrini quasi Consororini, quia ex duabus Sororibus nati fuerint. Sobrini filij Consobrinorum, Fratrueles filij Matereræ vocantur. Auus vocatur quasi auens nempe prolis propagatione gaudens, vel potius Auius, quia cum senex sit, à via vitæ recedere incipiat. Patruus Frater Patris, quia vicem patris aliquando subeat. Auunculus frater matris ita appellatus, quia tanquam auus tertio loco sit locatus: nam quẽadmodum

Initium generationis, quod.

Etymũ procreantiũ, & procreatorũ

Patrueles qui.

Fratrueles

filius per patrem ad Auum procedit, ita per Matrem ad Auunculum graditur. Amita est soror patris, quasi alia mater, item matertera soror matris, quasi mater altera. Nepos quasi natus post, cum patri post filium nascatur. Patruus magnus, & Amita magna Aui frater, & soror dicuntur. Item Auunculus magnus, & Matertera magna Auiæ frater, & soror sunt. Propatruus, & Proamita Proaui sunt frater, & soror. Item proauunculus, & Promatertera nominantur Proauiæ frater, & soror. Abpatruus, & Abamita Abaui frater, & soror, Abauunculus, & Abmatertera Abauiæ frater, & soror vocantur. Socer, vel Socrus appellatur, qui filiam nubens, aut filium Generum, vel Nurum sibi associauit. Gener autem à generatione denominatur. Vitricum dicimus, qui duxit vxorem filium, vel filiam habentem, & Priuignum quasi A prius genitum, cum ex alio patre natus sit. Postremò Agnatos appellamus, qui de-

Cognati qui ficientibus filijs, eorum loco accedunt, & Cognatos qui post Agnatos succedunt, cum affinitatem fœminei sexus participent.

HOMINIS PRÆSTANTIA.

QVM summus rerum omnium opifex caractherem Diuinæ virtutis homini impresserit, eo fultus homo cæteris animantibus dominatur: quandoquidem ex terra à iumentis culta non mediocrem demetit frugem, ex bestijs dossuarijs ad onera, magnam percipit vtilitatem, earum carnibus vitam sustentat, pellibus corpus tegit, ex alijs medicamina ad valetudinem recipit: denique, alia, ratione custodiæ, & alia ratione deliciarum homini non vulgariter prosunt: quare optimo

Psalmo 8. iure possumus diuulgare cum Psalmographo. *Omnia subiecisti sub pedibus eius oues, & boues vniuersas, insuper, & pecora campi, volucres Cœli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris.* His additur quod homini inter cætera animalia sermone distincto vti concessum est; cum aliæ animantes, confusa quadam voce, suas affectiones significent. Immò quæ communia cum cæteris animantibus habet homo, si attentè considerentur, propriè sua esse videntur: etenim sensus tum interiores, tum exteriores ita habet affectos, vt non corticem tantùm, vt cæteræ animantes, sed me-

Memoria humana qualis. dullam sensibilium prorsus penetret. Deinde humana memoria tanta est ad bruto- C rum memoriam comparata, vt eorum nulla esse videatur.

Hinc hominem animal esse nobilissimum, & in confinio vtriusq; naturæ mortalis scilicet, & immortalis collocandum esse statuimus. Siquidem ratione partis mortalis, mortalibus adhæret, & ratione immortalis, ad immortalia euehitur. Præterquamquòd in homine obseruatur illa naturæ scala, quæ quatuor entium gradibus integratur, & horum primus essentiam, secundus essentiam, & vitam, tertius præter cætera, sensum, quartus præter cætera, intellectum denotat: quapropter Diuus Augustinus non immeritò scribebat hominem cum lapidibus essentiam, cum plantis vi-

Li. 2. de nat. Deorum. tam, cum brutis sensum, & cum Angelis intellectum participare. Cicero quoq; ad rem scriptis mandauit, homines in terra non degere tanquam incolas, sed tanquam rerum cælestium spectatores, quarum spectaculum ad nullum aliud animantium ge- D nus attinere potest: cum præterea multæ virtutes, & animi dotes clarissimè in hominibus, & non in brutis refulgeant. Et tandem nullum animal, præter hominem, ex

Lib. 1. de legibus. eiusdemmet Ciceronis sententia, aliquam Dei notitiam habet.

Non solum homo ob eminentiã inter cæteras animantes, vt hactenus probatum fuit, animal nobilissimum cognominatur, sed præcipuè, quia homo solus rationis

Lib. 4. particeps nonnihil diuinitatis possideat. Vnde excellentissimè canebat Manilius.

An dubium est habitare Deum sub pectore nostro?
In Cœlumq; vrire animam, Cœlogi venire?

Ideircò homo industria, ingenio, intellectu, & alijs egregijs animi prærogatiuis insignitus diuinæ naturæ quodammodò assimilatur; quamobrẽ in Genesi dixit Deus Omnipotens. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* dummodo homines in sanctis, & diuinis operationibus Deum æmulentur. Alioquin Lucifer è

superis

superis sedibus fuit præcipitatus, quoniam Altissimo similis esse voluerit. Id confirmari potest historia notissima de Camillo, cui equis albis triũphanti probro datum est; cum hac ratione Dijs similis esse voluerit, Dij enim tantummodò equis albis vehi solebant: Legitur quoq; apud Trimegistum, hominem non solum esse admirandum, quia ad Dei similitudinem sit fabricatus, & sit sui iuris, sed etiam quia facultate transmutandi se in quaslibet formas, potiatur; cum cætera animalia determinatas formas sortiantur. Non propterea admirari debemus Platonem, qui in Sophista dicebat mihi nullus hominũ Deus, sed diuinus aliquis esse videtur. Nihilominus homines olim Dij appellabantur, vel ob miraculũ virtutis, vel in adulationẽ potentiæ, vel ob beneficia, quibus humanitatem prosequebantur. Poterimus igitur iustis de causis hominem Deum in terris, Superorum domesticum, Inferorum dominum. Dei nuncium, & Animal diuinum indigitare. Hinc Zoroaster hominem contemplatus exclamauit.

Qui equis albis vehi verentur.

Animal diuinũ quale.

ὦ ἄνθρωπε τολμηρότατον τῆς φύσεως ἄγαλμα

Idest.

O homo audacis naturæ forma.

Plato quoq; hominem cognominauit *θαῦμα θαυμάτων*, nempe miraculum miraculorum.

Modò aduertendum est hominem à Deo non solùm ratione, verum quoq; manibus, tanquam rerum gerendarum adiumentis donatum fuisse: etenim ratione duce, necessaria ad vitam inuenit, inuentis iuxta eorum naturam, nomina imposit: ideo non præter rationem canebat Ouidius.

Conueniunt rebus nomina sæpe suis.

Deinde litteras, & charactheres effingit, modum mensuræ maris, & terræ inuenit, Astrorum spatia metitur, temporum vicissitudines, necnon stellarum ortus, & occasus, & earumdem vires notat, & tandem omne genus artium excogitat. Quare non præter rem Iuuenalis de hominibus sic loquebatur.

——— Atq; adeò venerabile Solis
Sortitur ingenium, diuinorumq; capacem
Atq; exercendis, capiendisq; artibus aptum.

Satyr. 15.

Itaq; quæ suffius animæ sunt munera, intellectus, & mente peraguntur, sed operationes, quæ sine corporis ministerio peragi nequeunt, manibus postea ad perfectionem reducuntur. Hinc modò intelligimus hominem non à natura inermem procreatum fuisse, vt multi autumant: quandoquidem triplici præsidio cæteris animalibus denegato armatur, nimirum ratione ad inuentionem, sermone ad auxilium, & manibus ad perfectionem: manus enim iussa faciunt; & inde iussa rationi obtemperant. Hinc tamen non debemus promulgare hominem propter manus esse animal prudentissimum, sed quia omnium animantium homo est prudentissimus, idcirco manus est consequutus: siquidem qui prudentissimus est plurima adhibere potest instrumenta, & manus, Aristotele authore, instrumentum instrumentorum nuncupatur. Quapropter vicissim possumus pronunciare rationem esse artem artium; nam quemadmodum manus reliquis instrumentis nobilitate antecellit pariter ratio cæteras artes præstantia superat. Quamobrem concludendum est, si cætera animantia suis armis à natura fuerunt donata, homines quoq; armorum omnium loco, manibus fuisse insignitos, quibus tanquam organis nobilissimis, tempore belli, & pacis, vtuntur.

Animal prudentissimũ.

Manus organũ organorũ

Demum ex hominis creatione, illius dignitatem, & excellentiam arguere possumus: nam promulgabat Gregorius Nissenus, non esse putandum hominem esse vilem, quia postremo loco à Deo creatus fuerit: quandoquidem hæc creatio illum Regem omnium constituit, quod non contigisset, si ante alia fuisset fabricatus: nam tunc homo creatus est, cum Regia prærogatiua erat decorandus. Non igitur præter rationem publicauit Psalmographus. *Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.* Quapropter qui hominis nomine gaudet, debet hunc titulum exercitio virtutum conseruare; cum scripserit Basilius Seleucienfis: vniuersam hominis vitam virtutum palestram esse; ideoq; viuere non videtur, qui in hac diuina palestra se non exerceat,

Li. de opific. homin. c. 2.

Psalm. 8.

Orat. 1.

Immò ex eodem authore, cum cætera animantia, lege naturæ, faciem ad terram inclinent, conſequenterq; nullum ius in Cœlo habeant, homo ſolus ſuſpiciens, & terram pedibus leuiter attingens, nobilitatem præ ſe ferat, nam pauco tempore, in ea verſans, cæleſtem patriam affectat; & hæc ſententia menti Diui Pauli conformis eſse videtur, quando dicebat: noſtra conuerſatio in Cœlis eſt. Homo enim ſolus Deum contemplatur: hinc laudatur Anaxagoras, qui Cœlum videndi gratia, nempe Deum ſe natum eſse aſſeuerabat: ſiquidem anima hominis templum Dei eſt: ſcripſit enim ad rem Apoſtolus. Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis, & homo eſt Dei ſimulacrum, omnia continens quæ in Deo ſunt. In memoria eſt Pater, in intellectu Filius, & in voluntate Spiritus Diuinus reſidet. A Hæc igitur ſunt, quæ clariſsimum ſtemma humano generi addiderunt. Præterquamquod homo etiam Dei numiſma nuncupatur: etenim quando in Euangelio apud Mattheum legitur. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quę ſunt Dei Deo.* Diuus Paſchaſius in Mattheum hæc habet. *Quia tota homo numiſma Dei eſt, ad imaginem Dei creatus, debet ſe reddere Deo, quod minimè præſtare poteſt, niſi prius ſe exuat à cenſu Cęſaris, quatenus deinceps liber eſſe poſſit.* Demùm hominis præſtantia inde elicitur, quia homo maximè Deo ſit proximus: vnde Dionyſius Halicarnaſeus prolem humanam Dijs omnium longè cariſsimam prædicabat. Adrem igitur in ſacra Patheologia legitur hoc hexaſtichon.

Anaxagoræ ſententia aurea.

Cap. 22.

Lib. 10.

Lib. 15. metam.

Maieſtate Dei concluditur omne, quod vſquam eſt,
Qua ſine nil rerum ſtare, vel eſſe poteſt.
Huic homo ſi reſtè famulatur proximus hæret, B
Si reſilit, miſero degit in exilio.
Omnia ſic Dominus diſcriminat ordine iuſto,
Quo ſint ſumma bonis, ima parata malis.

HOMINIS MISERIA.

VITAM humanam ærumnis vexatam eſſe, ab ipſo ſtatim ortus primordio colligimus: namq; infantiam innumeris obnoxiam periculis, adoleſcentiam fugacem, & ſenectam præcipitem animaduertimus. C Præterea ſi pueritia ad ſenectutem educatur, quantulum eſt, quod relinquitur? Hanc igitur calamitatem deſcripſit Ouidius hunc in modum.

Editus in lucem iacuit ſine viribus infans,
Mox quadrupes, vituq; tulit ſua membra ferarum,
Paulatimq; trement, & nondum poplite firmo
Conſtitit, adiutis aliquo conamine neruis.
Inde valens, velocq; fuit, ſpatiumq; iuuenta
Tranſit, & emeritis medij quoq; temporis annis
Labitur occiduo per iter decliue ſenectæ
Subruit hæc aui, demoliturq; priorit.
Robora. D

Accedunt ſexcentæ aliæ anguſtiæ, & infinitæ ægritudinum ſpecies, quibus in dies humanum genus premitur, quod eleganter expreſsit Virgilius his carminibus.

Li. 3. Georg.

Optima quęq; dies miſeris mortalibus aui
Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſq; ſenectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.

Quocirca poſsumus ad rem canere infraſcriptum diſtichon.

Cor, niſi cura, nihil, caro nil, niſi triſte cadauer,
Naſci, ægrotare eſt, viuere ſæpè mori.

Præterea venena, ruinæ, naufragia, terremotus, bella, lapſus, fulmina, & cætera huius generis humanum augent mærorem. Quidam acini granum glutientes, præ-

ſocantur,

ſocantur, alij pilum in lacte potantes ſtrangulantur, neq; defuerunt, quibus ſtiria gelu concreta à tectis delapſa repentinum attulerit exitium. Quare poſſumus optima de cauſa dicere.

Humanum in terris nihil eſt, quod non ſit humandum.
Anolat hinc animus, cætera ſorbet humus.

Valeant igitur, qui tot, & tantos moliuntur tumultus, & quorum cupiditatibus hic orbis anguſtus eſt, & ſummoperè probetur ſententia Pindari, qui hominem ſomnij vmbram appellauit: cum vmbra, & ſomnio nihil inanius inueniatur. Idem Pindarus alio in loco hoc reſpiciens prodidit: ſi quis opes poſsidens cæteris venuſtate præcellat, & in certaminibus egregiè ſe gerens, maximum oſtentet robur, debet ad memoriam reuocare membris mortalibus ſe eſse integratum, & terram finem omnium eſse aditurum. Propterea Dion Chryſoſtomo Homo nihil, homo terra, & homo cinis vocabatur. Id totum infraſcriptis verſibus eleganter exprimitur. *In Nemeis.* *Homil. 1. epiſt. ad Hebræos.*

Omnia quàm celeri pereunt mortalia lapſu,
Noſtraq; quàm ſubito frigeſcit vita cadit.
Tam citò non perdit varium roſa pulchra colorem:
Tam citò nec liquidis bulla recedit aquis.
Hei mihi breue migrantes fugimus poſt tempus ad orcum:
Cunctaq; mors ſæua pallida falce metit.
Nec quò abeas ſcitur, ſcimus quam ſolimus oram,
Et grauior nullo ſit redeunte dolor.
In vario curſu morimur pueriq; ſeneſq;
Omnibus hoc certum eſt, certa nec hora tamen.

Huc ſpectat, quod Poetæ de mortalibus fabulantur, nimirum omnes à filis Parcarum pendere, quibus ſectis, pendentes decidunt, & moriuntur. Immò fingunt alios à filis candidis, alios à pullis, alios ſublimes, alios tandem terræ proximos pendere, omnes tamen pendentes, inexorabili Atropo filum truncante, cadere. Non igitur malè ſenſit Ouidius quando cecinit.

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo,
Et ſubito caſu, quæ ſtetêre, ruunt. *Lib. 4. de Ponto.*

Id optimè expreſsit Chryſologus, dicens: homines ſumus ſub incerto viuentes, & neſcimus quid ſuperueniens dies ſit paritura. Vnde aliquando tradidit Homerus: homine nihil eſse miſerius, & auget humanam calamitatem, quòd Principes, & Villici eamdem vitæ ſortem incurrunt iuxta illud. *Serm. 10.*

Introitus vitæ par regibus exitus idem.
Inter vtrumq; quid eſt, quod vester eſſe paret.

Itaq; omnes, dum viuunt, in ſuo ſtatu plurimum patiuntur laboris, & res arduas ſemper moliuntur: quare non ſine cauſa hunc vitæ curriculum poterimus herculeum laborem appellare.

Qui neſcis, quid ſit noſtrum hoc, quod viuimus audi,
Tranſitus in mortem, herculeuſq; labor.

Si in præſentia aliquantiſper cuncta examinentur, confuſa, & perturbationibus plena inuenientur. Omiſſis igitur ægrotantibus, captiuis, exulibus, & mēdicis, quos proculdubio miſeros appellare poterimus, ſe ſe offerunt ſenes, & pueri, primi limen mortis attingunt, alij ſub metu ferulæ viuunt. Iuuenes fælicitatem putant ſe eſſe aſſecutos, dum ab illis, quos immoderatis proſequuntur affectibus, redamantur: nihilominus illos etiam miſeros Ouidius appellat. *Amantium infelicitas.*

Quàm miſer eſt omni tempore quiſquis amat.

Item qui vitam quietam, & proſperam ducere creduntur, adhuc miſelli ſunt iuxta hoc diſtichon.

Nec magis humana quæras in ſorte quietem,
Quàm tela in Ventos, quæ modo miſſa volant.

Siquidem qui diuitijs carent aſſiduis premuntur ſolicitudine, vt illas acquirant. Sin Principes ſint diuitijs affluentes, prolem non habent: præterquamquod diuitiæ litibus, furibus, & multis alijs periculis obnoxiæ ſunt. Quare Nazianzenus, cum de hominis vita multa protuliſſet, tandem exclamauit. *Diuitum miſeria.*

Nec

Hęc igitur cernens cruciar, vita optima cuiquam
Si cenſetur, habet quę mala plura bonis.

Idcirco, ex ſententia Iob, homo breui tempore viuens pluribus repletur miſerijs, vnde contemptis voluptatibus, & animo virtutibus referto, Solem orientem meditans, reſurectionem in memoriam reuocabit, eumdemq; occidentem contemplans, mortis reminiſcetur: iuxta illud.

Sole oriente, tui reditus à morte memento,
Scis memor occaſus, Sole cadente, tui.

Hac enim ratione homo ad omnes virtutes ſe pronum, & paratum reddet. A

HOMINIS VIRTVTES.

VIRI omni virtutum laude cumulatiſſimi, & ſuarum virtutum veſtigia vbiq; imprimentes, laboribus animum, & corpus ab initio fatigarunt, & amarorem à primordio deguſtarunt, vt tandem ſuauiſſimum, & gratiſſimum virtutis fructum delibarent: iuxta illud.

Si tibi ſit guſtu radix virtutis amaro,
Ne ſpue, poſt, grauis, plus tibi fructus erit.

Namq; ſi ſit diues ſplendidis virtutum ornamentis decoratus, magis clareſcit; B cum dixerit Aeſchilus.

O quam faſciculus grauis
Diues inſipiens homo.

Deinde homo humili natus loco, eruditus tamen, tanquam in ſpeculo locatus, ſe alijs tanquàm formam, & virtutum exemplar oſtentat: ideoq; ad rem ſcribebat: quidam Poeta.

Obſcuris pudeat ne tè natalibus ortum
Ducere, fortunam mens Hudioſa pręit.
Euripidis mater vendebat oluſcula; alumnus
Partheuis quondam finxerat vrceolos,
Romphęas genitor Demoſthenis arte polibat:
Et pictore ſatus de patre Cęſar erat. C
Quem quoq, dixerunt ſapientem oracula Phœbi,
Rerum erat huic certè pauper vterq. parens.
Si ſatis es virtute tua iam clarus, auorum
Conſpicuas quid inops ſors tua curat opes.

Itaq; inter illa, quæ ad perfectionem hominis induſtria parandam aliqua ratione conferunt, ſcientia primas partes ſibi vendicat: quandoquidem cætera perfectibilia ſunt; & ſcientiæ adminiculo, ad perfectum finem redueuntur. In primis homo ſeptem liberales diſciplinas inuenit, & eas docet, nimirum Grammaticã, Rhetoricam, Dialecticam, ſeu Logicam, Arithmeticam, Muſicam, Geometriam, & Aſtronomiam. Etenim tam acri ingenio præditus eſt homo, vt in Cœlum vſq, penetrare potuerit, Aſtrorum ortus, & occaſus obſeruans, & defectiones luminarium prædicens: quapropter Manilius ſic canere coactus eſt. D

Liberales diſcipline que.

Lib. 1.

Quis dubitet poſſe hac, hominem coniungere Cœlo
Eximiam natura dedit linguamq; capaxq;
Ingenium.

Inſuper homo callet Philoſophiam, Medicinam, Iuris prudentiam, Hiſtoricam, Doctrinam rei ruſticæ, Coquinariç, & Nauticæ. immo, & Theologiam, quæ primo loco erat memoranda. Vt omittamus artes, in quibus viri tanta excellentia claruerunt, vt ad miraculum vſq; ſpectandi eſſent. Vnus, inſtar omnium, prodeat Mermecides, tam induſtrius, & diligens artifex, vt currum quadrigũ fabricaueriț qui ſub alis muſcæ contegebatur. Amplius eò peruenit humana induſtria, vt inuenerit modum Feram velociter currentem coercendi. Etenim legitur in Scholijs Paracelſi, quòd homo geſtans ore topacium cum folio abrotani, oculis Feram inſequens, deinde

Mermecidis induſtria.

finde id expuat in findonem sericeam, & ligatam proijciat ad Ferã, quo experimento, Fera statim pedem figit. Additur *in ijsdem* scholijs, alio experimento, cantus auium intelligi: dummodo vir in ambas aures nonnihil radicis Mandragoræ collocet, deinde digitum annularem sinistræ manus ferreo annulo cum pice, loco gemmæ, exornet, folium pini ore gestans, & dextra virgam ferream aureo aculeo munitam, quo folium pini pungatur; tunc enim auium voces intelligentur. Rursùm in eodem loco legitur, quòd morbo comitiali oppressus, absq; medicamine, poterit liberari, si quis tribus clauis fodiat terræ locum, quem epilepticus cadens primum attingerit, clauoq; terra obruens, nomen patientis voce exprimat, tunc enim perfectè illius valetudo promittitur; & sexcenta huius generis recensentur, quæ homines à morte vendicare videntur. Quare poterimus iusta de causa canere. *Epilepsię remedium.*

E

Atropos, & Lachesis, nunc fabula, fabula Clotho,
Namq; suæ Parcæ sibi nunc fabricator homo.

Cæterùm hic est aduertendum, quòd hæc experimenta Artephij in Scholijs Paracelsi recitata parabolicam sententiam continent, quoniam ad artem chymicam spectant, & diriguntur, ideoq; iuxta litteralem sensum, non sunt exponenda: hac enim ratione, non solum incredibilia, sed etiam tanquam ridicula essent celebranda.

Præterea vir Christicola non modò prædictis virtutibus imbutus esse debet, sed nulla internarum sordium labe respersus, virtutes diuinas sibi comparat. Quocirca
F ex Diuo Augustino, Deus nil aliud, quàm bonam voluntatem quærit, & ex Salomone, qui probus est à Domino hauriet gratiam. Hæc autem sententia erit conformis huic disticho. *In Proverb. cap. 12.*

Qui fugiet vitia, & virtutes discere quæret,
Nil certè inuenies gratius esse Deo.

Primùm vir enarratis insignitus prærogatiuis summo amore erga Deum, & alios armatur: cum dixerit Christus in Euangelio. In hoc cognoscent omnes, quòd mei discipuli estis, si inuicem vos dilexeritis. Deinde venerandum diuinæ Maiestatis numen metuit; cum Psalmographus, & Salomon tradiderint, initium Sapientiæ esse timorem Domini. Est Iustificus, dum in eius mente inclyta residet iustitia: habemus enim apud Salomonem. Lingua Iusti considerat placita, & os impiorum peruersa. Castitatem amat, vt sententiam Isidori assequatur, qui, perseuerantes in ca- *In Proverb. cap. 1.*
G stitate Angelis Dei æquales fieri pronunciat. Silentium diligit, quia prodit Salomon, in multiloquio peccatum non deesse. Fidem amplectitur; cum, ex Isidoro, beatus sit, qui rectè credendo bene viuit, & bene viuendo rectam fidem custodit. Spe munitur: siquidem Apostolus scribens ad Romanos; nos spe saluos factos esse pronunciabat: desperatio enim, ad mentem Isidori, peccatum auget. Charitatem nunquam deserit; cum apud Ioannem legatur: Deus Charitas est, & qui manet in Charitate in Deo manet, & Deus in illo. Hanc tanti fecerunt Prisci, vt Atheniẽses, non Parricidas, non fures publicæ execrationi, qua singulis annis vti solebant, obnoxios esse voluerunt, sed illos tantùm, qui roganti viam ostendere, vel lumen accendere, vel aquam è puteo dare recusauerint: Vir etiam genuina bonitate prædi- *In Proverb. cap. 10. Loco cit. Cap. 8.*
tus à patientia non abhorret: legitur enim apud Lucam: in patientia vestra possi- *Cap. 21.*
H debitis animas vestras. Est humilis iuxta præceptum Christi apud Mattheum: discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. *Cap. 11.*

Versatur in angore, & mœrore: nam Christus asseruit: vos tristes eritis, sed tristitia vestra in gaudium vertetur. Ab oratione non recedit; cum dicat Salomon: longè est Dominus ab impijs, & orationes Iustorum exaudiet. In confessione se exercet, iuxta assertum Pauli: ore confessio fit ad salutem. Gaudet pœnitentia: cum Christus apud Mattheum hæc verba protulerit: pœnitentiam agite; appropinquauit enim Regnum Cœlorum. Abstinentia est illi curæ: nam scripsit Diuus Augustinus hæc verba. Si temperatus erit cibus, & irrigata corporis nostri terra, spinas libidinis non germinabit. Mansuetus est, memor asserti Domini apud Mattheum, vbi legitur: Beati mites, quoniam ipsi terram possidebunt. Misericors est, quoniam ibidem habetur: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Præterquamquod qui alienam intuens necessitatem dolore afficitur, secundùm Gregorium, *Cap. 10. Cap. 5.*

Cap.12. rium, crucem in mente portat. Inſuper ſtipem emendicantibus libentiſſimè opitulatur, cum apud Lucam ſcriptum ſit: facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, thesaurum non deficientem in Cœlis. Neq; ærumnis vexatus deſperat; cum per has, *Cap.14.* vt ſcribitur in Actis Apoſtolorum, in Regnum Dei introire oporteat. Immò deinceps perſeuerat, cum ex Matthæo colligantur hæc verba: qui perſeuerauerit vſq; in *Cap.24.* finem, hic ſaluus erit. Deniq; prudentiam tanquam cæterarum virtutum ducē agnoſcit: nam Salomon hominem prudentia affluentem beatum prædicabat. Ideoq; ru- *In proverb. cap.3.* brica hoc diſticho erit claudenda.

Ille beatus erit, qui ſe virtutibus ornat,
Et qui ſe vitijs inquinat, ille miſer. A

HOMINIS VITIA.

THRASEA, referente Plinio iuniore, promulgabat; qui vitia odit hominem odit, innuens nullum eſſe hominem, qui vitijs contaminaminari non poſſit. Nihilominus non poſſumus haud tacere, quæ de eo ſentimus, aut non ſentire illa, quæ de eo dicenda eſſent, in quo ſingula vitia reperiuntur: cum ſcripſerit Menander rem ſuauiſſimam eſſe hominem ab omni vitiorum genere abhorrentem: ſiquidem vitijs fœdatus bel- B
Homo quando fiat brutum. lua appellatur; cum in eo ſtatu conſtitutus diuinæ cõditionis particeps eſſe nequeat. Induit igitur naturam Lupi ob auaritiam, fit Canis ob detractionē, fraude Vulpem æmulatur, ira Leoni fit ſimilis, tandem inconſtantia in auem, libidine in ſuem, & ignauia in Aſinum tranſmutatur. Quando igitur homo vitiorum monſtrum euadit, crudelitatem incurrit, quam poſtea magis, quàm Feræ, exercet, quod expreſſit Iuue- *Satyra 15.* nalis hunc in modum.

Sed iam ſerpentum maior concordia, parcit
Cognatis maculis ſimilis Fera.

Et paulò inferius.

Indica Tygris agit rabida cum Tygride pacem
Perpetuam, ſæuis inter ſe conuenit Vrſis.
Aſt homini ferrum lethale incude nefanda C
Lib.3. de ora. *Produxiſſe parum eſt.*

Deinde iuſtitiam poſtponit: vnde Cicero dicere aliquando ſolebat: plura iudicant homines aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut ſpe, aut timore, aut errore, aut aliqua alia mentis permotione, quàm veritate.

Interdum in negotijs quibuſdam peragendis, euidenti alicuius detrimento, proeraſtinat, quod etiam ſummopere vitandum eſt, vt his verſibus manifeſtum euadit.

Quod te fallurum cras dicis, craſtina lux eſt,
Nulli certa ſatis, ſed neq; totum hodie.
Terra, cinis q; ſumus, quod viuimus vmbra, quid ergo
Cras tibi promittis, hoc peragas hodie.
Nam in cras rem differre nocet, cum tempus abunde eſt. D
Prenſa; vel poterit panituiſſe mora.

Plurium quoq; frontiin gratitudinis nota inuritur, quod vitium Chriſtus in Euangelio deteſtatus ſe decem inſanibili lepra curaſſe, & horum tantùm vnum gratias egiſſe conquerebatur. Quare quidam iure merito exclamabat.

Terra homine ingrato potius nil procreat, herbas
Ipſa licet gelidas, atq; venena ferat.

Quid pariat otium. Homo identidem otiatur, ideoq. in vanum ſermonem incidit, qui poſtmodum, ex mente Iſidori, vanæ conſcientiæ index eſt: hac de re curioſitatem incurrit, quam Diuus Hieronymus deteſtans ſcripſit, non conſiderandum eſſe malum, quod alij peragunt, ſed quod bonum facere deceat. Abominando etiam vitio nonnulli detenti, vtilitate amicitias probant; quapropter Ouidius tale vitium explodens ficcanebat.

Turpe

Turpe quidem dictu, sed si modò vera fatemur,
Vulgus amicitias utilitate probat.

Neq; displicebit audire alium in hoc genere sic loquentem.

Nullus amicitiam miseri vult pauperis, aurum
Atq; vnctas mensa quærit amice dapes.
Fuste agitur pauper, circuq; exploditur omni;
Nec iuuat esse bonè, vel sapiente sinu.
Auro honor est, vitijsq; lepos, pietate relicta,
Atq: pudicitia, quilibet ambit opes.

E Ganea insuper, & temulentia multos opprimit, quam Isidorus vitandam esse asseuerabat; cum ab hac perturbationes mentis, furores, & libidinis stimuli resultent: præterquamquod plures gladio, quàm gula necari est notissimum, ideo sic canitur. *Crapula, & Temulentia quid agant.*

Plura cibo, potuq: cadunt, quàm corpora ferro:
Id quàm sit verum, multa pericla docent.
Nam magè nil lædit sensus, animumq: remittit,
Quàm varijs epulis, vinaq: sumpta modis.

Alij fulgore suæ fortunæ insolenter gloriantur; sed animaduertit Diuus Ambrosius Superbiam Angelos in Dæmones transfiguraſſe. Additur, ex doctrina Christi, Fastuosos, & Arrogantes in humiliori loco esse collocandos. Cæterùm homo inuidia depranatus magis fugiendus est: nam ex sententia Diui Augustini, Inuidia
F omnes virtutes exterminat. Cenodoxiæ captator vestium luxui indulget, cũ scripserit Gregorius: nemo vult esse vestimentis, & cætero corporis cultu nitido, & venusto, vbi ab alijs conspici nequeat. Immò pulchritudo formæ affectata ad vitium refertur: siquidem vir sapiens non corporis, sed animæ decorem contemplatur. Demùm iracundia mitiganda, ignorantia, tanquam vitiorum nutrix vitanda, necnon Auaritia, quam Cyprianus Inferno assimilauit. Homo mendax fraudulentus testis appellatur. Item homo animi labe depranatus iusiurandum dicit, cum tamen apud Matthæum legatur: Audiuistis quia dictum est Antiquis, non peierabis. Discordiam amat contra diuinum præceptum, nam Deus non dissensionis, sed pacis est. *Lib. Prouerb cap. 12.* *Cap. 5.*

Quamuis mulieres à prauitatibus animi enarratis quemadmodum etiam viri possint irretiri; nihilominus ipsæ peculiaribus quibusdam vitijs tentantur. Mulier in primis voluntatem pro ratione habet, vt inuehebat Iuuenalis canens. *Satyr. 2.*

G *Hoc volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas,*
Imperat ergo viro.

Aliquando mulieres iurgijs per noctem, atq; diem scatent, quod optimè expressit Iuuenalis hunc in modum.

Nulla ferè causa est, in qua non fœmina litem *Satyr.*
Mouerit.

Præterea nulla mulier casta appellari potest, nisi illa, quæ se ipsam, non quam vir custodit; iuxta illud Ouidij.

Nec custodiri, ni velit, vlla potest.

Damnatur etiam mulier ob intemperantiam, de qua sic loquebatur Propertius.

Vt vbi contempti rupistis frena pudoris,
H *Nescitis capta modum habere bona.*

Quocirca de labe in labem labuntur, dum mulieres vestimentorum cultum ouantes sibi nimis indulgent, vt choreas frequentantes à cunctis circumspectari possint, iuxta assertum Ouidij canentis. *Mulierum fraudes quæ*

Spectatum veniunt, veniunt spectentur, & ipsæ,
Ille locus casti damna pudoris habet.

Tandem mulier in crimine deprehensa scelus scelere velare cogitur, vt veritatem assequatur hoc distichon.

Aethere quot volucres insunt, quot littore cuncha,
Tot mala, tot fraudes mens muliebris habet.

Quam animi prauitatem aliquando ponderans M. Tulius Cicero, & ipse sic canere coactus est.

Fœmina nulla bona est, sed si bona contigit vlla,

Nescio,

Neſcio, quo fato, res mala facta bona eſt.

Nulla igitur admiratione teneri debemus, ſi Diogenes mulierem ex olea pendentem, & laqueo præfocatam conſpicatus dixerit: vtinam, & cæteræ arbores ſimilem ferrent fructum.

Prædictis tanquam coronidem nonnullas addemus fraudulentorum hominũ impoſturas, vt illi, qui cum impijs hominibus negotiantur, à fraudibus ſibi cauere poſſint. Adulterabant, ætate Dioſcoridis, crocum crocomagmate; hodie Impoſtores fibris coctæ carnis bubulæ croco infectis vitiant, necnon filamẽtis in medio Scolymi creſcentibus. Põdus olei augent aquis turbidis, vel decoctione raporum, & Aſphodelli. Sericum grauius reddunt fumo bullientis aquæ, ſed alij augent ſerici pondus, dum illud in folijs viridibus iuglandis aſſeruant. Mellis quantitatem maiorem reddunt farina caſtanearum, vel milij, quæ fraus difficulter detegitur. In Cera miſcent farinam fabaceam tenuiſſimam, quæ in candellis, ſine excrementis, ardet: etenim ſic augetur ceræ pondus, vt vix fraus cognoſcatur. Sebum vitiant cinere tibiarum bouis in fornacibus prius concrematarum, vel addendo ſulphur album: quidem quantitas ſine deformitate ſimilitudinis creſcit. Piper mentiuntur granis iniperi, vel vtuntur granis vicinæ in aqua cum capſico feruefactis; hæc enim grana exſiccata, inſtar piperis, rugas contrahunt, & deguſtata acrem linguæ ſaporem communicant, itaut diligentes etiam Aromatarij decipiantur. Furfuribus in aqua maceratis, & expreſſis pondus panis augetur. Plinius frumento pondus addit, dũ vas aqua, vel aceto plenum in aceruo tritici recondit. Sexcentas huius generis impoſturas; breuitatis ſtudio, omittimus, & infraſcripta carmina recitamus, vt omnium vitia, ad illa euitanda, detegantur.

Impoſtura varia.

Piperis impoſtura.

In primis caueant Superum qui arcana tuentur,
Ne hos tencat filla in relligione pudor.
Ne opprimat, & populos Princeps, ſed fœdera ſeruet
Totus, ad exemplum Principis, orbis agit.
Impius igneſcit miles mauorte rapaci,
Aulicus infidus prę ambitione tumet.
Inuehit incaſſum, qui publica crimina taxat,
Laudat, & auditor verba, nec vllus agit.
Quam colait ſectam delirus Apoſtata damnat,
Lędit, & aurigam cura rebellis equi.
Blaſphemat luſor, proſtellat craſtina Iudex,
Quę reus obtulerit munera, Prator amat.
Sportula iudicium toties recidiua perennat,
Legibus, & naſus cereus eſſe ſolet.
Iuris conſultus promittit, & accipit aurum,
Orator mendax, ære Poeta caret.
Scriba notat lites, inter diſtantia, ſulcus
Linquitur, vt medio rana natare queat.
Fertile Cauſidicus ſtudium, Venator inane
Proſequitur, Mimus ſeruilitatis opus.
Accelerat lites Aſtor, differre Rotarum eſt,
Augur ab incerto ſydere falſa canit.
Vana Sophiſtarum ſatiant prędia Circos,
Si ſanet Medicus, vel necet, ara petit.
Semper amat lites Chirurgus, vulnera, rixas,
Oderunt Furet lumina, vincla, crucem.
Furatur Pauper, Dines vult ditior eſſe,
Peierat mercis venditor aris amans.
Mercedem ex vno geminam vult ſumere pallo
Proxeneta, fugam quarit ab arce Reus.
Infamis Leno grecatur panibus vnctis,
Miraq; Lictori carnificina placet.

paſcit

Pascit Herus famulos, tantùmq; durante labore
Est quoq; privignis dura Noverca suis.
Segnis, & assiduo sibi parcit servulus alto.
Est Meretrix fallax, ingluviosa, procax.
Nutibus, & torvis oculis fatuantur Amantes.
Exurdat Conjux garrulitate Virum.
Interdicta cupit diuortia sæpè Marsus:
Tædet Vestales abstinuisse thoro.
Defraudat verum, qui vendit arcuata, pondus,
Atq; loco milij sæpè minuitur olus.
Permultos Lanius carnem sic fallit ementes,
Dum statera graui comprimitur digito.
Reddit inæqualem Ceretem pistoria trahens,
Lixiuium cum vult addere, pasta tumet.
Pollice subrepto cubitalis labitur ulna,
Pannus in obscuro venditurque loco.
Inuito, sed Mercator blandus tibi merces
Vendit, & Infelix tendis in arte dolos.
Et fullo, & sartor, sua hic, fouet ille, sed vrit,
Hic cita puncta trahens scissa profectu facit.
Vestibus agninas hyemalibus addere pelles
Pellio promittit, vellera ponit ouis.
Dente trahit sutor crepidas, sandalia, soccos,
Vt sellat visum solea parca tuum.
Excreat in palmas Ligurinus, vt requiescat,
Durag; languidula virga bipenne dolat.
Deserit instabilis cœptum, mercede recepta;
Pictor opus, si vis, sistat, cita tene.
Quiq; locant operas tardo commissa Soli
Dicunt, Conductor Sole cadente dolet.
Rara inter crustas ponit gomenta Redemptor,
Fallaq; (gementi mentia) calce carent.
Semianimes intermiscent farcimina mascæ
Fartores, forbent in sua crassa coqui.
Aurifices mixtum liquefactum ducitis aurum,
Non secus, at furtum garrula lima facit.
Ducite Chymistæ, velpeis ductile folles.
Namq; mutat species solus, & ipse Deus.
Fercula conuiuij laudat dum carpitat hospes,
Versiculos laudat Bibliopola meos.
Simia turpiculos catulos putat esse decoros,
Non secus egregium quilibet author opus.
Inter delicias gemebunda puerpera plorat,
Et lac in mammis, atq; cibaria negat.
Et quæ conuertit vultum, diciq; feracci,
Infantis nasum indicat esse patris.
Pastillos Nutrix petit, sua, meruntq; bibendum,
Nec vetat hæc Venerem perniciosa malam.
Fatuat in somnis mulier venefica natos,
Ardua contemnit delitiosus homo.
Sunt cita Tutori, Pupillo tempora longa,
Postulat, & Solem Villicus, imber adest.
Subdola Rusticitas patitur violenta, superbit
Nobilitas, hospes mitis, & inde rapax.
Difficile est iuuenem sapientem, & cernere sæuum:
Decrepitum inuidia non carnisse putes.

Incolumis neſcit ſe ſe ſupereſſe beatum.
Vt valeat Creſſi traderet ęger opes.
Diſcordant fratres, communio, Particulones,
Cum malè communi bullitat olla foco.
Tempora Damnifica aſſignant, & pignera vendunt.
Lanifici in panno ſtamina rara trahunt.
Pyratis miſera eſt, & ſuſpiciosa Tyrannis
Vita, Pater durus, vel pia Mater amans.
Aſt vbi felis abeſt, ſaltant per ſcrinia mures;
Sic, Domina, Ancillę, digrediente domo.
Inſpeculo gaudent faciem ſpectare puellę,
Infanti querulo dulcia prabe, ſilet.
Semper habent lites Vicini, iurgia Gloret.
Et petit infanſto Tibicen ęra ſono.
Hiſtrioq; alludit plebi, ſed puluiger affert.
Mandragoram medio Pharmacopola foro;
Anguibus inuoluit guttur, gallię; cerebrum,
Pungit acu, & medico pulueri curat auem.
Qui iumenta locat meritoria, ſeu veterina,
Dat ſucceſſorem, qui male ſemper alit,
Verberat infontes hic poſt conuitia mutes,
Nec vnquam ceſſat pungere calcar equum.
Sauit & in Tauros, ſumpto perone, bubulcus,
Nec vetat in vites Argulus ire capras.
Atq; ſues vaſtant ſegetem, dormiuntq; ſubulci
Sic ouium cuſtos prata ſecanda terit.
Et meſſor pueris poſt terga relinquit ariſtas,
Famiſecę falcem, cote madente, parat.
Et qui poma legunt, implent melioribus aluum,
Vna implet qualos ſemper acerba tuos.
Non ſe, non alios ſęlix cognoſcit amicos.
Cogitur infelix quilibet eſſe pius.
Et ſapiens qui ſe ſapientem credidit, errat,
Dicitur Inſipiens, qui putat eſſe ſciens.
Viſturos ſemper, dum viuimus, eſſe putamus.
Viſturum Radio ſemper Athleta putat.
Vxorem marions raperes cum prole Penates,
Si tergum Atręę paſſet habere Phrygis.
Hęres pullata gemit ſubuelle, ſublimo
Pectore dat riſum; Nęnia parua placet,
Et fideicommiſſa negat, negat ęs alienum,
Et niſi ſucceſſor dictus, inuncat opes.
Quiq; Hudent, feſtum leue ſi celebretur in Vrbe,
Doctorum mergunt pulpita ſub paleis,
Nocturnis frangunt, & crebris oſtia rixis
Poſtea non ceſſant ſcribere, mitte Pater.
Mitte Pater nummoſſni vis pergamus ad Indos,
Aut citò quaramus relligionis iter.
Promittunt poſthac Hudęi nauare laborem;
Interea captum continuatur opus.

AEGRI-

ÆGRITVDINES.

E HVMANAM valetudinem non paucis morbis obnoxiam esse inde colligimus, quoniam, omissis venenis, siue per morsum serpentum, siue per aculeum communicatis, vel ore sumptis, quibus cæteræ etiam animantes quandoq; afflictantur, homines valetudinem improsperam sæpissimè incurrunt. Morbi igitur vel sunt simplices, vel compositi, & hi præsertim in conformatione, vel respiciunt vitiatam figurã, aut cauitatem, vel superficiem asperam, aut leuem, vel numerum, magnitudinem, & situm: vel denique morbi à soluta vnitate dependent. Nos in præsentia, vt infinitæ ægritudines patefiant, inchoando à morbis capitis, particulares partium, & vniuersales totius, deinde vulnera, vlcera, tumores, affectiones mulierum, & puerorum, & tandem cutis recensebimus. *Morborum numerus.*

Capitis ægritudines sunt Achores, Phthiriasis, Caluitium, Alopecia, Ophiasis, Leontiasis, Hydrocephalon, Cephalalgia, Cephalea, Hemicrania; qui dolor capitis aliquando fit ex vermibus ibi natis, vel ob Scorpionem ibi genitum, vt contigit cuidam Italo ex frequenti ocymi olfactu, cuius meminit Schenchius in obseruationibus. Immò ex calculo in cerebro cuiusdam ciuis Lipsiensis natò, & ad magnitudinem oui aucto. F *Lib. 1. obser. 81.*

Præterea cerebrum affligitur Sirijasi, Phrenesi, Mania, Eratomania, Obliuione, Melancholia, Lycantropia, Enthusiasmo, Lethargo, Catalepsi, Veterno. Et quoniam nerui à Cerebro originem ducunt, hic memoratur Conuulsio, consequẽterq; Epilepsia, Tortura oris, nempe spasmus Cynicus, Ephialtes, Tremor, Stupor, immò ad conuulsionem reducitur ille affectus, quo laborauit seruus Perielis, qui dormiẽs in summa repebat tecta, & Theon Stoicus dormiens passim deambulabat. Succedit Apoplexia, & Paralysis: resolutione tamen nerborum laborantem memorat Schenchius è successa domo se præcipitasse, & deinceps sanatum probè incessisse. Tandem diuturna vigilia homo cruciatur: nam refert Seneca Mœcenatem tribus integris annis absq; somno vixisse, & ob ægritudinem fuisse liberatum. Item tradit G Heurnius cum versaretur Ticini intellexisse Nizolium illum Ciceronianum, per decennium, somnum non inuenisse. Montius quoq; fatetur se nobilem Matronam cognouisse, quæ, spatio annorum triginta quinq; insomnis vixit. *Lapis in capite natus.* *Vir resolutione neruorũ quomodo liberatus.* *In lib. de prouiden.*

Oculorum morbi multi sunt in comparatione ad affectus aliarum partium, quoniam partes ad oculum integrandum multæ concurrunt. Prima affectio est oculi diminutio, eiusdem expressio, Strabismus, Luscitas, Amaurosis, Nyctalops, Epiphora, oculi resolutio, Ophthalmia, Sclerophthalmia, Xerophthalmia, Lucophthalmia, Ectropion affectio Lagophthalmiæ opposita, Trachoma, Palpebrarum inuersatio, Hordeolum, Chalazion, Encanthis, Trichiasis Pterygium, Phlyctenes, Hippopion, Leucoma, Aegylops, Anblyopia, Vuæ procidentia, Mydriasis, Oculi tabes, Suffusio, Suggillatio, Vertigo, Scotomia, Synchiasis morbus oculi à plaga prodiens, fistula lacrymalis, & lacrymatio, vnde sanguis aliquando effluit. Siquidem H Dodoneus narrat se vidisse puellam sextum annum supra decimum agentem, & lacrymas sanguinolentas fundentem, cuius causam suppressioni mensium attribuebat. *Oculorum morbi qui, et quot.* *In obseru. med.*

Nasus aduersa tenetur valeditudine ob Grauedinem, siue Coryzam, Polypum, Ozenam, Hæmorrhagiam, Fætorem, Sternutamentum, & Trichiasim: & quamuis inter morbos oculorum hæc postrema affectio fuerit connumerata, aduertendũ est hoc nomen pati æquiuocationem; nam palpebræ pilis pungẽtibus vexatæ Trichiasi laborare dicuntur: item quando pili nasum infestant, hunc affectum Medici Trichiasim vocant, insuper lingua Trichiasi laborat, & tandem per Trichiasim, capillamenta quædam per lotium quandoq; excuntia intelliguntur. Aures vexat Otalgia, Tinnitus. Auditus diminutio, Surditas, & Vlcus. *Nasi, & aurium morbi.*

Os deniq; ægra valetudine opprimitur, quando ei accidunt fætor, Alcola, Scissura labio-

labiorum, Batrachos, Tonſillarum inflammatio, & Columellæ, eiuſdemq; laxatio,
Lib.1.obſer. 385. Loquela impedita, Tumor, & Trichiaſis linguæ, qua poſtrema affectione Schenchius putauit laborare homines de genere eorum, qui corde piloſo ſunt referti. His adduntur gingiuarum apoſtemata, & Scorbutus morbus familiaris Germanis ad mare Balticum, gingiuis putrefcentibus, & ore fœtente. Neq; omittitur Odontalgia, Nigredo, & Pallor dentium, Dentitio difficilis, & Eruptio dentis in palato, cuius
Lib.11.cap. 37. Plinius meminit. Euſtachius quoq; memorauit Mulierem romanam cum dente propè foramen palati nato; Item alteram degentem in Monaſterio Sanctiſſimæ Trinitatis Eugubij, in cuius palato, anno ætatis decimo, dens apparuit.
In lib.de dent.
Dens natus in palato.
A Collum, & Thoracem afficiunt Catarrhus, Angina, Diſpnea, Aſthma, Aphonia, Peripneumonia, Hydrothorax, Pleuritis, Phthiſis, Empiema, Cardialgia, aliquando nata ob calculos in corde genitos; vt obſeruauit Schenchius, Syncope, Lactis copia, vel inopia, Mammarum Apoſtemata, Axillarum fœtor, & Tuſſis moleſta, quam Schenchius ex animalculis muſcis ſimilibus in aſpera arteria, & pulmonibus genitis procreatam aliquando obſeruauit.
Morbi ventris infimi.
Præterea homo imbecillitate valetudinis occupatur, quando partes ventris infimi, quæ plures ſunt, afficiuntur, & præcipuè ſi vigeant Apepſia, Diſpepſia, Dolor ſtomachi, Ructatio, Inflatio, Singultus, Nauſea, Vomitus, Bulimos, Pica, Sitis immoderata, Tormina, Verminatio, Paſſio colica, Iliaca, & Cœliaca, Lienteria, Diarhœa, Dyſenteria, Cordapſus morbus lethalis, cum fæces euomuntur; nihilominus
B Schenchius memorat nonnullos, qui ſuppoſitoria, & clyſteres, ſine vitæ diſcrimine, per os reiecerunt. Nos quoq; nouimus Iuuenē Bononienſem adhuc incolumem, duobus ab hinc annis febre tertiana duplici laborantem, qui ſumptos clyſteres paulò poſt euomebat. Prædictis additur Hydrops, ſiue ſit Aſcites, ſiue Tympanites,
Lib.3.obſer. 143. ſiue Anaſarca. Aſcite quidam correptus, ex Schenchio, diu decubuit, cuius vxor longitudinem morbi, & graues ſumptus ægrè ferens, patientem veneno de medio tollere decreuit; ideoq; puluerem bufonis in olla cremati propinauit, ſed ægrotus, copioſa vrina reddita, melius ſe habuit; at illa, vt patientis ærumnoſam vitam tandem
Bufonis cremati virtus morte terminaret, denuò copioſiorem exhibuit puluerem; ſed æger maiorem lotij quantitatem reddens, præter expectationem vxoris, conualuit. Quandoquidem Bufo apertus, & regioni renum applicatus gaudet hac prærogatiua, vt aquam Hydropicorum per vias vrinæ pellat.
C Si per ſeriem morborum cæterarum partium progrediamur, ſuccedet Nephritis, Lienis obſtructio, Scirus; Item Iecoris imbecillitas, Icterus, Cachexia, Scirus,
In ſympoſ. lib.8. affectio illa hepatica, qua laborans, apud Plutarchum, mures domeſticos accuratè obſeruat, & infectatur. Additur lumborum debilitas, quam Feſtus lumbaginē appellauit. Neq; omittuntur hæmorrhoides, ani apoſtemata, Rhagades, Condylomata, & Imperforationes. Dodoneus enim recitat hiſtoriam cuiuſdam puellæ clauſo ani meatu natæ, quæ excrementa ex pudendis detrudebat. Item ex Beniuenio,
Imperforatio. multi ano clauſo nati memorantur, quemadmodum etiam hodie, qui ſubinde arte corriguntur; ſed aduertendum eſt, ex ſententia Dodonei, aliquando infantes naſci imperforatos, quorum in ano caro altius creſcit, qui naturæ error nullo artificio emendari poteſt, ſed quando ſola membrana foramē tegitur; hac ſcalpro acutiore
D præciſa, infans ſanatus viuit.
Sequuntur morbi genitalium, & veſicæ, nimirum virilitas adempta, pudendi diſtortio, Præputij phimoſis, Satyriaſis, Gonorrhœa cum Priapiſmo, & ſinè, Pollutio nocturna, Veſicæ inflammatio, Lithiaſis, Inuoluntaria lotij excretio, Vrinæ ardor,
In obſeruationibus. Dyſuria, Iſcuria, Stranguria. Sed mirabile circa hunc affectum narrat Dodoneus de puero decenni, qui per ſeptem dies vrinam non reddidit, meatibus à pituita occluſis, ſed tandem ex ano illam emiſit, cum tamen inteſtinum ſit ſolidæ ſubſtantiæ, & veſica minimè foraminolenta, ſed natura, quod fieri minimè poteſt, illas vias ad
Lib 3.obſer. 167. ſalutem patientis dilatauit. Additur deniq. Diabetes, circa quam Schenchius prodit puellam octodecim annorum anno Domini milleſimo quadringentesimo octuageſimo primo, ſex libras vrinæ ſupra triginta, ſingulis diebus, minxiſſe: cum tamen cibus, & potus ſex librarum pondus non excederet, ideo in ſpatio dierum ſexaginta, quo tempore morbus perſeuerauit, centum ſexaginta libras lotij ſupra bis mille

reddi-

reddidit. Id autem meritò attribuebatur aeri passim in arterijs contento, qui in substantiam aqueam successiuè vertebatur. Modò prætermissis tumoribus scroti, & testium, nempe Hernijs, de quibus suo loco verba fient, ad enumerandos partium extremarum morbos accedemus.

Morbi digitorum.

Affligit digitos manuum, vel pedum Reduuium, Pernio, Podagra; quæ est species Arthritidis, ad hanc enim non solum podagra, sed Chiragra, Hometagra, Cubitagra, Gonagra, & Ischias reducuntur. Ob hanc postremam, quidam Architectus, referente Dodoneo, cum claudicaret, & de turri eminenti præceps ruisset, tantùm abfuit, vt ex tam ingenti casu incommodum aliquod reportaret, vt deinceps rectè
E ambulauerit. Ad finem inter pedum digitos Gemursa olim Italiæ morbus nouus nascebatur, qui secundùm Plinium extinctus est.

Gemursa morbus.

Lib. 26. c. 1.

Præterea inter morbos vniuersales totum corpus occupantes Principem locum obtinet febris, nimirum Ephimera, Humoralis, & Hectica, ad quas postea referuntur, Amphimerina, Quotidiana, Tertiana maioris, & minoris famæ, Quartana, Quintana, Sextana, Nonana, Febris mẽstrua, Sinocha, Anniuersaria, qua Antipater Sidonius Poeta extinctus est, Lypiria, Maligna, Pestilẽs Cõtagiosa, Pestilẽs stigmatica, Spuria, Legitima, Sudorifica, scilicet morbus Britãnicus Germaniæ familiaris, Græcis posset dici ἱδρωτοφόρος. Febris purpura sic nominata à colore sãguinis accẽsi, & rãdẽ
F febris à pisce febrio dimanans: referunt enim in Fluuio Niran Insulæ Zelan versati piscem, qui deprehensus illico febrem accendit, & illo depositò, euanescit; quapropter ab hoc effectu Scaliger piscem hunc febrium cognominauit. Inter vniuersales affectus morbus gallicus meritò recensetur, qui quamuis primò pudenda afficiat, nihilominus paulo post per vniuersum corpus disseminatus patientes miranduin in modum vexat. Item lues noua Marauiæ, & alij morbi incogniti, de quibus Vuierus in Libro Germanico egit, quem de morbis incognitis inscripsit.

Febrium differentiæ.

Exerc. 218.

Modò de vnitatis solutione aliquid dicendum est; siquidem primò se se offerunt vulnera cuiuscunq; partis, tàm simplicia, quàm compositа à quolibet instrumento siuè ferro, siuè bombarda maiore, & minore inflicta, glandibus plumbeis, & ferro sagittarum intrà corpus relictis; vt contigit cuidam rustico, ex obseruationibus Dodonei, qui in seditioso tumultu sagitta circa dorsum vulneratus, sagitta extracta à Chirurgo, & ferro frustrà perquisito, intusq; remanente, post biennium, per inferna, ferrum cum omnium admiratione emisit; nãq; ferrum iuxta Diaphragma ingre-
G diens, & secundùm intestina descendens, paulatim exitum circa podicem sibi parauit. Non desunt postea turpes cicatrices delendæ, & ossa fracta ferruminanda, quod opus Naturæ optimè molitur, cum nullo modo id Medici præstare possent: Seruatur apud nos officulum tibiæ fortè cuiusdam animalis quadrupedis, quod cum aliquo casu duobus in locis fractum esset, ea fragmenta per longum copulanda, per transuersum à natura fuerunt ferruminata, vt in sequenti figura appareat, vbi os consolidatum parte prona, & supina delineatum est.

Casus rustici sagitta vulnerati.

Officulum à natura ferruminatum prona, & supina parte depictum.



Poſt hæc enumerantur vlcera cuiuſcumq; partis varicoſa, verminoſa, cum oſſe corrupto, cachoetica, ſiuè chironia, herpetica, phagedenica, nomæ, theriomata, ſiuè vlcera liuida, ſphacelli, vlcera gallica, caries, cerium, rimæ manuum, & pedum, item rima circa ſpinam in longum producta, adeò exilis, vt viſionem effugiat, quæ non rarò, teſte Schenchio, mortẽ ægrotanti affert. Amplius fiſtulæ cuiuſcũq; generis, ſcabiei omnes ſpecies, pruritus, lichen, ſeu mentagra, lepra, ambuſta, & ſimilia.

Lib. 5. obſer. 45.

Ad tumores præter naturam accedentes, obſeruabimus eos eſſe infinitos, nam ſe ſe offerunt phlegmon, erecipelas, oedema, cancer, inflammatio, carbunculus, bubo gallicus, ſcirrhus, nodi, atheroma, ſteatoma, melliceris, aneuriſma, emphyſema, ſtruma, ganglium, calli, & claui, verrucarum variæ ſpecies, ſycoſis, furunculus, paroris, parulis, crithe, chalazia, plica morbus Sarmatię peculiaris, ſonthi ſiue coſſi, oxonphalon, hernia, ſiue ſit bubonocelle, ſarcocelle, hydrocelle, epiplocelle, enterocelle, cirſocelle, phyſocelle. & compoſitæ herniæ, nec non lupiæ, quæ aliquando ad pondus octo librarum excreſcunt. Quid ? hic recenſenda eſt illa eminentia cornu ſimilis, quæ interdum caput humanum deturpat, neq; monſtrum eſt, teſte Scaligero, ſed ægritudo. Immò Lanfrancus recitat in Chirurgia maiore ſe vidiſſe caput hominis ſeptem eminentijs inſigne, quarum altior cornu longitudinis pollicis æmulabatur. Item amatus Luſitanus meminit pueri cum corniculo in capite nati, qui iam adultus, cũ ab alijs pueris cornutus appellaretur, è capite cornu deponendũ curauit. Ideoq; Chirurgus iuſtò audacior illud radicitus reſececauit, infælici tamen cum ſucceſſu, quoniam breui tempore patiens perijt: cum huiuſmodi cornua ex ſubſtantia medullari cerebri cõſtent. Pariter anno elapſo trigeſimo nono ſupra milleſimum, & ſexcenteſimum puer genere ruſticus decennis corniculo longitudine indicis in capite inſignitus acceſſit Noſocomium mortis Bononiæ, vt ope Chirurgica, à tali moleſtia liberaretur, cui Ioannes Baptiſta filius quondam Ioannis Caponi medica, & Aſtrologica ſcientia celeberrimi, ægrotis Noſocomij tunc temporis Aſtans in omni genere ſtudiorum perfectus, mortem de ſectione corniculi nuncians, prudẽter illum dimiſit. Nos quoq; in præſentia exhibemus iconem hominis cornuti in Ducatu Humenæ inuenti, cuius hiſtoria eſt hæc. In Ducatu Humenæ Galliæ, noſtris temporibus, hic homo cum cornu arietino in dextra frontis parte nato, cui nomen erat Frantz Trouilli, membris omnibus optimè conſtiturus, procera ſtatura, & viribus validis præditus, genere ruſticus, inuerſis lupi pellibus indutus, in paruo Comitatu Mezires natus vitam ferè ſemper in ſyluis egit, ſeptennis tamen nullum cornu veſtigium habuiſſe retulit: nam ab illa ætate cornu è capite erumpere cœpit, & forma cornu arietini acutum. Sed eo tempore, quo inuentus eſt, trigeſimum quintũ annum agebat, qui madmodũ ex aſpectu coniectare licuit. Hæc igitur ratione repertus fuit. Dominus Lauerdin, venandi gratia, nemus quoddam ſæpè petebat; ſed quandoq; illuc ingreſſus, & ruſticorum cateruam conſpicatus, Prædones q; eſſe ſuſpicatus illicò omnes apprehendi iuſſit: tunc autem homo cornutus cæterorũ comes, & ſocius primus aufugiens inter dumeta ſe ſe abdidit. Verùm violentia illinc extractus, & ad Dominum ductus, caput aperire recuſabat, ne tantam deformitatem patefaceret. Pileo tandem à Domini famulis, & miniſtris depoſito, non ſine magna ſpectantium admiratione, cornu obſeruatum fuit in capite glabro, exceptis nonnullis pilis quibus occiput tegebatur. Tunc Dominus Lauerdin ſtatim ad Inuictiſſimum Galliarum Regem, qui non longè aberat, deduci iuſſit, à quo poſtea Lutetiam fuit ductus, vt ab omnibus conſpiceretur. Schenchius quoq; meminit cuiuſdam viri, è cuius dorſo os ad ſimilitudinem cornu emerſit; quare peracta vniuerſali totius corporis euacuatione, & medicamentis exiccantibus applicatis, os ſponte cecidit.

Exerc. 199.

Centur. 1. tract. 51.

Cornu natũ in capitibus humanis.

Hic Homo quomodo inuentus fuerit.

Lib. 5. obſer 50.

A

B

C

D

Homo

Homo cornutus in Ducatu Humenæ inuentus.



Iam

Iam properare oportet ad numerandos illos affectus, quibus mulieres tantùm corripiuntur; ſunt autem ſterilitas, nempe muliebris, quæ aliquibus eſt perpetua, quamuis aliæ, mutatis coniugijs, illam deponant, Scythæ hunc morbum effæminatum appellant. Pica eſt abſurda appetentia grauidarum: meminit enim Shenchius mulieris cuiuſdam prægnantis, quæ morſum cerucis cuiuſdam iuuenis appetebat, & abortum proculdubio feciſſet, niſi, exanimato ferè iuuene, ceruicem eius momordiſſet. Vteri procidentia, Abortus, Mola, Partus difficilis, fœtus mortuus, & ſecundinæ retentæ, Paſſio hyſterica, Matricis inflatio, & tumores præter naturam, eiuſdemq; matricis hydrops, necnon lumbrici, pruritus, dolor, hæmorrhagia, & hemorrhoides colli vteri, Symptoma turpitudinis, quando nympha, ſeu potius Clitoris, inſtar pudendi virilis, erigitur, qui affectus poſtea hymphotomia tollitur, cărnis excreſcentiæ inter pudenda muliebria, Imperforatio, qua laborantes mulieres vocantur ἀτρεται, Superfœtatio epidemica, quam Braſauolus memorauit. His adduntur profluuium muliebre, menſium ſuppreſſio, eorumdem ſtillicidium, & nimia effuſio; ſed admirandum eſt, quod legitur in hiſtoria nauigationis in Braſiliã, nimirum mulieres Americanas menſtruis purgationibus non laborare; nihilominus mulieres illas eſſe fœcundiſſimas. Obſeruatum tamen eſt, quòd in illa regione, puellæ annum duodecimum natæ ab axilla, vſq; ad genu, dente accutiſſimo cuiuſdam animalis à matribus vulnerantur: vnde facta hac larga ſanguinis effuſione deinceps purgari non poſſe coniectant.

Morbi mulierum.

In Cõment. ad Aphoriſ. Hippoc.

Amplius puerperæ febre lactis laborant ob humorum commotionem, ob morbum pilarem, ob mammarum inflammationem, & ob lactis in grumos conuerſionem; aliquando vbera tanta lactis copia redundant, vt lac ſponte fluat. Hinc non eſt mirum, ſi Andreas Laurentius, aliquando obſeruauerit lac per veſicam, & anum expurgari. Interdum mulieres magnitudine mammarum laborant: nam Scaliger narrat ſe vidiſſe mammas cuiuſdam Virginis tam vaſtas, vt brachiorum latera, & partem ventris ſuperiorem occuparent. Hic caſus fortè non erit valde diſſimilis ab illa puella, quam Albertus Magnus mammis pendentibus, cum pilis in inguine, & ſub axillis ſe conſpicatum fuiſſe promulgat. Mulieres quoq; graui afficiuntur morbo, quando, ob anguſtiam orificij matricis, fœtus egredi nequeat, ni per tomotochiam citra conceptionis, & fœcunditatis iacturam, & citra periculum vtriuſq; vitæ, fœtus educatur. Quidam Orchitomi, ex Schenchio, hoc opus exercere ſolent diligẽter: nam in dextra abdominis parte, tranſuerſo digito infra vmbilicũ, & vltra quatuor digitos ad latus, ſectionem moliuntur, & inde recta procedunt, vſq; ad pudenda, abſq; rectorum muſculorum læſione, deinde vterum incidunt, amplo facto vulnere, vt fœtui viuenti, & ſecũdinis aditus facilis paretur: poſtmodum vulnere abdominis, non vteri, quinq; punctis copulato, puerperam priſtinæ ſanitati reſtituunt. In fine horum morborum collocatur morbus virgineus, febris alba vulgo nuncupata, quoniam hæc affectio Virginibus tantummodo fit familiaris; quamobrem Matronæ Brabantinæ febrem hanc albam, ob pallorem facici, & febrem amatoriam appellare conſueuerunt.

Lib. 1. Anat Exerc. 199.

In cõment. ad lib. 2. Phyſic.

Tomotochia quod remedium.

Febris amatoria.

Quemadmodum homines ratione ſexus, vt adnotatum eſt, aduerſa, & diuerſa valetudine detinentur: pariter, ratione ætatis, affectibus varijs occupantur. Pueri igitur licet omni morborũ genere premi poſſint; nihilominus vt plurimum afficiuntur morbis, inter quos ſunt morbili, variolæ, ferſuræ, quædam puſtulæ chriſtalliformes nuncupatæ, macies, vmbilici tumor, Herniæ, imperforatio, procidentia ani, intertrigo, & ſecundùm Auicennam, excoriatio, pernio, mutitas, ſiue loquelæ priuatio: cum ſcripſerit Ariſtoteles ſolum hominem hac affectione poſſe tentari quoniam homo ſolus ſermonis eſt capax. Balbuties, vigiliæ diuturnæ, verminatio, dentitio, ſingultus, incontinentia, vrinæ. His nonnulli addunt Satyriſmum ad mentem Hippocratis in Aphoriſmis: cum tamẽ hoc vocabulum ab aliquo nimis diligente ſcriptore, inſertum ſit: ſiquidem doctiſſimi viri, in expoſitione huius loci, talis vocis non meminerunt.

Morbi puerorum.

Lib. 3 Aphoriſ. 27.

Poſtremo loco nominandæ ſunt omnes affectiones cutim humani corporis infeſtantes; quæ quamuis ſuperius partim inter vlcera, & partim inter tumores præter naturam memoratæ ſint; hoc tamen in loco omnes comprehendemus. Sunt igitur

Vicis-

Vitiligines, Scabies, Elephantiasis, Vibices, Maculæ, Pruritus, Cicatrices, Rugæ, Vnguium casus, rediuuium, Vitiata forma, & color, Hydroa tubercula, Exanthemata, Tinea, Sycosis, Canities intempestiua, Pilorum casus, Plica morbus epidemicus Polonis: nam quamuis vt plurimum hæc affectio pilos capitis occupet, attamen vt intelleximus, vexat etiam alia loca, á quibus pili erumpunt. Hic quoq; recensendi sunt affectus nempe Impetigo, Mentagra, Ignis sacer, Lichenes, omnes Lepræ species, Atrophia partium, Dracunculus Aegyptijs, & Indis affectus familiaris, Epinyctis, Pustularum omnia genera, & præcipuè Boa, siuè Boua, quando cutis multitudine papularum rubet, non secus, ac si á Boa serpente fuisset demorsa. Accedunt E affectio furfuracea vniuersam cutim fœdans, Phthiriasis horrenda, quando vniuersa cutis pediculis scatet, item Syrones Medicis græcis incogniti, vt scribit Abenzoar, Arabibus Assoalar nuncupati: sunt enim pediculi per manus serpentes, & excitatis pustulis aqua plenis, altiùs delitescunt, & sunt animalcula tam parua, vt visionem ferè effugiant, & á mulieribus acutæ visionis acu facilè extrahuntur. Neq; omittendi sunt ricini ex sordibus barbæ, & inguinum nascentes, quos Galli Platas, & Itali cum exitu excrementorum careant, Cæcas cognominant. Tandem Albucasis meminit ægritudinis NaKit vocatæ, quę nil aliud est nisi flatus furiosus, qui vniuersum cutis ambitum affatim occupat.

Morbi cutis

Lib. 2. c. 93.

F

NÆVI.

MORBI cutis nuper enumerati nævos in mentem reuocarunt, & præsertim cum aliqui Authores non proletarij inter vitia cutis illos reposuerint. Scriplit enim quandoq; Plinius, farina fabacea in aceto cocta nævos auferri. Nihilominus tantum abest, vt nævi humanum corpus deturpent, vt potius illud commendare videantur. Quapropter Ouidius faciem illam probare minimè dubitauit, in qua æquum aliquem benigna natura impressit; nam quemadmodum nauis in placido conspecta pelago, non modò illud exornat, verum quoq; tanquam nauigabilis maris signum reputatur; similiter nævus quasi ναῦς non solum venustatem faciei conciliat, verum quoq. marinas humani animi affectiones significat: cum nemini dubium sit nævos ad Physionomiam attinere. Idcirco Melampus Medicus Athenienſis antiquissimus, necnon Abenragel inter Arabes, quid nævi in vnaquaq; corporis parte à natura locati significarēt, edocere sunt conati. Quandoquidem nævi per vniuersum corpus veluti casu quodam sparsi, certum tamen inter se ordinem, & veluti cognationem quamdam habent.

Li. 22. c. 25.

G

Nævi ad physionomiā spectant.

Etenim nævus in fronte conspectus, alium veluti socium in thorace habet; immò si mediam frontem nævus occupet, vt plurimum alius in medio pectore, vel in dorso inter scapulas reperietur; & quanto nævus á medio frontis recedens ad dextram, vel sinistram partem inclinabit, tantò etiam alter ad alterutrum brachiorum, vel humerorum deflectet; itaut si in extrema fronte iuxta tempora, nimirum in confinio H capillorum appareat, alium in humeris repræsentabit. Sæpius enim euenire solet nævos frontis quandoq; ad illos, qui in pectore, & quandoq; ad illos, qui impressi sunt in dorso, referri: cum pars antica, & postica pectoris thoracem constituant.

Nævi nasi habent alias sibi respondentes in pudendis.

Si iuxta nasum, & supercilium nævus sit constitutus, alter in parte inferiori pectoris impressus videbitur. Præterea nævus, quem situm in naso occupabit, talem in pene nævus alter obtinebit: pariter si in naso mulieris obseruabitur nævus, in labijs pudendi alius residebit.

Quando hæ naturales verucæ reperientur intra nasi spatium, quo oculi inter se distant: similiter alias inter scrotum, & virgam, iuxta dextræ, vel sinistræ partis situm dabunt. Si nævus aliquis in palpebra supra pupillam reperietur, alius in scroto iuxta testiculum erit. Item si in parte superiori palpebræ fuerit, alter supra testiculum in aduersa scroti parte videbitur. At si fuerit in palpebra inferiori, pariter

nævus

Naui genarum.

næuus in parte auersa scroti versus clunes conspicietur. Verùm si næuus in genis appareat, in coxis etiam vide bitur: adeoue quantò ille naso, tantò hic inguini erit propior, & quantò ille mandibulæ versus aurem, tantò hic natibus erit vicinior. Cæterùm si subter oculos, scilicet in cauitate supra eminentiam malarũ erit, næuum etiam sub axilla conspicere licebit, altiùs, & humilius, iuxta illum situm, quem alter in facie occupauerit.

Naui labij superioris.

Næui, qui iuxta aurem siti sunt, & illam ferè tangunt, suos comites in spatio alterutrius brachij ostendunt, quod spatium ab humeris ad cubitum protenditur. Immò si næuus per tres digitos ab aure absit, lateribus clunium næuus alter adhærebit: sin per duos tantùm digitos sit disiunctus, in signata brachij parte. sed versus dorsum A reperietur. Næuus superiori imminens labro, & quasi nasum tangens indicat socium esse in illo spatio, quod inter pudenda, & podicem apparet. Contingit tamen aliquando, vt quando næuus à naso tres digitos est remotus, non amplius partem prædictam, sed pubem denotet; licèt vt plurimum hæc prærogatiua næuis in inferiori labro, & mento naris conueniat: immò, & alios in genu designat, quod tantò frequentius accidet, quantò signum erit inferius.

Naui auriũ.

Verùm næui malis impressi infra tamen labium inferius, suos æmulos in abdomine repræsentant, quandoq; erunt in medio abdominis, dummodo alij in meditullio genarum fuerint. Et si in extremitate menti næuus apparuerit, næuus quoq; in pube iuxta pudenda notabitur. Næui aurem decorantes lacertos respiciunt, & qui auris ansam occupant, alterum carpo, siue manui proximum significant. Quando verò B erit næuus in summo auris capreolo, alter cubito proximus obseruabitur, & næuus hærens meatui, seu conchæ auris, alterum in vola manus delitescentem demonstrabit. Sin anterior auris pars næuo gaudeat, alter eodem situ in manu lætabitur.

Naui brachiorum.

Sed aduertendum est, quòd non solum facies omnium oculis exposita hac gaudet prærogatiua, vt eius næui alios occultos manifestent, verùm quoq; manus, & brachia hac conditione potiuntur: quandoquidem næuus in brachio superiori supra cubitum deprehensus, certò certius alium in crure iuxta genu designabit: & si in brachij auersa parte erit, alter suræ adhærebit, qui vero lacertum occupabunt, suos oppositos in medio crure notabunt. Sin næuus propè manum, vel carpum residebit, alter quoq; supra talum pedis existet.

Lib 2. de part. Anim.

Demum si digiti manus erunt næuis insigniti, digiti quoq; pedum, ijs non carebunt. Obseruandum tamen est prædictas regulas, non perpetuò veritatem assequi, cùm res naturales ex authoritate Aristotelis, aliquando à veritate deficiant. Qui igitur causas, si non necessarias, sed saltem verisimiles scire desiderabit, nimirum cur næui faciei suos æquales per corpus sparsos, certo quodam ordine, & situ habeant, confugiat ad doctrinam symetriæ superius diligenter exaratam, vbi aliqua ex parte suo desiderio satisfaciet; quandoquidem si proportiones illæ partium faciei, necnon similitudines proportionum admittuntur, quibus inter se partes, & faciei, & vniuersi corporis conueniunt; proculdubio legentibus innotescet ratio, qua næui faciei cum reliquis per reliquum corpus disseminatis consentiunt: namq; explicatum fuit in symetria, quòd sicuti facies totius corporis, ita partes faciei partium totius corporis figuram quamdam, & typum repræsentant. Cum igitur, vt superius fuit expositum, fons pectus, supercilia, humeros, sinus oculorum axillas, aures brachia, mentum pubem, os in viris anum, & in mulieribus partes etiam verecundas repræsentãt; nulla admiratione teneri debemus, si næui, quibus natura, veluti notis quibusdam, partes illas corporis signauit, affinitatem, & relationem inter se habeant. Dum igitur frõs pectus, & aliæ faciei partes alias corporis partes respiciunt, vt in Rubrica symetriæ explicauimus; næuus quoq; in fronte expressus næuũ in pectore; næuus in alijs faciei partibus, næuum pariter in alijs corporis partibus existentem indicabit.

Naturã consimilis causa.

ME-

MEDELÆ.

MEDICVS Philosophiam callens: necnon Mathematicam, seu Astrologiam pedisequam, immò facultatem Botanicam, Anatomicam, Pharmacopœam, & Chymicam: primus valetudinem hominis omni industria fouet, & tuetur, dum incommoda aduersæ valetudinis arcet.
B Deinde omnia molitur, ne homo in ægritudines dilabatur, & si fortè illis oppressus fuerit, conuenientibus, & indicatis præsidijs eas exterminat. Verùm antequam hæc auxilia præscribat. Primò partem affectam ponderat, & diligenter animaduertit quonam morbo, vel per se, vel per consensum laboret: deinde quot modis pars aliqua corporis per consensum afficiatur. Namq; probè callens signa affectionum, necnon omnia symptomata, morborum genera, & causas; id celerrimè præstare potest. Amphus Medicus inter eruditos eminens signa salutaria, & lætha- *Signa morborum.*
lia nouit, & num morbus crisi, vel sine crisi sit terminaturus, prædicit, immò an talis crisis, vel per hæmorrhagiam, vel per abscessum, vel per vomitum, vel per alui deiectionem, vel per lotium, vel per mensium fluxionem, vel per hæmorrhoides, vel per sudorem fieri debeat, optimè cognoscit. Insuper dierum criticorum scientia *Crises.*
F peritus præcipit quid agendum sit, quando vnico tantùm affectu patiens opprimitur, & quando affectibus complicatis, sæuisq; symptomatibus iactatur.

Præterea, in morbis profligandis, Medicus triplici instrumento, nimirum diæta, pharmacia, & chirurgia incedit. Ratione diætę, aerem salubrem, ciborum qualitatem, bonitatem, quantitatem, ordinem, & tempus docet; deinde exercitium, & quietem, somnum, & vigiliam, repletionem, & inanitionem instituit, necnon quæ- *Diæta.*
nam animi affectiones vitandæ sint. Ratione pharmaciæ, diligenter considerat præsidiorum qualitatem; num hæc debeant esse temperata, seu potius calida, frigida, humida, & sicca, iuxta primum, secundum, tertium, vel quartum gradum: an tenuium sint, vel crassarum partium, & an debeant esse acria, adstringentia, aperientia, *Pharmacia.*
discutientia, condensantia, emollientia, indurantia, abstergentia, adurentia, attrahentia, alexiteria, pus mouentia, emplastica, deobstruentia, epulotica, exedentia,
G expurgantia, incrassantia, extrahentia, glutinantia, incidentia, repellentia, sarcotica, roborantia, lotium cientia, menses prouocantia, eorumdem copiam supprimentia, sudorem educentia, calculum frangentia, lac generantia, expectorantia, tussim sedantia, soporifera, dolorem mitigantia, venerea, spermatica, digestiua, ambustis medentia, bilem, pituitam, & melancholiam concoquentia, eosdēq; humores deturbantia. Item remediorum dosim, ordinem, locum atq; tempus præscribit.

Sed dignum est admiratione, quod medicamina, quæ in affectionibus humanis eliminandis adhibentur, ex omnibus in toto terrarum orbe procreatis desumuntur: namq; præsidium à Medico præscriptum, vel est simplex, vel compositum, & simplex est illud quale à natura procreatur: & hoc est duplex, nempe animatum, vel *Remedia ex quibus elicianur.*
inanimatum. Animatum est vegetatiuum, & sensitiuum. Vegetatiuum arborem,
H fruticem, subfruticem, & herbam compræhendit. Sensitiuum, vel est sanguineum, vel exangue, & sanguineum est duplex, rationale, & irrationale. Rationale est homo, ex cuius partibus multa etiam remedia Medicus elicit. Irrationale, vel est aereum, vel terrestre, vel aqueum, vel amphibium. Exangue quadruplex, nempe de genere Mollium, Insectorum, Crustaceorum, & Testaceorum. Postremo Inanimatum, vel generatur in aere, vel in visceribus terræ, & hoc est quadruplex, scilicet metallum, lapis, terra, & succus concretus. Itaq; ex prædictis simplicibus cætera *Lib. 3. de Comp. Med. per gen. cap. 3.*
medicamenta concinnantur, quæ etiam, iuxta mentem Galeni, multifaria esse debent. Quando scribit, permagnam humanorum corporum esse differentiam: tum ratione natiui ipsorum temperamenti, tum ratione mutationis ætatum, & vitæ studij; ideoq; quod componitur medicamentum nullo modo cunctis competere potest.

Quamobrem Medicus præparat lenientia, syrupos, eclegmata, rob, decoctiones, soluentia, tam in substantia, quàm in infusione necnon in bolo, vel potione exhibenda:

benda: immò componit pilularum omne genus, glandes, siue suppositoria, infusiones, pessos, clysteres, errhina, trochiscos, sternutatoria, rotulas, apophlegmatismata, pulueres cathartico, gargarismata, suffitus, collyria, sacculos, electuaria, embrochas, poma odorata, ablutiones, vnguenta, fomenta, cataplasmata, emplastra, epithemata, cerata, caustica, & balnea medicata. Quapropter poterimus canere cum Ouidio.

Medicamẽta cõposita.

Mille mali species, mille salutis erunt.

Tandem Chirurgia non est prætermittenda, quæ etiam ad salutem propria instrumenta profert, cum scripserit Ouidius.

Vt corpus redimas ferrum patiaris, & ignem. A

Chirurgia. Chirurgus enim scalpello, cauterio, forcipe, serra, specillo, nouacula, acu, volsella, deligatione, tenacula, splenijs, penicillis, siue turundis, fascijs, fibulis, & instrumentis extendentibus vtitur. Cæterum ad euitandum omne medicamentorum genus, & ad tutelam valetudinis, Galenus præceptum cedro dignum tradit, videlicet eum nunquam ægritudines incursurum, qui eruditates cauerit, commotionem à cibo vehementiorem vitauerit, & se se ante cibum exercitio commiserit.

In lib. de succor. bon. & vit. c. 3.

CASTRATIO.

B

APVLEIVS castrationem eleganti vocabulo detestationem appellauit, causam insinuans, quare in brutis, & potissimum in equis celebretur; nempè quoniam nimio libidinis calore laborantes hac detestatione mansuefiant. Sed quid hoc meditamur in brutis, cum Iulius Alexandrinus mulieres pernicioſæ Veneris ardore vexatas olim castratas fuisse diuulgauerit? In hominibus autem nostra ætate castratura, alijs non conferentibus præsidijs, adhibetur, quando peritoneo dilatato, vel lacerato, intestina in scrotum descendentia herniam generant; vnde homines ad labores, & ad alias functiones obeundas inepti redduntur; præterquamquod hac herniæ specie laborantibus non solum inflammationis, sed etiam læthalis voluuli perpetuum impendet periculum. Quocirca ad euitandum euidens mortis discrimen, & ad reddendos patientes laboribus aptiores, homines euirantur. Quandoquidem iuxta partem dextram, vel sinistram hernia laborantium, alterutrius testis aulsione, inuitione, & sutura, peritoneum dilatatum, vel laceratum adeò copulatur, ne imposterum intestina descendere possint. Quod opus Orchitomi potissimum Nursiniin Italia diligentissimè exercent.

Lib. 22. cap. 14.

Castrationis humana causa. C

Olim homines ad Virginum custodiam castrabantur, vt ancillis expeditiores, & ad congrediendum inepti essent. Id vocabulum Eunuchi significat, siquidem εὐνοῦχος deducitur ἀπὸ τῆς τὴν εὐνὴν ἔχειν, quoniam cubilium, & gynæcorum curam haberent. Eunuchus etiam vocatur spado, nempe σπάδων à verbo σπάω extraho, quoniam his testiculi euulsi fiant. Cæterùm ferunt Turcarum Imperatorem olim vidisse equum castratum equam inire, propterea iussisse, in pueris eunuchandis, penem vna cum testibus detruncari: ideoq; factum est, vt Turcæ hac etiam tempestate in castratura puerorum, virgam cum testiculis auferant. D

Mulieres autem castrari posse non est in dubium reuocandum, vt ex authoritate Iulij Alexandrini superius citata intelleximus: quamuis hoc opus maiori premarut difficultate; nullum tamen vitæ discrimen imminet, quãdo Orchitomus est peritus. Schenchius enim recitat historiam stupendam de muliere procidentia vteri, & cancrena affecti laborantes; namq; citra vitæ periculum, vterus à Chirurgo resectus fuit. Et Vuierus meminit cuiusdam Ioannis ab Essen, qui in Comitatu Marchiæ versans, illuc enim ad castranda iumenta conductus fuerat, propriam ibi eunuchauit filiam, cum illam familiariter cum iuuene quodam versantem animaduertisset. Ex Lonicero etiam, in varia historia, habemus Lydos fuisse primos, qui mulieres castrarunt, cum illis loco Spadonum vti solerent, quam postea veritatẽ Cælius Rhodiginus affirmauit. Cardanus verò tàm mares, quàm fœminas, absq; Chirurgico opere cu-

Lib. 3 obser. 303.

Lib. 4. de Practig. Dd. cap. 2. edit. 6.

se eunuchas fieri protulit, dummodo mares longo vsu viticis, & fœminæ periclymeni vtantur.

DENOMINATA.

E HOMVNCVLVS, homulus, item homululus, & homuncio sunt nomina paruum hominem denotant a; quamus apud Chymistas homunculus significet illud sperma, quod tantopere extollitur neq; totum est ex Luna; immò ex illo magnam partem sibi vendicat Chaos nempe mixtio quatuor elementorum, quemadmodum in scholijs Paracelsi legitur. Pariter apud Græcos ἀνθράκιον, ἀνδράριον, ἀνδρίον, siue ἀνδρειὸς vocabula sunt homulum exprimentia, veluti ἡμιάνθρωπος semihominem significat. Variæ etiam sunt affectiones, quæ ab homine denominationem sortiuntur. Est ἀνθρωπότης humanæ naturæ cõditio, ἀνθρωποπαθὴς affectibus humanis obnoxius; hinc ἀνθρωποπάθεια humana affectio, ἀνδρομανὴς dicitur amore virorum insaniens. Quapropter apud Gregorium, ἀνδρομανία, nempe amor insanus mulierum impudicarum legitur. Est λυκανθρωπία melancholiæ species, qua affecti, veluti in lupos conuersi noctu vagantur, donec diluculet. Verùm ἐξάνθρωπος exponitur homo alienam naturam, nempe ferinam induens. Sed μισανθρωπία odium hominum, siue inhumanitatem significat, quæ Luciano ἀπανθρωπία etiam nuncupatur.

Homũculus Chymistarũ

Lycanthropia.

F Exponitur ἀνδροσσὴς hominibus noxius, & ἀνδροβόλος Hesychio, & Suidæ vir improbus, & veterator, & ἀνδρομάχος cum viris pugnans. Est ἀνδρολαβὼν, viros expello, & ἀνδρόβασμος, quasi ἀνδρὸς βασμὸς angusta via, per quam vnus tantùm homo transire potest.

Carnifex quomodo Græcis appelletur.

Præterea nonnulla sunt denominata, quæ ad perniciem hominum spectant, vt ἀνθρωπόλεθρος, hominum pernicies, ἀνδροδαίκτος viros perimens; vox est composita ex ἀνὴρ, & δαΐζω. Item ἀνδραγχος, vel ἀνδραγχος vocatur carnifex scilicet hominum strangulator. Est ἀνθρωποθύτης homines sacrificio. Exponitur ἀνθρωποκτόνος, seu ἀνδροκτόνος, & ἀνδροφόνος apud Hesiodum homicida, est item Martis epitheton: alioquin ἀνδροφόνος apud Atheneum vocem virilem habens exprimitur. Hinc ἀνδροφονία, ἀνδροκτονία, & ἀνδροκτασία homicidium. Sed ἀνδρολαψία erat pigneratio, quæ dabatur contra illos, apud quos homicidium fuerat perpetratum. Erant ἀνδραγρια τὰ spolia, quæ ex homine in militia interfecto reportabantur.

G Dicitur apud Scholiastem Aristophanis ἀνδροκμὴς à viro interfectus: nam ἀνδροκμῆτες ἀγῶνες apud Euripidem erant certamina, in quibus viri præliabantur. Est ἀνδρόκμητος ab homine elaboratus: legitur enim apud Hesychium ἀνδρόκμητος τοῦμβος nempe tumulus ab homine fabrefactus, vel in quo vir mortuus iaceat.

Nonnulla denominata ad esũ humanæ carnis attinent: vt ἀνθρωποφάγος, ἀνδροφάγος, ἀνδροβορὶς, & ἀνθρωποβόρος hominiuorus, humana carne vescens, est etiã nonnullorum canum epitheton. Hinc ἀνθρωποφαγία, & ἀνδροφαγία, hominum deuoratio, vel esus carnium humanarum exponitur.

Pertinentia ad esum.

H Loca à viris denominata sunt ἀνδρεὼν, siue ἀνδρὼν, pars domus quam viri seorsum à mulieribus habitant, & ἀνδρόδουκος apud Hesychium, & Suidam erat triclinium, vbi fortè viri tantum epulabantur. Item ἄνδρατα, apud Cretenses, nuncupata fuerunt conuiuia publica, ex mente Aristotelis, ad quæ viri solummodo conueniebant. Ad hominum copiam spectant πολυανθρωπία, siue secundum Suidam, ἀνδροπολύθεια, hominum frequentia, & ὀλιγανθρωπία eorumdem hominum paucitas. Nam ἀνδρολογία est homines ad militiam colligo, vnde nascitur ἀνδρολογία virorum ad militiam delectus.

Li. 2. Ethic. cap. 8.

Si respiciamus procreationem, legitur apud Græcos ἀνθρωποσσόος humanarum formarum fabricator; nam ἀνδριαντοποιὸς, & ἀνδριαντοπλάστης est statuarius, & præcipuè qui virorum statuas fingit: hinc ἀνδριὰς, statua potissimùm viri, & ἀνδριαντίσκος parua viri statua. Siquidem ἀνθρωπομορφόω est humanam formam tribuo, & ἀνθρωπογονία hominum generatio; hinc ἀνδρογόνος apud Hesiodum, virum generans.

Statuarius.

Cætera sunt denominata homini maximè conuenientia. vt ἀνδρεῖος virilis, ἀνδρωπρεπὴς, & ἀνθρωποπρεπὴς homini conueniens, ἀνδρῖος ad virum spectans, ἀνδρόφιλος virum amans, & ἀνδρίμαστρια, ex Aristophane, virorum amatrix. ἀνδρόβουλος vitili consilio vtens, ἀνδρολεμὴς virili elatione animi præditus, vt exponit Hesychius, ἀνθρωπόψυχος hominis animum habens; sed ἀνθρώπιος, & ἀνδρόμιος apud Homerum, est humanus, ἀνθρωπισμὸς humanitas, & ἀνθρωποειδὴς ad naturam humanam proximè accedens: immò ἀνθρωποειδὴς vocatus fuit Christus apud Damascenum, cum ἀνθρωπίζομαι à Theologis græcis, homo fio, vertatur.

Xenophonti ἀνδρομήκης dicitur, qui statura virili est refertus, & Atheneo ἀνθρωποειδὴς humana specie insignitus, & ἀνδρικέλος viro similis. Item ἀνθρωπίζω homines imitor, συνανθρωπίω cum hominibus versor. Et ὑπεράνθρωπος est, qui humanam excedit staturam. Sed ἀνθρωπόγλωττος est, qui humana lingua loquitur, & ἀνθρωπόλογος, secundùm Aristotelem, est homo libenter de hominibus verba faciens. Apud Aristophanem legitur ἀνδραγαθία, quasi ἀνδρὸς ἀγαθὸν ἔργον, actio digna viro forti, vertitur etiam strenuitas, quemadmodum & ἀνδρεία, quæ vox virilitatem, & strenuitatem, & virilem ætatem significat. hinc ἀνδρίζω aliquid virile apo, item ἀνδρίζομαι virilem ætatem ingredior, & ἀνδρωθεὶς puer aliquid virile præstans, vel ad ætatem virilem properans. *Virilitas, et strenuitas.*

Nonnulla sunt quæ partes hominis respiciunt, vt ἀνθρωπίη, & per contractionem ἀνθρωπὴ subintelligendo, δορὰ, pellis humana, item πρόσωπον, pro ἀνδρόπρεπον. apud Sophoclem, est humana facies. Hesychio verò ἀνδροπαθὴς, vel ἀνδροπαθὲς dicitur vir membrosus, nempè virilia iustò grandiora habens: At ἀνδρόγυνος, siue ἀνδρόγυνος exponitur marifœmina, nimirum homo vtroq; sexu refertus. Polluci tamen, hoc vocabulo, Eunuchus denotatur, & hæc eadem vox apud Hesychium, imbecillem, effœminatum, & hominem muliebri animo prædictum designat, immo hoc idē nomen in parabolis Salomonis pro socorde vsurpatur. Demùm ἀνδραπόδης significat hominis pedem, veluti littera sonat, quamuis hoc vocabulum quandoq; pro mancipio sumatur, cum mancipia Dominorum pedes appellari soleant, & apud Suidam ἀνδραποδοπώλης venditorem mancipiorum significat. *Marifœmina quid sit.*

Ornithanthropos.



Præte-

Præterea multa sunt in terrarum orbe humanam repræsentantia formam, quæ inter hæc denominata recenseri possunt, vt ἀνθρωποδαίμων, Dæmon habens humanam faciem, item ἀνδροδάμας gemma simulacrum quoddam hominis referens, quamuis Plinius etymum huius gemmæ ab effectu deriuet, siquidem hominum impetus domare potest. Quid plura? aliquando visus est Cometes effigiem humanam repræsentans, qui ἀνθρωπόμορφος nuncupatur. Immò in tabula Hieroglyphicorum Aegypti quædam auis fortè imaginaria, humana facie decora conspicitur, vt in superiori icone, quæ ὀρνιθανθρώπος appellari potest. *Androdamas.*

Amplius multæ sunt plantæ ab homine sortientes denominationem, & prima fronte se se offert ἀνδρόσαιμον, quasi viri sanguis, cum flores plantæ digitis contriti sanguineum succum emittant. Antirrhinum syluestre capitula humanam caluariam referentia profert, idcirco à nonnullis caput defuncti hominis nuncupatur: quapropter, ex Porta, ad Philtra vsurpatur. Apud Dioscoridem portulaca vocatur ἀνδράχνη, quasi gluma hominis; nam veluti spicarum inuolucra ad hyemem pro cibo belluarum seruantur: pariter portulacam passim nascentem ruricolæ olim partim elixatam comedebant, & partim siccatam, vel sale, & aceto conditam ad hyemem seruabant. Apud eundem Dioscoridem habetur ἀνδροσάκες fortassis quasi ἀνδροσάκος hominum medela, cum hæc herba multis affectibus præsidio esset. Est alia planta tactu aspera prætereuntium vestibus facilè adhærescens, quæ philanthropos quasi hominum amica nuncupatur; licet Bauhinus, ex mente Aetij, non hanc plantam, sed Xanthium, nempe strumariam, & lappam minorem philanthropon nominari voluerit: siquidem φιλάνθρωπος amans hominum, & benedolus exponitur, hinc φιλανθρωπία humanus amor, & ἀφιλάνθρωπος inhumanus dicitur. Insuper ἀνδράχλος vocatur herba quædam viro similis, quasi ἀνδρίσκελος facta syncope, & mutata tenui in asperam: hæc autem videtur conuenire cum Mandragora, quæ ob radicis effigiem semihomo à Columella indigitatur sic. *Lib. 4. phyt. cap 10.* *Li. 4. cap. 1.* *Androsaces* *Philanthropos nomē quinecum.*

Quamuis semihominis vestans gramine fœta
Mandragoræ pariat flores &c.

Hæc eadem planta Pythagoræ vocatur ἀνθρωποειδόρος. Vt omittamus alias plantas humanam figuram referentes; quemadmodum sunt quædam Satyriorum species, quarum vna flores ad instar hominis procreat; idcirco ἀνθρωποείδορος cognominatur. Item palma Christi inter Satyrij species recensetur, quæ & ipsa radicem instar figuræ manus humanæ producit. Pariter quamdam radicem nobis donatam hic damus pronè, & supinè pictam, cui natura rudimentum humanæ effigiei impressit: quapropter, & ipsa meritò ἀνδρόμορφος indigitari poterit. *Satyriorum species.*

Quod modò in hac radice, interdum in nonnullis saxis obseruare licet. Tradit enim Olaus Magnus, in litoribus Ostrogothorum, nempè Orientalium Maris Brau-Ken nuncupati, vbi etiam Torrens vehementissimus per oppidum Norcopense cognominatum illabitur, varias saxorum figuras, quasi humano artificio perfectè cælatas semper conspici; quarum nonnullæ effigiem humani capitis, aliæ formam pedum, manuum, & digitorum repræsentant: cum tamen à nullis lapidibus corpus humanum integrum reteratur. Sed regionis incolæ similibus assueti spectaculis hæc lapidea simulacra nihili pendent. *Lib. 2. Rer. Sep. c. 28.*

Tandem in libris Chymistarum quædam plantæ delineantur, iuxta folia, vel radices, ab effigie hominis non recedentes, quæ Andrographæ, vel Anthropographæ cognominari possent; hæ sunt herba Helilotria, herba Lucia minor, herba Testatoris, herba Scudaria, his enim nominibus à Chymistis decorantur.

Radix Andromorphos.



EPITHETA, DIGNITATES, OFFICIA.

HOMINES, qui ſunt viuæ virtutum imagines, & abſoluta veræ laudis exemplaria, proculdubio infinitis decorantur epithetis: primitus vocantur beati, quaſi benè aucti, cum deſiderata poſſideant, θεόγλωσσοι. quoniam Dei lingua loquantur; ſiquidem θεόγλωσσος tanquam bibliorum epitheton à Græcis diuulgatur. Quapropter non erit mirandum, ſi homo, Clementi Alexandrino, cæleſtis planta nuncupetur, & nonnullis Græcis ὀρθοστάχυος, non ſolum quia rectus incedat, & Cœlum ſpectet, ſed etiam quia cœleſtia meditetur. Item homines cognominantur μίροπες, fortè quoniam

varijs

varijs vtantur dialectis: cum μέροψ habentem diuersam vocem, necnon, apud Aristotelem, auem significet. Item virtutis gratia homines adeò reddúntur venerandi, vt laboriosi, docti, & litterati prædicentur, pariter Græcis ἀργαλέοι, & μογεροὶ, nempe operosi, & laboriosi. Insuper eximio virtutum splendore coruscantes dicuntur hospitales, constantes, patientes, magnanimi, veraces, iusti, casti, religiosi, modesti, verecundi, & χαμαίῤῥοες, humilis mentis: idcirco Pythagoras hominem πάντων χρημάτων μέτρον scilicet rerum omnium mensuram appellauit. *Lib. 9. de hist. Anim. cap. 13.*

Vicissim quoniam homo innumeris premitur calamitatibus, non pauca sortitur epitheta. Latini eum vilem, incautum, nudum, laboriosum, fragilem, imbecillum
P pusillum, caducum, infælicem, & ærumnosum indigitant. Græcis, iuxta hunc sensum, homines vocantur χαμαιγενεῖς, quia ex humo prognati, χαμαιῤῥοιζοῦντες de humo progredientes, ἐπιχθόνιοι in terra versantes, σάρκινοι, carnei, ἄθλιοι, miseri, ἀτυχεῖς, infortunati, κακοδαίμονες infælices: cum hæc vox κακοδαίμων non solum malum spiritum, sed infælicem quoq; & miserum designet. Amplius nuncupantur πολύμοχθοι ærumnosi, ὀιζυροὶ calamitosi, πολύτλητοι multis miserijs complicati, & κηριτρεφεῖς inter miserias alti; Alioquin dicuntur βροτοὶ, & apud Poetas græcos passim θνητοὶ mortales, veluti etiam apud eosdem Poetas πολυφάτριες per varios terræ tractus sparsi, & διοτρεφεῖς quasi à Ioue nutriti, ὀψίγονοι, nempe sero geniti. Licet quandoq; Græcis sic appellentur, qui post alios nascuntur. Tandem θυμοβόροι nominantur, quasi animum vorantes, quia sæpius ægritudinibus animi se macerent. *Homo ærumnosus.*

F Quandoq; ob dispendium bonę valetudinis corporeæ, indigitantur Apopletici, Asthmatici, Cardiaci, Calculosi, Cæliaci, Epileptici, Dysenterici, Febriculosi, Hydropici, Lienosi, Ictherici, Leprosi, Lethargici, Melancholici, Phrenetici, Pleuritici, Cæci, Balbi, Claudi, Podagrici, Strumosi, Verminosi, & infinita huius generis epitheta nanciscuntur iuxta illas affectiones, quibus in dies occupari solent. *Epitheta ratione ægritudinum.*

Ratione originis alij dicuntur nobiles, alij ignobiles, & iuxta consanguineitatem, filij, nepotes, patres, aui, mariti, soceri, priuigni, quemadmodum in Rubrica affinitatum fuit exaratum. Verùm ratione modi nascendi, quidam vocatur Cæsar à cæso matris vtero, Opiter, quia patre mortuo, & auo viuente nascatur, Posthumus quoniam patre defuncto oriatur, Aggripa, cum ordine inuerso, ab vtero egrediatur Vopiscus, quando alio fœtu interempto in lucem prodit, Cordus, quia sero nascatur. Alij impressum aliquod à natura signum gerentes, varijs donantur epithetis,
G vt Planci, Plauti, & Ploti à pedibus planis, Scauri à talis eminentibus, Vari, obtortis cruribus in partem anteriorem, Vacij, cruribus obliquis instar vaccarum, Coclites altero lumine priui, Lucini paruis oculis referti, Petauri agiles, Labeones, à labijs prominentibus, Chilones maioribus insignitis labijs: Achilis finè labijs, Buccones ore eminenti, & amplo, Bronci dentibus eminentibus, Naficæ, ob nasum aduncum Simi, & Simones à naso compresso, Sylones à fronte eminentiori, Galbæ à colore galbulæ auis, Flauij à flauo colore Gibbosi ob curuitatem, Obstipi à breui collo, Neruæ ob neruorum robur, Columellæ à proceritate, & tandem à varijs leguminibus denominati, vt Pisones à pisis, Fabij, à Fabis, Lentuli, à lente, Ciceroues à cicere, non quia huiusmodi legumina optime fererent, vt aliqui voluerunt, sed quoniam horum leguminum impressam in corpore imaginem ab vtero matris
H ferrent. *Epitheta ratione ortus.*

Si mentem ad vitia dirigamus, aliquando homines maximam vitiorum labem contrahentes, nominantur gulosi, edaces, vinolenti, abstemij, ociosi, effæminati, incestuosi, adulteri, fures, libidinosi, mendaces, hæretici, prædones, dolosi, sceleśti, improbi, inuidi, arrogantes, superbi, ambitiosi, audaces, temerarij, litigiosi, taciturni, loquaces, ingrati, periuri, proditores, perfidi, fascinatores, magi, & adulatores: vnde de postremis canebat quidam. *Epitheta ratione vitiorum.*

Plus placeo Regi, quàm cor, quàm pignora falsa
Me nosce quamuis dicere, falsa probat.

Idcircò Græcis in hoc sensu homines appellantur δοῦλοι, nimirum meticulosi, ignaui, & improbi, ἀμαθεῖς indocti, φιλόκοσμοι res mundanas amantes, πολύπλαγκτοι, multis erroribus agitati, κακοῦργοι fraudolenti, ἀτολμόθυμοι scilicet varij, & in consilijs versuti, κενοσπουδεῖς vana iactantes, μάταιοι vani, κακόθυμοι malevolique deo

Cap. 1. ad Rom. non eſt mirum ſi ab Apoſtolo vocentur θεοστυγεῖς Deo exoſi, interdum etiam ἀ'φωτιστοι non illuminati: liquidem ἀ'φώτιστος apud Alexandrum Aphrodiſeum, Lunæ ſilentis epitheton eſſe perhibetur.

Iuxta opum abundantiam, vel defectum, homines ſunt pauperes, illiberales, auari, prodigi, fœneratores, vel magnifici, liberales, diuites, fælices, & fortunati, & potiſſimum πολύκληροι, quibus multa obuenit hæreditas.

Ætas ſexus ſtatura. Ratione ætatum vocantur infantes, pueri, adulti, iuuenes, viri, ſenes, decrepiti, & æquæui, nimirum coetanei. Ratione ſexus, maſculi dicuntur, fœminæ, & hermaphroditi. Ratione ſtaturæ, puſilli, & proceri; ratione molis corporeæ: obæſi, & macilenti. Tandem iuxta pulchritudinem, vel deformes, & monſtroſi, vel ſunt ſpecioſi, & venuſti, immò εὐπροσώπους, qui capite comato incedunt. A

Si dignitates hominibus conuenientes meditemur, inueniemus homines iuxta honores Eccleſiaſticos, & Sacerdotales, vocari Pontifices, Cardinales, Prælatos, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Procepiſcopos, Abbates, Præsbyteros, Diaconos, Rectores, Præfectos, Præpoſitos, Priores, Canonicos, Vicarios, Parochos, & Hierophilaces; Cæterùm ratione honoris profani, nuncupantur Imperatores, Reges, Tyranni, Proceres, Primates, Senatores, Fiſcales, Auditores, Dynaſtæ, Legati, Nuntij, & Legislatores. His adduntur, Monarcha omnium Princeps, Tetrarcha quartam Regni partem occupans, Coſmarchus Mundi Princeps, Decarchus, decē militum Princeps, Philarchus Imperij candidatus, Irenarcha ad tumultus placandos in ciuitate electus, Eparchus prouinciæ præſes, Stategus præfectus militum Archi- B
Dignitates, & honores. polis Princeps Ciuitatis, Nauarchus nauis, necnon Hecatontarchus centum hominum Princeps.

Si contemplemur varia munia, quibus funguntur homines. Primùm ratione doctrinæ, & diſciplinæ, homines appellabimus Doctores, Diſcipulos, Præceptores, Pedagogos, Oratores, Iuriſperitos, Grammaticos, Rhetores, & Poetas quorum vnus aliquando ſic cecinit.

Non maro ſic cecinit, docuit cantare Maronem
Mœcenas, doceas me quoq; magna canam.

De Rhetore autem ſic canitur.

Laurea debetur lingua, clario; triumphi,
Nam, cum vult, bellum ſedat, & arma mouet.

Munia varia hominū. Item dicuntur homines ſophiſtæ, Philoſophi, Metaphiſici, Theologi, Hiſtorio- C
graphi, Dialectici, Aſtrologi, & Geometræ. De Aſtrologis ſic legitur.

Quę non ſunt, qua ſunt, & qua ventura trahuntur,
Si videt Aſtrologus, non homo, ſed Deus eſt.

Geometra ſic introducitur canens.

Qua nunquam tetigi nec tangam, metior aſtra,
Miraris? centrum, & terra mihi ſatis eſt.

Præterea alij agunt in humanum animum, vt Hiſtriones, Muſici, Saltatores, Funambuli, Scurræ, Citharedi, & cæteri fidibus Cantatores, Circulatores, & Aulici, de quibus extat diſtichon huius tenoris.

Inuidię rabies, aſtus, dolor anxia cura
Auratis claudunt toxica liminibus. D

Scurra ſic loquitur,

Obſequor, applaudo, ſic dulcia maſſica poto,
Rideat vt Princeps, turpia quęq; decent.

Verùm circulator introducitur loquens hunc in modum.

Non ego te fallo, fallit te mens tua, verba
Vana cupis, vanus quod cupis accipies.

Accedit etiam Muſicus eleganter canens.

Pectora dura canens mouet, ſtant omnia noſtro
Munere, cor, ſanguis, lumina, mens, anima.

Munia circa corpus. Sin agant circa corpus, vocantur Medici, Chirurgi, Orchitomi, Odontagogi, Balneatores, Pharmacopolæ, Tonſores, Myropolæ, Obſtetrices, Cubicularij, Nutrices, Propolæ, Lanij, Ornithopolæ, Caupones, Coqui, Salarij, Fartores, Famuli,

Diſpen-

Diſpenſatores, Ancillæ, Trapezocomi, ideſt epularum ſtructores, Cruſtularij, Olearij, & Elæopolæ, Buccellatorum artifices, Riuales, Proci, Meretrices, Lenones, Comites, Iudices, Pincernæ, Saponis Opifices, Veſpilones, Necrophori, Satellites, & Carnifices. Famulus ſic conqueritur.

Sors mea triſtis atrox, duro ſub vindice viuo,
Nec bibo, cum ſitio, cum bibo, non ſitio.

Cubicularius de ſuo Domino hæc habet verba.

Si gemit, accurro, matulam ſi flagitat, adſum.
Si pedit, laudo, ſi cacat, olfacio.

E Pincerna epulas Principis præguſtans ſic conqueritur.

Præguſtans epulas, virus, vel funera guſto,
Iure cado, mortis ſum mihi cauſa meę.

Lanius ſuam mentem paucis ſic exponit.

Vita cadit, cibus eſt noſter, qui ſuſtinet illam,
Quiſq; poteſt noſtra viuere tutus ope.

Diſpenſator encomijs Domini ſe dignum prædicat hunc in modum.

Si Rhombum nummis centum, ſimilibus emi
Ris nullum, Domini me gula lauta probat.

In militia, homines iuxta munia, varia ſortiuntur nomina. Primitùs bellicoſi cognominantur, & bellicoſæ vocatæ fuerunt illę mulieres, quæ intrepidæ dimicarunt,
F vt Regina Aegypti Cleopatra, Artemiſia Regina Cariæ, & Hippolite Amazonum dominatrix. Præterea dicuntur belli Imperatores, milites ordinarij, ſigniferi, equeſtres, pedites, anteſignani, metatores, equites leuis armaturæ, tubicenes, tympanotribæ, torquati, menſores, canditati, beliatores, imbelles, velites, peltati, cataphracti haſtati, ſcutati, ferentarij eminus dimicantes, ſagittarij, chiliarchi, tyrones, rorarij leui quadam pugna prælium incuntes, gregarij, triarij omnium fortiſſimi in poſtrema exercitus parte locati, exautorati, qui veniam abeundi conſecuti ſunt, dimarchæ duplici pugnæ genere certantes, mucronigeri, culteliferi, ſclopigeri, ſpiculiferi, ſcorpionarij, qui machinis ſcorpionibus nuncupatis vibrant, baliſtarij, funditores, ſiue fundibalarij lapides funda iacientes, colubrinarij, pyrobolarij glandes ignitas eiaculantes. His addimus athletas, pugiles, & gladiatores. Inter hos tubicen ſuam virtutem ſic commendat. *Munia militaria.*

G *Hinnit equus, cum me ſentit, volat acta ſagitta,*
Lancea, Martis ſonus, vox mea loquitur.

Et gladiator ſuam mentem ſic exponit.

Quid thoraca capis? clypeo pugnemus, & enſe,
Cor loricatibi, cor tibi ſit galea.

Quando homines aliorum vicariam obibunt operam quoad animum, dicentur Legati, Cauſidici, Interpretes, Exploratores, ſcribæ, proxenetæ, architecti, & ſecretarij vulgo dicti. Itaq; ſeruus à manu cum omnibus de rebus Domini ſilentium agere debeat ſic inquit.

Cor Regis video, curas, & crimina, fęlix
Talia ſi poſſem dicere, ſed taceo.

H Architectus verò hæc verba profert.

Ars mea prima modum dat cunctis artibus, ars eſt
Maxima, nam cauſas imperat ingenium.

Sin motus rei de loco ad locum cõſideretur, preſto ſunt baiuli, aurigæ, geruli, veredarij, nauiculatarij, lecticarij, tabellarij, aquarij, ciſtiferi, oenophori, curſores; nam Actas puer, conſule Vipſano, ſeptuaginta quinq; millia paſſuum, magna omnium admiratione, à meridie ad veſperum cucurrit, & tandem accedunt inſtitores, de quibus ſic canitur. *Munia ratione motus localis.*

Gallus, Arabs, Indus, Thrax, Calta Sicamber Alanus,
Quas mihi dant merces, ad tua tecta fero.

Si dirigatur animus ad materias, circa quas opifices verſantur, homines nuncupantur marmorarij, lapicidæ, cæmentarij, dealbatores, ſtannarij, aurifabri, argentarij, inauratores, fabriferrarij, vitrarij, fabriligarij, pelliones, coriarij, membranarium

rum perfectores, numularij, interpolatores, gemmarij, librarij, ſeticarij, bracteariſ publicani, fullones, ſericum varijs rhombis nẽtes, camminorum expurgatores, pictores miniarij, & illi artifices, qui telas tum veteres tum nouas graui prælo ſubijcientes poliendo eleganter mangonizant.

Munia ratione formæ operis.

Ratione formæ operis conſiderati, homines dicuntur textores, doliarij, infectores, cartharij, pictores, carbonarij, horologiorum machinalium opifices, cælatores, typographi, pilearij, monetarij, plaſtæ, calcarij, laternarum fabricatores, culcitrarij, figuli, pectinum opifices, pyxidipæi, veteramentarij, ſignifices, macheropæi, nodulorum toreutæ, ſphæriſterici, ſubligaculorum artifices, ephippiarij, laruarum ſculptores, càtropopæi, putearij, xiphothecarij, eſſedarij, incerniculorum, & ciſtularum opifices, bibliothecarij, fomitifices, necnon ſulphuratorum, palueris pyrij, & periſtromatum artifices, immò, & lanifices, quorum materia ſic celebratur. A

Serica quid poſcis, veſtes ſi vellera præbent è
Illa nitent, fatear, ſed magis illa decent.

Ratione inſtrumẽti opifices.

Deniq; ratione inſtrumenti, quo ad opus vtuntur homines, nominantur toreutæ, molitores, piſtrinarij, piſtores, ſeu furnarij, cribratores, fornacarij, ſartores, & ſutores, acupictores, & ſcoparij. Sunt hic Bononiæ, qui vendemiarum tempore in aliud opus non incumbunt, niſi ad calcanda torculari vinacea. Si verſantur circa rerum cuſtodiam, ſunt coloni, ianitores, milites, excubitores; circa venationem, venatores, piſcatores, & aucupes. Verſantes circa cultum animalium, ſunt bubulci, opiliones, ſubulci, paſtores, apiarij, agaſones, aurigæ, aſinarij, veredarij, domitores, manſuetarij, ſtabularij, & veterinarij, & caprarij. Demum terram colentes, ſunt ruſtici, agricolæ, viridarij, vinitores, olitores, fæniſecæ, aratores, topiarij, paſtinatores, foſſores, & arboratores. B

PARTES HVMANÆ
Quibus Dijs Sacratæ.

Dominium planetarum.

ETHNICI Numina quædam ſingularum humani corporis partium tutelaria in Cœlis verſari exiſtimarunt. Itaq; nonnulli caput Ioui, C oculos Minervæ, brachia Iunoni, pectus Neptuno, renes Veneri, & pedes Mercurio conſecrarunt. Alij verò opinantes hominem ab vtero prodeuntem, ſpiritum à Sole, corpus à Luna, ſanguinem à Marte, ingenium à Mercurio, deſiderium à Ioue, voluptatem à Venere, deniq; à Saturno honores ſortiri, à prædicta Deorum tutelarium ſeriè receſſerunt. Saturnus tamen ex Iulio Firmitio, aurem dextram, ſplenem, & melancholiam tutatur, Iupiter aurem ſiniſtram, & hepar, Mars hepar cum Ioue, & renes cum Venere, Sol ſpiritus, caput, & dextrum oculum, Venus cum Marte nares, Mercurius os, linguam, & manus orationis humanæ adiutrices, & tandem Luna oculum ſiniſtrum reſpicit.

Lib. 4. lect. antiq. c. 23.

Conueniunt tamen multi frontem olim Genio fuiſſe conſecratam, & ſupercilia Iunoni dicata, his enim oculi teguntur, quibus fruimur luce, quam à Iunone dimanare credebat Antiquitas; quapropter Iuno Lucina fuit nuncupata. Aurem Deæ memorię, & linguam Mercurio dicarunt; idcirco Aſtrologi ab eodem planeta hanc regi tradiderunt; barbam verò, & capillos Apollini ſacros faciebant; vnde ex Rhodigino, Ephæbi primam capillorum vel barbæ inciſionem Phæbo offerebant; propterea quòd ex humecta, & feruida natura, animantium incrementa prodeant. Dextram manum Fidei, & ſecundùm alios Fortitudini ſacrarunt, quoniam dextrâ dextrę iungentes pacem inibant, & auxilio indigentes dextram petebant; immò ſupplices eamdem deoſculabantur: hinc poſtea à dextra dexter, nimirum propitius dimanauit. Amplius iuraturi, per dextram, tanquam per fidei ſedem iurabant. D

A manu pendent digiti, quos ſacros Minervæ eſſe volebant. Stomachum magna pituitæ copia redundantem ad dominium Lunæ referebant, cum hæc humiditatum abundantiam progignere credatur. Vmbilicum Veneri dicatum ſtatuebant; cum

ab illo

ab illo luxuriam dimanare crederent. Quamuis alij sacratum Ioui facerent, quoniam olim Iuppiter in templo Iouis Amonij sub vmbilici specie colebatur. Iecur Veneri dicatum dixerunt: ideoq; hoc viscus ab eodem planeta regi Astrologi diuulgarunt, & Poetæ sedem amoris in iecore collocarunt, immo vulgare distichon idem attestatur.

Cor sapit, & pulmo loquitur, fel commouet iram,
Splen ridere facit, cogit amare iecur.

Cæterùm Astronomi non solum iecur, sed renes quoq; & geniturам in potestate
E Veneris constituerunt. Genua tandem Misericordiæ, & pedes Mercurio dedicarunt: quare petentes Misericordiam genua flectere solebant.

Verùm Astrologi non planetas modò, sed signa quoq; Zodiaci singulis humani corporis partibus, & membris dominari pronunciant: cum cælestium potestas, accedente quadam nominis similitudine, in determinatis membris operetur. Quamobrem Aries caput sibi vendicare perhibetur; cum magna vis huius animantis in capite resideat. Tauro collum attribuitur, quoniam Taurus virtutem suam in collo exercet. Brachia Geminis assignantur propter similitudinem; nam Gemelli, vt plurimum similes esse consueuerunt. Pectus conuenit Cancro ob formam animalis; nam dorsum Cancri latitudinem pectoris æmulatur. Coxæ, ex Manilio, Libræ competunt; cum tanquam Libræ à trunco dependeant; licèt, secundùm alios, Sagittario attribuantur, & sic deinceps crura Aquarius, genua Capricornus, ilia, & ventrem
F Virgo, latera Leo, genitalia Scorpio, vmbilicum, lumbos, vertebras, pubem, Libra, & Pisces pedes regere perhibentur. *Signa Zodiaci.*

Deinde, ex Petro Crinito, ceruicem, & caput Soli, os, & linguam Mercurio, lienem Saturno hepar Ioui, sanguinem Marti, renes, & geniturам Veneri, & ventriculum Lunæ Astrologi assignarunt. Quocirca Antiquitas ad exprimendum non solum planetarum, sed signorum quoq; Zodiaci dominium in humana membra, hominem nudum in centro circuli duodecim signis decorati effigiauit, in cuius simulacri lingua pictus erat Mercurius, in regione splenis Saturnus, in regione hepatis Iupiter, in corde Mars, in cerebro Sol, in stomacho Luna, & in genitalibus Venus conspiciebantur. *Lib. 12. c. 2.*

G

PRODIGIA.

PRODIGIOSA quæq; insigniora, in quibus partium hominis, siue eiusdem effigiei fit mentio, hoc in loco memoranda esse decreuimus. Primùm, ex Plinio, anno mundi trecentesimo sexagesimo octauo supra tria millia, dum Romæ fundamenta ædis capitolini Iouis foderent, humanum caput recenti asperſum sanguine inuenerunt; & de hoc Aruspices interrogati, hunc locum non solũ Romani Imperij, sed totius etiam orbis caput fore responderunt: id etiam Iulius obsequens in historia Prodigiorum recitauit. Bugatus quoq; ante necem Bernabo Viscontis, non modo eius Palatium
H ardere, sed caput humanum inter flammarum globos, quasi cremandum, per aliquot temporis spatium, visum fuisse recitauit. Quando domus Neronis fulmine tacta fuit, tunc capita imaginum Cæsarum cæciderunt; vnde Prodigiatores familiam Cæsarum in Nerone defuturam præsagierunt. *Lib 28. c. 2.* *Lib. 1.* *Lib. 2. hist.*

Pariter Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, in Vrbe Argelia, tempestatis impetu, in arce deiectum est caput statuæ iconem Ducis Saxoniæ referentis, & eodem anno Henricus Dux Brunsuicensis auitum repetens regnum à Duce Saxoniæ comprehensus, & cæsus fuit. Item Galba Prouinciam Hispaniæ Taraconensem ingrediente, & citra publicam ædem sacrificante, accidit, vt caput cuiusdam pueri ex ministris repente canesceret; quare hoc prodigio moniti Aruspices mutationem rerum futuram prædixerunt. Caput quoq; hominis diademate pontificio coronatum in aere conspectum fuisse refert Nicolaus Orius in epistola quadam ad Bouilum, anno octauo supra sesquimillesimum; cuius prodigii expositio *Caput puſio mis canesceſ.*

apud


apud ipſum legitur. Tandem prodigioſus fuit ille piſcis humano capite inſignitus, qui anno Domini vigeſimo tertio ſupra milleſimum, & ſexcenteſimum in fluuio Iſtula Sarmatiæ captus fuit, quemadmodum ex relatione Cracouiæ impreſſa intelleximus.

Prodigia manus.

Modò de aliis partibus diſſerendum eſt; ſiquidem Veſpaſiano cænante, manus humana in triclinium illata, & ſubter menſam ſubiecta fuit; hinc Diuinatores rerum poteſtatem ad Veſpaſianum aliquando peruenturam præſenſerunt. Similiter, anno ante Chriſtum quingenteſimo quinquageſimo nono, Rex Balthaſar in inſtructa conuiuatione, & optimatibus conuiuis, inter elegantes epularũ lautitias humanam manum in ſuperficie parietis ſcribentem conſpicatus eſt, quod prodigium Regis mortem prædixit, vt in ſacris Bibliis apud Danielem legitur. Pedem offendere Antiquitas prodigioſum eſſe exiſtimauit. Idcircò Caius Gracchus qua die ciuili ſeditione fuit oppreſſus, domo egrediens limen pede ita offendit, vt non pauca inde ſanguinis portio efluxerit. Item Craſſi filius aduerſus Parthos præliaturus, ita pedem offendit, vt cadere coactus fuerit, & res malè ceſſit; quemadmodum Alexander ab Alexandro ſcriptum reliquit.

Cap. 5.

Prodigium duorum pusionum.



De hu-

De humanis effigiebus prodigioſis, infinita extant monumenta. In primis anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio, ex Iobo Fincelio, ante necem Mauritii, in quodam vico Thymigræ, icon viri proceri ſanguinem vndequaq; effundentis inter nubes apparuit, quæ paulatim in tenuiſſimas defluxit auras. Eodem anno in Palatinatu, duo homines cataphracti in aere præliantes viſi ſunt, qui paulò poſt euanuerunt, hoc in Meteorologicis Marcus Fryſchus enarrauit.

Item Anno Domini quinquageſimo ſexto ſupra milleſimum, & quingenteſimum in Ciuitate Babarſcha Hungariæ, die ſexta Octobris, duorum pugilum monomachia in aere conſpecta eſt, & qui armatura turcica munitus erat multis confoſſus vulneribus cadere viſus eſt, immò eodem tempore & loco, arcus cæleſtis ſuis variegatus coloribus, & duplici Sole ex vtraq; parte decoratus apparuit; quemadmodum in ſuperiori icone id totum ſpectandum proponimus.

Prodigium viri Germanum æmulantis.



Amplius

Amplius anno, quo Veſpaſianus Imperator Hieroſolymam deleuit, non ſolum ſydus gladii figuram repræſentans Vrbi diu impendit, ſed etiam homines armati inter nubes dimicare viſi ſunt, veluti Textor admonuit. Anno quoq; Domini quadrageſimo nono ſupra ſeſquimilleſimum, ex Fincelio, in oppido Virtlandiæ, cum dilucularet, ſereno Cælo, vir procerus veſtibus germani Principis indutus in aere conſpectus eſt, ad cuius latus Leo, & Agnus apparuerunt, vir quamdam coronam fruſtra arripere conabatur, ſed tandem gladium vibrare cæpit, cum nubes aduenientes totum ſpectaculum adumbrarunt. Huius ſpectaculi icon ex Lycoſthene delineatur.

Mauritio imperante, effigies hominis ignoti Monachi veſtimento induti circa ſtatuam Imperatoris enſem diu circumtulit, & poſt euanuit: quare referente Textore, Mauritium gladio perituum prædixerunt. Bugatus etiam narrat, in obſidione Brixiæ, multa prodigia apparuiſſe, & potiſſimum Mediolani, in porticu Matthei Viſcontis, humanum ſimulacrum coruſcantibus munitum armis equitare viſum eſt, & poſt biduum denuò apparens, & cum alio ſimili ſimulacro prælians, paulò poſt am-

Prodigium Equitis.



bo in tenuem auram abierunt. Anno Domini quinquageſimo ſupra ſeſquimilleſimum intra Norimbergã, ſereno die, viſus eſt in aere eques, qui altera manu equum & altera canem venaticum ducebat, Sol erat varii coloris, & ſupra ipſum vas ſanguine plenum, quo aſpergebatur, conſpecta etiam eſt aquila ſinè pedibus, apertis alis, vnà cum Iride veluti antecedens oſtendit figura.

Præterea anno Mundi noningenteſimo quinquageſimo quarto ſupra tria millia, Druſus Tiberii frater ab Octauio Auguſto aduerſus Cæltas fuit miſſus: ideoq; illi ad flumen Albin vſq; progredienti mulier proceræ, & inuſitatæ ſtaturæ facta eſt obuia his verbis: quò pergis Druſe? non potes hæc omnia ex Fatis videre: quocirca Druſus in itinere morbo lxthali correptus, & extinctus eſt. Similiter anno Mundi noningenteſimo vigeſimo octauo ſupra tria millia, Brutianis in prælium egrediẽtibus vir Aethiopici coloris in porta occurrit, & à militibus fuit confoſſus: verùm paulò

Prodigium mulieris proceræ.

Crucularum Prodigium.



Lib. 2. gen. dier. c. 31. poſt Caſſius, & Brutus interierunt. Legitur apud Alexandrũ ab Alexandro, quòd Sagunti, eo tempore, quo hæc Ciuitas excidium Annibalis paſſa eſt, infans nuper in lucem editus, denuò in vterum matris fuit reuerſus, quod prodigium teterrimum bellum portendit.

Lib. 9. Item Egnatius in varia hiſtoria recitat, olim Romæ multa admiranda oſtenta fuiſſe conſpecta, ſed inter alia, anno Mundi ſeptingenteſimo quadrageſimo nono ſupra tria millia, Romani puerum ſemeſtrem in foro olitorio triumphum exclamantem audiuerunt. Inſuper anno ab Vrbe condita ſexenteſimo decimo quarto, & ante Chriſtum centeſimo trigeſimo octauo, multæ ſtatuæ humanam referentes effigiem è Cœlo cecidérunt, & ab Aethna monte maiores flammarum globi, emicue-*Lib. 1. de Prodig.* runt; hinc Diuinatores, teſte Iulio Obſequente, annum quietũ præſagierunt. Rurſùm anno ab Vrbe condita quadrageſimo ſupra ſexenteſimum, & ante Chriſtum,

Tumoris præter naturam Prodigium.



anno

anno duodecimo ſupra centeſimum, virgo quædam filia Pompei Helni in equo ſedens à fulmine cæſa eſt; cuius linguam inter fœmora per partes poſteriores exeuntem obſeruarũt: idcirco Prodigiatores, vt refert Iulius Obſequens, virgines eo anno magnum dedecus paſſuras eſſe prædixerunt, nec aliter accidit, quandoquidem tres virgines veſtales, ob inceſtum, grauibus ſupplicijs mactatæ fuerunt. Anno quinto Conſtantini Imperatoris, in Calabria, & Sicilia, cruculæ quaſi oleo deſignatæ in veſtimentis hominum apparuerunt, & eodem anno orta eſt teterrima peſtilentia, quæ non ſolum Siciliam, & alias maris inſulas vexauit, ſed etiam per totam Græciam craſſata eſt. Icon Prodigii exhibetur. *Loco cit.*

Mulieris ſpicas vomentis Icon.



Cæterùm mirabilius fuit illud Prodigium, quod accidit in Pago Dullefelt, anno Domini vigesimo quinto supra millesimum, & centesimum: nam puero laborante tumore circa dextrum genu, accidit, vt ab apertione tumoris non sanies, sed grana siliginis, & hordei exierint, & eodem tempore, vt refert Licosthenes, ingens fames regiones adiacentes mirandum in modum cruciauit: Quamuis etiam aliquando contingere possit, vt ex materia in tumoribus putrescente quid simile granis hordei, vel tritici, citrà prodigium, gignatur: superior icon hoc Prodigium ostendit.

Ex eodem Licosthene, anno Mundi octingentesimo sexagesimo octauo supra tria millia, mulier Aretii spicas farris euomuit, & ab eiusdem quoq; naso prodierunt, & eodem tempore Ptolemeus Rex Aegypti Cyrenis moriens Senatum, Populumq; A Romanum hæredem constituit, & Icon Prodigii exhibetur.

Amplius Dinothus in Aduersariis diuulgat, quòd anno octingentesimo vigesimo tertio in Agro Tullensi, puella quædam duodecimum agens annum ab omni cibo per spacium decem mensium abstinuit. Addit Iulius Obsequens, quòd anno ab Vrbe condita sexcentesimo decimo nono puer sine ano natus est, & segetes in arboribus creuerunt in Capitolio, quo Prodigio Romanum exercitum à Numantinis grauia passurum damna prædixerunt. Idem Author scriptum reliquit, quòd anno ab Vrbe condita sexcentesimo septimo natus est puer tribus pedibus, & vna tantùm manu refertus, & multa alia huius generis quę posteà inferius in capite de Monstris recitabimus.

Segetes in arboribus nata.

B

MIRACVLA.

QVÆ supra vim naturæ summus rerum omnium opifex, & eius Sancti non solum in partibus humani corporis, sed etiam in toto corpore patrarunt; tam innumerabilia sunt, vt potius dies deficerent, quàm quòd omnia miracula huius generis recensere possemus. Nihilominus horum pauca tantùm exempla recitare decreuimus. De capillis narrat Theodoretus in Philotheo, quòd Iacobo Nisibeno Episcopo in Persidem descendente, puellæ quædam iuxta fontem morantes, verecundia depositâ, capite detecto, & sublatis vestimentis, impudentibus oculis sanctum virum intuebantur: C vnde vir iustus id ægrè ferens fontem maledictis insecutus est, qui illico exaruit, maledictis quoq; puellas afficiens, confestim impudentem earum iuuentutem præcoci canitie puniuit: siquidem nigredo capillorum in candorem transmutata, earum venustatem imposterum fædauit.

Canities præcox miraculosa.

Lucilla Virgo Nemesii Tribuni Plebis filia luminibus capta, Stephano Pontifice intercedente, visionem recepit, quæ deinde, Volaterano teste, sub Valeriano martyrium subiuit. Item Nautulphus puer naturaliter visu carens, precibus Sancti Enochi, Authore Gregorio Turonensi, visionem est consecutus.

Lib. 4. hist. cap. 14.

Circa linguam narrat Egnatius ex Procopio, Libycos Episcopos ab Arianis lingua fuisse priuatos: nihilominus Constantinopolim petentes, Procopio ipsos audiente, clarè locutos fuisse memorat. Idem accidisse nonnullis Christicolis apud Per- D

Li. 16. c. 36.

sas versantibus scribit Nicephorus, qui, tyrannica via amissis linguis, supra vim naturæ locuti sunt.

In Prato spirit. cap. 114.

Infantes quoq; viginti dierum, authore Sophronio verba clara protulerunt: nam Daniel Abbas, cum matronæ cuidam sterilitatem precibus, & oratione adimisset, ideoq; propagata prole, ab Aduersariis adulterii accusabatur; ipse verò ad infantem vigintiquinq; dierum natum accedens interrogauit, quinam eius pater esset, & tũ infans palam loquens verum patrem indicauit. Zoe Nicostrati martyris vxor spatio multorum annorum, ob grauem æritudinem muta, tandem ope Diui Sebastiani pristinam locutionem consecuta est.

In lib. de prodig.

De manu tradit Licosthenes, quòd Leone Sexto Pontifice Romano sedente, manus cuiusdam hominis ferro fuit amputata, deinde anno vertente, ei dormienti supra ordinem naturæ fuit restituta, & indicium miraculi fuisse perhibet lineam

coloris

coloris sanguinei, quæ in loco copulationis manus conspiciebatur.

Deniq; totum hominem supra naturæ vim in varia transmutatum, Authores multi tradiderunt. Eusebius Iesuita meminit casus cuiusdam hominis in Vrbe Parocha degentis; qui per sancta corporalia peierarat, se imprecatum in lapidem conuerti, si falsa asseueraret, & illicò in saxum conuersus est eodem quo erat habitu, & forma, & hactenus omnibus conspicuus perdurat; vt omittamus vxorẽ Lot, quæ in statuam salis fuit transformata, vt habetur in sacris Biblijs, & alia infinita huius generis quæ apud Surium, & alios Authores leguntur. *Lib. 1. de mirac. nat. Europę.*

E

MYTHOLOGICA.

POETAE non solum græci, verùm etiam latini, homines quosdam veluti Briareum, & Gigem centimanos esse finxerunt, immò Homerus, & ipse Solem ἑκατογχειρα, nempe centimanum indigitauit. Sed interpres Hesiodi per Briareum, tempus vernum intelligendum esse promulgauit, cum hoc anni tempus, magna herbarum, florum, & frondium copia redundet. Pariter, per Gigem centimanum, exposuit hyemem, ob multa, quæ in hoc anni tempus congeruntur. Similiter Solem centimanum non immeri-
F tò appellauit Homerus, ob innumerabilia munia, quæ in dies obit. Idem interpres Hæsiodi Cyclopes, nempe homines Monoculos ideò à Poetis fictos fuisse narrat, quia circa fulmina in aere genita versari dicerentur, & quoniam aer in medio situs est, hinc factum esse fabulæ locum est atte stat us, vt vnusquisq; Cyclopum vno tantùm oculo circa medium frontis exornaretur. *Sol centimanus cur dictus.*

Achillem quoq; præter talos, fuisse inuiolabilem sunt fabulati, quia tali manu matris tecti, dum in stygijs mergeretur vndis, ab aqua non fuerunt made facti; hac de re in illa parte saucium interijsse scripserunt: hac autem fabula insinuare voluerunt hominem licèt fortem, & aduersus infortunia animosum, aliquando lasciuis illecebris ita succumbere, vt inde manifestum sibimet exitium comparet.

Extat quoq; ridicula de Prometheo, & hominibus fabula. Promethe us enim, Iouis mandato, homines, & bruta finxisse perhibetur. Iupiter autem bruta hominiG bus multa plura conspicatus, iussit Prometheo, vt brutis aliquibus destructis, homines formaret. Dum igitur Domini imperium exequeretur, accidit, vt multi homines, humana quidem figura, mente verò ferina inde prodirent. Hæc autem fabula ficta fuit ad indicandos homines, qui inhumana referti crudelitate per terrarum orbem vagantur. *Promethei fabula.*

His addere possumus ex Abstemio, multas fabulas animaduersione dignas, & primò narrat mulierem quamdam à marito multis affectam verberibus se mortuam simulasse, & cohibito spiritu, humi iacuisse, vt terrorem marito incuteret; quapropter maritus technarum muliebrium non ignarus, talia verba protulisse fertur, nempe bestiam mortuam pelle nudandam esse; ideoq; pedem vxoris arripiẽs gladio cutim separare nitebatur, cum mulier, simulato animi deliquio, statim surreH xit. Fabula docet, quòd homini prudenti muliebres insidiæ frustra tenduntur. Posteaquam in sermonem improbæ fœminarum naturæ incidimus, non erit ab re, ex eodẽ authore, fabulã exarare de Cacodæmone hominẽ adeò vexante, vt nullis artibus ad exitum adduci potuerit; tandẽ quidam se illi vxorem daturum est pollicitus, quo intellecto, Dæmon inquit, noli me iugalibus vinculis irretire, quia iam iam egredior. Fabula monet improba vxore nihil esse miserius. *Technę mulebres.*

Animum etiam muliebrem ex alia fabula intellexit Abstemius, dum introducitur pater, qui blandis verbis dolorem filiæ, marito animam agente, lenire conabatur, illi promittens alium iuuenem in matrimonium venustiorem, qui prioris desiderium facile sedaret; at mulier doloris impatiens non solum verba patris inuita audiebat, sed intempestiuam quoq; alterius mariti mentionem improbabat. Verùm statim atq; maritus expirauit, lacrymis adhuc madida patrem interroga uit, num ibi versaretur ille iuuenis, quem sibi in maritum nuper dare promiserat. Ex fabula percipien- *Mulierum simulationes.*

dum eſt, quàm facilè ex animo vxoris amor, & memoria defuncti mariti excidat.

Tandem in confirmationem doloſæ fœminarum naturæ, aliam Abſtemij annectemus fabulam. Cum olim nouæ nuptæ, face accenſa præeunte, ad mariti ædes duci ſolerent, vir quidam prudens, qui hamum coniugalem nuper vorauerat interrogatus, quid ſibi vellet illa fax accenſa, quam ſponſa de parentum domo ædes mariti ingreſſura geſtat, illicò reſpondit, illa fax ſignificat me hodie ignem ab ædibus Soceri ablatum in domum meam inferre: ex fabula colligendum eſt: quandoq; mulieres quaſdam ignis ſcintillas ſecum deferre, quæ bona mariti ſæpè ſæpiùs comburunt. A

SOMNIA.

Qui nũquã ſomniarunt quid incurrant.

HOMINES maximè omnium per quietem aliquid videre feruntur; quapropter ex Philoſophorum mente, quibus ſomnum capientibus nunquam aliqua rerum ſpecies oborta eſt, ſi tempore procedente, accidat, vt ſomnient, paulò poſt vel mortem, vel grauem morbum incurrunt: vnde Cardanus, & cæteri Onirocritæ quid vnaquæq; pars humani corporis in quiete viſa poſſit ſignificare, docèt. Inchoando igitur à partibus B ſuperioribus; caput in ſomnis conſpectum, Principem, honores, mentem, & domus Dominum denotare ſcripſerunt, capillis verò, tegulas, ornamenta ædium, decorem, & infortunia grauia, cerebro prudentiam, & diſciplinam indicari. Per oculos, filios, fratres, parentes, & gemmas intelligunt: propterea quod ſi quis ſibi per quietem tres habere oculos videatur, magnam filiorum ſpem concipere debet, ſi breui vxorem ducat, & viciſſim ſi quis ſomniauerit ſe vtroq; priuari oculo, filijs, aut fratribus, aut parentibus orbandum fore autumant: filij enim oculis aſſimilantur, propterea quòd quæ nobis grata ſunt, in oculis ferri dicuntur. Fratres quoq; ad oculos comparantur, quoniam oculi germana quadam copulatione, neruo optico, vinciuntur. Similiter parentes ad oculos ſpectare feruntur, cum ſint in cauſa, vt filij beneficio lucis fruantur.

Caput. Capilli. Oculi.

Verùm ex altera parte ſi alicui aliqua oppreſſo calamitate per ſomnium cæcitas C accidere videatur, Interpretes ſomniorum hinc ſecuritatem præſagiunt, quoniam ærumnoſus mala minimè ſit inſpecturus. Sed ex Artemidoro, oculum per quietem eſſe in aure, cæcitatis indicium eſt, cum aurium beneficio percipiat, quæ oculorum etiam ope comprehendebat: & eò magis hoc nugamentum cõfirmat, quia ſomnantes in ſummitate digitorum oculos habere, cæcitatis periculum incurrant, cum cæci, oculorum vice, manibus vtantur.

Cilia, & ſupercilia.

Poſt oculos conſideranda ſe ſe offerunt cilia, & ſupercilia: per cilia pedagogos, & puerorum cuſtodes, & per ſupercilia, dignitates, ornamenta, & mulieres intelligunt. Idcirco ſupercilium denſum, & benè coloratum in quiete viſum, libertatis indicium eſſe dicitur; & ex aduerſo, ſi quis glabrum ſupercilium ſomniauerit, inde luctum prædicunt, & cauſam huius rei ridiculæ afferunt, quoniam priſca conſuetudine receptum fuerit, in luctu ſupercilia vellicare. D

Naſus.

Naſo poſtea tanquam maximè conſpicuo, decorem, ornamentum, & ſagacitatem deſignant; quare magnus naſus inter quietem viſus inſignem ſagacitatem portendere dicitur. Immò aliquis morbo oppreſſus, ſe abſq; naſo eſſe in ſomnis imaginatus, mortem proximam præſagiat, ratio tamen futilis adducitur, quia ſcilicet caput humanum, truncis naribus, cranium æmularetur.

Aures.

Amplius nugigeruli ſomniorum coniectores auribus famam, doctrinam, & ſeruitutem attribuunt; vnde ſomniantes auribus aſininis ſe eſſe refertos, ſeruitutẽ præſagiunt; niſi ſomnians fuerit Philoſophus, tunc enim tale ſomnium, ob tardiorem motum aurium, bonum prædicit, quia firmam Philoſophorum auſcultationem eſſe volunt. Rurſus ſomnianti plures habere aures longam ſeruitutem minantur, quia aures multa imperia demonſtrant. Sin hoc ſomnium patrifamilias acciderit, amplitudinem

tudinem familiæ significat, si opificibus, lucrum præsagit: cũ somniantes ob aurium multitudinem, multas etiam voces locantium operas audire perhibeantur. Hæc, vt veritatem fateamur, varias potius humani ingenij argutias ostendunt, quàm quòd firmam doctrinam sapiant.

Si prosequamur per nugatoria, isti gratiam faciei, iniuriam, & odium, ori pudorem dignitatem, & valetudinem, barbæ authoritatem, lucrum, & lætitiam, dentibus familiam, & affines, palato coquum, & vitæ suauitatem, faucibus vitam, & supplicium, mento fundamentum, & causam existimationis, submento vxorem filios, & cæterą, quæ custodiunt, souea iugulimortem, quia ibi animalia iugulentur, necnon muliebria ornamenta, & tandem toti collo robur, ob cervicem, voluptatem, & decorem domus ascribunt. *Cæterę faciei partes.*

Si descendamus ad thoracem; pectus, secundùm coniectores somniorum, fortitudinem, consilium, & arcana significat; costæ, quia nos tuentur, satellites, & procuratores indicant, dorsum, quia onera subit, designat labores: immò nepotes, quia post nos sunt. Humeri tandem familiares minoris authoritatis, brachia fratres, & cubiti operationes leuiores demonstrant. Per manus, artes, & robur, per palmam manus, labores, & summam inopiam intelligunt, per lęuam tamen lucri, & rei agendæ signum prædicunt, cum hæc manus ad tutelam potius sit idonea. Cæterùm, ex horum mente, si quis in causis agendis vir fuerit egregius, & per quietem plures habere manus videret, prospera expectare debet; cum id clientum, amicorum, & pecuniarum copiam portendat. Ex altera parte si somnians vir fuerit improbus, & pluribus manibus in quiete refertus, malum est expectandum, cum vincula per plures manus expediantur. Manus verò in somnio ablatæ, vt voluit Artemidorus, artes ostendunt, & si manus fuerint formosæ, fælicem agendorum successum præsagiunt, & potissimùm, illis qui manibus aliquod opus integrant. *Pectus.* *Brachia.* *Manus.*

A manu pendent digiti, qui, apud Onirocritas, suos habent significatus; per ipsos enim opera minuta, & fidem indicant. Seorsim tamen pollex robur, & litteras significat, Index fidem, religionem, litteras, & scribendi facultatem, Medius impudentiam, & fædas operationes, Annularis vxorem, filios, & dignitates, minimus pueros, & eorum custodiam, vngues demùm tutelam, & firmitatem ostendunt. *Digiti.*

Vmbilicum Onirocritæ parentibus, & patriæ assimilant: nam quemadmodum fœtus per vmbilicum nutritur, pariter à patria, & à parentibus alimẽtum recipitur; quapropter quæ de vmbilico in somnis apparent, de patria, & parentibus vaticinantur. Venter quoq; opes designare dicitur; nam corpus ex illo velut homo ex opibus alimentum suscipit. Alioquin, iuxta sententiam Hippocratis, venter mari assimilatur; quandoquidem si quis in somnis mare turbatum videre sibi videatur, illum ventris affectu laborare, vel laboraturum coniectabat: nam sicuti fluuii in mare se se exonerant, similiter omnia excrementa ad ventrem confluunt. *Venter, & vmbilicus.*

De interaneis aliqua sunt enaranda: cum per cor, parentes, filios, & vxorem, per pulmonem, verba, & sermonem, per ventriculum, voluptatem, prædia, & annuos redditus, per vesicam fellis, indignationem, iram, & morbos, per lienem, risum, per renes, filios, & robur, per intestina, opes reconditas, per vesicam, mundum muliebrem, & per vterum, filios, & filias intelligant. *Cor, ventriculus, fel, renes, intestina, & vesica.*

Neq; pudenda postponuntur, quæ, apud ipsos, honorem, voluptatem, opes, & robur denotant; immò seorsim anus curas, & impedimenta, cum per illam partem excrementa trudantur. Vulua turpem voluptatem, nates partes abiectissimæ impudentiam, turpitudinem, necnon seruos, & colonos indicant. *Pudenda.*

Amplius coxis, ancillas, & pueros custodes notant, genibus, grauiores operationes, tibijs familiares, & amicos, quorum ope sustentamur, iuris ornamentum, & tutelam, talis, seruos abiectos, & illos, quorum adminiculo maximè nitimur, pedibus totius domus fundamentum, necnon seruos, quia pedes totius corporis pondus sustinent, quemadmodum serui domi, ruriq; semper operantur, & malè operantes supplicio compedum puniuntur. Calcaneo tandem summum robur notatur, & id præcipuè, cui homo maximopere fidere potest, & deniq; cute, munimentum, & ornamentum, ostenditur. *Coxæ.* *Pedes.*

Hactenus de partibus, nunc de toto aliquid dicendum esse censemus. Scribunt enim,

enim, ſi mulier liberos, & maritum habens, ſe in marem tranſmutari ſomniauerit, eam breui viduam euaſuram, atq; munio maris functuram, ſin liberis careat, mares parituram, ſin virgo fuerit, futurum vt quamprimum hymeneum celebret. Ex aduerſo ſi vir, & præcipuè Princeps, vel Dynaſta ſe in mulierē degeneraſſe per quietem obſeruauerit, futurum arbitrantur, vt de ſede expulſus dignitatem amittat, quia mulieres imperio virorum ſubijciuntur. Nazarius narrat quòd homo nudus, & muſcis vexatus, neq; illas abigens in ſomnis viſus, hominis ignauiam, & ſegnitiem denotat, & alius paralyſi affectus conamen circa aliquod negotium ſignificat. Alius veluti temulentus vas vino plenum tenens deſignat ſomnolentiam. Alius pedibus manibuſq; carens, & ſupra craſſum equum ſedens, otium oſtendit. Alius ſaxum ſupra caput ferens, velata facie, & vinctis catena ab ore egredièe manibus, obliuionem indicat. Alius dextro pede aſinino, ſiniſtro capreoli, cum ala aquilina in humeris, tarditatem deſcribit. Alius habens celum fractum, & malleum abſq; manubrio, negligentiam deſignat. Alius ſuper ſimiam ſedens cum claua ſine manubrio, imperſeuerantiam denotat. Alius habens membra in plures partes diuiſa, diſſolutionem oſtendit, & alia huius generis plurima leguntur apud ipſum loco citato.

Somnia 2. c. 3.

Lib. 1. c. 5.

Valerius Maximus, & ipſe tradit duos Arcades vnà iter facientes Megaram peruenisſe, quorum alter ad hoſpitem, alter ad tabernam meritoriam diuerſit; illi, qui in hoſpitis ædibus dormiebat, inter quietem, comes apparuit, vt ſibi cauponis inſidijs oppreſſo præſtò eſſet; quare expergefactus de lecto ſurgens tabernam petere conatur, ſed id vanum putans ſomnium, denuò cubatum, ſe contulit, at rurſus comes ſaucius in quiete oblatus obſecrabat eum, vt qui vitæ opem ferre neglexerat, ſaltem neci vltionem non negaret: ſiquidem cadauer à caupone trucidatum, & ſtercore tectum in plauſtro ad portam vehebatur, iterum à ſomno excitatus, protinus ſurgens, & celeri gradu ad portam properans, plauſtrum in ſomnis demonſtratum innenit, & detecto comitis corpore trucidato, cauponem ad capitale iudicium deduxit.

Galeni ſomnium.

Pariter de quodam Galeni ſomnio narratur, quòd ipſe, cum ægrotum quemdam chronico laborantem morbo, multis adhibitis præſidijs liberare non poſſet, tandem per quietem eſt monitus, apertionem venæ inter digitum annullarem, & minimum ſitæ, prædicto affectui ſummo fore præſidio, ſequenti die iam per ſomnum edoctus talem venam ſecari iuſſit; vnde facta ſanguinis effuſione, patiens paulò poſt conualuit. Alioquin, vt plurimum quando humanum corpus optimè fuerit conſtitutum, non aliæ in animis dormientium cogitationes, quàm ſimulacra ex diurnis actionibus, & quotidianis munijs dimanantia verſantur: quemadmodum Claudianus his carminibus expreſſit.

Omnia, quæ ſenſu voluntur vota diurno,
Omnia nocturno reddit amica quies.

HIEROGLYPHICA.

Capitis prærogatiua.

AB omnibus humani corporis partibus Aegyptios Hieroglyphica deſumpſiſſe liquidò conſtat: quandoquidem à partibus ſupernis inchoando, delineatum caput humanum, hieroglyphicum principij appellabant; cum ex medica doctrina, omnes ſenſus, & nerui à capite oriantur; præterquamquòd vulgus, cuiuſcumq; rei principium, caput nuncupare ſolet. Immò per capitis figuram, diuinitatem indicabant; cum cæteta membra à capite regantur. hac de re Aegyptij caput adeò venerabantur, vt ab eſu capitum brutorum omninò abſtinerent: adeout Platonici caput humanum ad mundani orbis ſimilitudinem fabricatum, & membrum diuiniſſimum eſſe tradiderint. Immò per capitis faſcia redimiti effigiem, Principatum intelligebant; cum ſomniorum coniectores, caput redimiculo ornatum in quiete conſpectum, dominij ſignum eſſe præſagirent. Caput abraſum ſeruitutem indicabat, & caput comatum tā apud Græcos, quàm apud Latinos, tāquam mollitiei ſignū deliniabatur. Aliter Aegyptij,

icone

icone abrasi capitis, cuncta superflua amouenda esse significabant. Quando verò icon capitis humani partim capillis & barba ornati, & partim glabri proponebatur, Aegyptijs, ex Valeriano, homo peregrinus intelligebatur: propterea quod Osyris aduersus Gigantes belligerans, in Italia, vbi erat peregrinus, barbam, & comam nutriuit, sed in patriam reuersus, non modò barbam, sed capillos etiam deposuit. At picturam capitis nudi mulieris nullis decorati ornamentis, quale caput nympharum esse solet, Diodorus musæ hieroglyphicum esse contendit. Alioquin caput muliebrè speciei horridæ apud Corynthios, terroris erat imago; qua de re ferunt Domitianum in pectore caput Medusæ delineatum gestasse, vt omnibus timorem incuteret. *Caput muliebre.*

Hactenus de sola capitis figura. Modò capitis effigies alijs copulata diuersa parit hieroglyphica; ideo Aegyptij caput humanum cum asinino pingebant, vt hominem imperitum ostenderent, & præcipuè illum, qui totum vitæ tempus domi terit, nec peregrè proficiscens aliorum hominum mores contemplatur. Insuper, effigiatis duobus capitibus humanis, custodiam exprimebant, & per figuram trium capitum, Lunam intelligebant, cum hæc in Cœlo, terra, & locis subterraneis dominetur; quamuis alij tempus præteritum præsens, & futurum indicarent, vel triplicem mensis diuisionem intelligerent: cum mensis quilibet in Calendas, Nonas, & Idus, distribuatur, & quando quadriceps, vel quadrifrons Ianus olim pingebatur, quatuor anni tempora demonstrabantur. Demùm per hominem septicipitem, multiscium denotabant; cum, ex mente nonnullorum Astrologorum, in quinto decimo Geminorum gradu, hieroglyphicum septem capitibus decoratum collocetur, quandoquidem, vt ipsi referunt, sub hoc gradu in lucem editus multiscius sit futurus. *Caput triplex.* *Homo septicept.*

A capite ad oculos descendamus, qui varia hieroglyphica effigiant. In primis figura oculi Deum significabat: namq; si in minori mundo oculi partium omnium venustissimi, & præstantissimi tanquam actionum omnium moderatores habentur; pariter in magno mundo Deus Optimus Maximus cuncta moderatur; præterquamquòd oculus lucem participat, & aliquando tam efficacem, vt etiam inter horrificas noctis intempestæ tenebras cernere valeat; non immerito igitur figura oculi Deo assimilatur, quem perennem lucis perpetuæ fontem, & originem prædicamus. Scripsit quidem Valerianus, quòd oculus in summitate sceptri Regij deliniatus rerum omnium moderatorem denotabat; cum sceptrum dignitatem, & oculus lucem indicaret. Verumtamen Cælius Calcagninus Osyrim tali figura denotari asseuerauit, addens per oculos Hori in Aegyptijs Hieroglyphicis Solem, & Lunam demonstrari. Cartarius quoq; per oculum pictum in vertice sceptri, Solè intellexit, cum is totum Cœlum, & subcælestia omnia in dies intueatur: hinc postea nonnulli Solem Iouis oculum indigitarunt. *Oculorum hieroglyphica.* *In lib. de reb. Aegypti.* *In lib. de Icon. Deor.*

Præterea oculum patentem Sacerdotes Aegyptij figurabant, vt Iustitiæ seruatorem demonstrarent: quapropter Plato non iniuria Iustitiam quandoq; speculatricem appellauit; & Chrysippus oculos Iustitiæ acres, atq; immotos cõstituit, ne huc, atq; illuc ab honesto deflecti possent. Alij tamen per oculum apertum, vitam, & per eumdem clausum, mortem intellexerunt: quamuis alij ad exprimendum mentaneæ voluptatis authorem, oculum pinxerint: iuxta illud Poetæ.

Si nescis tu, oculi sunt in amore duces.

Pierius tamen per effigiem oculorum glabris palpebris, virum luxui deditum expressit, cùm vsu rei venereæ, pili interdum cadere soleant. Amplius, ex Valeriano, pictura oculi fauorem, & beneficium denotat: nam quibus fauemus, eos benigne intuemur, præterquamquòd nobis grata pupillis oculorum comparantur. Immò fidelis homo, pictura oculi, ostendebatur, iuxta illud vulgatum: certior aure arbiter est oculus. Quando autem duo oculi supra duo capita effigiabantur, Deimanes exprimebantur; cum, per oculos, diuinitas, & per capita, manes intelligerentur. Oculus tandem apud Aegyptios sermonis erat hieroglyphicum, & quamuis figura linguæ simplicem ostenderet sermonem; nihilominus cultum, & eloquentiam demonstraturi, vnà cum lingua oculum subsanguineum deliniabant. *Lib. 33. Hieroglyph.* *Oculus cum lingua quid* *Loco cit.*

Ex supercilijs, authore Valeriano, hieroglyphicum sublimia contemplantis habetur.

betur; propterea quod ſupercilia in loco eminentiori ſint locata. Immò Pierius, ex iiſdem, hieroglyphicum ſeueritatis eliciendum eſſe opinatur; cum ſenibus magno ſupercilio refertis peculiaris inſit ſeueritas. Creſcunt enim, ad mentem Ariſtotelis, ingraueſcente ætate, ſupercilia, quoniam compagini quorumdam oſſium ſunt

Supercilia. ſuperpoſita, quæ in ætate graui laxantur; hinc copioſius ſupercilijs alimentum ſuppeditatur. Naſus modò, ex ſententia Pierij, ſagacitatis hieroglyphicum cõſtituitur;

Naſus. idcirco Feſtus ſagacem non immeritò naſutum cognominauit, quia cuiuſcumq; rei odorem ſtatim exploret. Idem Author per aurem adapertam, obedientiæ ſignum, & per obturatam, contumaciæ hieroglyphicum declarauit. Et Clemens

Auris. Alexandrinus per aures, & per oculos ex aliqua pretioſa materia fabrefactos, ad A mentem Aegyptiorum ſummum Deum hieroglyphicè indicauit; cum Deus ſolus omnia audiat, & intueatur.

Os, & dẽtes. Os, eiuſq; partes tanquam hieroglyphicum domus à Valeriano ponuntur: dentes enim ſuperiores incolas domeſticos, & dentes inferiores alienigenas repræſentant; cum mandibula ſuperior immobilis capiti adhæreat, & inferior tantùm moueatur.

Lingua. Deinde linguam à manu comprehenſam figurabant, vt eloquentiam inſinuarent; nam per linguam, ſimplicem ſermonem interpretabantur; cũ aliàs Latini linguam Dinguam à verbo, Dico, nuncuparent, & per figuram manus, pronunciationem oſtendebant; nam ſermo adiutus aliquo artificio in eloquentiam degenerat. Item, lingua in ara picta, ſomnum ſignificabant; cũ peruulgati moris fuerit linguas Mercurio adolere, dum ſomnum conciliare vellent; quandoquidem à Mercurio ſermo- B nem, cuius inſtrumentum eſt lingua, dimanare perhibebant, quæ poſtea, ſomno accedente, quieta tacet.

Addit Pierius, per linguam abſciſſam, ſilentium ſignificari. Exploratum etiam eſt, quòd Sacerdotes Aegyptij leuem guſtum indicare volentes, figuram linguæ inter primores dentes nonnihil exertæ proponebant. Sed abſolutum guſtum oſtenſuri, primores gutturis partes radici linguæ adhærentes effigiabant; cum perfectio guſtus, ad mentem Medicorum in his linguæ partibus celebretur.

Barba. Barbam hieroglyphicum virilitatis nonnulli promulgant, quoniam Diogenes ca-

Ceruix. tenus ſe geſtare barbam reſpondebat, quatenus ſe virum eſſe recordaretur.

Ceruicem tanquàm Superbiæ hieroglyphicum. Valerianus aſſignat; propterea-

Pſal. 130. quod apud Pſalmographum, pro edomita ſuperbia, conciſas Impiorum ceruices legimus. Idem Pierius humeros hieroglyphi cum fortitudinis prædicat: his enim C onera grauia baiulantur. Succedit dorſum fugæ hieroglyphicum: ſiquidẽ fugientes dorſum oſtendunt. Alioquin Priſci, per figuram ſpinæ dorſi, titillationis hieroglyphicum indicabant, cum per hanc partem, à cerebro genituram deſcendere opinarentur. Immò quia renes, & alia vaſa genituræ famulantia lumbis adhærent, Aegyptij lumbos pingentes, Venerem intelligebant.

Cor loro ſuſpenſum. Præterea aliquæ etiam partes intimæ à hieroglyphicis non excluduntur. Nam cor loro ſuſpenſum, & in pectus pendens pingebant, vt viri veritatis perquàm ſtudioſi ſermonem inſinuarent: illa enim, quæ ore proferuntur, cum his, quæ corde concipiuntur, nempe vero veriora conuenire debent. Quando verò Antiqui exhibebant figuram cordis in craticula igni ſuperpoſita, furorem, & indignationem exponebant: cum Philoſophus accenſionem ſanguinis circa cor, iram eſſe promulga- D

Lib. 34. hiſtor. uerit. Pierius tamen putat, per effigiem cordis, vitam explicari, cum vita pendeat ab anima, & anima ſuam ſedem præcipuam in corde habeat; hinc nonnulli cor ventrem animæ cognominarunt.

Immò alij ad ſignificandam humanam mentem, picturam cordis probabant; cum in ſacris Biblijs Deus cordium ſcrutator habeatur. Quid pluta? ad ſignificandam Aegyptum, corde, & ara ardenti effigiata vtebantur: nam ratione partis meridici obuerſæ, calidam, & humidam inſtar cordis Aegyptum celebrabant; præterquam-quod veluti cor cuſpide ad ſiniſtram partem hominis vergit; ita regiones arcticæ Aegypto ſunt ſiniſtræ, à quibus infinitæ aquarum ſcaturigines effluunt, quæ poſtea vitam, & fertilitatem Aegypto communicant: deinde per aram ardentem, hoſtijs ſupra ignem locatis, incolas exhilarandos eſſe inſinuabant. Sed quod magis mirandum eſt, Aegyptij Sacerdotes Nili inundationem deſignaturi, ſimulacro cordis cum

icone linguæ vtebantur: nam per cordis effigiem Nilum humoris copiam è terræ visceribus educentem intelligebant; veluti cor in humano corpore, abundantiam sanguinis, & spirituum ad se trahit, per linguam verò, confluentem vndequaq; imbrium illuviem, cum humore ad ipsam irruente perpetuò madescat. Addamus ex Naperorum inuentione, effigie duorum cordium vinculis connexorum, concordiam posse notari. Lienem quoq; Prisci ad Fiscum indicandum pingebant: cum cætera membra, splene intumescente, tabescant. *Cor eũ figura linguæ.*

Partes genitales & ipsæ à hieroglyphicis non abhorrent: siquidem Aegyptij, per pudendi virilis iconem, magnanimitatem significabant, cum talis icon in multis
E Veterum monumentis cælata, ad viros strenuos bellicosos, & magnanimos denotandos inueniatur. At ad demonstrandam humanæ generationis causam, Osyrim suum humana effigie genitalibus obscænius excitatis dèpingebant; per Osyrim intelligentes Solem, qui generationis cuiuscumq; causa esse perhibetur. Aliter sermonem efficacem indicaturi, Mercurium barbatum pudendis excitatis figurabant: nam quemadmodum Mercurius grandæuus facultatem generandi potitur, pariter sermo efficax deliberare, & persuadere debet. Ex aduerso pro sermone inefficaci significando, idem Mercurius iunior pudendis attractis effigiabatur, nam veluti ætas puerilis nulla vi generandi pollet, ita sermo ab ore impubis dimanans nullã efficaciam nullamq; persuadendi vim participat. *Hieroglyphica ex pudendis.* *Manuũ hieroglyphica.*

Ijdem Aegyptij Sacerdotes, pro manifestanda continentia, genitale viri manu
F cohibitum delineabant, siquidem eo gestu, frænum libidinis describere credebant. Tandem, per effigiem pudendi muliebris, hominem somniculosum, & imbellem patefaciebant, cum mulieres timidæ, imbelles, & ad prælium prorsus ineptæ videantur.

Superest modò, vt de reliquis partibus externis aliquid dicamus. Manus igitur humana apud Aegyptios Sacerdotes fuit operis hieroglyphicum: manus enim ædificat, cuncta alimenta colligit, condit, ori admouet, & præclaraquæq; facinora præstat; ideo iure optimo organum organorum fuit nuncupata. Sed manibus in sinum insertis, ignauiam exprimebant, cum homo ad negocium, non ad otium manibus à natura fuerit instructus: quamobrem Anaxagoras hominem, propter manus, omnium animalium sapientissimum appellauit. Amplius hominem bello inutilem manifestaturi, manum sine pollice pingebant: quandoquidem hoc digito semoto,
G homo ad operationes, & præsertim ad prælium inutilis redditur. Tandem Naperorum nonnulli pro demonstranda dialectica, manum digitis in pugnum compressis figurarunt: breuitate enim argumentorum dialectica vtitur. Alioquin pro boni, & mali hieroglyphico, dextram, & sinistram manum ostendunt.

Digiti quoq; manibus adhærentes suis non carent hieroglyphicis. Aegyptij enim icone digiti, mensuram denotabant: etenim hanc digitorum filiam esse autumabãt, cum metiendi ratio à digitis initium sumat, quandoquidem latitudine quatuor digitorum palmus constituitur, pes ex quatuor palmis integratur, & sic deinceps pedes passum, & passus milliaria constituunt. Item vario digitorum gestu, quemcumq; numerum patefaciebant; qua de re lectorem ad Valerianum relegamus. Postmodum digitus index ori admotus apud multas Nationes silentij fuit hieroglyphicum;
H attamen apud Romanos littera S. pro silentij nota in triclinijs, & foribus diætarum pingebatur, quo signo, conuiuis silentium indicabatur, cum inter bibendum, multa licentiosius, quàm oporteat proferantur. Verùm pictura digiti medij erat stomachi hieroglyphicum, quia hoc digito tanquam longiori in fauces immisso, vomituq; excitato, stomachus crapula grauatus exoneratur: inualuit enim consuetudo apud Aegyptios, omnes corporis affectiones vomitu, & ieiunio sanari. Alioquin digitus medius extensus, cæteris digitis in pugnum contractis, dedecoris erat hieroglyphicum, cum hæc effigies simulacrum quoddam pudendi virilis præ se ferat. Idcircò Diogenes hospitibus quibusdam Demosthenem cognoscere quæritantibus, non digito indice, sed medio exporrecto illum indicabat, vt ignominiæ nota illum afficeret. *Digiti.* *Lib. 36. hieregl.* *Medicina Aegyptiorũ.*

Digitum annularem Aegyptij Sacerdotes, pro hieroglyphico cordis, constituebant, quoniam à corde immediatè ad hanc partem, nerum, vel venam quamdam pene-

Digitus annularis qualis.

penetrare ſibi perſuadebant: *idcirco illum annulo tanquam corona honeſtare conſueuerunt, immò circa aras Deorum verſantes, gratis odoribus illum ſuffiebant.* Item eamdem digitum auri dextræ inſertum pro hieroglyphico veniæ à Dijs petitæ effigiabant.

Tandem ad pedum ſignificationem accedentes, conſiderare debemus, quòd Aegyptij ſolſtitium hyemale indicaturi, duos pedes compedibus implicitos fingebant, quia tunc temporis Sol lento gradu incedere videatur. Inſuper ad inſinuandum impoſſibile, duos pedes humanos ſuper aquã gradientes pingebant, vel ſecundùm alios, hominem truncato capite deambulantem: Immò quemadmodum pedes in ſuperficie aquæ locati rem inanem demonſtrant: pariter pedes ſuperficiem terræ A tangentes fundamenti hieroglyphicum oſtendunt, vnde ponere pedem, iacere fundamentum dicitur.

Lib. 35 hierogl.

Cæterùm ex Valeriano, pedes in aqua merſi ad manifeſtandam purificationem pingebantur, & hæc pictura apud Horum, Fullonis erat hieroglyphicum, cuius intereſt omnia veſtimenta à maculis diligenter mundare.

Integrum hominis ſimulacrum.

Hactenus de partibus humanis ad hieroglyphica attinentibus. Modò ponderabimus, illa, in quibus tota hominis effigies deliniabatur. Quamobrem pro Meditatione, homo rodens vngues, pro Conſtantia, homo ſtans oculis ad terram inclinatis, pro Humilitate, homo genuflexus, & pro Contemptu mortis, duo homines nudi præliantes monſtrabantur. Simulacrum Mercurij aſtantis effigiei ſenis erat hieroglyphicum hominis docti, cum Sapiens ſine robore, & robur ſine ſapientia nihil B valeat. Prometheus è luto hominem fingens erat ſimulacrum Præceptoris; nam Præceptor homini ſtolido, & rudi peritiam, & doctrinam impertitur. Alioquin multi pro hoc hieroglyphico, deliniabant hominem mingentem, à quo alij poſtea vrinam hautirent. Aliter Sapientis, & Inſipientis hieroglyphicum erat imago duorum hominum nudorum; quandoquidem hi ab ignotis conſiderati, quid diſcriminis inter illos cadat verbis indicabunt. Pro Honeſtate mulier venuſtæ formæ, & pro Labore, effigies Herculis repræſentabatur. Quãuis alij ad Laborẽ ſignificandum, mare pinxerint, quod Pontus, quaſi πόνος dicitur, quæ vox apud Græcos laborem ſignificat. At hieroglyphicum hominis vires ſuas metientis, erat figura baiuli ſarcinæ pondus inueſtigantis, anteqaam illam ſupra humeros attolleret.

Laboris hieroglyphicũ.

Ex altera parte pro vitiorum, & ſcelerum oſtenſione, effigiem quoq; humanam adhibuerunt: quamobrem in demonſtrando inexpiabili ſcelere, humanum corpus C inæqualibus integratum membris, & varijs deturpatum cicatricibus pingebatur. Effigies Proditoris erat homo altera manu lapidem, & altera panem oſtentãs. Imago iniuſti erat homo vrna terebrata aquam ferens: ſic innuebãt. Iniuſtum tanquam infamem, & infælicem omnia incaſſum operari, cum omnibus odio eſſet. Pro Ingrato, homo bouem mactans figurabatur: iuxta illud vulgatum.

Nunc cultris Domini tenue, & miſerabile collum,
Præbet, ab ingrato tam faſtidita aratro.

Hipocrita.

Pro Hyppocrita, icon Hiſtrionis habebatur, qui in ſcena, quod non eſt, eſſe ſimulat. Pro Iracundo, homo igni ligna ſuppeditans referebatur. Nam homo frontem ſibi feriens, Indignationis erat hieroglyphicum. Ad exprimendum curioſum, vtebantur figura bauli ſarcinam velatam geſtantis, namq; Aegyptius cuidam ſiſcitanti reſpondit: velatum eſt, neſcies. Hieroglyphicum improbi litigatoris fuit icon Marſiæ, qui cum Apolline contendere auſus eſt. Pro impudente, pingebatur Cupido ſulmen perfringens: ſiquidem Alcibiades omnium impudentiſſimus hoc ſymbolum in clypeo geſtaſſe ſcribebatur. Ad oſtendendum Ignauum, & in bello fugiẽtem pingebant matrem filio vuluam oſtendentem, quaſi præ timore eò eſſet ingreſſurus, vnde emerſerat. Pro Loquace, & Stulto, homo magnis refertus auribus figurabatur, cum ex doctrina phyſiognomonica, aurium magnitudo Loquacitatis, & ſtultitiæ indicium eſſe perhiberetur. Voluptatem ſignificaturi, Virginem vmbelico tenus venuſtam, & deinceps piſciformem effigiabant; cum finis voluptatum ſemper ſordeſcat. Hominis etiam effœminati hieroglyphicum fuit pictura hominis vnico tantùm digito caput ſcalpentis, id autem vnico tantùm digito præſtare videtur, ne comam ſtudioſè cõptã perturbet. Quare pro cynedo, adoleſcens comatus pingebatur.

Ignaui hieroglyphicũ.

His

His expositis de vitiorum hieroglyphicis, ad reliqua modò properandum est: namq; in exprimendo tempore, Saturnus filios vorans exhibebatur; cum tempus rerum edax esse feratur. Obseruabatur etiam, apud Aegyptios, homo vorans horas, vt hominem horas computantem significarent; quandoquidem, per singulas horas, alia, atq; alia alimenta humano generi suppeditantur. Verum Perpetuitatis hieroglyphicum erat pictura hominis dextra nouam Lunam attollentis. Pater familias exprimebatur figura hominis in antica, & postica parte oculati. Spurij pictura erat pusio lapillos in populum iaciens: cum aliquis ei dicere posset, caue ne patrem tuum lædas. Vxoris hieroglyphicum erat Venus testudinem calcans, nam mulierum, & E silere, & domum custodire interest. Icon hominis dextram dextræ iungentis hominem in bello superatum monstrabat. Militis mercenarij hieroglyphicum fuit pictura lanii pecudes iugulantis: etenim miles, spe lucri, homines iugulat; iuxta illud vulgatum carmen.

Spurij hieroglyphicū.

Nulla fides, pietasq; viris, qui castra sequuntur.

Sed inter alia admirandum fuit Iudicis hieroglyphicum, in quo Apollo altera manu Gratias ducebat, altera verò arcum, & sagittas gestabat. Mercurius autem cum gallo depictus mercatorem indicabat, nam Mercurius, Hermes, quasi curans merces, fuit nuncupatus, addebatur figura galli, qui homines excitando vigiles reddit. Deinde effigies Narcissi adolescentis, calamitatem, & mulier supra pilam sedens, fortunæ instabilitatem denotabat.

F Quando pingebatur iuuenis supra caput vexillum gestans, erat hieroglyphicum intellectus, qui semper aliquid molitur. Item homo dextra tenens pateram, & sinistra spicam, & papauer significabat bonum euentum. Siquidem facilem sibi conciliant somnum, qui fructibus suorum prædiorum vtuntur. Immò Valerianus scribit figuram hominis poplitem supra genu ponentis designare impedimētum: cum hoc gestu, referente Plinio, Antiquitas & partum detineri, & omnem actum impediri existimauerit. Moderamen rerum omnium significabatur figura mulieris habentis mensuram cubiti & frænum; cum olim, apud Romanos, Dea Nemesis cum fræno, & hac mensura pingeretur, quasi nihil absq; fræno, & mensura agendum esset. Tandem homo inter duas mulieres effigiatus, quarum vna illum ad se rapiat, altera eminus eum ad se reuocet, Vtilitatem, & Honestatem designabat. Ad finem pro hieroglyphico Italiæ, adhibent iconem mulieris coronatæ supra orbem sedentis G cum sceptro in dextra, & cornucopiæ in læua, & hæc de hieroglyphicis dicta sint.

Boni cultus hieroglyphicum.

Italia hieroglyphicum.

PROBLEMATA.

H MVLTÆ propositiones interrogationem annexam habentes de homine circumferuntur. Sed in præsentia potiores ad ætatem, partes, congressum, doctrinam, & morbos attinentes examinandæ se se offerunt.

Circa partes primò inuestigant, cur capilli, & barba ægrotantium, & senum magis, quàm sanorum, & iuuenum augeantur. Aliqui doctè respondent ægrotantes, & senes excrementitijs superfluitatibus magis, quam sanos, & iuuenes redundare: vnde calor naturalis in illis infirmior, minùs illas consumere, & dissipare potest. Deinde quærunt cur natura homini paruum os, & cæteris animantibus peramplum fuerit impertita. Communis responsio est hominem pro esu, respiratione, & sermone os à natura sibi comparasse, cum cætera animalia non solum pro esu, & respiratione, sed etiam pro vitæ tutela, ore vtantur.

Inquirunt etiam cur homo solus manus, & non cætera animantia sint assecuta. Respondent bruta carentia intellectu, manu non indigere; propterea quod manus organum organorum nuncupatur, quoniam humani intellectus mandata exequitur. Oritur etiam quæstio de latitudine humani pectoris, cum bruta acuto pectore sint

Cur bruta manibus careant.

Lib. 13. de vſu par. cap 11. referta. Sed huius problematis reſponſio à Galeno elicitur, qui ſcriptis mandauit homines, ob actionem manuum, amplo pectore indiguiſſe, alioquin alia pectoris forma actionibus manuum impedimento fuiſſet: ideo reliqua animantia, quæ partes tam anticas, quàm poſticas tantummodò ad motum progreſſiuũ ſunt ſortita, pectus etiam acutum ad faciliorem motum ſunt adepta. Tandem mirantur quidam, cur homo in comparatione ad alias animantes permagnis pedibus refertus ſit, & non animaduertunt hoc inde factum eſſe, quoniam ſolus homo rectus incedens ad ſuſtentandam molem corpoream, duobus pedibus magnis indigebat.

Circa ætatem, quæritur, cur hominis, in mutatione ætatis, mala temperatura in bonam, & viciſſim bona in malam quandoq; tranſmutatur. Reſponſio eſt qua- A lor naturalis regens adoleſcentiam interdum eſt adeò imbecillus, vt ſuperflua diſſipare nequeat, & quandoq; eſt ita validus, vt non ſolum materias excrementitias, ſed etiam humidum radicale, ante ſtatutum tempus, diſſipet, & abſumat. Præterea

Memoria cur in pueris ſit acrit. quidam indagant, cur puſiones facilius, quàm adulti memoriæ mandent. Ratio pendet à mollitie corporis, cum facilius, & melius in ſubſtantia molli, quàm in ficca aliquid imprimatur. Rurſus quærunt, quare pueri auribus tale quid apprehendant, vt affines, & conſanguineos oſculentur. Huic problemati præſtò eſt Clemens Alexandrinus dicens ſenſum dilectionis per auditum generari. Ideoq; poſthac non erit admirandus amor illius iuuenis.

Qui nunquam viſa flagrabat amore puella.

Scrutantur quoq; nonnulli cur pueri facilius, & ſæpius, quàm conſtituti in alijs B ætatibus, ſoluantur in riſum. Reſpondent, quia Venus puſionum Dea tutelaris, lætitiam, & iocos amat: ideoq; priſcis temporibus conſuetũ fuit, vt pueri pubeſcentes ad fanum Veneris ducerentur, vbi nuces pueritiæ relinquebant. Nihilominus

Problemata puſionum. potior reſponſio eſſe poteſt pueros copia ſpirituum redundare, quibus facile Democritum agere poſſunt. Demum ſciſcitantur, cur pueri à Platone prohibiti fuerint au-

Lib. 3. de repub. Platon. dire tragica, necnon comica, nimium riſum concitantia. Hoc problema ſoluit Ficinus inquiens pueros eſſe remouendos ab illis, quæ ipſos molles reddere poſſunt; ſiquidem æqualiter molles euadunt, qui quotidie lacrymari compelluntur, atq; illi, qui in nimium riſum ſoluuntur.

De iuuenibus indagatur, cur aliquo timore repentino correpti canitiem intempeſtiuam incurrant. Reſpondent, in timore ſpiritus, & ſanguinem ad partes intimas confluere, vnde partes extimæ quamdam intemperiem frigidam concipientes, im- C perfectam concoctionem celebrant, propterea pili alborem contrahunt. Ad finem perconctantur quare ſenes frigidiori cerebro prædicti, & cibarijs ſatiati parũ dormiant cum vulgò dicatur.

Nam ſatur irriguo gaudet turgeſcere ſomno.

Senum natura. Credendum eſt hoc naſci ab imperfecta ſenum coctione, quam in ſtomacho celebrant: hinc vapores inconcocti ad cerebrum eleuantur: cum tamen ſomnus naturalis à vaporibus perfectè coctis producatur. Item de ſenibus quærendum eſt, cur emendationem non recipiant, & tamen iuuenes facilè corriguntur. Sciendum eſt ſenes, tractu temporis, ob corpus exiccatum, duritiem quamdam contraxiſſe, cuius oppoſitum in iuuenibus obſeruatur, cum talem duritiem nondum ſint aſſecuti.

De humano congreſſu quæri ſolet, cur homines vtriuſq; ſexus, omni tempore, D ad permixtionem ſint parati, cum cæteris animalibus Natura determinatum coeundi tempus ſtatuerit. Reſponſio eſt, ex brutorum genitalibus viroſum quemdam odorem, ſtatuto tempore, per aerem diffundi, qui nares marium, conſequenterq; cerebrum feriens, imaginationem, & deſiderium permixtionis in illis accendit. Verùm cum veneræ ſenſus non ſolum homini ad prolem propagandam, ſed etiam ad miſerias humanæ vitæ leniendas conceſſi ſint: ideo homines omni tempore ad con-

Problemata attinentia ad Congreſſum. greſſum prompti ſunt; præterquamquòd decor quidam in venuſto mulieris aſpectu obſeruatur, qui in brutis minimè conſpicitur.

Hinc aliud emergit problema, cur, inter animantes, ſolus homo maſculam venerem ſectetur. Quidam reſpondent fœmineum genus non omni ex parte ſatisfacere, cum vir, ob ſalacitatem, à rei veneræ proluuio nunquam ſit alienus. Sed quidam reſpondere ſatius eſſe putant, bruta, vt exaratum fuit ſuperius, ſolo odore ad Ve-

nerem

perem excitari, cum homo aspectu tantùm ad amorem accendatur: vnde adagio dici solet. Faciem à muliere vendi? sed quia identidem aliqui adolescentes, & insigni vultu, & formæ dotibus puellas antecellunt: ideo homines his quandoq; hallucinantur: quamuis alij scribant Venerem masculam esse quoddam insaniæ genus, quo homines, veluti etiam alijs affectionibus interdum corripiuntur.

Ab hoc in aliud problema descendemus, nimirum cur homines magis hyeme, & mulieres magis æstate in venerem sint procliues. Sciendum est mulieres in comparatione ad mares esse frigidiores: quare hyeme iustò frigefactæ non ita facilè in luxuriam soluuntur: cum Venus calore, & non frigore delectetur. Viri autem cum
E sint calidiores, bruma etiam ad congressum sunt promptiores; alioquin æstate à nimio calore dissoluti imbecilliores redduntur. Demùm indagant, cur mulieres pal- *Problemata Mulierum.*
lidæ rubicundis, & macilentæ obesis sint salaciores.

Hocq. inde oriri promulgant, quoniam illæ mulieres in mollitiem, & prodigum luxum sunt magis propensæ, quæ maiori, & acriori scatent calore, veluti pallidæ, macilentæ, & quæ colore subfusco sunt refertę: quare salacitate quadam imbutæ hunc statum expostulant: obesæ verò, & rubicundæ, cum humore copiosiori, consequenterq; semine diluto affluant, non ita libidine exardescunt.

Circa scientiam quærunt, cur homines docti, & virtutibus insigniti, in comparatione ad alios sint pauciores. Quidam volunt hoc inde nasci, quoniam multa in discendo se se offerunt impedimenta, & potissimum ægritudines, quæ sæpè studiosos
F de medio tollunt; vel quia homines ad studia idonei necessitate coacti in artes mechanicas incumbunt. Huius rei nos monet Protagoras, qui fuit insignis Philosophus, nihilominus adolescens, victus gratia, ligna à syluis ad vrbem ferebat venalia, hic, referente Gellio, cognitus à Democrito, in vrbem ductus, & ab eo eruditus, sum- *Lib. 5. cap. 3*
mus, & talis euasit Philosophus, quem postea Plato magni fecit. Quamuis alij velint hoc inde dimanare, quoniam nostra ætas Mecænatibus careat: idcircò scribebat ille,

Sint Mecenates, non deerunt, crede, Marones.

Neq; explodenda est eorum responsio, qui volunt minorem esse numerum virtu- *Problemata spectantia ad scientiã.*
tes prædictorum, quia virtus est habitus electione, non autem vi comparatus, & vir-
tus consistit in medio, cuius medij extremitates à vitijs occupantur: cum autem ex-
trema virtutis sint vitia, hæc erunt plura, cum virtus vnica tantùm prædicetur: hinc
G fit quòd aliquis pluribus modis mala operari poterit, cum vnico tantùm modo bonas operationes moliri possit. Sciscitantur quoq; cur homines ingenio & mente pollentes, operationibus minimè accommodentur. Ratio est, quoniam acti referti ingenio assidue contemplantur, omnesq; animæ vires ad meditationem dirigunt, & vicissim, qui operibus sunt dediti, cunctas vires etiam intellectiuæ partis ad sensitiuas functiones trahunt. Demùm inquirunt, cur homines mulieribus, fœliciori, & fœcundiori ingenio nati sint. Communis respõsio est humiditate mulieris acrimoniam ingenij frangi, quominus mulier possit illud exercere: nisi velimus cum quodam viro docto canere.

Cur minor vxorum vis, Marium prudentia maior?
Eua fuit costę filia, non capitis.

H Reliquum est, vt problemata ad affectiones humanas spectantia examinemus. In primis inuestigant, cur mulier grauida in comparatione ad fœminas brutorum, maiores alterationes patiatur. Respondent, quoniam in otio excrementitiæ superfluitates augentur, ex quibus postea variæ ægritudines oriuntur: mulier autem gra- *Problemata ægritudinũ.*
uida valde otiatur, cum fœminæ brutorum etiam prægnantes se se exerceant. Deinde perconctantur, quare homines podagra laborantes sint valdè proni in venerem. Nonnulli respondent id à consuetudine nasci, cum podagram Veneris, & Bacchi filiam esse statuant: vel quia hoc oppressi morbo supra dorsum cubare cogantur: quapropter, ob hunc decubitum, ad partes genitales copiosior materia fluit: nisi velimus, & forsan melius asserere Podagricos humore quodam acri, & tenui redundare, qui homines in Venerem pronos reddere solet. Quærunt etiam cur podagrici nullo præsidio liberari possint. Possumus respondere causam materialem huius affectus esse materiæ calidæ, & frigidæ mixtionem, hinc complicatæ indicationes cu-

Cur podagra curationem nõ admittat

ratiuæ emergunt, quibus satisfacere difficillimum esse Medici iure merito arbitrantur: nisi velimus asseuerare partes podagræ vexatas esse articulos natura frigidos, qui materiam fluxam, neq; prorsus expellere, neq; pœnitus cõsumere, & coquere possunt, sicq; in dies facti imbecilliores ad causam morbificam trudendam ineptiores reddũtur.

Additur aliud problema, cur homo solus, inter cætera animalia, Phthisim incurrat. Responsio nonnullorum est, id pendere ex delicata hominis temperatura, vnde pulmo à causis etiam leuibus facilè lædatur. Quamuis alij causam phthisis in varietatem ciborum referant, ex quibus materia acris, & salsa ad generationem prædicti affectus idonea resultat: vel potius dicamus hunc affectum homini potissimùm A contingere, ob rectitudinem corporis, nam materia à capite descendens facile in pectus dilabitur, quam ægritudinem cæteræ animantes, cum pronæ sint, non incurrunt. Insuper quæritur, cur homines lithiasi laborantes, si nauigauerint, liberẽtur.

Lithiasis remedium.

Respondetur, quod nauigantes sæpius per vomitum expurgantur, atq; ita causam materialem huius affectionis auferunt: aut dicendũ est aere marino, corporis temperaturam immutari, atq; ita causam efficientem deleri.

Item inquirunt, quare multi somniantes de lecto surgant, ambulent, ædium culmina petant, & multa peragant, à quibus vigilantes abhorrerent. Ratio est, quoniam hi sanguine turgido, & subtili abundant, cuius feruidis spiritibus partes instrumentariæ ad actiones impelluntur: ideoq; cum talis sanguis feratur in sublime, hinc fit etiam, vt eius vi, per quietem ad tales actiones incitentur. sunt enim huiusmodi homines raro, & laxo corporis contextu, molis exiguæ, sed magnæ spirituum agilitate, B & animo feruido prædicti. Inuestigant etiam cur homo ingenti oppressus calore,

Sudoris causa.

sudorem potius à capite, & à facie, quàm ab alijs partibus emittat. Potior responsio est: meatus illarum partium esse latiores, quod inde cognoscitur, quoniam copia plorum redundant. Rursus quæritur cur homo motu sternutationis excitatus, plerumq; sternutamentis pluribus vexetur. Dicendum est hoc à copia materiæ dimanare, quæ vnico sternutamento dissipari non potest.

Quærunt curiosi an homo gibbus, aliqua parte mutilus, valetudinarius, & monstrosus, in resurrectione vniuersali, his vitijs corporeis associatus sit resuscitaturus.

Problema de resurrectione.

Notandũ est homines, sublato omni corporis vitio, nouissimo die esse resurrecturos iuxta illud Prudentij,

Qui reparat corpus, non reddet debile quicquam, C
Namq; debilitas redit, instauratio non est.
Quod casus rapuit, quod morbus, quod dolor hausit,
Quod truncauit edax senium, populante veterno,
Omne resurrectio reparata in membra redibit.
Tanta enim est immensi opificis potentia.

Præterquamquòd hæc est sententia Diui Augustini, qui diuulgauit, die nouissimo, resurrecturæ esse monstra omnia membris in decoram, & cœlo dignam formam restitutis. Insuper inquiritur, cur homines, vel propter laborem, vel propter itet fessi sedentes, ad maiorem percipiendam quietem, femur alterum altero onerant. Respondent aliqui, quoniam partes compressæ minorem lassitudinem sentiunt: sed potior responsio esse videtur, si dixerimus lassitudinem ex spirituum dissipatione D oriri, dum igitur partes comprimuntur, spirituum dissolutio prohibetur, consequenterq; maior quies percipitur.

Quærendum est etiam, cur aliqui homines res proximas perperam, & remotas distinctè cernant, & vicissim alij sint, qui res vicinas optimè, & remotas nequaquam conspiciant. Respondendum est hoc inde prodire, quoniam spiritus visorius ab oculo prodiens aliquando crassus est, & rem vicinam non perfectè intuetur, remotam verò cognoscit, dum in via attenuatus subtilior redditur. Ex altera parte si spiritus fuerit subtilis, & paucus vicina optimè cernit, cum distantia non intueatur, siquidem in via dissolvitur, & expanescit. Tandem inuestigandum est, cur aliqui homines absq; cibo diu viuere possint: nam Abasis Hyperboreus, ex Textore, per vniuersum terrarum orbem, sagittam circumtulit nihil omnino comedens: item Albertus Magnus scriptum reliquit fuisse mulierem in Colonia Agrippina, quæ sine edulijs

Problemata de oculis.

Qui diu absq; cibo vixerint.

lijs ſpatium triginta dierum tranſegit. Huius cauſa refertur in melancholiam quoniam Scotus ille celebris, qui diu ſine cibis viuebat, erat melancholicus: immò Albertus diuulgat ſe nouiſſe quemdam melancholicum, qui dies ferè quadraginta à cibo abſtinuit, cum aquæ potum a lternis tantùm diebus ſumeret; ſed aduertendum eſt non omnem melancholicum humorem diuturnæ inediæ eſſe cauſam, ſed illum tantùm, qui in loco opportuno, nempe in ventriculo, hepate, & venis meſeraicis locatus lentorem, & craſſitiem participat.

Reliquum eſt vt varia, tam ad viros, quàm ad mulieres attinentia problemata ponderemus. Primitùs nonnulli inueſtigant, quare homines naſcantur, cû tamen
E ad interitum properantes breui temporis ſpatio in hoc terrarum orbe morentur. *Problemata hominum.*
Reſponſio eſt Lactantij Firmiani, qui voluit hoc ideo eſſe factû, vt homines Deum Optimum Maximum rerum omnium opificem, atq; moderatorem agnoſcerent, atq; venerarentur. Hinc a liud emergit problęma, an homines ſyluęſtres, & qui aſſiduè cum Feris verſantur, & rationis, & ſalutis, conſequenterq; damnationis æternæ ſint capaces.

Hanc quæſtionem diſſoluit Diuus Auguſtinus, dum inquit: quando in hominibus Ferinis, & etiam monſtrificis aliquod rationis, vel mentis veſtigium dignoſcitur, *Li.16.de Ciuit.Dei c.* tunc procul dubio inter homines connumerandi ſunt, etiamſi ſyluęſtris ſint naturæ, *8.*
quia, tractu temporis, vt ipſe refert, & dociles, & Diuinis rebus habiles fieri poſſunt. Præterea quæritur cur homines humana cadauera, & ſepulcra perhorreſcant;
F ratio affertur, quia nemo ſuimet deſtructionem amat, præterquamquod ſimile malum ſibimetipſis euenturum præſentiunt. Inueſtigatur etiam cur homines fœtore lædantur, ſed grato, & iucundo odore delectentur. Reſponſio eſt, quia ſpiritus humanum corpus regentes ſuauibus odoribus recreantur, & viciſſim tetro odore diſſipantur, & diminuuntur.

Item indagant cur homines magis caro, quàm aliud cibi genus nutriat. Reſpon- *Sonus ſtridulus qualis*
dere poſſumus, quoniam ſimile nutritur ſimili; ideoq; caro citius, quam aliud edulij genus carnem generat. Quæritur cur homines audientes ſonum ſtridulum, nempe ferrâ lima politi, quodam, horrore afficiantur. Sciendum eſt, quòd acutus ſonus cum celeritate motus aeri imprimitur, conſequenterq; aures ingrediens, intima percurrit veluti pungens, quapropter horrorem parit. Inueſtigatur etiam, cur homines aſcendendo maximè laborent, cum alioquin facilè deſcendant, & per æquam plani-
G tiem, abſq; vllo incommodo, gradiantur. An quia homo conſtat ex quatuor elementis, quorum duo leuia, & duo grauia ſunt, quæ ſimul mixta mediam quandâ naturam contrahunt; idcirco homo gradiens neq; leuis, neq; grauis eſt, ſed in aſcenſu corpora grauia ſuo pondere premunt, quare tunc homo maximopere laborat. Quærendum eſt etiam, cur homines æſtiuo tempore radios ſolares vitent, & cętera animalia nequaquam.

Poſſumus reſpondere, quòd homo eſt præſtantior in ſenſu tactus, conſequenterq; contrarias qualitates magis ſentit, an quia bruta multa ſint naturæ ſiccæ, quapropter ad illam conſeruandam calore Solis delectantur.

Siſcitantur aliqui, cur hominum alij vnum genus cibi, & potus, alij verò aliud ap- *Quæſtio de cibo, & potu*
petant. Hoc accidere poteſt, quia in ventriculo aliquis contineatur humor, qui ve-
H luti mordicans cogat homines contrarijs deſiderare, aut quia id à diuerſa hominum temperatura oriatur, quæ rerum odia, & deſideria excitat. Item inquirunt cur homines militiam ſectantes diuturniorem, & ſalubriorem vitam ducant. Reſpondent hoc inde prodire, quia Venus in bello locum non habeat, quæ ſpiritus diſſipando breuiorem vitam reddat; aut potius dicamus exercitio omnia abſumi excrementa, quæ varias ægritudines parere ſolent. Perconctantur, cur aliqui homines ad magna perpetranda facinora fiant apti, & tormenta facilè patiantur. Reſponſio eſt, quod atra bilis aliquando ſupremam cerebri arcem occupat, & mentem de ſtatu eijcit, vnde hic humor ad flagitia homines impellit, illoſq; ad audaciam cogit, & ad cruciatus tollerandos mirum in modum iuuat.

Sequitur modò problemata magis curioſa, nimirum, cur noſtra ætate Gigantes *Li.7.cap.16*
non oriantur; cum olim vixiſſe ex ſuperius enarratis liquidò conſtet. Plinius hoc exuſtioni attribuit: inquit enim de proceritate hominis loquens, minores propemodum

modum in dies fieri obſeruamus homines, & raros parentibus proceriores, conſumente ſeminum vbertatem exuſtione. Hinc multi Authores Plinium ſecuti, id totum ſenectuti Mundi aſſignant, ex qua poſtmodum exuſtio dimanat, indeq; ſiccitas, conſequenterq; ſeminum vbertas, & virtus caloris innati abſumitur, quamobrem decrementi potius cauſa, quàm auctionis ſubſultat. Pariter de Nanis quærunt, cur maiorem penem habeant. An quia, vt ſcripſit Ariſtoteles, quemadmodum homo non habens caudam, illa materia in nates conuerſa ſit, ſimiliter materia, quæ auctioni ſtaturæ Nani non eſt famulata, in penem tranſmutata ſit. Hinc etiam colligimus reſponſionem alterius problématis, nimirum, cur homines aliqua parte mutilati ſint ſalaciores: cum alimentum, quod membrum deficiens alere deberet, in venis maneat, ſemenq; augeat, ex cuius copia ſalacitas generatur. Iterum inueſtigant, cur homo ad focum accedens, vt caleſiat, primò volas manus igni admoueat. Reſpondendum eſt, vt partes intimæ facilius, & citius calorem concipiant, illas partes igni admouendas eſſe, per quas calor facile penetrare poſſit, ſed volæ manuum multis ſcatent arterijs, parteſq; ſunt valdè ſenſitiuæ, per quas calor ad intima ſtatim penetrat; ideo huiuſmodi partes primùm igni admouentur.

Quæſtio de Gigantibus, & Nanis.

Problemata alia.

Sequitur problema alterius generis, nimirum, quare homo ſuſpenſus facie ad Solem conuertatur, multi aſtruunt id contingere, quoniam facies, propter obliquitatem, quocumq; aſpicere videtur, ſed communis opinio eſt, id à calore Solis dimanare, qui humidum ad ſe trahens, melius per faciem, quam per aliam partem id præſtat. Item de homine occiſo quæritur, cur accedens interfector, ſanguis à vulneribus denuò fluat, quod in pleriſq; cadaueribus obſeruatum fuiſſe multi memorant. Aliqui Authores ſcribunt hoc ex Percuſſoris, & Percuſſi ſpiritibus prodire, quod abſurdum eſſe exiſtimamus; poſteaquàm ex ſanguine refrigerato nulli ſpiritus egredi poſſunt.

Pomponatij opinio.

Pomponatius opinatur hunc ſanguinis fluxum inde prouenire, quia occiſi anima interfectori indignetur; ſed anima a corpore ſegregata nullam poteſt iram concipere, cum corpore careat, in quo iracundiæ officina reſidet: idcirco Maggius in Miſcellaneis, huius effectus cauſam non inueniens ad miracula confugiendum eſſe arbitratur. Nos igitur, vt noſtra ſert opinio, dicendum eſſe putamus id omnibus non cõtingere, cũ Percuſſore etiam præſente ſanguis à vulnere non emanauerit, & ſi aliquando contigerit, id per accidens factum eſſe exiſtimamus, quatenus venæ patientis ichore, & ſanguine aquoſo redundauerint.

Problemata ad mulieres attinentia.

De mulieribus tandem multa proponuntur, primò, cur mulieris cadauer pronum, & cadauer viri ſupinum aquis ſupernatet. Reſpondent mammas, & vterum in muliere eſſe partes apertas, quæ aqua facilè implentur, conſequenterq; pars anterior poſteriore grauior fiet, viciſſim in viro partes anteriores ſunt clauſæ, hinc aere ingenito tumidæ leuiores redduntur. Item indagatur, cur mulieres vertice melius, & facilius pondus aliquod, & viri humeris ferant. Primò reſpondetur hoc in omnibus veritatem non aſſequi: nouimus enim multos viros, qui æque benè, ac mulieres vertice ſarcinas geſtant, nihilominus nonnulli hanc eſse cauſam autumant, quia calua viri multis compacta ſuturis ponderibus impoſitis facile laxatur, hinc dolores emergunt, & ſecus accidere mulieribus aſſerunt, quæ caluam ſolidiorẽ habent. Iterum inquirunt, cur mulieres in comparatione ad viros, ingentes iarum motus concipiant. Ratio eſt, quoniam mulieres, & potiſſimum iuniores copia humorum excrementis inquinatorum aſſluunt; vnde quando ob iram efferueſcunt, fumus per totum corpus diſſeminatur, qui poſtea iram grauiorem nutrit. Denuò ſciſcitantur, cur mulieres viris ſint magis loquaces. Huius cauſam attribuũt nimiæ humiditati mulieb ris cerebri, in quo veluti facile varia rerum ſimulacra imprimuntur, ita etiam facile è memoria labuntur: qua de re ſtatim atq; aliquid in tali cerebro apprehenditur, ne tollatur ab obliuione, ad phantaſiam, & deinceps ad linguam mittitur: quapropter mulieribus arcana minimè committenda ſunt.

Mulierũ loquacitas vnde.

PHRE-

PHRENOSCHEMATA.

VIRI non vulgariter eruditi, in deliniandis Phrenoschematibus, non solum partibus humanis, sed etiam integra hominis effigie, tam maris, quàm fœminæ vsi sunt, quorum omnium exempla quædam afferemus. Circa partes, Perciuallus meminit cuiusdam, qui pinxit manum humanam pollice erecto, cum Dicto Italico. VEDREM GIACCIAR IL FOCO ARDER LA NEVE. quod proculdubio conuenit cum illo carmine Ouidij huius tenoris.

Vnda dabit flammas, & dabit ignis aquas.

Animaduertendum est igitur digitum pollicem ita vocari, quia magna vi polleat; ideoq; ad mentem Plinij, hic digitus altera manus solet appellari; immò ex eodem Plinio, premere pollicem, est alicui fauere. Hinc colligendum est authorem phrenoschematis fortè insinuare, quòd volenti nihil sit difficile. Rursus idem author designauit duas manus in tenebris se iungentes, cum Dicto. ET IN TENEBRIS. Cum liquidò constet manum esse symbolum fidei, author innuere volebat, vbicũq; & semper fidem seruandam esse. *Fidei symbolum.*

De figuris humanis maribus non desunt exempla. Siquidem Lucas Contilis scriptor Italicus repræsentat Mercurium in figura trigona, ad cuius pedes littera R notatur, cum Dicto. GRATVM FATI DONVM. Refert. hæc effigies, vt coniectamus, Mercurium Trimegistum, Regem, & Sapientem Sacerdotem Aegypti in figura trigona collocatum, quia benigni influxus duodecim domorum cælestium in trigono, vel sextili beneficorum planetarum Iouis, Veneris, & Mercurii, cum fœlici Solis participatione constituuntur. Quamobrem conijcere possumus hãc fuisse Authoris natiuitatem, namq; illa littera R Mercurium retrogradũ significat. Idem Author exhibet figuram Mercurij, qui dextra caduceum tenet, & sinistra vase aqua pleno radices lauri irrigat cum Dicto græco ὁρατὸν ὄμβρον γαῖα. Author enim Phrenoschematis gratam Mercurij pluuiam propriæ imprecabatur terræ, cum is scientijs præsit, & Author non solum scientias, sed etiam lauream consequi desiderabat. Ex Russelio habemus figuram hominis stantis, cum Dicto. EXCELSAE FIRMITVDINI. quo Author denotat animum suum, ab ineunte ætate, ad virtutum splendorem direxisse, à quo nunquam recedere velle insinuat. *Mercurius laurum irrigans.*

Iterum, ex Russelio, habetur pictura iuuenis capite orbem sustinentis cũ Dicto. MAIVS OPVS. quo significatur, quòd cum opus alicui famulandi, vel aliquem commendandi suscipitur, videtur maius opere Atlantis, qui humeris totũ terrarum Orbem sustinere ferebatur. Denuò, ex Russelio habetur figura Promethei, cum face ad sydera ascendentis, & Dicto. ALTIORA. notissimum est cunctis Prometheum, homine iam formato, ope Mineruæ, ignem à sphera Solis esse furatum, vt tali dono humanum genus afficeret: quare Author Phrenoschematis vocandus est prudentissimus, qui non solum Prometheum imitari, sed etiam superare velle profitetur. Insuper apud Russelium conspicitur icon Peregrini, cum Dicto. ET CAETERA. Vnde eliciendum est hominem soli virtuti natum, & per eius vias inuias itinerantem, nunquam vitæ propriæ consulere posse. Dictum videtur hoc insinuare, namq; intellecta desiderij mente, quisq; cætera inde colligere potest. Ex Iouio delinitur homo syluestris, cum Dicto. MITEM ANIMVM AGRESTI SVB TEGMINE SERVO. quandoquidem Author phrenoschematis cum seueri, & rigidi esset aspectus, nihilominus miti mente, & placidis moribus erat imbutus. *Promethei figura cum face.*

Non desunt etiam phrenoschemata icone mulieris exornata. Nam Lucas Contilis exhibet figuram Mineruæ, cum Dicto. HAVD SIMPLEX VIRTVTIS OPVS. Quo docemur, nullam actionem absq; sapientia perfectam esse posse. Idem Author figurat Palladem nudam ducentem circulum æquinoctialem, hac enim ratione, cum Aristotele, vigor vniuersi à sapientia dimanare perhibetur. Titulus est.

Icones mulierum in phrenoſchematibus.

eſt. SEMPER NON SEMPER. cum Sapientia ſemper influat, & ignorantia non ſemper impediat. Item ingenioſum fuit phrenoſchema Patauinæ Ciuitati attributum, in quo Minerua armata habens clypeum non gorgoneo capite, ſed leonino inſignitum conſpicitur, cum Dicto græco. μηκέτι γοργόνα κεφαλήν. quaſi non amplius gorgonéo capite ſcutum Palladis exornetur; ſiquidem icone Leonis Inſigni gentilitio Venetorum, maxima reuerentia erga Rẽpublicam Venetam demonſtratur, qua omnes, qui ſunt in aliena poteſtate, ſuos Principes naturales proſequi debereẽt. Perciuallus meminit cuiuſdam, qui figurauit mulierem formoſiſſimã, & gratioſiſſimam, nempe Pandoram, cum Dicto. CVI MINERVA CEDIT. Finxerunt olim Poetæ

Pandoræ ſimulacrum.

Pandoram, iuſſu Iouis à Vulcano fuiſſe fabricatam, quã poſtea ſinguli Dij proprio A exornarunt munere, nam Minerua ſapientiam, Venus venuſtatem, Apollo muſicam, & Mercurius eloquentiam illi communicarunt, vnde nomen ſortita eſt.

Contilis effigiauit mulierem, nempe Veritatem cum ſceptro in dextra, & ſpeculo in ſiniſtra, vndiq; radijs coruſcantẽ, cum Dicto. HAC PRAEVIA. Sic enim recta mens manifeſtatur, quandoquidem, veritate duce, viæ inuiæ, & inacceſſæ vitantur. Idem Author exhibet ſimulacrum fidei, nempe mulieris ſedentis ſupra quadratum lapidem, & dextra lilia tenentis, cum Dicto. VTRIQ. ſic enim inſinuat Author ſe tanquam virum nobilem, & tanquam chriſticolam fidelem futurum. Ruſſelius quoq; pinxit Iuſtitiam, cum Dicto. CVIQ. SVVM. Hoc Inſigne attribuitur prudentiſſimo Principi, qui concordiam populi ex adminiſtratione Iuſtitiæ prodire ſignificabat.

Iterum Ruſſelius picturam mulieris Patientiam exprimentis exhibuit, cũ Dicto græco. ἴσους ἄσχετα. quod latinè ſonat. SIC OMNIA. nam quidam Princeps author B

Patientiæ ſimulacrum.

phrenoſchematis inſinuare volebat, tollerantia, & conſtantia, cuncta regenda eſſe. Perciuallus memorat quoddam Phrenoſchema, in quo conſpicitur ſimulacrum mulieris noctem repræſentantis, cum Dicto. MATRESSA DE MOIN DESIR. Vnde animaduertendum eſt nóctem ſumi pro vmbra terræ oppoſitam diei, quaſi vires Solis demat, & apud Poetas, nox tanquam filia terræ, & Mater Parcarum, & Eumenidum prædicatur, in qua ſilentium dominatur, & quandoq; ſilentium pro arcano, & taciturnitate vſurpatur, quam Amantes appetere ſolent; idcirco canebat Ouidius.

Præcipuè Cytherea iubet ſua ſacra taceri,
Admoneo, ventat ne quis ad illa loquax.

Inſuper Ruſſelius exhibuit figuram mulieris fortunam referentis, cum Dicto. C

Icon Fortunæ.

AVDACES IVVO. dummodo hoc intelligatur de audacia in rebus optima ratione gubernandis. Memiait etiam Perciuallus cuiuſdam ingenioſi viri, qui iconem mulieris amatæ effigiauit, cum Dicto. SENSVS SENSVM PARIT. Pro cuius intellectu, notandum eſt, quòd illa vox (ſenſus) in maſculino genere prolata, proprié ſenſus exteriores ſignificat, ſed prolata in genere neutro, ſententiam, animum, & ſenſum interiorem indicat. Tandem Camillus de Camillis ſcriptor italicus delineauit iconem nymphæ, cuius dextra cornucopiæ ſtringit, & ſiniſtra aquam vrna effundit, cum Dicto. ABVNDANTIVS. Huius expoſitionem cunctis notam eſſe exiſtimamus.

Aliquando Authores in phrenoſchematibus duas icones humanas figurarunt. Ruſſelius effigiauit hominem genuflexum tangẽtem librum ſupra genua cuiuſdam D

Fidei ſimulacrum.

Regis locatum cum Dicto. SANGVINE POTIOR. hoc ſimulacro fides repræſentatur; deindè quamuis vinculum conſanguineitatis ſit arctiſſimum, nihilominus, hoc Dicto, fidem magis pendendam eſſe ſignificauit. Item pinxit iconem mortis hominem genuflexum gladio ferientis, cum Dicto. IMPROBVS NVLLO FLECTITVR OBSEQVIO. Sic enim oſtendit homines omni crudelitatis genere inquinatos nullis vnquam obſequijs flecti poſſe. Perciuallus quoq; pinxit binos homines, nempe duo mancipia currum trahentia, cum Dicto italico. VIEN GIOVE INCATENATO AVANTI IL CARRO. Pro cuius intellectu, legendus eſt Seneca, qui mutuo amore catenam quandam repræſentari prodidit.

Apud Lucam Contilem licet intueri iconem mulieris, quæ, pedibus apprehẽſum infantem in fluuio mergit, cum Dicto. HVMANA PRVDENTIA MINVS. Hæc pictura refert. Tetidem, quæ filium ſuum Achillem in palude ſtygia merſit, vt ille

lum

lum gladijs impenetrabilem redderet, nec tamen præsenſit talorum vulnere tandem esse periturum: quapropter author sic argumentari videtur: si Tetis Dea non fuit ita cauta in administrando præsidio, vt filium Achillem ab impendentibus vulneribus tutaretur, multò minus homines id præstare poterunt. Tandem Iouius, fine Dicto, exhibet figuram mulieris eleganti, & regio ornatæ vestitu, cum icone pueri aulici, scopulis, vestimenta regia emundantis, & hoc esse phrenoschema cuiusdam Principis asseuerabat, qui Italiam eius nuturegi credebat, nec tamen animaduertebat vestium quisquilias ad se trahi. *Tetis, & Achilles.*

E

APOPHTEGMATA.

VIRORVM probitate, & eruditione conspicuorum varij animi sensus, ad virtutes, vitia, & miseriam humanæ vitæ attinentes hoc in loco exarandi sunt. Quoad virtutes; habemus apud Ioannem hæc verba. *Pilatus dicebat ad Iesum, mihi non loqueris? nescis me potestatem habere te crucifigendi, & absoluendi? tunc respondit Iesus, non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi hoc tibi datum esset superne.* Hinc potestatem humanam nisi superne concessam nihili pendendam esse elicimus. Diuus Augustinus, ex Possidonio, interrogatus, quare cum sorore sua nolet habitare. Respondit, mulieres, quæ cum sorore mea viuunt, non sunt meæ sorores. Item Bion Abbas ad sororem ab Antonio missus, illius domicilium clausis oculis ingressus est, deinde confestim recessit; illa verò inclamante, & inuitante, dixit, fuit æquum, & quod optaueras, vidisti me. Vxore Tribuni desiderio videndi Ioannis Anachoretæ flagrante, Tribunus virum iustum inuitabat, vt retulit Marulus. *Cap. 10.* *In vita D. Aug. c. 26.* *Lib. 4.*

F

Atille respondebat, nequaquam id fecero, sed per quietem me illi apparituru spondeo; namq; aspectus mulieris magnum animæ periculum inferre potest: vnde, ex Surio habemus, quòd Sabæ Monacho cum altero iter facienti obuia facta est venusta iuuencula, quæ cum præterijsset, Sabas sui comitis ingenium explorans dixit; qualis tibi visa est, illa mihi certè lusca, comes negauit, quoniam accuratius illam erat intuitus. Tunc Sabas dixit; nunquam legisti, nec capiaris nutibus illius. *In vita Sabæ.*

G

Salomon quoq; aliquando pronunciauit mulierem probam, & modestam viri coronam nuncupari. Scipio Africanus, ex Plutarcho, dicere solebat equos ferociores tradendos esse domitoribus, vt deinceps facilius pertractari possent: ita homines rerum prosperitate effræ nati in gyrum rationis ducendos esse, vt, visa rerum humanarum imbecillitate, & fortunæ vanitate, moderatiores reddantur. Musonius, ex Stobeo, describens hominem, dicere solebat: Homo solus omnium in terra degentium est Imago Dei, & similes ei virtutes habet; siquidem in Deo nil præstantius excogitari potest, quàm Prudentia, Iustitia, Fortitudo, & Temperantia. Erasmus insinuabat hominibus senescentibus ita viuendum esse, vt adolescentibus rectam viuendi normam exhiberent, cum optima via ad senectutem sit eruditio. Olim enim senescentes magnis cumulabant honoribus propterea in Senatum nonnisi senes ingrediebantur, quod innuebat Ouidius hunc in modum. *In Proverb. 12.*

H

Lib. 5. Fast.

Nec nisi post annos patuit tunc curia seros,
Nomen & ætatis mite Senatus habet.

Hinc quidam profectus in Lacedemonem, cum vidisset honorem quo senes prosequebantur, hæc verba protulisse dicitur; in sola Sparta senescere expedit. Philonis vxor in cœtu plurium fœminarum interrogata, cur sola, inter tot mulieres, aureo ornato non vteretur. Scitè respondit; satis vxori magnus ornatus viri sui. Demùm cum Cyprij aduersus Astyagem Medorum regem infæliciter pugnassent, mulieres Cypriæ fugientibus in vrbem obuiam iuerunt, & nudatis ventribus dixerũt; quò fugitis ignaui? an nescitis vos huc iterum intrare non posse, vnde semel, naturæ lege, egressi estis? hinc colligendum est viros aliquando à fœminis animari. *Viri à fœminis animantur.*

Non

Non deſunt apophtegmata vitia hominum taxantia: quamobrem Ariſtonymus vitam hominis theatro aſſimilabat, vbi peſſimi homines ferè ſemper primatum obtinent. Et Archytas ſolebat dicere; quemadmodum ſumma etiam diligentia adhibita, piſcis abſq; ſpinis inueniri nequit; ſimiliter neq; hominem inueniri poſſe aſſeuerabat, qui aliquid doloſum non haberet admixtum. Vnde Eraſmus iure optimo pronunciabat homines ad voluptatem proniores eſſe, quàm ad virtutem. Et ex eodem, homo expers Philoſophiæ ad omnem vitæ functionem eſt inutilis: quare hominem vaſi comparabat, quod ſi ſit integrum necne, cognoſcitur, dum liquor infunditur: ſic homo, quando imperium illi committitur. Item Diogenes, ex Laertio, homines, qui in coquos, ſcorta, & adulatores proprias effundebant facultates, aſſimilabat arboribus per præcipitia naſcentibus, quarum fructus nõ homines ſed Vultures, & Corui comedunt: ſignificabat enim eos nequaquam eſſe homines, qui voluptatibus, & gulæ famulantur. Idem Diogenes quandoq; intuens adoleſcentem cultu, geſtuq; parùm virilem, hæc protulit verba: non te pudet reijcere quod tibi natura conceſſit? ſiquidem illa te virum fecit, tu autem temetipſum in fœminam fingis. A

Arbores per præcipitia naſcentes quibus aſſimilentur.

Pariter idem Diogenes lucernam accenſam, etiam meridie geſtans, hominem quærere dicebatur, quoniam publicos ciuitatis mores homine vix dignos eſſe exiſtimabat: quocirca idem rediens ex olympijs interrogatus, vidiſſet ne ibi multam turbam, reſpondit turbam plurimam, ſed homines perpaucos. Immò quandoq; idem Diogenes ſtans in foro hominum frequentia circumdatus clamabat; adeſte homines: ideo circumſtantes indignati dicebant; en adſumus; tunc Diogenes baculo illos abigens magis vociferabatur dicens; iubeo adeſſe homines non ſterquilinia, inſinuans nomen hominis minimè competere illis, qui iuxta rationem nequaquam viuunt. B

Diogenes hominẽ quæritans.

Stilpone quoq; ex Laertio, in hominum frequentia conſpecto, quidam dixit: iſti homines te belluam admirantur; at Stilpon reſpondit nequaquam, ſed vt verũ hominem, quia ſolent beſtiæ peregrinæ in ſpectaculum deduci, & vulgares homines nemo miratur, ſicq; obiter interpellatorem tanquam non verum hominem taxauit. Anacharſis, ex Stobeo, interrogatus quid hominibus eſſet infeſtum, reſpondit, ipſi ſibiipſis. Cato maior Lentulo, qui ſputum in eius faciem proiecerat, ſtatim abterſa facie, dixit: affirmabo cunctis, Lentule, fallì eos, qui te negant os habere; ſicq; argutè tantam impudentiam notauit. C

Canutus Rex Angliæ aſſentatorem, qui omnia ad Regis nutum conuerti affirmabat, ſic repreſſit: Suam ſedem in littore maris locari iuſſit, quam cum aſcendiſſet, dixit mari: tues meæ ditionis, & terra, in qua ſedeo, mea eſt; impero igitur tibi, ne in terram meam aſcendas, neq; veſtes Domini tui madefacias: interim mare, de more, vndis pedes Regis ſine reuerentia humefecit: tunc Rex reſiliens dixit: ſciant omnes orbem habitantes vanam eſſe Regum potentiam, neq; Regis nomine quempiam dignum, præter illum, cuius nutui Cœlum, Terra, & Mare obtemperant; neq; deinceps coronam ſibi impoſuit. Cyrrus, ex Plutarcho, dicebat eos homines, qui ſibi prodeſſe nolleat, cogi oportere, vt alijs famularentur: ſignificabat enim natos ſeruili animo, ſibiq; inutiles imperio adigendos, vt aliorum commodis inſeruiant.

Canuti Regis Angliæ aſſertũ aurcum.

D

De vitijs quoq; mulierum, & præcipuè improbarum nonnulla ſuperſunt apophtegmata recitanda. Ideirco Secundus philoſophus aliquando interrogatus, quid eſſet mulier improba: reſpondit, viri naufragium, domus tempeſtas, quietis impedimentum, vitæ captiuitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, ſumptuoſum bellum, ſollicitudo confidens, lœna cõplectens, exornata ſcylla, animal malitioſum, malum neceſſarium. Vnde Theopſilus Imperator vxorem ducturus multas puellas lectæ venuſtatis vndiq; accerſiuit: cum igitur Iſaciam Virginem dotibus formæ præſtantiorem intueretur, hæc verba protuliſſe fertur: à muliere emanarunt mala. At illa honeſto reſperſa rubore reſpondit à muliere res etiam meliores prodire. Verùm Diogenes aliquando conſpicatus mulieres garrulas colloquentes, hanc promulgauit ſententiam. Aſpis à vipera venenum mutuatur. Hinc Democritus quandoq; interrogatus, cur magnæ cum eſſet ſtaturæ, paruam duxiſſet vxorem ſic reſpondiſſe

Vitia mulierũ taxãtur.

Aſpis à vipera venenũ adagium.

spondisse fertur: ego in malo eligendo, quod minimum erat elegi. Et Protagoras interrogatus, quare inimico filiam nupsisset, dixit, quia nihil illi dare poteram deterius. Idem Philosophus anum eleganter ornatam intuitus exclamauit: si viris, falleris, si sepulcro, ornata es. Et ex Aristipo, mulier pigmentis faciem venustans, animum deformem indicat.

Solon aliquando rogatus, an vxor esset ducenda, respondit: si turpem duxeris, habebis pœnam, si venustam, habebis communem. Socrates autem, ex Laertio, dicere solebat mulierem decoræ, & egregiæ formæ esse templum supra cloacam ædificatum.

E Hinc transeundum est ad apophtegmata miseriam humanam respicientia. Quocirca Aristoteles, ex Stobeo, interrogatus, quid esset homo, respondit imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ lusus, inconstantiæ imago, inuidiæ, & calamitatis trutina, reliquum verò pituita, & bilis. Hinc Philippus ex Rhodigino, posteaquàm apud Cheroneam, Athenienſium opes profligauit, tanta superbia agitari cœpit, vt infortunijs se minime obnoxium esse existimauerit: ideo resipiscens, & ex tanta fœlicitate aliquod malum sibimet impendere præsagiens, id munus iniunxit vni ex pueris aulicis, vt quotidie, statim atq; dilucularet, in domicilium ingressus exclamaret: memineris ô Rex, te non Deum, sed hominem esse multis ærumnis, & miserijs expositum: quapropter Democritus interrogatus, quid de hominum sorte sentiret: miseram hominum fortunam esse asserit; cum bona quærentibus vix contingant, & mala non quæsita præter omnem expectationem, accedant. *Miseria humana qualis.*

F Hinc Aeneas Syluius audiens disputantes de miseria humanæ vitæ, pronunciauit vitam nostram comediam esse, cuius postremus actus in morte agitur. Bias quoq; solebat diuulgare hominem ita vitam metiri debere, quasi multum, & modicũ temporis victurus sit: siquidem Antiphon vitam hominis carceri vnius diei assimilabat. Qua de re Xerses cum vidisset vniuersum Helespontum nauibus suis constratum, & omnia litora, necnon planitiem Abydenorum numeroso refertam exercitu lacrymas fudit: de hoc autem interrogatus protulit, se lacrymasse, cogitans, quàm breuis esset hominum vita, quoniam tam numerosæ multitudinis post annum centesimum nemo esset superuicturus. *Vita humana est comedia.*

Item Socrates rogatus, quomodo vita sine molestijs esset peragenda, negauit id vllo modo fieri posse: cum non liceat Ciuitates habitantibus, & cum hominibus G versantibus, absq; ærumnis ætatem ducere. Quamobrem Silenus ex Plutarcho, à Mida captus, & interrogatus, quid homini esset optimum, respondit, optimum esse nunquam nasci, vel natum quàm primum aboleri. Solon quoq; quid esset homo, interrogatus; hæc protulisse fertur. putredo est in ortu, bellua in omni vita, esca vermium in morte. Quare Franciscus Borgia, vt retulit Ribadinera, febre valde afflictatus solebat exclamare, nihil esse in humanis perpetuum: vnde postea Iustus Lypsius suo epitaphio quod Louanij visitur, hoc inseruit. *In Vita Borgia.*

Humana cuncta fumus, vmbra, vanitas,
Et scena imago & verbo, vt absoluam, nihil.

Alexander etiam, ex Plutarcho, cum Deus vbiq; ob res fœliciter gestas appellaretur, ex duobus, nempe ex somno, & congressu, se mortalem esse intelligebat: H quandoquidem somnus gelidæ mortis imaginẽ refert, & coitus ad epilepsiẽ species refertur. Immo idem Alexander, cum in obsidione cuiusdam vrbis sagitta ictus esset, institutum deserere, & chirurgum accersere coactus, dixit omnes me Iouis filium pronunciant, cum hoc vulnus me mortalem esse moneat. Iure igitur merito Ferdinandus Imperator hominem Cœlo, terra, mari, arboribus, brutisq; animantibus longè inferiorem esse attestabatur: cum hæc omnia tempestatem præsentiant; homo tamen mala sua neq; præuidere, neq; eis prouidere potest. *Dictũ Alexandri.*

Amplius Diogenes, ex Laertio, aliquando in vita humana contemplans vrbium Gubernatores, Philosophos, & Legislatores, tunc omnium animantium hominem præstantissimum prædicabat, sed vicissim meditans somniorum interpretes, necnon gloriæ, & diuitijs famulantes, homine nihil sibi videri stultius exclamauit, infinuãs ingenium hominis ad res optimas accommodatum probandum, & ad vitia pronum improbandum esse. Quamobrem Phauorinus, ex Stobeo, homines partim ridiculos,

Homo ridiculus, odioſus, & miſerabilis.

los, partim odioſos, & partim miſerabiles eſſe prodidit, ridiculos quia per audaciam maiora affectant, odioſos, qui ea conſequuntur, miſerabiles, qui ſpe fruſtrantur. Hinc Socrates exiſtimabat Deum ſemper ridere vana hominum ſtudia, quibus peractis, perpetuò ſe victuros eſſe opinantur. Tandem Crantor, ex Laertio, promulgauit quicquid alicui hominum accidit, id vnicuiq; euenire poſſe.

ADAGIA.

A

MVLTA ſunt prouerbia, quæ partim ex humanis partibus, partim ab humanis proprietatibus originem ſumunt, de quibus ſigillatim in præſentia ſermonem habere decreuimus. Primùm igitur reſpiciendo partes, & potiſſimum caput, ſingularia inueniemus. *Caput ſcabere*. eſt adagium conſimile illi. *Vngues arrodere*: etenim hi omnes ſunt geſtus hominis cogitabundi; quapropter Horatius hunc reſpiciens canebat.

——— inverſo facies

Lib. 1. Satyr 10.

Saepè caput ſcaberet, vines, & erroderet vngues.

Profertur aliud prouerbium. *Capite admoto*. quo admonemur, qua ratione obiurgandus ſit amicus: namq; primùm id fiet placidis, & non aſperis verbis deinde clam B culum, remotis arbitris, nempe admoto propius capite. *Caput vacuum cerebro*. eſt prouerbium in eos prolatum, qui corporis venuſtate præcellunt, deinde ingenio carent. *Capite geſtare*. Relatum eſt à Platone, & prolatum in eos, quos amore proſequimur. Translatum fortè à matribus, vel nutricibus, quæ infantes amatos, & incunis locatos capite interdum geſtant. *Tertium caput*. adagium eſt deſumptum à baiulis, qui non ſolum humeris, & ceruice, ſed etiam capite interdum onera ferunt. Hoc torqueri poteſt in homines varijs diſtractos negocijs. *Capiti ocream, & tibiis galeam adaptare*. Hoc protulit Lucianus de illis, qui omnia præpoſterè agunt. *Nec caput nec pedes*. dicitur de negocio ita implicato, vt ratio non inueniatur, quæ illud explicare poſſit; quare ab Antiquis tale negocium, nec caput, nec pedes habere dicebatur. *A capite vſq; ad calcem*. hoc pronunciatur, quando rem totam complecti C volumus: veluti ſi aliter diceremus. *A capite ad pedes. Ab ingreſſu vſq; ad coronidem. A vertice ad imos talos. Ab vnguiculo vſq; ad capillum. A pedibus vſq; ad caput. A capillo vſq; ad imum calcaneum.*

Caput ſine lingua. prolatum eſt in illos, qui præſentes diſputationibus, & conſultationibus, aliorum ſententiæ ſemper annuunt: quare hoc poterit etiam promulgari de pedaria ſententia; ſiquidem pedarij Senatores olim vocabantur, qui in Senatu ſedentes ſententiam non rogabantur, ſed tantummodo in aliorum ſententiam pedibus diſcedebant. *Capitis & inguinis neſcit diſcrimen*. Effertur de illis, quibus differentia honeſti, & turpis eſt ignota, quoniam caput inter membra honeſta, & inguen inter inhoneſta recenſetur. Vnde Iuuenalis de muliere temulenta ſic canebat.

——— quid enim Venus ebria curat? D

Inguinis, & capitis, quæ ſint diſcrimina neſcit.

Lib. 10. Dypnoſoph.

Capita quatuor habens. eſt adagium narratum ab Athæneo de hominibus ebrijs, quibus omnia geminata eſſe videntur.

Præterea capilli etiam adagijs anſam dederunt. Dicitur enim. *Capillus etiam vnus*. ſubintelligendo vmbram ſuam habet: ad ſignificandum commodũ quantumuis puſillum tuuare, & quodlibet etiam exiguum nocere. *Capillus ſeruilis*. effertur de homine vili, & prauis moribus imbuto, ductum eſt adagium à ſeruis manumittendis, quorum capilli olim radebantur. *Capillis trahere*, dicuntur illi, qui vi propelluntur. Pallas enim, apud Homerum, capillis Achillem à pugna reuocaſſe perhibetur. Non abſimile eſt aliud. *Crines capere*, quo vſus eſt Plautus, vt oſtenderet oblatam occaſionem eſſe arripiendam, & arreptam retinendam: ſumptum videtur adagium ab hominum conſuetudine, qui crinibus aliquando retinentur. *Homo pilo dignus.*

In Rhetore.

In Muſtel.

dignus. pro homine viliſſimo vſurpatur: quandoquidem piſo, ſeu capillo nihil vilius inueniri poteſt. *Comam tondere.* vſurpatur pro ludificare: ſiquidem ſtupidorum, & non ſentientium coma in ludibrium tondi ſolet. Immò hodie etiam vulgò dici ſolet. *Ne me tondeas.* nimirum, ne me irrideas. *Caluum hominem vellis*, pronunciatur de illo, qui operam inanem molitur. *Homo caluus comatus.* effertur in illum, qui veris bonis diſſipatis, adſcititijs ſe iactat, aut in virum indoctum, qui pro ſua doctrina alienam edit.

Frontis adagia ſunt hæc. *Prima fronte.* nimirum prima facie, vel primo aſpectu. *Frons occipitio prior.* Antiquitas hoc adagio ſignificabat ſatius eſſe, & rectius tra- *Prouerbia*
E ctare negotium, quando præſens eſt, cuius eſt negotium: namq; illud verbũ (prior) *frontis.*
quaſi potior, & melior exponitur; ſiquidem cunctis erat notum frontem eſſe partem priorem, & occipitium poſteriorem. *A fronte ſimul, & occipitio.* dicitur de illis, qui indicant admirabilem rerum omnium cognitionem, quæ conſtat ſcientia præſentium, memoria præteritorum, & prouidentia futurorum. *Ex fronte perſpicere.* profertur in illos, qui veluti nutibus negotium apprehendunt. Deſumptum eſt adagium à Phyſiognonomis, qui ex lineamentis faciei ingenium hominis cognoſcere profitentur. *Fronte ſua.* hoc promulgatur de illo, qui liberè, & apertè, non autem coactè, & occultè aliquid proponit. *Frontem perfricare.* dicitur de illis, quibus nullus ineſt pudor: etenim frons ab Antiquis pudori erat conſecrata: quare frontis perfricatæ eſſe dicebantur: qui pudore, veluti à fronte abſterſo, omnem modeſtiam de-
F ponebant. Tandem *frontem experrigere, & frontem corrugare.* Sunt duo adagia ſibi inuicem oppoſita: ſiquidem frons explicatur in gaudio, & corrugatur in mæſtitia. Non immeritò igitur Plinius ſcribebat frontem humanam triſtitiæ, hilaritatis, cle- *Lib.6.c.17.*
mentiæ, & ſeueritatis indicem eſſe.

Iam ad oculos tranſeamus. *Oculus vicini inuidus.* pronunciatur de vicinis maleuolis. Quamobrem Ouidius huc fortè reſpiciens canebat.

Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in aruis, *Oculorum*
Vicinumq; pecus grandius vber habet. *prouerbia.*

Oculus mulieris. Adagium eſt prolatum de re pernicioſa: propterea quod aliquando Virgilius canebat.

——— ——— *vritq; videndo.*

Famina.

G Immò aliàs explicatum fuit amorem per oculorum feneſtras introire: qua de re Ouidius meritò cecinit.

Perq; tuos oculos, qui rapuere meos.

Oculos in occipitio gerit. diuulgatur de homine verſipelli, quem fallere eſt difficillimum: idcirco Perſius talem hominem Ianum appellauit. Commendabat igitur Homerus Principem oculatum ὀφθαλμὸν καὶ ὄπιθεν nimirum ante, & retro: hoc adagium ad noſtram vſq; ætatem penetrauit: quandoquidem hodiernum vulgus hominem vafrum oculos in tergo geſtare tradit. *Oculis magis habenda fides quàm auribus.* Siquidem quæ cernuntur certiora ſunt ijs, quæ audiuntur. Ad rem igitur Horatius canebat.

Segnius irritant animos demiſſa per aurem, *In arte poe-*
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus. *tica.*

H Quare poſſumus veritatem illius ſententiæ affirmare, ſcilicet potior eſt teſtis oculatus vnus, quàm auriti decem. *Oculis fixis intueri.* hoc publicatur quando aliquid attentius, & accuratius contemplamur. Sumptum videtur adagium ab Amantibus, qui oculis nunquam dimotis rem amatam conſpicantur. *Oculis puluerem offundere.* diuulgatur, quando quis ſtudio rem obſeruat, & aduerſario iudicium eripit. Prouerbium ortum eſſe videtur à militia, vbi excitato in hoſtes puluere, victoria reportatur. Hodie hoc effertur de emptore, qui rem alioquin caram vili pretio emit, quaſi in oculos venditoris puluerem effunderit, ne rem pretioſam intueretur. *Oculis, & manibus.* hoc vſurpatur, quando aliquid omnibus modis compertum eſt: quandoquidem ſunt aliqui homines ita refractarij, vt etiamſi videant, niſi manibus contrectent, non credunt. *In oculum vtrumuis dormire.* hoc prouerbium eſt conſimile illi. *In vtramq; dormire aurem.* de ijs potiſſimum effertur; qui abſq; moleſtijs

Lib.2. Rhetor. viuunt. *In oculis pudor.* Refertur ab Ariſtotele cum nos pudeat eorum, quæ videntur: ſiquidem aſpectus, vel generat, vel renouat pudorem: idcirco pueri, quando eos alicuius pudet, oculos tegunt, & Socrates apud Platonem de amore dicturus, ob verecundiam, oculos tegit: vnde Poetæ hac moti ratione Cupidinem cæcum finxerunt, quia ſit improbiſſimus. Huc ſpectat illud Ciceronis aſſertum, nimirum epiſtolam non erubeſcere, cum oculis careat. Pariter homines oculis carentes à verecundia alienos eſſe obſeruamus: hinc tandem Ouidius noctem tanquam cæcam pudore vacare aſſeuerauit. *Oculus dexter mihi falit.* Id pronunciamus, quando aliquod optatum videre ſperamus. Sumptum videtur à ſuperſtitione quadam mulierum, quæ ex pruritu alicuius membri diuinare volunt quid futurum ſit: idcirco noſtra etiam ætate, aiunt, per iocum, ſibi dextram tinniſſe aurē, ſignificantes factam de ſe cum laude fuiſſe mentionem. A

Lib.8.c.9. Idq; Plinius atteſtatur dicens quandoq; creditum fuiſſe, vt qui abſens laudaretur, dextra auris citmniret, & qui vituperaretur, ſiniſtra. *Ad oculos magis, quàm ad veſicam pertinet.* hoc protulit Varro de re magis ad voluptatem, quàm ad lucrū attinente: nam hoc in loco veſica pro lucro vſurpatur: cum olim Priſci veſicis porcinis, & bubulis pro loculis, & receptaculis pecuniarum vterentur. *Oculi Atrei.* proferuntur de ſeueritate, quandoquidem Atreus in tragedia, oculis toruis, & truculentis introducebatur.

A cæcitate, & vitijs oculorum aliqua dimanant prouerbia: vt *Homo exoculatus pro caco.* profertur, quando in vno verbo emendando, alterum eadem vi pollens adhibetur. B

Oculum excludere. dicitur, ſi res ex ſententia ſuccedat, quæ ſuccedere nequaquàm poteſt; ideo ſenex ille apud Plautum dicebat: excludite oculum, ſi dederit. *In Pſeudolo* *Hominis caci præſcriptio.* diuulgatur de re abſurda, nimirum quādo qui præſcribit non intelligit quid dicat. *Homo cæcus auribus, & mente.* de homine valde ſtupido pronunciatur. Sic refertur à Strobeo τὶ τυφλῷ, καὶ κατόπτρῳ, nimirum quid cæco cum ſpeculo? veluti ſi dicatur, quorſum opus eſt libris indocto? *Oculis clauſis agere.* ſpectat propriè ad illos, qui ante operationes nihil præmeditantur. *Oculus lippus non fert Solis radios.* Attinere poteſt ad homines craſſæ mineruæ, qui myſteria alicuius facultatis apprehendere nequeunt.

Succedunt ſupercilia, à quibus duo in conſuetudinem prouerbij venerunt; ſiquidem dicitur. *Supercilium attollere, & ſupercilium ponere.* Primùm profertur in arro- *Prouerbia ſuperciliorū* gantes, & ſuperbos, quos etiā ſupercilioſos appellamus: immò *ipſum* ſupercilium C aliquando pro faſtu vſurpatur: pariter ſupercilium ponitur, quando ſuperbia retunditur: cum in ſupercilijs pars animi reluceat, dum ijs annuimus, & renuimus. *Supercilium cenſorium.* hoc Seneca prodidit de eximia grauitate, & tetrica ſeueritate: cum Romæ Cenſorum Magiſtratus eſſet quinquennalis, penès quos talis erat authoritas, vt eis Senatores loco mouere, equos ab equitibus adimere, & plebeios infamia taxare liceret.

Naſus quoq; adagia ſuppeditat. Dicimus enim. *Naſo ſuſpendere.* Quando aliquis fraudulenter irridetur: ideò homines naſuti nūcupantur qui alios verſutè ludificant. *Naris emunctæ.* hoc pronunciatur de homine acris iudicij.

Orit Adagia Sub naſo os latibulatur, quod ſuis non caret adagijs: ideo dicimus. *In os præmanſum inferere.* quando aliquis docendo, rem diligentiſſimè explanat: ſumpta metapho- D ra à nutricibus, quæ cibum præmanſum in os infantium adhuc edentulorū inferunt. *Os ſublinire.* promulgatur, quando verba dantur, & aliquis ludificatur. Nonius Marcellus adagium oriri putat à quodam genere antiqui luſus, in quo dormientiū ora pingebantur. *Os non habere.* Spectat ad impudentem, quoniam os verecundiā denotat. *Os expuens.* ad illos attinet, qui aliquid amoliuntur; ſcripſit enim Valerianus in id expui ſolere, quod abhorremus. *Os duodecim ſalientum.* Vocatur homo, qui magnifico valeat eloquio. ſumpta metaphora ab Athenienſi quodā fonte, qui copiam aquæ per duodecim ſcatebras effundebat.

De lingua multa peruulgantur, quæ in præſentia ſunt enumeranda. *Lingua bellare.* dicuntur illi, qui mirandum in modum tantummodò minantur hoſti, quando res tuta eſt: idcircò Heſychius tales γλωσσάσπιδας cognominat, quoniam pro armis lingua vtantur. *Lingua amicus.* nuncupatur ille, qui verbotenus beneficium præſtat:

ſiquidem

siquidem cum ex animo non diligat, benevolentiam tantùm sermone præ se fert. *Linguam senis mutare*: diuulgatur in illos, qui intempestiuè operantur, etenim est notum quamcumq; linguam à pueris facilè apprehendi, quod adulti difficulter assequuntur. *Est in lingua ebrij, quod in mente sobrij.* hoc à Plutarcho, loco prouerbij, vsurpatur: sobrius enim, vel pudore, vel timore non pronunciat, quod ebrius, absterſa à vino verecundia, facile publicat. *Lingua non redarguta* refertur ad illos, qui rationibus superati non cedunt, sed semper magis refractarij euadunt. *In lingua claues.* hoc palam recitatur, quando fida silent: spes promittitur: quandoquidem lingua veluti claue obserata esse videtur, quotiescumq; arcana non reuelat: quare ca-
E nebat ille.

Arcanum vt celet, claudenda est lingua sigillo.

Quicquid in linguam venerit. celebratur de illis, qui multa temerè, & arroganter loquuntur; cum quicquid in animum venerit, pronunciant. *Lingua prolapsa verum dicit.* Etenim verum esse creditur, quod aliquis imprudenter publicauerit, quoniam illud suspitione fictionis carere videtur: quare Cicero inter *In Topicis.* illa, quæ fidem faciunt, imprudentiam, temulentiam, puerilitatem, & insaniam recensuit; vnde hodiernum vulgus solet dicere: pueros, & stultos vaticinari. *Lingua quò vadis?* hoc recitatur à Suida hunc in modum γλῶσσα τοῦ πορεύῃ, πόλιν ἐρθίσουσα καὶ πόλιν ἀνατρέψουσα: nempe lingua quò vadis, erectum ciuitatem, & eamdem denuò subuersura; volut enim insinuare linguam plurimum vtilitatis, & plu-
F rimum perniciei afferre posse. Quamobrem Bias, referente Plutarcho, ad Amasidem *In lib. de loquacitate.* Aegyptiorum tyrannum iubentem, vt quid in carnibus victimæ optimum, & pessimum repertum indicaret, linguam resectam misit, significans huius præcipuũ vsum esse quotiescumq; aliquis prodesse, & obesse vellet. *Alijs lingua, alijs dentes.* cõsueuerunt hoc proferre de loquacibus, & edacibus: veluti non rarò contingit in conuiuiis, dum, alijs garrientibus, alij taciti epulas deuorant. *Lingua intrauit.* hoc palam recitatur, quando quis fidem promissi non præstat, vel quando non ex animo pollicetur. Tandem habemus à Diogene συναγλωττίσομαι, nimirũ lingua non impetam. Hesychius citat Aeschylum, ἀγλωττίσθαι, scilicet conuitijs lingua incessere, & propriè ad maledominantes attinet.

Sequuntur dentium, & labiorum adagia. *Dentem dente rodere.* diuulgatur in illum, qui carpit, & mordet aliquem pari mordacitate præditum: *Dentibus vesci tuis edu-* *Dentiũ prouerbia.*
G *tulus inuidet.* quoniam quod nobis non contingit, alijs inuidere non debemus. *Dente Theonino rodi.* dicuntur qui conuitijs lacerantur: depromptum est adagiũ à Theone poeta rabiosæ loquacitatis, & maledicentiæ: vnde Ausonius aliquando poetam quendam indoctum, & mordacem coactus fuit Theonem cognominare.

Labrum mordere: prouerbium est desumptum à gestu indignantium: quamobrem Aristophanes quandoq; dicebat: comedit labia præ iracundia. *Labijs primoribus degustare.* Significat quidpiam leuiter attingere, deductum est adagium ab illis qui leuiter cibum, vel potum libantes nihil in stomachum ingerunt. *Labra non palatum* *Labia.* *rigat.* hoc referri potest ad illos, qui exiguum largientes munus, præsenti necessitati non satisfaciunt: vel torqueri potest in illos, qui montes aureos cum polliceantur, L. 12. *Iliad.* nihil tamen vnquam donant. Hoc sumptum esse fertur ab Homero, quando verba
H facit de Andromache necem mariti Hectoris lugente, cui ad pellendum ab animo mœrorem, quoddam poculum oblatum fuit.

Iam prouerbia aurium exploranda se se offerunt. *Ad aures Deorum peruenit.* Re- *Aurium ada-*
citatur de aliquo facinore patrato. *Auribus Deorum seruandum.* hoc de re digna, atq; *gia.*
insigni pronunciatur. *Tacta aure.* pro rei memoria, de qua is, cuius auris tangitur, futurus est testis: prisci enim fuit ritus vellicandi aurem illius, qui in iudicium ducebatur: siquidem eum tanquam testem meminisse volebant. *Aurem culturæ accommodare.* hoc ad obedientiam spectare videtur: cum cecinerit Horatius hunc in modum.

Nemo adeo ferus, vt non mitescere possit,
Si modo culturæ patientem accommodet aurem.

Auribus æram obdit, spectat ad illos, qui monita non sequuntur, aut iusta, vel iniusta audire nolunt. Prouerbium hoc originem traxisse dicitur ab Vlysse, apud

Homerum, qui aduerſus doloſos Syrenarum cantus, ſuas & ſociorum aures obturauit. *Auribus ſummis inſidet.* recitatur hoc, quando aliquid perfunctoriè auſcultamus, aut quando aliquod relatum vix credimus. *In aurem dicere.* nimirum aliquid clanculum alicui communicare. Ortum eſt adagium ab illis, qui penes aurē aliquid inſuſurrant. *Ne ad aures quidem ſcalpendas otium eſt.* pronunciatur, quando ne minimum quidem temporis ad aliquid agendum ſupereſt. *Auribus purgatis.* nimirum attentè, & diligenter aliquid auſcultare: quamobrem Plautus aliquando ſic eſt locutus.

Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus.

Helluonis conditio. *Ad ambas vſq; aures.* diuulgatur de illis, qui profundum ventrem ſemper eſitando ingurgitant. Sumptum videtur adagium ab helluonibus, quorum os edulijs plenum ad vtramq; vſq; aurem dilatatur. *Auricula infima mollior.* hoc ſpectat ad hominem minimè ſeuerum: translata metaphora ab illa auris parte, qua in toto corpore nil mollius inueniri poteſt. *In aure oleum ferre.* torquetur in illos, qui alicuius ſermonem faſtidiunt, arrepta metaphora ab vrinatoribus, qui oleum in aures inſtillare ſolent, ne aqua intro fluere poſſit. *In comment ad Martial.* *Auris Batauæ.* hoc pertinet ad ſeueritatem: quandoquidem Domitius Calderinus batauam exponit ſeueram; erant enim Batani Germaniæ populi, qui domeſtica ſeditione pulſi extremas Galliæ oras cultoribus vacuas occuparunt, & potiſſimùm illam inſulam, quam hodie Hollandiam nuncupant. *Regum mulęq; aures, atq; oculi.* quandoquidem Principes cuncta, quæ in ciuitate fiunt, & dicuntur, per exploratores vident, & intelligunt. *Homini ſurdo fabulam* B *narrare,* nil aliud eſt niſi oleum, & operam perdere: iuxta illud Ouidianum.

Quid iuuat ad ſurdas ſi cantes Phœbus aures?

Hoc non abſimile eſt alteri à Suida relato: *παρὰ κωφῷ ἀπολογεῖσθαι.* ſcilicet apud ſurdum pedere. *Homo ſurdior turdo.* adagium eſt torquendum in illos, qui aſſiduè blaterantes non audiunt quid viciſſim ab alijs dicatur: ſiquidem turdo aut loquaciſſimæ ſurditas aſſignatur.

Barbę, & facies adagia. Superſunt adhuc barba, & facies, ex quibus hæc eliciuntur. *Barbam vellere* ſpectat ad ſummum contemptum, & ludibrium: iuxta illud Iuuenalis.

Idcirco ſtolidam præbet tibi vellere barbam.

Barbam à genis puerorum vellere hoc tradit Lucianus de illis, qui inanem ſubeunt laborem: quandoquidem nullum barbæ genus à malis puſionum euelli poteſt. *Ante barbam docet ſenex.* tunc publicatur, quando imberbis natu maiorem inſtruit. *Bar-* C *ba tenus ſapientes.* ſic nuncupabantur, qui præter barbam, & pallium, nihil Philoſophi præ ſe ferebant. Quare Bagoas, in Eunucho, inquit, ſi philoſophum ex barba metiri oporteat, hirci proculdubio primas tenebunt. *Barba Pronomi.* hoc de re in-

Pronomus quis eſſet. concinna pronunciatur: cum Pronomus fuerit tibicen prolixæ barbæ, quæ in tibicine ſuperfluo eſſe videtur. *Ex facie bonum virum præ ſe fert.* Hoc pertinet ad hominem, ex cuius aſpectu animi dotes coniectamus. *Faciei tua computat annos.* attinet ad homines, quorum rugæ faciei ſenectutem indicant. Relatum fuit à Iuuenali, & prolatum in quamdam mulierem, quæ cum eſſet onuſta annis, adhuc puellam agebat.

Modò per pectus, humeros, & cubitum, ad manum deſcendemus. Itaq; *corpus ſine pectore* eſt prouerbium pronunciatum in homines imprudentes, quoniā ſapien- D tia, & prudentia in pectore, & corde reſidere dicitur; ideo prudentes cordati appellantur. *Pectoris adagia.* *Pulmo prius veniſſet.* ſpectat ad homines tardos, & lentos in operationibus. ſiquidem pulmo reſidens in pectore continuò quidem mouetur, nihilominus de ſua ſede nunquam mouetur. *Humeris ſuſtinere* in illos profertur, qui ſumma induſtria alicuius ſalutem conſeruant: quapropter qui Reipublicæ quaſi collapſuram ſuſtinent, vulgò Atlantes appellantur. *Cubito emungere.* iactatur in homines ſordidæ conditionis, ducto prouerbio à ſalſamentarijs, quibus inoleuit conſuetudo mucum narium cubito abſtergere, cum manus muria imbutas habeant.

Manus cum ſit organum organorum infinita præbet adagia, nihilominus potiora tantùm in medium afferemus. *Manu plena.* exponitur copioſè, adagio ſumpto ab illis, qui non parcè, ſed manu plena aliquid largiuntur. Huic oppoſitum eſt. *Manum in ſinu habere,* hoc prodidit Theocritus de tenacibus, & pigris ad largiendum.

Manu

Manu longa, & manu breui tradere. manu longa dare dicuntur, qui promissis agunt, & spem tantummodò ostendunt. Vicissim manu breui tradere perhibentur, qui statim porrigunt, quod pollicentur. *Manum peteris, & pedem porrigis.* hoc adagio vsus est Diuus Hieronymus in Rufinum, & torqueri potest in homines auersi ingenij, qui aliud rogati, aliud respondent. *Manum non verterem.* exponitur: nihil mea refert; cum nihil facilius sit, quam manum vertere. hoc est consimile illi. *Digitū non porrigerem.* hodie vulgò dicimus: de sede me non mouerem. *Hoc non est in manu nostra.* tunc pronunciatur, quando significamus aliquod negotium non esse nostri iuris. *Manu ignauus, mente prosens.* dicitur de homine consilijs præstante, sed manu E minimè strenuo. Recitatur ab Ephestione grammatico, vt significaret prudentiam, & ingenium sine adminiculo manuum frustra operari: & vicissim robur expers ingenij, & prudentiæ, nihil valere; verùm si hæc iungantur, hominem reddit inuictum: quapropter huc alludebat elogiū Mithridatis Pontici, quòd sic se habebat. CONSILIIS DVX, MANV MILES: *Pugno tenere.* spectat ad id, quod sentitur: hoc vsus est Plato, quando afferebat eorum opinionem, qui existimabant quidquid non esse in rerum natura, præter res corporeas, & sensibus expositas, & secundas intentiones, tanquam inanes explodebant, cum tamen certiora sint, quæ ratione colliguntur, quàm illa, quæ manibus contrectantur: iudicium enim sensuum non rarò fallacia implicatur. *Inter manum, & mentum.* spectat ad breuitatem spatij: cum inter manum tenentem poculum, & mentum, minimum spatium intercedat: nihilominus inter spatium tam breue multa possunt contingere: itaq; erit consonum illi: inter os, & offam multa cadunt. F *Manū manum fricabit.* hoc oritur à mutuo officio, quod homines vicissim præstare solent, vel potius à versiculo Epicharmi comici, quod sic se habet.

ἢ δ' χεὶρ νιν χεῖρα νίζει, δός τι καὶ λαβοις τι.

Idest,

Manus fricat manum, da quidpiam, & aliquid accipies.

Monet neminem inueniri, qui velit beneficium in quempiam collocare, à quo non speret aliquam commoditatem ad se redituram: cum officium officio inuitetur, & beneficium beneficio prouocetur. namq; mutua est commoditas, quādo manus manum lauat: ideo circumfertur apud Græcos hoc distichon.

ἀνὴρ γὰρ ἀνδρα, καὶ πόλις πόλιν,
G χεὶρ χεῖρα νίπτει, δακτυλὸς τε δακτύλου.

Idest

Vir enim virum, & vrbs seruat vrbem,
Manus manum ablutat, digitus q; digitum.

Manum addere. legitur apud Plautum, & nil significat, nisi ludificare: translatū est adagium ab illis, qui manu auri addita, aliquem irridebant. *Manum summam addere.* dicitur de perfectione alicuius operis. hoc translatū est ab artifice, qui primò quoddam rude operis simulacrum fingit, & hæc vocatur prima manus, quando verò id expolitur summa diligentia, appellatur summa manus. Apud Græcos veteres legitur νὸν χεῖρα ἐπιβαλλειν, nempe manum admouere, quotiescumq; negotium opera nostra indiget. Vicissim apud Pythagoram legitur μὴ σαυτὴ ἐμβαλλειν δεξιὰν, nimirum non cuicumq; dextram esse porrigendam: quo admonemur quemlibet in amiH citiam, vel familiaritatem non esse admittendum. *Manum admouere.* simpliciter dicebatur, qui se so insinuabant in opus alicuius egregiæ rei: translatū fuit adagium à sacrificijs, in quibus aliquando accidebat, vt alijs rem diuinam facientibus, alius adueniens, admota manu victimæ, ipsæ quoq; sacrificij particeps fieret. *Manum admouenti fortuna est implorāda.* monet adagium fidendum quidem esse diuinæ opi, sed postea adhibendam esse industriam. Suidas originem huius adagij in quemdam apologum refert: nam cum rusticus quidam sequens boues plaustrum trahentes vidisset currum in foueam cecidisse, otiosus Herculis auxilium implorabat; interim audita est vox dicens: admoue manum rotæ, stimula boues, & Deum inuoca. *In manibus lex.* hoc profertur, quando non iuxta leges, sed vires agitur, fortè hoc desumptum est à Plauto, quando quidam seruus minabatur se manu litem acturum. *Manibus ambabus haurire.* consueuerunt dicere de ijs, qui summo conatu aliquid agunt.

Proverbia manuum.

Elogiū Mithridatis.

In Theeteto

Beneficium manuum.

In Persa.

Fortuna implorāda quid.

Manibus pedibuſq; hoc pronunciatur quando extremi conatus ſignificantur.

Multa manus omnis leuius reddunt. ſignificat mutuum auxilium, vel difficilia etiam facile confici poſſe, ſi plures negotium aggrediantur. Legitur enim apud Heſiodum πλέων, καὶ πλέονα μᾶλλ' ἄνησε. nimirum plus poteſt, & plurium induſtria. *Manibus compreſſis.* iactatur in otioſos, qui ſedentes manus comprimere ſolent. *Manibus illotis.* pronuntiatur de irreuerentia, ducto prouerbio à puritate ſacrificiorum; ſiquidem Heſiodus vetabat, ne quis illotis manibus vinum Ioui libaret. *Manum ſub pallio habere.* Torquetur in illos, qui otioſè viuunt. *Manu ſerendum, non ſacco.* Hoc monet modum in rebus ſeruandum eſſe, adagio deſumpto ab agricolis ſerentibus, qui non ſacco, ſed manu rara ſemina ſpargunt. *Manus complicatas amicis vtui eſſe tradendas.* A hoc habetur ex Diogene: volebat enim ſignificare benignitatem comitati eſſe copulandam. *De lapidi volam.* conuenit illis, qui ſectantur, quæ non poſſunt aſſequi, vel minantur illis, quibus nocere nequeunt. Prouerbium ductum eſt à pueris, qui obſeruantes auem volitantem percuſſuri inclinant ſe, vt ſumant lapidem, interim auis nihil incommodi paſſa auolat. *Manu altera fert aquam, altera ignē.* torqueri poteſt in illos, qui extrinſecus blandiuntur, & intrinſecus nocent. vel in homines bilingues modò laudantes, modò vituperantes: huic adagio eſt finitimum illud, altera manu fert lapidem altera panem oſtentat: *Manum cum minerua mouet.* Monet hoc adagium, ne quis fiducia diuinæ opis fœtus propriam poſtponat induſtriã. Hoc non abſimile eſt alteri adagio. Stimula boues, & Deum inuoca. *Manus Regum longæ.* hoc recitatur ab Ouidio in epiſtolis quando inquit.

Adagia in otioſos.

Induſtria propria non eſt poſtponenda.

Annoſcis longas regibus eſſe manus? B

Vulgò etiam circumfertur hoc aſſertum, nimirum à Principibus cauendum eſſe, quoniam illis prælonga ſunt brachia, dum per ſuos ſatellites, quibus loco brachiorum vtuntur, abſentes etiam affligere poſſunt. *Manus Briareï ingerere.* hoc diuulgatur de manu furaci, & violenta; ſiquidem Briareus fuit immanis gigas, & ſæuus pyrata, cui centum brachia; & manus fuiſſe perhibent. Quapropter hodie etiam quando ſignificatur aliquid aſpiciendum, & non tangendum eſſe, dicitur. Eſto Argus, non Briareus. *De manu eximere manubrium.* eſt prouerbium Plauti, quando facultas agendi extorquetur de manibus alicuius hominis iam aliquod ſperaturi. *Manum ferulæ ſubduximus.* nempe nos quoq; litteras didicimus: namq; veteres pedagogi manus diſcipulorum ferula cædebant. *Manu macilenta pinguem pedem.* hoc adagio tanquam ænigmate quodam Hæſiodus paupertatem explicauit: quandoquidem C mendici ſunt illi, qui manu macilenta tangunt pinguem pedem, quoniam eorum manus fame gracileſcunt, & pedes frigore intumeſcunt. *Manum prudens in flãmam mitto.* hoc pronunciatur, quando homo ſciens periculis ſe exponit; ſumpto adagio ab hiſtoria Mutij ſcęuolæ, vt apud Ciceronem legitur. *Manus dare.* dicuntur illi, qui ſe victos eſſe profitentur. *Manus in Aetolis habet.* hoc prouerbium eſt Ariſtophanis de homine auido, qui muneribus facilè corrumpitur: quandoquidem Aetoli erant Populi denominati ab αἴτειν ὅλον, quoniam totum flagitarent: hinc Homerus in Odyſſea hominem mendicum iure optimo ex Aetolia oriundum finxit.

Quid manus macilẽta, & pes pinguis ſignificet.

Digitorum prouerbia.

Hactenus de manu, iam ad prouerbia digitorum properandum eſt. *Vnico digito ſcalpit caput.* hoc iam explicatum eſt ſuperius in adagijs capitis. *Digito cœlũ tangere.* competit illis, qui ad proſperitatum faſtigium peruenerunt. Quare Lyſimachus, cum ouans ad Thraciam peruenifſet, occupatis regni finibus, talia verba tuliſſe fertur. Byzantij ad me veniunt, poſteaquam lancea cœlum attingo. *Digitus dei.* recitatur enim ab Alcæo apud Athenæum δάκτυλος ἁμερᾶ. hoc adagium ſpatium vitæ humanæ exiguum, & quaſi digitale eſſe ſignificat. *Digitum ori imponere.* Indicat in ſermone non vlterius eſſe progrediendum. *Digitum quò proferat.* hoc vſus eſt Cicero pro Cecinna, quaſi voluerit dicere, digitum quò proferat non habet, indicans nihil illi eſſe, quod dicat, vel agat. Sumpto adagio à geſtu Rhetorum; qui geſtus à Quintiliano varius eſſe traditur, ſed ſimpliciſſimus eſt proferre digitum. *Ne crepitu quidem digiti digni.* pro intellectu huius adagij, notandum eſt, quòd Ariſtobolus, apud Athenæum, refert ſepulcro Sardanapali impoſitam fuiſſe ſtatuam digitis dextræ manus ita compoſitis, veluti ſi crepitum edere vellent, ad indicandum res hominum eſſe deridendas, neq; digitorum crepitu eſſe dignas; immò hic digitorum

Rhetorum geſtus qui.

Lib. 2.

geſtus

gestus ad nostra vsq; tempora penetrauit de illis rebus potissimum, quas nihili facimus. *Ad digiti crepitum.* hoc spectat ad illos qui aliquid arrogantius significare volunt: siquidem hic gestus Dominorum fuisse perhibetur, qui seruis aliquod humile ministerium imperabant. *Vno digitulo.* dicitur ad significandum, nos vel nullo negotio posse vincere. *Tolle digitum.* pronunciabatur de illo, qui in pugna se victum profitebatur. hoc videtur cognatum illis dare herbam, vel dare manus, de quo paulò ante facta est mentio. *Premere pollicem, & conuertere pollicem.* pronunciabatur de fauore; quoniam Prisci, pollice fauorem indicabant, & qui fauebant, pollicem premebant, & qui minus, pollicem conuertebant; idcircò Iuuenalis sic canebat. *Dare herbã quid signifi cet.*

E ——— *conuerso pollice vulgi*
Quemlibet occidunt populariter.

Digitum medium ostendere. profertur de supremo contemptu, & infamia: siquidem hic digitus à Martiali impudicus, & à Perfio infamis appellabatur. *Digitis metiri.* hoc attinet ad illos, qui rem accuratiùs contemplantur quàm oporteat; & adagium videtur sumptum à Poetis, qui pedes carminum digitis numerare, & metiri solent. *Digiti computatorum.* appellari possunt illi, qui varijs fortunæ casibus sunt obnoxij: nam quemadmodum digiti Arithmeticorum nunc Myriades, nunc vnum tantùm numerum significant, pariter amici Principum modò omnia, modò nihil præstare possunt. *Digitis extremis attingere.* ideſt leuiter, alio modo dicimus summis labijs, & tunc vsurpatur quando quis tantummodo verbis, non autem animo aliquid simulat, vel facit. *Digiti Cõputatorum qui*

F Supereſt, vt ad partes inferiores descendamus: de ventre hæc habentur. *In ventrem insilire.* diuulgatur in illum, qui omnem curam ad cibum, & potũ dirigit. Celebratur aliud à Plutarcho. γαστρὸς οὐκ ἔχει ὦτα nimirum venter auribus caret. hoc significat, quòd vbi de pastu agitur, honestæ rationes non admittuntur: quare hodie etiam dicimus.

Iejunus venter non audit verba libenter.

Ventre pleno melior consultatio. quoniam vbi fames interpellat, homo non potest deliberare, etenim consultatio moram, & animi tranquillitatem expostulat. *Ventri pinguis non gignit sensum tenuem.* refertur à Galeno contra Trasybulum, quo significatur in homine obeso acumen mentis non residere. Quapropter, apud Lacedæmonios, infame esse perhibebatur, si quis fuisset vehementer obesus, nam inde stu- *Adagia ventris.*

G piditatem ingenij coniectabant.

Partes adhuc reliquæ sua exhibent prouerbia. *Vt Podex lotionem vincit.* recitatur apud interpretem Aristophanis de illis, qui in aliquod malum se se adigunt; quandoquidem podex etiamsi lauetur, rursus se inquinat; immò poterit etiã prouerbium torqueri in illos, qui inanem operam suscipiunt. Legitur apud Diogenianum κρόνου πυγή: nimirum *Saturni podex:* vnde Hesychius monet hoc prouerbium vsurpandum esse de carne ob vetustatem stupida: Saturnus enim erat Deus antiquissimus, & Prisci quicquid putre intellecturi, Saturnium appellabant. *Ne genu quidem flexo.* ideſt ne tantillum quidem: sumpto prouerbio ab ijs, qui quærerem captare volunt, nam primum genua flectunt. *Genu sura propius.* hoc recitatur ab Aristotele, & adagium originem duxisse ferunt ex euentu in prælio, vbi quidam conspicatus fratrem, & consobrinum de vita periclitantes cum vtriq; opem ferre non posset, solum fratrem tutatus est, deinde pronunciauit hanc sententiam, quæ abijt in prouerbium. Hodie quoq; in eodem intellectu dicimus: magis tangit cutem subucula quàm thorax. *Nisi fractis cruribus.* torquetur in eos, qui ad aliquod agendum negotium nonnisi magna violentia impelluntur. Ductum fuit prouerbium ab illis, qui antiquitùs, ob scelera, crucifigebantur, siquidem eis mors nonnisi fractis cruribus accelerabatur. *Prouerbia aliarum partium.* *Li. 9. Moral.*

H Tandem ad pedes accedemus, qui multis adagijs occasionem dederunt. Circumfertur enim apud Græcos παρὰ πόδα. ideſt *iuxta pedem.* pronunciatur de re optimè accommodata; sumpta metaphora à calceamentis ad pedum mensuram probè accommodatis. Suidas ex Aristophane recitat adagium hoc carmine. *Pedum adagia.*

δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, λαιὸν εἰς σανδαλιστῆρα.

Ideſt.

Dextrum in calceolo, læuum verò in pedonipstro.

Scri-

Scribit Suidas hoc adagium ſolere proferri in illos, qui optimè ſe accommodant ad conditionem rei præſentis, iuxta locũ, tempus, & negotia; quapropter pedem dextrum in calceo, & ſiniſtrum in pelui habere dicuntur. *Omni pedi eundem calceum accommodare.* Torquendum eſt adagium in medicos imperitos, qui nulla habita morborum ratione, omnibus ægrotis eadem præſidia præſcribunt. *Ne ſupra pedem calceum.* docet prouerbium negotia viribus æqualia eſſe ſuſcipienda, quia nemo debet ſe gerere, niſi quatenus ſua conditio expoſtulat. *Pedem in calceamento habet.* dicitur de illo, qui nouit laudes ſibi competentes: nam quemadmodum calceus cuilibet pedi non conuenit, ita etiam quælibet laus quemlibet hominem non decet. *Pede tacito.* Vſurpatur pro clanculum: ideirco Cornelius Gallus in homines bella excitantes ſic canebat. A

Medicorum aliquorũ imperitia.

Quis furor eſt atram bellis accerſere mortem,
Imminet, & tacito clam venit illa pede.

Pedem vbi ponat non habet. Proferendum eſt in illos, qui nihil bonorum ſtabilium poſſident. *Pede tuo te metire.* monet adagium, ne quis extra conditionem ſuam exeat, quare ad rem canebat Martialis.

Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.

Omni pede ſtandum. effertur de ſumma virtute, & videtur ſumptum ab illis, qui in acie conſtanter partes ſuas tuentur, & locum minimè deſerunt. *Pedes cauum oſtendere.* huius meminit Heſychius, quando dixit: κοίλον τὸ ποδὸς ὀυρεῖ. vſurpatur pro fuga, quoniam qui pedibus ſibi conſulunt, cauitatem pedum oſtendunt. *In pedes retrocedit.* Spectat ad illum, qui metu, locum potentiori cedit. poterit etiam attinere ad illos, qui intentionem mutant. Legitur apud Platonem ἀκρο-ποδί. ideſt ſummo pede. Attinet ad illum, qui ſuperficie tenus aliquid nouit. Viciſſim. *Pleno gradu.* ſpectat ad illos, qui magno ſtudio aliquid aggreſſi ſunt. *Pedibus in ſententiam diſcedere.* refertur ad comprobationem alienæ ſententiæ. Translatum eſt adagium à veteri conſuetudine ferentium ſuffragia, vbi erat multa turba; id explicat Liuius hunc in modum. *Vbi ſententiam meam vobis peregero, tunc quibus eadem placebit, in dextram partem taciti tranſibitis.* & paulò poſt. *quibus hæc ſalutaria videntur, in dextram partem pedibus tranſite.* & hæc ratio ferendorum ſuffragiorum, diſceſſio pedibus facta dicebatur. *Pedem ponere in alieno choro.* attinet ad illos, qui alienis negotiis ſe ſe immiſcent. Sumptum eſt prouerbium à choreis, ad quas ſi quis ignotus accedat à corona circumſtantium exſibilatur. *Pedem alterum in cymba Charontis habere.* competit homini in extrema ſenectute conſtituti; immo Plautus huiuſmodi ſenem acherontium appellauit. *Quantum pedibus poſes.* dicitur de omni affectu, atq; conatu. *Pedibus ingredior, natare non didici.* Competit illis, qui maiorum rerum imperiti, in friuolis tantùm negotiis ſe ſe exercent. *Duobus pedibus fugere.* pertinet ad celeritatem peragendi negotii; deductum fertur adagium à nauibus vento ſecũdo currentibus, quaſi dicatur duobus clauis, quia gubernaculum nauis pedem appellant. *Ante pedes.* promulgatur de illo, quod eſt obuium, vel quod eſt præſens, vel imminens. *Pedes habet extra latum.* Sumptum eſt prouerbium à viatoribus, & trahitur ad illũ, qui aliquod periculum euitauit. *In pedes decidit animus.* hoc effertur quotieſcumq; vehementer expaueſcimus. *Ad pedes ad caput.* hoc recitatur à Theocrito de rerum copia. B

In Lachete.

Li. 3. prima Dec.

Duobus pedibus fugere quid.

Demùm aliquid de vnguibus, de ſanguine, & de cute dicemus. *Ab vnguibus incipere.* conuenit illis, qui à leuiſſimis rebus inchoant. *Vngue notare.* dicitur de eo, quod parùm placet, eò quod ſolerent vngui ſignũ apponi. *Vnguem latum à loco diſcedere.* hoc ſignificat tantillum de loco ſe mouere. Recitatur à Stobeo αἷμα, καὶ ψυχὴ, ſcilicet ſanguis, & anima. pronunciatur de re admodum grata. *Intra tuam pellem te contine.* admonetur vnuſquiſq; ne obliuius ſuæ ſortis, maiora præſtare conetur, quàm ſua facultas expoſtulet. hoc videtur conſimile adagio ſuperius exarato. *Pede tuo te metire.* natum volunt adagium à Ductoribus, qui olim in pellibus dormitabant. Martialis igitur inuehens in quemdam ſutorem, qui diues cum eſſet factus, ad priſtinam redactus eſt inopiam, ſic cecinit. C

Vngues, ſanguis, & cutis

Luſiſti, inquit, ſatis eſt: ſed te, mihi crede, memento
Intra pelliculam Cerdo tenere tuam. D

Iam

Iam exarata sunt prouerbia, quæ partes humani corporis respiciebant, nũc ponderanda sunt illa, quæ ab ætatibus, à dignitatibus, & ab alijs prærogatiuis, & accidentibus hominis desumuntur. ratione ætatis. Primò dicitur. *Aliam ætatem alia decent.* quo ostenditur non decere senem, quod iuuenem aliquando decuit. Aetate prudentiores reddimur, quo demonstratur, homines vsu rerum fieri sapientiores, & prudentiam augere iuxta vulgatum carmen. Proverbia ætatum.

Tempus edax rerum, solam sapientiam auget.

Si peculiares meditabimur ætates, alia resultabunt adagia. Dicitur enim. *Passim aptare cothurnos Hercules.* id profertur de re incongrua, dum minimis maxima applicantur. *Puer septennis cum sit, nondum dentes edidit.* quadrat potest in illos, qui natu grandiores adhuc circa nugamenta versantur. Legitur hoc apud Basilium *τῦτο καὶ παιδὶ γνώριμον.* ideſt *hoc & puero notum.* hoc videtur simile alteri prouerbio *καὶ τυφλῷ δῆλον* nempe, & cæco perspicuum. hoc solet pronuntiari de re cunctis notissima. *Vt pueri laudant pauonem.* hoc prodidit Iuuenalis in auaros, qui versus tantummodo commendant, & nihil interim poetis largiuntur. *Ne puero gladium.* subintelligendo, commiseris: admonet adagium potestatem non esse concedendam pusionibus, imperitis, vel stultis, ne in suam, vel aliorum perniciem ea abutantur. *Viri iurtiurando, pueri talis fallendi.* docet iocosa ad pueros, & seria ad viros pertinere. Legitur apud Suidam. *παῖς χρύσαλλος* ideſt. *puer glacies.* proferebatur in illos, qui cũ aliquid retinere non possent, nolebant tamen illud amittere. Sumptum videtur hoc à Sophocle, qui amorem comparabat pueris glaciẽ manu arripientibus, quæ nec facile poterat retineri, nec abijci liquescens: idcirco amor quoq; ob adiunctam voluntatem, excuti non potest, & ob copulatas voluptatibus molestias retineri nequit. Adagia ex puerilia

Pueros ocis sapientia præcoci. inualuit opinio apud vulgum, quæ ad nostram vsq; penetrauit ætatem, vt credant pueros maturiùs sapientes, aut non fore vitales, aut dementes futuros: ideoq; Plinius narrat Catonem Censorinum veluti ex oraculo prodijsse quapropter tradidit iuuentam senilem præmaturæ mortis fuisse signum. Legitur apud Græcos *νεάζειν.* ideſt. *Iuuenari* nempe iuuenum more inconsideranter agere. *Iuuentâ viribus pollet.* hoc pronunciatur de tali ætate, quæ florida, & valida est. *Opera iuuenum, consilia virorum, vota, seu preces senum.* Docet in aliqua opera iuuenes esse adhibendos, cum illa ætas viribus polleat, vt paulò ante exaratum fuit: viri autem mediæ ætatis in consilium esse vocandos, quia in his rerum vsu aucta est prudentia, & senes tanquam religiosos à Dijs optima precari solere. Boethus tamen poeta aliter expressit adagium hoc versu. Pueri sapiẽtia præcoci.

ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων

Ideſt.

Facta iuuenum, consilia verò virorum, crepitus verò senum.

Posteaquam incidimus in senectutem, hoc in loco prouerbia senectutẽ respicientia ponderabimus. Dicitur enim. *Senex doctor.* de illo profertur, qui serò, & intempestiuè aliquod opus aggreditur: siquidem veluti iuuentus est docilis, ita senecta intractabilis, & obliuiosa. *Maturè fiat senex, si diù vellis esse senex.* Monet, vt, integra adhuc ætate, labores iuueniles deserantur, & valetudinis cura habeatur, quando per diuturnam senectam progrediendum est. *Inter pueros senex.* quadrat in illos sic eruditos, vt inter plebeios scioli videri possint, & inter eruditos indocti. *Senum prudentia.* hoc recitatur prouerbium, quia senes vsu plurimarum rerum sunt periti, & quia meminerunt multorum superioribus seculis actorum. Habetur apud Sophoclem *ὀργὴ γέροντος,* ideſt. *Ira senis.* Volebat enim significare iram leuem, quæ facile deleri potest, cum in hac ætate seruor sanguinis languescat. *Tripus senex.* spectat ad senem decrepitum, qui repuerascere videtur. Huic simile est aliud. *Bis pueri senes.* quadrabit in illos, qui, cũ ætate grauiori opprimantur, nihilominus in puerilia quædam studia incumbunt. Legitur pariter apud Græcos. *ἀνδρὸς γέροντος, ἄσαρξ τὸ σῶμα,* ideſt. *viri senis vua passa caluaria.* docet adagium senile corpus esse inualidum, & flaccidum, nempe exhausto succo, velut iaccidit in vua passa. *Annosenior fio.* competit homini, qui tædio, & molestia afficiatur. *Senesco semper multa discens.* significat, vsu vitæ, & experientia multarum rerum, prudentiam generari quamobrem Seneca in epistola quadam ad Lucillum scribebat: tandiù discendum esse,

Adagia ad senectutem attinentia.

Iracundia Senũ qualis

esse, quamdiù nescias: cum discipulus prioris posterior dies esse dicatur. Pa-
Quid stupa cum senectute. riter apud Græcos legitur. συντίκτει ὁ ὑφόρτιον. id est. *Stupa senectus.* hoc adagium videtur originem trahere à stupa, quæ à lino excutitur: sicca enim, & inutilis est, quemadmodum homo in extrema senectute constitutus. *Senem vel nolentem vinum saltare compellit,* docemur nihil esse tam ineptum, neq; tam alienum, ad quod ebrietas hominem non incitet. *In senem ne aliquod collocaueris beneficium:* hoc recitatur ab
Li. 2. Rhetor. Aristotele: quamuis vulgò etiam dicatur neq; senem, neq; puerum aliquo beneficio esse afficiendum: propterea quòd alter non refert gratias, alter non meminit.

Senex depõtanus qui. *Senes maxilla baculus.* nam ætate graues copiosiori egent alimento, vt restauretur, A quod in dies deperditur. Quocirca interdum dici solet: senes ingredi dentibus; cum reliqui homines pedibus gradiantur. *Senem erigere.* subintelligendo difficillimum: propterea quòd senex à iuuentute vitijs imbutus difficulter corrigitur. *Sexagenarios vires de ponte deijcere.* hoc spectat ad illos, qui cum ætate sint graues rãquam deliri ab omni publica functione relegantur. Multi volunt inde natum esse prouerbium, quia olim sexagenarij ferendorum suffragiorum ius non haberent. Quamuis alij voluerint, quòd olim iuuentus Romana, vt sola suffragia ferret, senes inualidos de ponte præcipitauerit, quoniam suffragium per pontem ferebatur: hinc senes depontani vocabantur tanquam à negotijs publicis depositi. *Seni iuuenculam semper subijce.* monet adagium, vt vir prouectioris ætatis puellam potius ducat, quàm anũ, ne, frigore frigori addito, langueſcat venus, & steriles sint nuptiæ: quãquam B hoc adagium ad alia multa trahi possit, & præcipuè, quando significare volumus aliquid esse temperandum. *Omnia secunda saltat senex.* profertur quoties cuiquam res prius in periculum deducta, præter omnium expectationem, ex sententia succedit. Seruius explicat originem adagij, & inquit dum ludi celebrarentur, ad Deum matrem placandam, neq; vllis sacrificijs placari posset, quidam senex in ludis circensibus saltauit, & hanc fuisse causam placationis retulit, vnde postea prouerbium dimanauit.

Si respiciamus dominium, oriuntur varia prouerbia, vt. *Homo homini lupus, seruus omnibus.* Quandoquidem Heris, & potentioribus opus est breuissimo tantùm verbo, nimirum vt annuant, vel renuant. *Cum Principe non pugnandum.* docet difficillimum esse à priuato homine Principem superari: iuxta illud.

Arduus res homini mortali vincere Numen. C

Virum Respublica docet. significat neminem ad res gerendas esse idoneũ, nisi qui
Li. 5. moral. longo vsu fuerit exercitatus. *Virum indicat Magistratus.* hoc recitauit Aristoteles innuens hominum mores in vita priuata vix satis conspici posse; verùm in dominio apparet quali sint ingenio, qui dominantur. Quamobrem Plutarchus, & ipse solebat
Li. 3. de leg. dicere, quòd Magistratus virum, & Magistratum vir ostendit. *Senatus sine prouocatione, Legatus sine mandatis.* hoc memorat Cicero, & torqueri potest in illos, qui cum nihil authoritatis habeant, primi tamen in omni loco esse volunt: namq; ex sententia Iuris consultorum, nemo ignorat prouocationes ad Senatum fieri solitas: deinde nemo legatus esse potest, qui legitimis Principis sui mandatis non sit munitus, ante-
In Penulo. quàm alio se conferat. *Rex sum.* hoc prouerbio vsus est Plautus, quando inquit: Rex sum, si illum hominem hodie ad me traxero, quasi voluerit dicere, summã felicitatẽ D atsequar: quandoquidẽ Antiquitas summã prosperitatẽ significãs, dicebat: Deus sũ. *Quilibet Rex dum fur.* pronulgatur, quando significamus quæ volumus liberè in ædibus nostris præstare. *Aut Rex, aut aprus.* idem est ac si dicatur: aut victor, aut victus.
Rex tragicus qualis. *Rex tragicus.* pronunciatur de homine superbo, & fastuoso, qui nulla vi, & nulla authoritate polleat, aliter potest appellari rex chartaceus, sumpta metaphora à comedijs, vel tragedijs, in quibus imperium eius, qui subit personam Regis, eatenus durat, quatenus fabula peragatur: idcirco Dionysius aliquando quemdam Regẽ, qui subiens regnum paulò post à vita decessit, Regem tragicum appellauit. *Homo homini Deus.* pronunciatur de illo, qui subitum, & insperatum affert auxilium. Veteres enim nil aliud esse Deum existimabant, quàm hominibus prodesse: idcirco inuentores legum, vini, & similium, pro Dijs habiti, & culti fuerunt. Huic adagio oppo-
Homo hominis Deus. situm est illud: homo homini lupus; cuius in historia lupi meminimus; hæc duo adagia tali disticho explicantur.

EE

Est homo qui locuples inopi nil donat amico,
Qui rapit, hic lupus est, qui dabit, ille Deus.

Homo honorans se ipsum honorat: quando quidem ex sententia Aristotelis, honor non penes honoratum, sed penes honorantem esse perhibetur.

Ratione sapientiæ, vel prudentiæ varia emergunt adagia. *Homo sapiens sua bona secum fert.* siquidem eruditio, & virtus non in diuitijs, sed intra nos consistunt. Videtur adagium sumptum ab apophtegmate quodam Biantis, qui aliquando interrogatus, cur ex incendio patriæ, nihil rerum suarum secum deferret, respondit: omnia bona mea mecum porto. *Homo sapiens non eget.* Hoc videtur confirmare superius adagium, namq; vera bona hominum sunt scientiæ, & virtutes; itaq; sapienti facile est ditescere, si velit. *Homini sapienti ratio pro necessitate.* recitatur à Plinio iuniori, vt significaret sapientem neq; metu, neq; necessitate ductum, sed consilio omnia peragere. *Omnia sapienti facilia.* quandoquidem nihil est tam arduum, quod prudenti consilio non facile fiat, vel nihil est tam ærumnosum, quod sapiens æquo animo non ferat. *Nemo mortalium omnibus horis sapit.* hoc insinuat neminem esse, qui aliqua in parte vitæ non desipiat, atq; peccet. Legitur apud Aristophanem: ἀνθρωπὸς θαλῆς. ideſt. *Homo Thales.* fuit autem Thales vnus è septem Græciæ sapientibus: idcirco adagium profertur, Ironia, in stultum, qui sapiens ab omnibus haberi cupit. *Pauciloquus sed eruditus.* hoc spectat ad hominem, qui pauca quidem, sed tamen aurita digna profert.

Adagia spectantia ad scientiam.

Ratione amentiæ hæc diuulgantur. *Homo stultus factum cognoscit.* hoc attinet ad illos, qui post euentum fiunt prudentes: quapropter à Tito Liuio euentus magister stultorum appellatur. *Homo stultus stulta loquitur.* etenim in nullo speculo melius apparet figura corporis, quàm in speculo orationis; idcirco ex sermone homines cognoscuntur. *Homo longus amens.* Vulgus diuulgat proceris mentem deesse, & pusillis multum animi adesse. *Homo stultus melitide.* Melitis enim fuit vnus ex illis fatuis, quos Homerus nobilitauit. hic post Troiæ euersionem Priamo opitulaturus venisse dicitur.

Magister stultorum quis.

Amicitia quoq; suppeditat adagia. Videlicet. *Homo verbo tenus amicus.* competit illi, qui sermone benevolentiam simulat, sed in mente aliud cogitat. *Homo amicus vsq; ad aras.* Monet adagium, vt commodis amicorum famulemur, sed ne recedamus à recto tramite, nimirum ne, propter amicum, Numinum reuerentiam violemus: namq; Prisci iurantes, manu, aras tangebant. *Homini nihil amicitius opportuno amico.* denotat adagium officium opportunè adhibitum esse gratissimum, & vicissim officium intempestiuum molestum. *Vbi sunt homines amici, ibi opes.* Quandoquidem amici pecunia sunt potiores, & ad præsidium vitæ magis amici, citra pecuniam, quàm opes absq; amicis valent. In huius confirmationem additur. *Nullus homo sibi nascitur.* hoc recitatur à Cicerone, dum inquit nos non nobis natos esse, quoniam ortus nostri partem vendicat patria, partem parentes, & partem amici. *Viri infortunati procul amici.* hoc prouerbium taxat mores vulgarium amicorum, qui, ritu hirundinum, pro ratione temporis, aduolant, & deuolant, vel more formicarum, quæ horrea vacua non adeunt, iuxta illud Ouidij.

Proverbia Amicitia.

Horrea formica tendunt ad inania nunquam.

Quare Cicero aliquando scripsit, quòd fidelis benevolentia aliquo periculo percipi potest. Alioquin dicendum est amicos, qui petant, passim versari, & qui dent, perpaucos esse.

Lib. 9. epist. fam.

Ratione commoditatis, & opum diuersa habentur adagia. *Homo pecuniosus damnari non potest.* Hoc protulit Cicero in Verrem quando scripsit peregrebuisse sermone omnium non solum apud Romanos, verùm etiam apud exteras nationes, illi iudicijs illorum temporum, pecuniosum etiam nocentissimum damnari non posse. Huc spectat illud recitatum à Salustio in bello Saguntino Romæ esse venalia omnia. *Homo generosus ex crumena.* nominatur ille, qui obscuro loco natus, propter opulentiam, inter nobiles collocatur, quoniam opes nobilitatem parere dicuntur. *Homo absens haeres non erit.* spectat ad illos, qui, propter absentiam, aliquam amittũt vtilitatem, & tractum est prouerbium ab illis, qui affinitate quadam legitimam alterius successionem expectant, sed absentes eadem priuantur. *Hominum alij semi-*

Adagia communitatis.

nant

nant alij metunt. hoc promulgatur, quando alij laborauerunt, & poſtea alij emolumentum percipiunt. *Homo quiſq; ſuam rem meminit.* hoc adagio, mos communis hominum taxatur, qui in alieno negotio dormitare, & in proprio vigilare ſolent.

Si dirigatur animus ad egeſtatem, non deerunt adagia. Vt, *Homini eſurienti neceſſe eſt furari.* hoc competit illis, qui extrema ducti neceſſitate quodlibet præſtãt.

Adagia egeſtatis. *Hominis mendici pera non impletur.* Adagium ſignificat mendicitatem eſſe inexplebilem, ſed torqueri poteſt ad improbos, qui ab amicis ſemper aliquid flagitant, vel etiam ad diuites auaros, quî opibus nunquam ſatiantur. iuxta illud Ouidij.

Et cum poſſideant plurima, plura petunt.

Homini egenti verecundia inutilis. monet adagium pudorem, vrgente neceſſitate, A eſſe abijciendum. *Homini mendico ne parentes quidem amici.* quandoquidem opes conciliant amicos: cum egeſtas nec illos habeat amicos, quos natura coniunxit. *Homo paxillo nudior.* ſpectat ad hominem extremæ neceſſitatis: cum à paxillis cortices etiam detrahi poſſint. Huic non abſimile eſt aliud. *Homo nudus tanquam ex matre.* recitatur de extrema paupertate: etenim nudiſſimi naſcimur, quod non item cæteris animantibus accidit. *Ab homine nudo veſtimenta detrahere.* ſignificat inde ſperare emolumentum, vnde extrahi non poteſt. *Homo egenus in turba verſetur.* quandoquidem ibi fit quæſtus, vbi eſt hominum frequentia. Demùm habetur apud Græcos ἀνθρωπος πτωχοιμιος, nempe homo propter quæſtum ſciens. Hoc competit Grammaticis, & alijs egenis, qui litteras non ob aliam cauſam, niſi ventris cauſa diſcunt.

B Ratione prærogatiuarum ad probitatem ſpectantium, nonnulla emergunt adagia. Primitùs dici ſolet. *Viri boni lacrymabiles.* de illis, qui precibus flectuntur, & ad miſericordiam commouentur, veluti inexorabiles, & adamantini appellantur, qui nullis verbis ad miſericordiam incitantur. *In diſcrimine apparet qui vir.* id pronunciatur in re periculoſa, & difficili, quæ nonniſi virum virtute præditum, & ſtrenuum expoſtulat. *Homo magis promus, quàm condus.* profertur in aliquem liberalem, qui res aquiſitas facilè diſtribuit. ſumpta metaphora à diſpenſatore rei familiaris, cuius intereſt ex peno quædam promere, & in eumdem quædam condere. *Homo quadratus* competit illi, qui in aduerſis, & ſecundis rebus non mutatur: ſimilitudo ſumpta eſt à figura quadrangula, quæ in quamcumq; partem peruoluta ſemper ſui eſt ſimilis. *Omnium horarum homo.* dicitur de illo, qui rebus ſerijs, & iocoſis facile ac-

Adagia ſpectantia ad probitatem.

Melanior quis fuerit. commodatur. *Homo Melaniore caſtior.* Appellatur ille, qui à mulierum conſuetudi- C ne abhorret. Tradunt enim Melaniorem quemdam ob mulierum odium in Solitudinem ſe contuliſſe. *Homo nouus.* proferebatur olim de homine ab incerta Regione veniente: immò qui nullis maiorum imaginibus illuſtres, ope tantùm virtutis, nobilitatem ſibi comparabant, noui homines, tanquàm ſubitò apparentes, & filij

Lib. 2. de Repub. Cœli appellabantur. *Vtro frater adſit.* hoc pronunciatur de fido auxilio, & recitatur à Platone: etenim in rebus periculoſis vix vnquam frater fratri deeſſe ſolet. *Hominem velocem tardus aſſequitur.* iactatur in illum, qui cum vires habeat imbecillas arte tamen, & ingenio potentiorem ſuperat. Originem huius prouerbij referunt in fabulam Vulcani in Odyſſea recitatam, qui cum eſſet claudus, & Venerem vxorem ſuſpectam haberet, nec tales illi eſſent vires, quibus Adulterũ deprehenderet, ad artes confugit, & vxoris lectum catenulis inuiſibilibus circumuinxit, de- D inde Martem, & Venerem congredientes his vinculis irretiuit, & Deos omnes deprehenſi adulterij teſtes conuocauit: iuxta illud Ouidij.

Mars quoq; deprehenſus fabrili a vincula ſenſit,
Notior in Cœlo fabula nulla fuit.

Prouerbia pulchritudinis. Pulchritudo quoq; adagia proponit ponderanda. Vt. *Homo formoſus ſine pulchritudine.* ſpectat ad illos, qui ſmegmatibus, & fucis exoticam formam ſibi comparare conantur. *Homo in oſtio formoſus.* profertur in illos, qui gratioſi habentur. Adagium videtur deſumptum a conſuetudine Veterum, qui nomina formoſorũ, & amaſiarum, in arborum corticibus, & foliis, & in parietibus ſcribebant: immo prouerbium poterit ſpectare ad illos, qui per adulationem laudantur. *Candidorum virorum nulla vtilitas.* attinet ad viros molles, & effæminatos, qui in negotiis gerendis inutiles eſſe perhibentur.

Si con-

Si contemptum, & fragilitatem hominum contemplemur alia se se offerunt adagia, quæ sunt. *Homo trium literarum* pronunciatur, per ironiam, in aliquem, qui se ingenuum, & generosum esse putat. Origo prouerbii refertur in Veterum consuetudinem, qui viri ingenui prænomen, nomen, & cognomen tribus litteris in suis Insignibus notabant: nimirum pro Marco Tulio Cicerone. M. T. C. scribebant. *Homo triobolo.* hoc recitatur a Plauto de homine nullius pretii, quasi tribus obulis digno. Huic non dissimile est aliud. *Homo tressis*, quasi nullius valoris, & tribus assibus æstimandus. Antiquitas enim genus quoddam nummuli ærei assem appellabant. *Homo nec vno dignus.* hoc spectat ad hominem vilissimum, sumpta metaphora a iactu talorum, in quibus numerus vnitatis est infimus. Huic simile est aliud. *Vix obolo dignus.* proferebatur par iocum de illo, qui in aliquo virorum numero recenseri volebat. Natum adagium est a consuetudine Reipublicæ Atheniensis, quæ adscriptis in numero virorum, singulis diebus, obulum ex publico ærario dabat, & hi probati vocabantur, qui verò nondum erant probati, neq; adscripti, nondum obulo digni iudicabantur. *Homo miserter monomachis.* dicebatur olim de infælici: siquidem in monomachia, aut alter, aut vterq; perit. Legitur apud Græcos πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος. ideſt. *Homo bulla.* pronunciatur de fragilitate vitæ humanæ, sumptum fortè est adagium a Luciano, qui vitam hominum bullis in aqua natis comparabat, quæ temporis momento apparentes, statim euanescunt. Huic valdè simile est aliud ἄνθρωπος χύραμος, ideſt. *Homo fictilis.* nimirum mollis, imbecillis, & fragilis; ductum est adagium a vasis testaceis, quæ ob leuem etiam ictum franguntur.

In Pœnulo.

Homo bulla

Vitia, quibus homines sæpè inquinantur, adagijs locum dederunt. *Homines Ambrones.* dicebantur, qui rapto, & malis artibus viuebant: nam Ambrones, referente Festo Pompeio, fuerunt Galliarum populi, quos mare inundans finibus suis expulit, qua de re per alienum errantes solum rapinis viuere coacti sunt. *Virum improbum mus etiam mordet.* significat quocumq; modo vindictam viris improbis non deesse. *Homo semper contradicens.* hoc profertur in stupidum, & imperitum, qui in disputationibus se nunquam victum esse fatetur. Hoc videtur relatum a Galeno in illo libro, quo refellit Iulianum quemdam aphorismos Hippocratis calumniantem. *Aliud homini, aliud humanitati satis.* recitatum fuit a Varrone, & petit illos, qui in loquendo consuetudinem potius, quàm rectas rationes sequuntur. Aduertendum autem est, quod humanitas hoc in loco pro curiositate sumitur. Legitur apud Græcos ἄνηρ ἀλώπεκος, ideſt, *Vir cerui ani*, ferit homines timidos, qui magis fugæ, quàm viribus fidunt: sic enim Cervos imitantur, qui venatoribus non reluctantur, sed pedibus sibi salutem quærunt. *Hominibus pigris semper est festum.* prouerbium ortum est a Tarentinis, qui propter otium, & delitias, plures dies festos in spatio anno celebrabant. Conuenit hoc prouerbium cum alio. *Ignauis semper feriæ.* quandoquidem Ethnici a profanis negotijs, feriarum tempore, abstinebant: immo aliquot feriati dies agricolis concedebantur, vt lusu lassitudinem reficerent.

Prouerbia à vitijs petita

Homo statua taciturnior. hoc ferit hominem tacitum, & melancholicum, namq; statua refert effigiem alicuius hominis sapientis: nihilominus sermonem non edit. Huic oppositum habemus adagium apud Græcos. ἄνθρωπος βομβυλιός, ideſt, *Homo bombylius:* petit hominem loquacem: quoniam bombylios est genus apis a strepitu ita nuncupatum, & ad mellificium inutile. *Homo temulentus, & sopitus non est excitandus.* monet adagium non esse tentandos crabrones, & non esse refricandum illud odium, cui tempus obliuionem superinduxit. *Nec Deus, nec homo.* hoc recitatur a Pindaro, fortè de homine astuto, quem nec Deus, nec homo fallere possit. Huic simile est aliud apud Græcos vulgatum ἄνθρωπος χοιρολώπυξ. petit hominem garrulum more anserum, & vafrum more vulpium, nam illud vocabulum, ex anſere, & vulpe compositum est. *Homo Euripus.* promulgatur de homine inconstante: namq; Euripus est pars maris inter Aulidem Beotiæ portum, & insulam Eubœam, vt refert Strabo, quæ septies die, atq; nocte rapidissima conuersione reciprocat. *Viro Lydo negotium non erat, sed foras profectus sibi parauit.* hoc pariter attinere potest ad hominem inconstantem, & inquietum: dicturq; natum adagium a Cresso Lydorum Rege, qui antea fælix cum esset, Cyrrum in se prouocauit, a quo tandem superatus in infinitas calamitates incidit. *Hominum mores Regum respondent.* sumptum videtur

In Pythij hymno tertio.

Lib. 9

Regio quid præſtet. adagium ex apophtegmate à Plutarcho memorato, nimirum triticum in nonnullis agris, vitio Soli, in Lolium degenerare. pariter pro qualitate regionis hominum ingenia varia ſunt; etenim in Regione molli homines etiam molles, & effœminati naſcuntur. *Sardanapalus.* abiit in prouerbium ob inſignem molliticm: idcirco Ariſtophanes de homine valde effœminato dixit. *τίς ὁ σαρδανάπαλος ἀτεοὶ*, nimirum quis hic Sardanapalus. Fuit enim hic homovſq; adeo effœminatus, vt inter eunuchos, & puellas verſari eſſet ſolitus; conuenit cum prædicto. *Homo certa tractabilior*, ſed quamuis hoc videatur ſpectare ad hominem mollem, nihilominus homini etiam docili competere poteſt. *Homo Scytha.* petit hominem immanem, & ſæuum ob barbariem gentis ſcythicæ: quemadmodum hodiernum vulgus talem hominem Tur- A
Iu Colleſt. Adag. cam appellat. Huic ſimillimum eſt hoc. *Homo Tenedius.* recitatur à Plutarcho, & ſpectat ad hominem ſeueri, & formidabilis aſpectus. Suidas refert originem adagij in Regem quemdam Tenedi, qui legem tulerat, vt à tergo Iudicis quiſpiam ſecurim tenens aſtaret, vt qui mendacium coram Iudice diceret, protinus cæderetur: hinc etiam abiit in prouerbium ſecuris Tenedia.

Ratione motus alia ſubſultant adagia. Dicimus enim. *Hominem currentem incitare.* quando aliquis fruſtra laborat, iuxta illud.

Vanum eſt currenti ſubdere calcar equo.

Vel poteſt etiam diuulgari hoc adagium, quando hortamur aliquem ad id, ad quod ſua ſponte tendit. *Hominem fugientem ſonus lyræ non remoratur.* Adagium ſignificat, in rebus periculoſis leuiora negligi, non enim veriſimile eſt; quòd cantor B
hominem à prælio fugientem retardare poſſit. *Homo fugiens denuo pugnabit:* Mo-
Adagia, ex metu. net adagium, animum non eſſe abijciendum propter metum: quandoquidem victi denuò vincere poſſunt. Ortum volunt adagium à Demoſthene, qui, abiecto clypeo, fugit ab illo prælio, quo Philippus Macedonum Rex apud Cheroneam Atheniẽſes ſuperauit; & hac de cauſa cognominatus fuit *ῥιψάσπις*, ideſt clypeũ abijciẽs, ideoq; ab inimicis reprehenſus hoc verſiculo eos eluſiſſe dicitur.

αὐτὸς φεύγων, καὶ πάλιν μαχήσεται.

Ideſt,

Vir fugiens, & denuò pugnabit.

Homo præſens abeſt. pronunciatur in illum, qui in colloquio non animaduertit, quæ dicuntur, mente alijs in rebus occupata. *Aliud Hans, aliud ſedens.* ſubintelligendo, loquitur homo. hoc prouerbio poterimus taxare hominis inconſtantiam, quan- C
do in pauco temporis interuallo ſententiam mutat.

Variæ hominum operationes, varijs occaſionem adagijs dederunt. Primitùs dicitur. *Homo nunc palliatus, nunc togatus.* & profertur de homine inconſtante. Etenim
Adagia ex varijs hominum operib. pallium erat indumentum Græcorum, & toga Romanorum: *Qualis vir, talis oratio.* Tunc pronunciandum eſt, quando ex ſtylo ſermonis cuiuſcumq; ingenium examinamus. *Homo victus flet, & victor interijt.* diuulgatur quando vtraq; pars exercitus magno ſuo damno diſcedit. Poterit etiam torqueri adagium ad reum, & actorem in litigijs. Legitur apud Ariſtophanem. *βίος γαμήλιος*, ideſt vita ſponſi. Vſurpatur hoc prouerbium pro vita molli, & delicata: ſiquidem olim ſponſi ſertis coronati ad nuptias accedere ſolebant. *Homini ne fidas niſi cum quo prius modium ſalis abſumpſerit.* Adagium denotat ingenium hominis nonniſi per diuturnum conuictum, & longam fami- D
liaritatem cognoſci poſſe. *Homines agones.* ad eos ſpectat, qui cunctabundi deliberant, & nunquam aliquod opus aggrediuntur. Originem traxit adagium ab illis, qui olim Romæ victimas feriebant: quandoquidem Agones dicebantur, nam, iuxta con-
Agones qui fuerint. ſuetudinem, priuſquàm victimam ferirent ad populum conuerſi, hanc vocem proferebant. (Agon) nimirum ago ne rogabant enim populum, num adhuc victimã cædere deberent: vnde Ouidius in Faſtis huius moris ſic meminit.

Semper agat ne, rogat, nec niſi iuſſus agit.

Homo icitus iſtus eſt. ſpectat ad illum, qui ſibimetipſi malum comparat. Origo adagij refertur in Herculem, qui in Olympia ſtatuam ad radios Lunæ conſpicatus, & latronem eſſe ratus, lapidem in eam contorſit, qui magno impetu à ſtatua reſiliens Herculem vulnerauit. *Hominis dormientis rete trahit.* competere videtur illis, quibus, citra laborem, optata contingunt: ortum fortè prouerbium à piſcatoribus

dor-

dormientibus tunc enim pisces retibus inuoluti facile comprehenduntur.

Numerus hominum multa adagia nobis suppeditat, in primis dici solet. *Vnus homo multorum instar.* de homine virtutibus insigni. *Vnus vir nullius vir.* quandoquidem nullum insigne negotium peragi poterit ab vno viro omni ope destituto. *Ad viros triarios res redacta est.* pronunciatur, quando nullus superest spei locus. Triarij enim erant milites tertio loco in acie collocati, vt extremis subsidio essent. *Septem hominum conuiuium, nouem conuitium.* Adagiũ denotat paucos ad conuiuium esse inuitandos, alioquin contumelijs, & tumultu erit plenum. *A sexaginta viris venio.* pronunciabatur adagium de rebus ridiculis: namq; Athenienses summopere delectabantur illis, qui verbis, vel operationibus risum mouerent: ideirco in hunc finem, in quodam loco ciuitatis sexaginta homines identidem congregabantur: quapropter si quis aliquid risu dignum proferret, à sexaginta viris venire dicebatur. *Centum viri vnum pauperem spoliare non possunt.* quandoquidem, ex sententia Chrysostomi, maxima paupertas propugnatione defenditur, cum omni metu careat, & vbiq; intrepidè nullos fures metuens diuagetur: iuxta illud.

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Quot homines tot sententiæ. hoc est valde simile sententiæ Terentij, quando dixit. suus cuiq; mos est.

Proverbia, ex numero hominum.

Mors quoq; & ægritudo adagijs locum fecerunt: propterea dicimus. *Hominem mortuum alloqui.* de re vana, & inani. *Hominem mortuum vngento perungere.* non solum promulgari potest de re inani, sed etiam de sumptibus superfluis, & etiam attinere potest ad illum, qui serò aliquid adhibet. *Homines mortui non mordent.* competit illis, qui nullo modo lædere possunt. Originem prouerbij recitat Plutarchus, ex apophtegmate Theodori Chij, qui interrogatus vtrum Pompeius ab Aegypto esset repellendus, an admittendus, asseruit receptum interimendum esse, dicens νεκρὸς οὐ δάκνει, scilicet mortuos non mordere. *Homini ægroto dum anima est spes est.* aliter dicitur, *dum spirat sperat.* Monet adagium in calamitatibus, & in negotiis, etiam extremis non prorsus esse desperandum.

In Vita Pompei.

Postremò loco ponderanda sunt adagia quæ à mulieribus dimanarunt. *Mulier pudica ne sola foris quam.* hoc relatum fuit ab Homero de Penelope, quam duæ ancillæ semper concomitabantur. *Mulierem ornat silentium.* Etenim mulier natura sua loquax est, sed honesta dicitur, quando silet, & præcipuè apud viros, quando de rebus seriis agitur. *Puris puella, etsi male adsit viro.* hoc adagium profertur quotiescumq; negotium facilè ex sententia succedit, etiamsi negligenter fuerit pertractatum: quandoquidem puella ob floridam ætatem facilè concipere solet. *vxorem quære æqualem.* alii legunt. *Tuę sortis vxorem ducito.* Hoc torquetur in illos, qui cum sint infimi subsellii, & dignitates, & grauia ciuitatis officia affectãt: ductum est proverbium ab illis, qui cum sint plebei, vxores tamen ex potentioribus ducunt; ideo non affines, sed dominos sibi parant. *Mulier imperator, & mulier miles.* tunc pronunciatur, quando hominibus ignauis negotium cõmittitur. *Mulier ne tollat gladium.* hoc non recedit à prædicto prouerbio. Monet enim non esse suscipiendum negotium ab illis, qui illud perficere nequeunt. Aut non ostendat spem, qui illã præstare non potest, aut non prouocet hostem, qui prouocatum non potest profligare. Huic non absimile videtur aliud. *Mulieris animus.* hoc à multis profertur in stultos, sed magis pertinet ad homines imbelles, & inconstantes, iuxta illud Terentii.

Proverbia spectantia ad mulieres

Mulier militis.

Noui ingenium
Nolunt, vbi velis: vbi nolis cupiunt vltrò.

Muliere nihil pestilentius. hoc refertur de improbitate, & recitatur ab Homero hunc in modum.

οὐκ ἄν τινα τοιοῦτον, καὶ κύνα γε ἀλλα γυναῖκα

Ideſt.

Vsq; adeo nihil improbius, muliereq; peius.

In confirmationem præcedentis additur subsequens adagium. *Nec mulieri, nec gremio credendum.* Festus Pompeius hoc adagium verum esse probat, quia mulier natura sua leuis sit animi, & plerumq; accidat, vt contenta in gremio, propter obliuio-

liuionem, ipſa ſurgente, procidant. Immò hæc Feſti ſententia magis ſtabilitur alio adagio, quod ſic ſe habet. *Mulieri ne credas, ne mortua quidem.* Monet adagium mulieres aſtutas eſſe, quæ etiam mortuas ſolent ſeipſas fingere. notum enim eſt illud de Nouerca, quæ ſepulta quoq; priuignum interfecit, nimirum lapſa in pueri caput pyramide. Quare poſſumus meritò pronuntiare aliud adagium. *Mulierum exitia.* ſpectat ad illos, qui miſerabiliter pereunt, cum mulieres omnium ferè calamitatum authores eſſe perhibeantur. *Mulier Herculis ſedem non intrat.* proferetur in illos, qui immeritò aliquod munus ſubeunt. Originem traxit prouerbium à religione Priſcorum, qui fœminas ab Herculis templo excludebant. *Mulier Theſſala.* hoc torquetur in mulieres veneficas, & peritas malarum artium; quandoquidem gens Theſſala veneficiorum nota erat inſignita. *Annus ſaltat.* dicitur de illo, qui indecenter aliquid agit. Huic ſimillimum eſt aliud. *Annus bacchatur.* de illo pronunciatur, qui, propter ætatem, indecorè laſciuit, cum licentia bacchanalium iuuenibus tantùmodo permittatur. *Annus velut equus profundam habebit foſſam.* Competit illis, qui tanquam inutiles pœnitùs explodūntur. Quandoquidem equi ſeneſcentes in altos terrarum ſpecus præcipitantur; item mulier olim amata, cum defloruit, ab omnibus faſtiditur.

Nouerca mortua priuignum occidit.

Annus ſaltat

A

METAMORPHOSES.

B

CVM transfigurationum ad genus humanum ſpectantium nonnullas ſummus rerum opifex ſupra naturæ ordinem mõſtrauerit, alias natura dederit, & demùm aliàs Poetæ finxerint. Nos in præſentia fabuloſas primò exarabimus, vt, his intellectis, ſeriæ, & veræ metamorphoſes magis eluceſcant. Simulatas igitur tranſmutationes ab Orbis primordio ad Iulij Cæſaris interitum, Ouidius libris quindecim complexus eſt. Itaq; primo libro, expoſita Mundi, & hominum origine, necnon Saturno ab Imperio pulſo, recitat Iouem imperantem & moleſto animo tollerantem iniuriã Gigantum, qui montibus ſupra montes collocatis, ipſum à patria cœleſti expellere ſtatuerunt, eos tandem fulmine proſtrgaſſe. Pariter narrat à Ioue dolenter ferente crimen commiſſum à Lycaone tyranno Arcadiæ. qui aduenas honorifico exceptos hoſpitio, crudeliter cædebat, in Lupum tranſmutatum fuiſſe: ideoq; ſic canit Ouidius,

Fabuloſæ Metamorphoſes.

C

— — — — naſſuſq; ſilentia ruris,
Exululat, fruſtraq; loqui conatus ab ipſo
Colligit os rabiem &c.

His non contentus Iuppiter, vt genus humanum ingenti metu conſternaret, tantam aquarum copiam vndiq; congregauit, vt altiſſimis montibus diluuio inundantibus, omnes homines ſubmerſi perierint, præter Deucalionem Promethei filium, & Pyrrham coniugem, qui eximia inſignes pietate ab aquis, diuino permittẽte Numine, incolumes euaſerunt: quoniam poſt diluuiem, iuſſu Iouis, lapidibus poſt terga proiectis, humanum genus reparaurunt: itaq; lapides à Deucalione iacti, in mares, & à Pyrrha in fœminas vertebantur; ſic igitur canit.

D

Diluuium vniuerſale.

Inq; breui ſpatio, Superorum numine, ſaxa
Miſſa viri manibus, faciem traxere virorum,
Et de fœmineo reparatae eſt femina iactu.

Quare inter fœminas illius ætatis Daphne virgo Penei fluminis Theſſaliæ filia venuſtate refulgebat, quæ ab Apolline conſpecta, tandem adamata fuit, verùm cum neq; precibus, neq; promiſſis adduci potuerit, vt Phœbeæ voluntati morem gereret, à patre implorata ope, in Laurum tranſigurata eſt; hinc colligenda eſt ratio, propter quam Phœbo Laurus ſacrata ſit. Hanc introducit Ouidius ſic loquentem.

Daphnes tranſmutatio in laurũ.

Fer, pater, inquit, opem, ſi flumina numen habetis.

Et

Et paulò inferiùs.

Vix prece finita, torpor grauis occupat artus,
Mollia cinguntur tenui pracordia libro,
In frondem crines, in ramos brachia crescunt.

Interea ad leuandam animi ægritudinem Penei infælicem filiæ exitum plorantis, cæteri accesserunt fluuii, præter Inachum, qui & ipse de Io filia amissa conquerebatur: hæc enim tam præclaris formæ dotibus erat insignita, vt illius amore Iuppiter accensus fuerit; ideoq; eam compressam, ne id ad aures Iunonis perueniret, in vaccam transfigurauit. Hoc sic explicatur ab Ouidio. *Io inuacca.*

E *Coniugis aduentum præsenserat, ipsa iuuencam*
Inachides vultus mutantem isse, iuuenca
Bos quoq; formosa est &c.

Iuno autem pulchram hanc iuuencam dono acceptam Argo pastori centum oculis prædito custodiendam tradidit. Sed Iuppiter Mercurio iussit, vt Argum interimeret, quem postea peremptum Iuno in Pauonem conuertit, & centum oculis caudam Pauonis venustauit, vt legitur apud Poetam. *Argo in Pauonem.*

Argo iacet, quadq; in tot lumina lumen habebat
Extinctum est, centumq; oculos nox occupat vna;
Excipit hos, volucrisq; sua Saturnia pennis
Collocat, & gemmis caudam Hellantibus implet.

F Pan quoq; Arcadiæ Deus syringam nymphan Naiadum pulcherrimam deperibat, quæ eius fugiens congressum, sororum auxilio, in arundinem conuersa est; ex qua suam fistulam Pan Deus composuit: idcirco quidam eruditus huc alludens sic cecinit. *Syringa in Arundinem*

Basia, quæ Pani nimis importuna negauit
Arcadico Syrinx tibia facta fuit.

Hac fistula nonnulli referunt vsum fuisse Mercurium, vt eius suaui sono Argum in somnum compelleret, vt deinde ipsum interficere posset, de transmutatione Syringæ sic loquitur Ouidius.

Vix se mutarent liquidas orasse sorores:
Panaq; tum prensam sibi iam Syringa putaret,
Corpore pro nympha, calamos tenuisse palustres.

G Itaq; Argo in pauonem transfigurato, Io furijs agitata totum peruagans orbem, tandem in Aegyptum peruenit, vbi placata Iunonis ira, & deposita bouis figura, pristinam formam impetrauit, & Isidis Deæ nomen sortita est.

Vt lenita Dea est, vultus capit ilia priores,
Fitq; quod ante fuit &c.

Ex hac natus est Epaphus, qui creuit valde similis Phaetonti, Apollinis, & Clymenes filio: quare Phaeton difficili animo hoc ferens, cum ob similitudinẽ Epaphus se Apollinis filium esse iactaret, ad patris ædes accedens, vt melius sui generis nobilitatem ostentaret, currum Solis ducendum impetrauit à quatuor tractum equis, quorum nomina sunt Pyrous, Eous, Aethon, & Phlegon: cum igitur Phæton currum ascendisset, equi metu ignoti aurigæ consternati, ad imam mundi partem tenderunt, sicq; totus terrarum orbis ardere videbatur: tunc Iuppiter humanis motus

H precibus Phaetontem ob audaciam puerilem in Padum deiecit: hinc Heliades nymphæ Phaetontis sorores fratris casum lugentes, & cadauer in fluuio quæritantes, Deorum misericordiæ, in Populos arbores, & earum lacrymæ in guttas electri transmutatæ sunt de hac transmutatione Ouidius sic canit. *Heliades in Populos.*

——— complectitur inguina cortex
Pergit, & a tergo, vteroq; pectus, humerosq; manusq; L. 2 *Metam.*
Ambit &c.

Huic transmutationi interfuit Cygnus Sthenelei filius Liguriæ Rex, materno sanguine, & summa benevolentia Phaetonti coniunctus, qui circa ripam Padi casum infælicem amici, & consanguinei indolescens, tandem in volucrem sui nominis cuo- *Cygni transmutatio in auem.*
lauit, quæ auis ab igne abhorrens, circa paludes, & stagna flebilem cantilenam emittens versatur.

Fit nova Cygnus auis, nec ſe Cœlog; Ioui q;
Credit, vt insultè miſſa memor ignis ab illo.
Stagna petit, patuloſq; lacus, ignemq; peroſat.

Verùm Iuppiter terrarum orbem Phætontis inſania conflagratum inuiſens, dum per Arcadiam vagaretur, incidit in amorem Caliſtos filiæ Lycaonis, quam cũ nullis precibus conſequi potuiſſet, ad vaframenta confugiens, tandem ea potitus eſt: quandoquidem Dianæ formam induit, & puellæ occurrens, cum ea concubuit.

Iuppiter in Dianam.

Protinus induitur faciem, vultumq; Dianæ.

Iuno autem id intelligens, Caliſto in Vrſam transfigurauit, quam deinde Iuppiter vnà cum Arcade filio inter ſydera ſeptentrionalia collocauit. A

Mens antiqua manet, facta quoq; manſit in Vrſa;
Aſſiduoq; fuos gemitu teſtata dolores.

Caliſto in Vrſam, & Arcas filius Arctophilacem.

Caliſto igitur in Vrſam mutata, & Arcade eius filio in Vrſæ cuſtodem conuerſo, quem Græci Arctophilacem appellãt: Iuno in proprio curru à pauonibus tracto in Cœlum deuecta eſt: dum Coruus Coronida filiam Coronei Regis Phocidos amicam Apollinis in adulterio deprehẽdens, crimen ad Phœbum delaturus aduolabat, quem garrula cornix, nempe ipſa Coronis hiſce verbis inſequebatur. Reſpice Corue quemadmodum ego ſim auis, & huius cauſam calamitatis audias. Cum Minerua Ericthonium Vulcani filium in terram cadentem ſuſtuliſſet, & illum Cecropis filiabus nimirum Pandroſo, Herſe, & Aglauro, incluſum ciſta cuſtodiendum tradidiſſet, atq; monuiſſet, ne illum cuiquam monſtrarent; Aglauros curioſa ciſtam detexit, & B puerum mihi vnà cum ſerpente iacentem oſtendit. Ego autem imprudens confeſtim hoc Mineruæ communicaui, illa autem irarum motus in me conuertens, à cæteris aliarum Virginum ad litora me relegauit: vbi Neptunus me eminus conſpectam adamauit; immò vim mihi erat illaturus, niſi Minerua me ſtatim in cornicem transfiguraſſet.

Coronis in Cornicem.

——— tendebam brachia Cœlo.
Brachia caperunt leuibus nigreſcere pennis
Reijcere ex humeris veſtem conabar, at illa
Pluma erat, inq; cutem radices fixerat imas.

Deinde proſequitur Coronis inquiens, hoc crimen venia potius, quàm culpa dignum fuiſſe: cũ maior fuerit error Nyctemenes filiæ Nyctei, quæ perdito agitata luxu, patris congreſſum non abhorruit, quo ſcelere Superi excandeſcentes illam C transfigurarunt in Noctuam, quæ cæteris auibus inuiſa nefandum ſcelus nocturno tempore occultat. Id ſic à Poeta exponitur.

Non audita tibi eſt patrium temeraſſe cubile
Nyctimenen? aut; illa quidem, ſed conſcia culpæ
Conſpectum, lucemq; fugit, tenebriſq; pudorem
Celat, & à cunctis expellitur ęthere tota.

Nyctemenes in noctuam.

Poſtmodum Coruus rationibus cornicis minimè commotus, iam cæptum perãgens iter retulit Phębo ſe coronida cum iuuene cubantem obſeruaſſe; quibus verbis Apollo indignatus, ſagitta puellam fœtum Apollinis filium in vtero geſtantem confixit. Sed paulò poſt cum Apollinem facti pœnituiſſet, candidas Corui loquacis pennas in nigras mutauit: immò, aperta mulieris matrice, infantem eductũ, & Aeſculapium vocatum, ad Chironem Centaurum miſit educandum, & erudiendum, & potiſſimum, vt ab eo artem medicam perdiſceret. Habebat autem Chiron Ocyroen ex Charicta filiam, quæ interdum furore quodam percita, futura prædicere conſueuerat: hæc igitur Aeſculapium in arte medica profecturum, de functos priſtinæ vitę reſtituturum, & tandem Aui fulmine interiturum præſagiuit. Sed poſthæc vaticinis, Ocyroe formam equæ adepta eſt, vt canit Poeta. D

Ocyroe in equam.

Talia dicenti pars eſt extrema querelæ
Intellecta patrim, confuſaq; verba fuerunt;
Non nec verba quidem, nec equæ ſonus ille videtur,
Sed ſimulantis equam, paruoq; in tempore certos
Edoctis hinnitus &c.

Poſthæc Phœbus paſtor factus cum Admeti Regis Theſſaliæ armenta paſceret,

Mer-

Mercurius, vt illum ludificaret, boues, quos cuſtodiebat procul errantes furatus, in quadam ſylua occuluit: ſedne Battus quidam equarum cuſtos totum obſeruans, furtum manifeſtaret, Mercurius pulchertimam illi iuuencam dono dedit, deinde vt fidei Batti periculum faceret, ſtatim aliam induens formam ad eumdem accedens, magnum præmium illi promittens, ſi quo in loco verſarentur illæ boues, indicaret. Battus lucri cupiditate ductus eas libentiſſime oſtendit, quo dolo Mercurius ſtimulatus, eum in lapidem indicem commutauit. vt canit Ouidius. *Battus in lapidē Iudicē.*

——— *periuraq; pectora vertit.*
In durum ſilicem, qui nunc quoq; dicitur index.

E Rurſus hinc diſcedens Mercurius, & per aerem volitans, inter Virgines Athenienſium, quæ ſacra Mineruæ celebrabant, Herſen Cecropis filiã eleganti forma conſpicuam concupiuit; quare Aglauron illius ſororem rogauit, vt ſibi in hoc amore præſtò eſſet, quæ pacta argenti mercede, ſuam illi operam pollicita eſt. Minerua autem, ob auaritiam puellæ, ingentem iræ motum concipiens, in illam concitauit inuidiam: ſicq; hæc in dies cruciata, cum Mercurio opem non tuliſſet, ab eodem in ſaxum fuit conuerſa.

——— *ſaxum enim colla tenebant* *Aglauros in Saxum.*
Oraq; duruerant, ſignumq; exangue ſedebat,
Hæc lapis albus erat, ſuamen infecerat illum.

Inde etiam Mercurius diſcedens, patris iuſſu, in Phæniciam profectus eſt, vt illius Regionis armenta ad litus compelleret. Interea Iuppiter ſuſcepta Tauriforma F inter cæteros boues diuagari cæpit, cuius dorſum aſcendens Europa Agenoris Regis filia, eam in Cretam tranſtulit, qua huius nimio amore Iuppiter tenebatur. hãc metamorphoſim ſic exponit Poeta.

Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur *Iuppiter in Taurum.*
Maieſtas & Amor, ſceptri grauitate relicta
Ille pater, rerumq; Deum, cui dextera triſulcis
Ignibus armata eſt, qui nutu concutit orbem
Induitur faciem tauri, mixtuſq; iuuencis
Mugit, & in teneris formoſus obambulat herbis.

Exponitur in tertio libro tranſmutationum, quomodo Agenor, cum filiam Europam amiſiſſet, illius fratri Cadmo imperauit, vt eam diligentiſſimè perquireret, neq; G domum, niſi ipſa inuenta, reuerteretur. Verùm Agenor adiens oraculum reſponſum habuit, vt veſtigia vaccæ primùm ſibi occurrentis ſectaretur, & vbi conſiſteret, ibi quoq; vrbem Bæotiam conderet. Cadmus igitur Numini obſequens, dum Vrbem deſignaret, ſocios ad hauriendam à proximiore fonte aquam miſit, quibus non reuertentibus, Cadmus quid mali ſuſpicatus, eò profectus eſt, & omnes ab ingenti Dracone interemptos inuenit, tuncq; illum interfecit, & dentes beſtiæ, imperante Minerua, ſeminauit, ex quibus armatorum turma eſt genita, qui domeſtico inter ſe certamine diſſidentes, omnes, præter quinq; ſocios, interierunt: deinde metamorphoſis ſic legitur.

Primaq; deſulcit acies comparuit haſta, *Li. 3. Met.*
Tegmina mox equitum pilo nutantia cono,
Mox humeri, pectuſq; onerataq; brachia telis
H *Exiſtunt, creſcitq; ſeges clypeata virorum.*

In vrbe ædificata multi nepotes ex Cadmo geniti creuerũt, quorũ vnus Acteon Ariſtei filius maximum illi attulit mœrorem; dum his venando feſſus, ad fontẽ cum peruenisſet, in quo Diana cum comitibus nuda abluebatur, illicò à Dea in Ceruum conuerſus eſt, deinde à proprijs canibus dilaniatus: id ſic à Poeta exprimitur.

Dat ſparſo capiti vinacis cornua Cerui, *Acteon in Cervum.*
Dat ſpatium colla, ſummaſq; acuminat aures.

Verùm rectius alibi de Acteone ſic canitur.

Inſcius Acteon vidit ſine veſte Dianam,
Preda fuit canibus non minus ille ſuis.

Iuno incredibilem à caſu Acteonis percepit voluptatem, quoniam Agenoris familiam graui ſemper odio proſecuta eſt, non ſolum quia Iuppiter cum Europa, ſed etiam

etiam quia cum Semelè Cadmi filia concumbere solitus esset. Idcirco Iuno decreuit induere formam Beroes nutricis Semeles, vt persuaderet mulieri, ne Iouem alio apparatu in thalamum reciperet suum, nisi ea ratione, qua Iunonem adire consueuerat. Quapropter deinceps Iuppiter, vt amicæ morem gereret, tonitru & fulminibus armatus tecta illius ingressus est, sed tanto fulgore domo accensa, Semele subito conflagrauit incendio. Iuppiter ergo vt filium in vtero Semeles conceptum ab impendente mortis periculo liberaret, ex matrice exceptum, & suo fœmori insutum, vsq; ad perfectam partus maturitatem seruauit, & nymphis postea nutriendum tradidit. De hac igitur transmutatione Iunonis in Beroem sic habet Ouidius. A

Iuno in Beroem.

Tunc simulauit anum, posuitq; ad tempora canos,
Sulcauitq; cutem rugis, & curua trementi
Membra tulit gressu, vocem quoq; fecit anilem,
Ipsaq; erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.

Præterea referunt Iunonem, & Iouem, ioci gratia, inter se contendisse, nũ vir, an fœmina maiorem in congressu voluptatem perciperet, atq; huius controuersiæ Tiresiam Heueri filium iudicem constituerunt, cum hic vtrumq; sexum expertus fuisset: namq; olim in sylua serpentes cõgredientes baculo percutiens in fœminam fuit commutatus, in quo sexu septem annos traduxit, & rursum eosdẽ angues feriens pristinam viri formam acquisiuit.

Tiresias vtrũq; sexum expertus.

——— placuit, quæ sit sententia dicta B
Quærere Tiresiæ, Venus huic erat vtraq; nota.
Nam duo magnorum viridi coeuntia sylua
Corpora serpentum baculi violauerat ictu,
Deq; viro fuluo, mirabile, femina septem
Egerat autumnos, octauo rursus eosdem
Vidit, & est vestra si tanta potentia plaga,
Dixit, vt auctoris sortem in contraria mutet,
Nunc quoq; vos feriam, percussis anguibus isdem
Forma prior redijt.

Tiresias igitur Iouis sententiam probans Iunonem condemnauit, quæ indignata Tiresiam excæcauit: Iuppiter verò illi scientiam futura prædicendi communicauit. C
Illius autem vaticinium prima adijt Lyriope nympha Oceani, & Tethyos filia scire cupiens an Narcissus, quem ex Cephiso genuerat, diuturnam esset ætatem victurus; cui Tiresias prospera omnia est pollicitus, dummodo Narcissus suam pulchritudinem non nosceret. Referunt enim Narcissum fuisse adolescentem pulchritudine conspicuum, cuius consuetudinem nymphæ non paucæ affectabant, & præsertim Echo Iunonis filia, quæ iuuenis amore flagrans, & frustra fugientem persequens extabuit, & in vocem mutata est, quæ hodie etiam Echo appellatur.

Echo Iunonis filia.

Adducitq; cutem macies, & in aere succus
Corporis omnis abit, vox tantum, atq; ossa supersunt,
Vox manet, ossa ferunt lapidis traxisse figuram.

Alias etiam Nymphas ludificauerat Narcissus, quem vt Nemesis vindictæ Dea vlciscereturcum venatione fessum ad fontem compulit, in cuius aquam intuens, & D
sui ipsius amore captus, maximoq; confectus mœrore interijt, ex cuius corpore postea ijdem eiusdem nominis emersit.

Hic puer, & studio venandi lassus, & æstu,
Procubuit, faciemq; loci, fontemq; secutus,
Dumq; sitim sedare cupit, sitis altera crescit,
Dum bibit, & visa correptus imagine formæ,
Spem sine corpore amat, corpus putat esse, quod vmbra est.

Narcissi Metamorphosis

Et paulò inferius.

Nusquam corpus erat, croceum pro corpore florem
Inuenient, foliis medium cingentibus albis.

Propter Narcissi mortem, Tiresias vates multò magis veridicus habebatur. Solus autem Penthcus Echionis, & Agaues filius vaticinia Tiresiæ aspernabatur: immò

quia

quia à vate intellexit Bacchi aduentum, & illius sacrificia ipsimet detrimento esse futura, imperauit suis, ne Bacchi præceptis obtēperarent, sed ipsum arctè vinctum in carcerem ducerent. Bacchus autem vt ipsum deluderet in Acetem Liberi comitem transfiguratus est, vt Poeta canit.

—— —— & Bacchus vbi esset
Quærenti Dominæ Bacchum vidisse negarunt.
Hunc dixere tamen comitem, famulamq; sacrorum
Cepimus, & tradunt manibus post terga ligatis.

Talis igitur fuit Bacchi potestas, vt captus à nautis thyrenis, ob eximiam formæ
E pulchritudinem nauigio impositus, graui percitus ira, armenta in Feras, & serpentes transformauerit. Thyrenii igitur timore consternati in mare præcipites se dederūt, & in Delphinos mutati natarunt; vt in his versibus canitur. *Thyrrei in Delphinos.*

In spatium resilire manus breue vidit, & illas
Iam non esse manus, iam pinnas posse vocari.
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit, truncoq; repandus in vndas
Corpore desiliit, falcata nouissima cauda est,
Qualia dimidiæ finuantur cornua Lunæ.

Pentheus tandem, iuxta vaticinium, Bacchi contemptor properans in montem Cytherona, vbi sacrificia Bacchi celebrabantur, repentè mutatus in aprum dilania-
F tus est. *Pantheus in aprum.*

Ille aper in nostris errat qui maximus agris,
Ille mihi feriendus aper, ruite omnis in vnum
Turba furent.

Poeta in quarto libro aperte, & dilucidè exprimit, quomodo, præter Pentheum, Alcithoe Minei filia non solùm Bacchum iocci faciebat, verum etiam tempore sacrificiorum, vnà cum sororibus lanificio operam dabat. Dum igitur istæ mulieres operi essent intentæ, fabellas vicissim referre decreuerunt, quarum narratione laborem suum aliqua ex parte leuarent. Itaq; illarum vna assurgens dubitauit, an prius mentio habenda esset de Babylonia, quæ in piscem fuerat mutata, an de eius filia Semiramide, quæ in columbā fuerat transfigurata, an de Naiade nympha, quæ cantionibus, & herbis, pusiones quosdam in pisces conuertit, & tandem ipsa quoq;
G formam piscis induit. An in campum esset afferenda ratio, cur fructus mori arboris olim albi, temporis tractu, nigredinem nacti fuerint; quod ex sanguine Pyrami, & Thisbes contigisse memorant. Hanc igitur fabulam non amplius auditam exarārunt; de prædictis Poeta sic loquitur. *L. 4. Metam*

—— —— de te Babylonia narret
Dercetis, quam versa squamis velantibus artus
Stagna palestinis credunt coluisse figura.
An magis, vt sumptis illius filia pennis,
Extremos altis in montibus egerit annos.
Nais an vt cantu, nimiumq; potentibus herbis
Verteris in tacitos innenilia corpora pisces;
H *Donec idem passa est tua quæ pomaalba ferebat*
Vt nunc nigra ferat contactu sanguinis arbor;
Hæc placet, hæc quoniā vulgaris fabula non est.
Tabbus versa modis, lana sua fila sequente,
Pyramus & Thysbe iuuenum pulcherrimus alter
Altera, quas Oriens habuit, prælata puellis.

Expositā hac fabula, iam Leucothoe Alcithoes soror ad aliam narrandam se accingebat. Verùm antequam exponeret, quemadmodum filia Orchami Regis Achemeniæ, & Eurinomes in arborem thuris fuerit conuersa, Martis, & Veneris adulterium expressit; siquidem cum Sol Martem cum Venere congredientem Vulcano indicasset; Vulcanus, rete artificiosè fabricato, Martem & Venerem simul vinciens in omnium Deorum conspectum attulit. Quamobrem Venus indignata operam dedit, vt sol amore Leucothoes accenderetur, qui postea, vt facilius ea potiretur, se *Vulcani artificium.*

in

in Eurinomen ſilius matrem conuertit.

Dum ibi quadrupedes cęleſtia pabula carpunt,
Moxq; vicem peragit, thalamos Deus intrat amatos
Verſus in Eurinomes factem genitricis.

Leucothoe in arborem thuris.

Cum autem Clycie, quæ & ipſa Phœbum deperibat, inuidia quadam ſtimulata, Orchamo Leucothoes patri nunciauerit filiam à Sole ſtupratam fuiſſe: tunc pater ingenti commotus ira eam adhuc viuam tumulauit: vnde Sol infælicis amicæ miſertus eam in thuris arborem transfigurauit, quæ metamorphoſis ſic exprimitur.

Virgaq; per glebas ſenſim radicibus aſſis
Thurea ſurrexit, tumulumq; cacumine rupit. A

Clycie nympha in helitropium.

Ipſa autem Clycie nympha moleſto ferens animo Leucothoen ſibi in amore prælatam fuiſſe, cum Solem maxima beneuolentia proſequeretur, ingenti affecta mœrore, nouem dies abſq; alimento traduxit: ſed tandem Deorum benignitate in herbam Heliotropium mutata fuit, quæ planta adhuc priſtini amoris memor, inclinato cacumine Solem ab ortu ad occaſum concomitatur.

——— illa ſuum quamuis radice tenetur
Vertitur ad Solem, mutataq; ſeruat amorem.

Expedita hac fabula, Alcithoe iuſſa eſt, vt & ipſa aliquod fabuloſum in medium afferret: quæ hilari exordiens animo, non referam, inquit, veluti Daphnis Mercurij filius, & paſtor Idæus ab vxore Thalia, ob pellicis cuiuſdam metum, in lapidē verſus fuerit, neq; verba faciam, de Scythone, qui modò in virum, modò in fœminam B
ceſſerat, omittam quoq; Celmi, Adamantis, & Curetum caſus, qui ex imbribus procreati eſſe feruntur, neq; ſermonem habebo de Croco adoleſcente, & Smilace virgine, qui florum formam adepti ſunt.

Vulgares taceo, dixit, paſtoris amores
Daphnidis Idæi, quem nympha pellicis ira
Contulit in ſaxum.
Nec loquar vt quondam natura iure nouato
Ambiguus fuerit modo vir, modò femina Scython.
Te quoq; nunc Adamas quondam fidiſſime paruo
Celme Iouī, largoq; ſatos Curetas ab imbre
Et Crocon in paruos verſum cum Smilace flores.

Hermaphroditus, & Salmacis nympha in vnū corpus.

Referam, inquit, quemadmodum Hermaphroditus Mercurij, & Veneris filius à C
nymphis Naiadibus olim in monte Ida educatus, proprijs ſedibus relictis, ad quendam Cariæ fontem peruenit, vbi fortè Salmacis nympha habitabat. Hunc igitur nudum in fontem ingreſſum Nympha conſpicata, ita immoderato eum affectu proſecuta eſt, vt adoleſcentem complexa ab illo ſeparari nequaquam potuerit, ſed ambo vnum corpus, vtroq; integratum ſexu demceps repræſentarunt: hoc autem ſic exponitur.

——— illa premit, demiſſaq; corpore toto
Sicut inhærebat, pugnes licèt improbe, dixit,
Non tamen effugies, ita Dij iubeatis, & illum
Nulla dies à me, nec me deducat ab illo.
Vota ſuos habuere Deos; nam mixta duorum D
Corpora iunguntur, facieſq; induitur illis
Vna &c.

De hac tranſmutatione Auſonius elegans habet epigramma quod ſilentio inuoluendum non eſſe putauimus, hoc autem ſic ſe habet.

Salmacis optato concreta eſt nympha marito
Fatis o virgo, ſibi ſi ſors ineſſe virum;
Et tu formoſi Lunenſis permiſte puella
Bis felix, vnum ſi licet eſſe duo.

His expoſitis fabulis, & ſororibus Thebanis conticentibus, repentè numine Bacchi, & ſono tibiarum hæ perterrefactæ, nocteq; ingruēte, in veſpertilionū figuram abierunt; vt in his verſibus legitur.

Dum

Dum veniunt tenebræ, parues membrana per artus
Porrigitur.
Conatæq; loqui, minimam pro corpore vocem
Emittunt, peraguntq; leui stridore querelas;
Tectaq; non ſpinas habitant, locemq; peroſæ
Nocte volant, ſeroq; tenent à veſpere numen.

Sorores Thebanæ inuesperascentes.

Iam, explanatis exemplis, fama Bacchi facta, erat celeberrima. Sed inter cæteros Ino Bacchi nutrix, & matertera, vxorq; Achamantis poteſtatem Bacchi latè patere diuulgabant: qua de cauſa grauē Iunonis odium incurrit, quæ ad Infernos
E deſcedens receſſus, vnam furiarum in Achamantem ſolicitauit; vnde hic furore correptus Clearchum proprium filium interemit. Sed Ino furorem mariti fugiens cum altero filio Melicerta in mare ſe præcipitauit, qui poſtea à Neptuno in marinos Deos, nempe Melicerta in Palemonem, & Ino in Leucothoen mutati fuerunt: idq; à Neptuno precibus Veneris factum fuiſſe perhibetur: cum ipſa quoq; ex ſpuma maris ſe originem traxiſſe narrauerit.

At Venus immerito nepti; miſerata labores,
Sic patruo blandita ſuo eſt: ô numen aquarum
Magna quidem poſco, ſed tu miſerere meorum,
Iactari quos cernis in Ionio mœnſos,
Et Dijs adde tuis, aliqua & mihi gratia ponto eſt
F *Si tamen in medio quondam concreta profundo*
Spuma fui, gratumq; manet mihi nomen ab illa.
Annuit oranti Neptunus, & abſtulit illis
Quod mortale fuit, Matrisq; verendam
Impoſuit, nomenq; ſimul, faciemq; nouauit.
Leucotheaq; Deum cum matre Palæmona dixit.

Venus orta ex ſpuma Maris.

Thebanæ verò Iunonis comites partim in ſaxa, partim in aues abierunt: quocirca Cadmus has ponderans calamitates, ex thebanis ſedibus in Regionem Illyricam vnà cum Hermione vxore profugit, vbi tandem à Dijs in ſerpentem fuit transformatus: vxor igitur Cadmi ſic ab Ouidio introducitur.

Cadme mane, teq; infœlix hic exue monſtris
Cadme quid hoc? vbi pes? vbi ſunt humerique, manuſq;?
G *Et color, & facies? & dum loquor omnia, cur non*
Me quoq. celeres in eundem vertitis anguem?
Et ſubito duo ſunt, iunctoq; volumine ſerpunt
Donec in oppoſiti nemoris ſubiere latebras.

Cadmus, & vxor in ſerpentes.

Ex prole Cadmi adhuc Acriſius apud Argiuos regnabat, qui non modò Bacchũ, ſed alia quoq; numina aſpernabatur. In primis nepotem ſuum Perſeum ex Ioue, & Danae natum minimè credebat. hæc autẽ incredulitas non mediocre detrimentum illi attuliſſe fertur. Fortè igitur Perſeus ad accipiendum Meduſæ caput à Polydecte miſſus fuerat, cuius capitis aſpectu, homines in ſaxa vertebantur. Iamq; Perſeus, Minerua opem ferente, caput Meduſæ retulerat, ipſoq; per Africam iter habente, ex guttis ſanguineis à capite in terram cadentibus ſerpentes ſunt procreati, & ex
H vtero Meduſæ equus alatus, nimirum Pegaſus exiuit.

Cumq; ſuper Libycas vultur penderet arenas
Gorgonei capitis gutta cecidere cruentæ,
Quas humus exceptas varies animauit in angues.

Iam Perſeus ad Atlantem Iapeti filium peruenerat, qui Atlas, cum olim à Themide Deorum antiſtite reſponſum acceperit, ne quemquam ex Iouis prole, hoſpitio honeſtaret, ſi vellet hortum, in quo poma creuerant aurea, cuſtodiri: Perſeo longo itinere defatigato hoſpitium negauit. At Perſeus detectum Gorgonis caput illi obiecit, quo conſpecto, Atlas illicò in montem eiuſdem nominis mutatus eſt, qui ob altitudinem Cœlum ſuſtinere perhibetur. Sic enim Perſeus introducitur loquens.

Atlas in montem ſui nominis.

——— at quoniam parui tibi gratia noſtra eſt,
Accipe munus, ait, ſquaq; à parte Meduſæ.

Ipſe

Ipſe retro verſus ſqualentia protulit ora.
Quantus erat monſ factus Atlas, nam barba, comæq;
In ſylvas abeunt, in ora ſunt humeriq; manuſq;
Quod caput ante fuit, ſummo eſt in monte cacumen.

His peractis, Perſeus per Aethiopiam iter faciens ad eam peruenit ſedem, vbi Andromeda Cephei, & Caſſiopes filia, ob matris ſuperbiam, monſtro marino expoſita conſpiciebatur. Quando quidem, Caſſiope inter Nereides ſe pulcherrimam iactante, Neptunus precibus nympharum motus marinum monſtrum ad Aethiopiam vaſtandam incitauit. Qua de re conſultus Iuppiter Hammon, qua ratione Nereidum numina placari poſſent, reſpondit id fieri non poſſe, niſi aliquis ex Cepheo, A & Caſſiope genitus beſtiæ marinæ dilacerandus obijceretur. Cum igitur Andromeda ſcopulo alligatam, & à Fera deuorandam Perſeus conſpexiſſet, dotibus formæ irretitus, eam ſe liberaturum pollicitus eſt, ea tamen conditione, vt ſibi in matrimonium locaretur. Cepheo annuente, monſtrum ſuperatur, & puella Perſeo in matrimonium datur. Cum igitur ad Regiam Cephei peruenisſet, narrauit qua ratione capilli capitis Meduſæ in angues fuerint tranſmutati; nimirum cum ipſa crinibus aureis inſignita, & formæ ſpectabilis, & à Neptuno deſiderata, illius permixtionem effugere non potuerit, ideo cum ipſo in templo Mineruæ concubuit. Quamobrem, violata loci religione, Minerua in iracundiam præceps ducta, crines illius aureos in tot fœdos ſerpentes transfigurauit.

Andromeda ſcopulo alligata.

——— *——— neue hoc impunè fuiſſet* B
Gorgoneum crinem turpes mutauit in angues.

In quinto libro Poeta narrat, quòd Andromeda Perſeo in matrimonium data, laurum paratur conuiuium. interea Phineus Cephei frater, cui olim Andromedam maritari promiſſerant, ex tempore hominibus armatis ſtipatus accedens puellam etipere Perſeo conabatur. Sed ex altera parte Perſeus minimè perterrefactus multos interemit, & cæteros, detecto Meduſæ capite in montes transformauit.

Multi in montes trãſformati.

——— *——— bis centum reſtabant corpora pugnæ,*
Gorgone, bis centum rigurunt corpora, viſo.

Demum Perſeus hinc verſus patriam diſcedens, Pretum, à quo Acriſius auus à regno fuerat pulſus, moſtrato Meduſæ capite, in lapidem mutauit, & auo (quamuis immeritò, quia ipſe cum Danae matre in arca clauſus in mare proiectus fuit) regnum C reſtituit; de hac metamorphoſi ſic habetur.

——— *——— ——— ——— oraq; Regis*
Ore Meduſeo ſilicem ſine ſanguine fecit.

Pretus in lapidem.

Hactenus Minerua ad tot, tantaq; præſtanda facinora, Perſeum adminiculauit: ſed eodem tempore Pallas ad montem Beotiæ Helicona peruenit, & à Muſis intellexit Pegaſum equum alatum, cuius paulò ante meminimus, vnà cum Chryſaore ex ſanguine capitis Meduſæ natum fuiſſe, qui accedens ad Heliconẽ montem, vngula humum pulſans patefecit ſcaturiginem fontis, qui *ἱππουκρήνη* nuncupatur. Poſthæc vna ex Muſis narrauit Palladi, quemadmodũ ipſæ Muſæ olim in aues fuerunt tranſmutatæ. Etenim dum ad montem Parnaſum properarent, oborta in itinere tempeſtate, ad ędes Pyrenei inuitantis diuerterunt, qui Virginum pulchritudine captus, in quodam thalamo claudi iuſſit, vt illis vim inferre poſſet. Muſæ autem in aues con- D uerſæ aufugerunt.

——— *——— claudit ſua tecta Pyreneus*
Vimq; parat, quam nos ſumptis effugimus alis.

Muſæ in aues.

Interea dum hæc à Muſa narrarentur, nouem picæ inter ramos arboris garrientes & humana ferè verba proferentes à Minerua conſpectæ ſunt. Vt autem ab admiratione Palladem Muſa remoueret, id totum explicauit dicens; Pierum ex Euipe vxore filias ſuſtuliſſe, quarum venuſtate, tanta animo matris acreuit inſolentia, vt Muſarum pulchritudinem illis cõparare, eaſq; ad certamẽ prouocare auſa eſſet. Quapropter vna ex Pieridibus ſuauem cantilenam edere cœpit, narrans veluti Typheus, & reliqui Gigantes magno ſuperos timore oppreſſerint (idq; referebatur vt Deorum facta vilipenderentur) immò addidit, quemadmodum Superi ingenti perculſi metu in Aegyptum fugerint, vbi poſtea Iuppiter in Arietem, Apollo in

Coruum,

Coruum, Bacchus in Caprum, Diana in felem, Iuno in Vaccam, Venus in piscem, & Mercurius in Ibin transfigurati sunt. *Iuppiter in arietem.*

Dixq; gregis, dixit, sit Iuppiter, unde recuruis *Apollo in coruum.*
Nunc quoq; formatis Lybis est cum cornibus Ammon.
Delius in corne, proles Semeleia capro, *Bacchus in caprum.*
Fele soror Phebi, nitens Saturnia vacca, *Diana in felem.*
Pisce Venus latuit, Cylleneus Ibidis alis. *Iuno in vaccam.*

His conuitijs in Deos à Pieridibus prolatis, ex altera parte Musæ suos ederunt cantus, & inter has Calliope prima, cui totius certaminis prouincia demandata fuerat, non Deorum vituperia, sed Cereris encomia, & potissimum Proserpinæ raptum canendo elegantissimè descripsit. Primoq; narrauit, veluti Pluto infernæ regionis Deus, dum per loca spatiaretur herbosa, visam Proserpinam Cereris filiam, eius amore ita conflagrauit, vt illam proprio impositam curru ad tartarea regna deduxerit: quamuis Cyane nympha raptui incassum reluctari conaretur: quocirca ingenti afflictata dolore formam fontis adepta est. *Venus in piscem.* *Mercurius in Ibin.*

At Cyane raptamq; Deam contemptaq; fontis *Cyane in fontem.*
Iura sui mœrens inconsolabile volnus,
Mente gerit tacita, lacrymisq; absumitur omnis:
Et quarum fuerat magnum modo Numen, in illas
Extenuatur aquas.

Ceres autem amissam filiam per cunctas totius orbis regiones inuestigans, tãdem fessa, & siti oppressa quamdam rogauit vetulam, vt sibi modicum aquæ ad leuandam sitim traderet: sed illa multum farina mixtum ei propinauit, quod Ceres bibẽs à quodam puero irridebatur: hinc Dea ira accensa huiusmodi matersam in pusionem impudentissimum expuens, eum in stellionem varijs conspersum maculis mutauit: de qua transformatione sic legitur.

Inq; breuem formam, ne sit vis magna nocendi, *Puer in Stellionem.*
Contrahitur, parnaq; minor mensura lacerta est,
Mirantemq; flentemq; & sangere monstra paurentem
Fugit anum, lacebraq; petit, aptumq; colori
Nomen habet, variis stellatus corpora guttis.

Tandem Ceres, cum lustratis Regionibus cunctis, nullibi filiam inuenerit, denuò in Siciliam reuersa est, vbi ab Aretusa fontis Siciliæ nympha Proserpinam à Plutone raptam fuisse intellexit. Tunc Ceres confestim recuperandæ filiæ gratia ad Iouem profecta, facultatem ad internas pergendi partes impetrauit, ea tamen conditione, vt nullum cibum, nisi post reditum, degustaret. Progressa igitur & regressa Ceres ab Ascalapho Acherõtis ex Orphne nympha filio coram Ioue accusata fuit, quia granum mali punici in itinere degustauerit: vnde hic statim in bubonem auem mala semper prædicentem conuersus est. *Ascalaphus in bubonem.*

Ingemuit Regina Erebi: ter fleuit, & vnum. *Ascalaphus in bubonem.*
Fecit autem, sparsum: caput phlegetontide lympha
Intrastrum, & plumas, & grandia lumina vertit.
Fœda fit: et volucris, venturi nuncia luctus
Ignauus bubo dirum mortalibus omen.

Iupiter igitur æquam exercens iustitiam sanxit, vt Proserpina, ob inobedientiam, partem anni apud virum, partem apud matrem consumeret. Interim Syrenes Proserpinæ comites tanto amore eam prosequebantur, vt precibus alas à Dijs impetrauerint, vt facilius per terram, atq; mare ipsam inquirerent: ideoq; mutatæ in aues, facieq; & voce humana insignitæ iuxta mare siculum habitant, vbi tam suaues edũt cantillenas, vt nautas illac transeuntes submergant. Harum prima Parthenope, altera Leucosia, & tertia Ligia fuit appellata.

Pluma, pedesq; anium, cum virginis ora gerantis. *Syrenes in aues.*
An quia cum legeres flores Proserpina vernos
In comitum numero mixta Sirenes erant,
Quam postquam toto frustraq; fatigat in orbe,
Protinus vt vestram sentirent Ceuera curam,

Poſſe ſuper ſtellas alarum inſiſtere remis
Optaſſis, facileſq; Deos habuiſtis, & artus
Vidiſtis veſtros ſubitis flaueſcere pennis.

Immò Arethuſa ſuam quoq; transformationem recitauit: etenim hæc nympha Dianæ comes in fluminis Alphei amorem incidit, cumq; is fugientem Arethuſam perſequeretur, nympha, auxilio Dianæ implorato, ſtatim in fontem ceſſit.

Arethuſa in fontem.

——— cur ſit Arethuſa ſacer fons?
Contiguere vndæ, quarum Dea ſuſtulit alto
Fonte caput, virideſq; manu ſiccata capillos,
Flumineis Alphei veteres narrauit amores.

His dictis, Ceres Athenas aduolauit, & currum ab alatis Draconibus tractum Triptolemo donauit, vt homines agriculturam doceret. Is cum in Scythiam perueniſſet, à Rege Lynco honorifico exceptus fuit hoſpitio, ſed ope Cereris à grauibus Lynci inſidijs euaſit. Quapropter Dea indignata Regem hunc in Lyncem transformauit. A

Rex lyncus in lyncem.

Barbarus inuidit, tantiq; vt muneris author
Ipſe ſit, hoſpitio recipit, ſomnoq; grauatum,
Aggreditur, ferro cunctum figere pectus
Lynca Ceres fecit &c.

Prædicta igitur omnia à Calliope, eleganti carmine fuerunt recitata; hinc; Muſæ, Nympharum iudicio, in hoc canendi certamine, palmã retulerunt. Pierides autem id moleſto ferentes animo contabeſcentes in picas fuerunt conuerſæ, quas inter ramos arboris obſtrepentes paulò ante Minerua obſeruauerat. B

Pierides in picas.

Plangere dama; volunt, per brachia mota leuari;
Aere pendebant, nemorum comitia picæ;
Nunc quoq; in alitibus facundia priſca remanſit,
Raucaq; garrulitas, ſtudiumq; inane loquendi.

In ſexto libro poeta exponit Palladem, audito Muſarum, & Pieridum certamine conſideraſſe, qua pœna & ipſa affectura eſſet Arachnem Lydam Idmonis filiã, quæ in lanificio ſe Minerua peritiorem eſſe prædicabat. Propterea Pallas anilẽ induens formam, & ad Arachnem accedens, illi perſuadebat, ne impoſterum Mineruã prouocare auderet. Sed puella, præceptis vetulæ contemptis, multò magis ſe iactabat: hinc Pallas rurſus in diuinam rediens formam, puellam impudentia taxauit. C

Pallas anum fimulat, crineſq; in tempora canos
Addit, & infirmos baculo dum ſuſtinet artus.

Immò Pallas non ſolum impudentem, & ineptam appellauit Arachnẽ, ſed etiam prodidit faciendum eſſe periculum, num in tali opere ab ipſa poſſet ſuperari. Quibus dictis, Pallas prima telam ſuam texens in ea deſignauit, quemadmodũ ipſa cum Neptuno, de nomine Athenis imponendo certauerit, & veluti Neptunus ex ſaxo equum, & Minerua ex terra oliuam eduxerit. Præterea texendo pinxit Rhodopem Strimonis fluuij filiam, & Hemum illius maritum Deos ſe iactantes, in montes fuiſſe tranſmutatos; quibus addidit transformationem mulieris pygmææ in gruem, quæ Iunone pulchriorem ſe prædicare auſa erat; item mutationem Antigones filiæ Laomedontis in Ciconiam, quæ cum Iunone contendere non dubitauit. Itidem delineauit transfigurationem filiarum Cynæ Regis Aſſyriorum in lapides graduum templi Iunonis, necnon mutationem Cynææ in ſaxum, quod prædictos templi gradus tanquam tot corpora filiarum amplectebatur; his verſibus ſic exponitur. D

Mulier pygmæa in gruẽ

Cynæa in ſaxum.

Cecropia Pallas ſcopulum Mauortis in arce
Pingit, & antequam de terræ nomine litem
Bis ſex cæleſtes medijs Ioue ſedibus altis
Auguſta grauitate ſedent, ſua quemq; decorum
Inſcribit facies: Iouis eſt regalis imago.
Stare Deum Pelagi, longoq; ferire tridente
Aſpera ſaxa facit &c.
Threiciam Rhodopen habet angulus vnus, & Hemum
Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam.

Altera

Altera pygmea fatum miserabile matris
Pars habet, hanc Iuno iussit certamine vitam
Esse Gruem.
Pinxit, & Antigonem ausam contendere quondam,
Cum magni conferre Iouis, quam regia Iuno
In volucrem vertit, sumpsit & candida pennis
Ipsa sibi plaudit crepitante ciconia rostro.
Qui superest solus Cynaram habet angulus orbum,
Isq; gradus templi natarum membra suarum
E *Amplectens:*

Ex altera parte Arachne intexuit suæ telæ mutationem Iouis in Taurum, ob Europam Agenoris filiam, in Aquilam ob Asterien, in Cygnum propter Lædam Testij filiam, in Satyrum ob Antronam Nyctei filiam, in Amphitrionẽ, ob Alcmenam Electrionis filiam, in aurum ob Danaen, in ignem propter Aeginam Asopi filiam, in pastorem ob Memnosynen, & deniqi in serpentem propter Proserpinam. Quamuis alius Poeta quatuor tantùm Iouis transfigurationum meminerit hoc disticho. *Iupiter in varia trãsformatus.*

Fallus ob Europam, Danaen, Nycteida, Ledam,
Bos, Aurum, Satyrus, Iupiter albus Olor.

Sed hoc obiter dictum sit. Insuper Arachne suo textili simulacra amorum Neptuni addidit, qui in amnem Enipeum cõuersus est, vt Iphimeniam amplecteretur, in Taurum, vt Aeolia Acoli filia potiretur, in arietem, vt Basaltida comprimeret, F in equum, vt Cererem, & Medusam consequeretur, in Delphinum, vt cum Melãtho puella cubaret. Præterea eidem telæ intexuit amores Phœbi, ostendens illum in accipitrem, aliquandò in Leonem, & interdum in pastorẽ, ob Issen Macharei filiam mutatum fuisse. Neq; omisit icones amorum Bacchi qui in vuam transfiguratus Erigonem decepit. Ad calcem telæ delineauit simulacrum Saturni qui induens formam equi cum Phylira Oceani filia concubuit, ex qua postmodum Chironem Centaurum iuscepit: carmina sunt hæc. *Neptuni vni transformationes.* *Bacchi, & Saturni metamorphoses*

Mœnis clusam designat imagine tauri
Europam.
Fecit, & Asterien aquila lull ante teneri.
Fecit olorinis Ledam recubare salebris.
G *Addidit vt Satyri celatus imagine pulchram*
Iupiter impleuit gemino Nycteida furtu;
Amplexuram fuerit, cum te Tritonia cepit,
Aurea vt Danaen, Asopida luserit ignis,
Mnemosynen pastor, varius q; Deoida serpens.
Te quoq; mutatum toruo Neptune iuuenco
Virgine in Aeolia posuit, iuvisus Enipeus
Gignis, & Alcida, arte q Basaltida fallis.
Et te flaua comas frugum mitissima mater
Sensit equum, te sensit equum cernuta colubrix
Mater equi luseris, sensit delphina Melantho
Visitur hic etiam agrestis imagine Phœbus,
H *Vtq; modo accipiter pennas, modo terga Leonis*
Gesserit, vt pastor Macharëida luserit Issen.
Liber, vt Erigonen falsa deceperit vua,
Vt Saturnus equo geminum chirona creauit,

Posteaquam Arachne simulacra textilis Mineruæ miro fabricata artificio obseruauerit, atq; suum opus illi minimè esse comparandum, id acerbissimè ferens, laqueo vitam finiuit. Tunc Minerua hanc puellam in araneam conuertit. *Arachne in araneam.*

——— — *pendentem Pallas miserata leuauit,*
Defluxere coma, cum quis, & naris, & aures;
Fitq; caput minimum, toto quoq; corpore parua est,
In latere exilet digiti prosurribus hærent.
Cætera venter habet, de quo tamen illa remittit

Stamen, & antiquas exercet aranea telas.

Verùm Niobe Tantali filia casum Arachnes minimè perpendens, cum ex Amphione marito septem filios, & totidem filias suscepisset, sacrificia Latonæ nõ solùm flocci faciebat, verum quoq; se illi in honoribus præferendam esse opinabatur: quamobrem Latona hac temeritate stimulata filios ab Apolline, & Diana sagittis transfigi iussit: hac de re pater nimio afflictatus mœrore se ipsum peremit, & Niobe formam saxi adepta est.

Niobe in saxum.

Nec flexi cervix, nec brachia reddere gestus,
Nec pes ire potest, intra quoq; viscera saxum est.

Amplius Latona per Lyciam iter habens, & ardenti vexata siti ad stagnum accedens, & ab agricolis Lycijs impedita, eos confestim in ranas transformauit. A

——— *Dearollensq; ad sydera palmas,*
Æternùm stagno, dixit, viuatis, in isto.
Quamuis sint sub aqua, sub aqua malè dicere tentant.
Vox quoq; iam rauca est, inflataq; colla tumescunt

Rustici Lycij in ranas.

Ipsaq; dilatant patulos conuicia rictus.
Terga caput tangunt, colla intercepta videntur.
Spina viret, venter, pars maxima corporis albet
Limosaq; nouæ saliunt in gurgite ranæ.

Hęc stupenda Deorũ miracula Thebani celebrabãt; immò inter illos nõ abluit, qui Apollinis vindictã de Satyro reticeret; quandoquidem Marsyas satyrus tibiarũ cantu Apollinem prouocans, & tandem ab eo superatus, cute priuatus fuit, & sanguis à toto corpore dimanans muratus est in fluuium, qui per Phrygiam decurrens Marsyas à nomine Satyri nuncupatur. B

Marsyæ nomen habet Phrygia liquidissimus amnis.

Sequit Marsyę in flumẽ.

His calamitatibus interfuisse Pelopem referunt, qui Tantali Arcadiæ tyrãni fuit filius, & ab eodem patre coctus, & Diis discumbentibus inter lautas epulas appositus, à cuius esu omnes, præter Cererem, abstinuerunt; immò collectis membris animam ab Inferis, ope Mercurii, euocatam restituerunt, & quoniam sinister humerus deerat, ei eburneum addiderunt, & Tantalum patrem ad tartareas sedes præcipitarunt: vbi inter esculenta, & potulenta, assidua fame, atq; siti cruciatur. Ita res se se habebant, cum Principes multarum Regionum, vt publicis interessent spectaculis, Thebas proficiscebantur. Athenienses tantùm aberant, quia eorum ciuitas C à populis finitimis oppugnabatur. Ideo Pandion Athenienſium Rex à Tereo Martis filio, & Thracum rege opem ad bellum impetrauit, & illi filiam suam Prognen in matrimonium dedit. Hæc igitur in mariti regia versans incredibili videndæ sororis Philomelæ cupidine capta maritum Tereum rogauit, vt profectus Athenas sororem in Thraciam duceret. Tereus vt coniugi morem gereret, Athenas peruenit, & amorem Philomelæ incurrit: quare illi in Thraciam ductæ vim intulit, & ne cuipiam hoc scelus manifestaretur, lingua amputata, eam in stabulis clausit, deinde sororem coniugi in itinere periisse affirmauit. Interim Philomela ne tantum scelus occultum maneret, vestem Terei scelestibus designatam sorori misit. Quapropter Progne, hoc intellecto, furore quasi percita reclusis stabulis sororem in Regiam deduxit, & filium Ityn interfectum patri deuorandum apposuit. Id animaduertens Tereus, coniugem, & Philomelam persequens in causa fuit, vt omnes, Deorum misericordia, D auium pennas induerent. Itaq; Progne in Hirundinem, Philomela in Luscinia, Tereus in Vpupam, Itys in Phasianum, conuersi sunt.

Progne in hirundinẽ.

Philomela in luscinią.

Tereus in vpupam.

Itys in Phasianum.

Tunc sequitur nudo genitas Pandione ferro
Corpora Cecropidum pennis pendere putares.
Pendebant pennis, quarum petit altera syluas,
Altera tecta subit, neq; adhuc de pectore cædis
Excessere notæ, signataq; sanguine pluma est.
——— ———
Ille dolore suo, pœnæq; cupidine velox
Vertitur in volucrem, cui sunt in vertice cristæ.

De Philomela autem, Author Philomelæ sic canit.

Flet

Flet Philomela nefas incestis Tereos, & quę
Muta puella fuit, garrula fertur auis.

Pandione mortuo, Erictheus ope Palladis regnum Athenienſe occupauit, vbi quatuor filias habuit, ſed duarum venuſtiorum alteram Procrin Cephalo maritauit, alteram Orithyam Boreas Thraciæ ventus raptam in Thraciam detulit; ex qua Zetes, & Calais filios ſuſcepit, qui poſtea cum aliis Argonautis ad vellus aureum aſportandum profecti ſunt.

In libro ſeptimo Ouidius memorat Mingas Theſſaliæ populos, necnon filios Orithiæ nauigantes, tandem ad Phineum in ſumma calamitate verſantē peruenisſe.
E Namq; cum proprios filios Orythum, & Carabin excæcaſſet, ipſe quoq; eadem pœna affectus fuit, immò Harpias fœdiſſimas aues illirapientes eſcas habebat, quas poſtea Zetes, & Calais, vt Phineo gratificarentur in fugam verterunt. Deinde hi cum peruenisſent Colchon aureum vellus poſtulabant, ſed reſponſum habuerunt, tauros naribus, & ore ignem ſpirantes prius eſſe domandos, & hominum armatorum impetus ex dentibus ſeminandis naſcentium reprimendum, necnon Draconē velleris aurei cuſtodem ſopiendum, cum his profectus erat Iaſon Aeſonis filius, qui perueniens ad Regiam à Medea Regis filia fuit adamatus: quapropter illius ope, ſuperatis omnibus difficultatibus, vellus aureum reportans, vnà cū Medea Corinthum reuerſus eſt; vbi Aeſonem patrem, auxilio pariter Medeæ vxoris magicæ artis peritæ, ad ætatem quadraginta annorum reuocauit. Hoc miraculum animaduertens
F Bacchus, eam rogauit, vt nutrices ſuas priſtinæ iuuentuti reſtitueret, quod Medea non ſolum hoc libenter præſtitit, ſed etiam Baccho perpetuam donauit adoleſcentiam. Interea filiæ Peliæ inimicæ Iaſonis cum Medea familiariter verſabantur, & his obſeruatis miraculis, illam obſecrarunt, vt ſenium Peliæ patris exterminaret. Illa autem vt Iaſonis inimici vltionem ſumeret, ſuaſit mulieribus, vt proprium patrem interfectum decoquerent, quo facto, Medea curtum Draconibus tractum conſcendit, & ad Othryn Theſſaliæ montem euolauit, vbi quondam, tempore diluuij Deucalionis, Cerambus, Nympharum implorata ope, in auem fuit commutatus.

Nutrices Bacchi anuſas in Iuuenes.

——— *cuncta veterni loca nota Cerambi,*
Hic ope Nympharum ſublatus in aera pennis

Carabus in auem.

Deinde nemus Idæum petijt, vbi Mæram in canem conuerſam vidit.

G *Et quos Mera nouo latrans terruit agros.*

Ab hac regione Medea ad vrbem Eurypili accelſit, vbi Coæ matronæ venuſtiores Venere ſe iactantes, in cornutas boues abierunt.

Mera in canem.

Eurypyliq; vrbem, qua Coę cornua matres
Geſſerunt.

Hinc Cæam quoq; vrbem penetrauit, in qua Alcidamas columbam ex filia procreatam conſpicatus eſt.

Qua pater Alcidamas placidam de corpore natę
Miraturus erat naſci potuiſſe columbam.

Immò Medea alia luſtrauit loca, vbi Philirus quidam puerum Cygnū deperiuit, ſed is cum taurum petitum non obtinuerit, ex alto loco ſe præcipitem dedit; & oloris formam induit.

H *Deſilit ſaxo, cuncti cecidiſſe putabant,*
Fallus olor niueis pendebat in aere pennis.

Tunc Hyriæ mater caſum filii in dies deplorans tandem in ſtagnum ſui nominis fuit mutata.

Hyria in ſtagnum.

At genitrix Hyria ſeruatum neſcia ſtendo
Perijt, & Stagnum proprio de nomine fecit.

Amplius ad vrbem Aetoliæ appellatam Pleuron profecta eſt; vbi Combe Ophij filia, ob interitum filiorum dolore vexata, in auem euolauit.

Combe in auem.

Adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus aliis;
Ophias effugit natorum vulnera Combe.

Inde etiam Calauream adiuit, vbi Lathoum regem cum vxore in volucres tranſmutatos fuiſſe referunt.

Inde Calaurea Latboidos aſpicis arua,
Tu volucrem verſi cum coniuge conſcia Regis.

Poſt caſum prædictorum, Medea obſeruauit Cephiſon fata nepotis lugentem, & ab Apolline in Phocen transformatum.

Cephiſon procul hinc deflentem fata nepotis
Reſpicit in tumidam Phocen ab Apolline verſum.

Tandem petijt vrbem Ephyren, vbi primum è fungis humana corpora genita fuiſſe tradunt.

Homines ex fungis nati.

——— hic quo veteres mortalia primo
Corpora vulgarunt pluuialibus edita fungis. A

Huc cum peruenisſet Medea conquerebatur ſe, ob Creuſam Creontis Regis Corynthiorum filiam, à Iaſone fuiſſe contemptam: ideoq; regia accenſa, filijſq; coram patre dilaniatis, Athenas Draconibus alatis fuit delata, vbi Polyphemonis nepotem in volucrem mutatam obſeruauit.

Innexumq; nauis neptem Polyphemonis alit.

Medeam hùc accedentem Aegeus non ſolùm honorifico hoſpicio, ſed etiã molli lecto excepit, ex qua Medum filium ſuſcepit. Interim Theſeus Aegei filius dudum à patria abſens Athenas reuerſus eſt, quem pater, ob diuturnum tempus, nõ agnoſcebat. Verùm huius aduentum Medea, & ſibi, & filio timens perſuaſit Aegeo, vt aconitum Theſeo tanquam hoſti propinaret. Sed cum ille à parte tandem fuiſſet cognitus, Medea nubibus tecta vnà cum Medo in Aſiam profugit. Interea Aegeus, B ob aduentum filij, magna perfuſus lætitia celebrari ſacrificia iuſſit, in quibus encomia Theſei commemorarentur, nempe veluti interemerit taurum marathonium, & Scyronem, qui poſtea ob inſignem crudelitatem in ſcopulum fuit mutatus.

Aconitum venenum.

Terra negat ſedem, ſedem negat oſſibus vnda,
Qua iacet ea dirà fertur dura ſe vetuſtas
In ſcopulos, ſcopulis nomen Scyronis inharet.

Aegeus perfectum gaudium non potuit attingere, nam Minos Iouis, & Europæ filius bellum Athenienſibus indixit, variaſq; gentes hincinde congregauit, inter quas colentes Sithon inſulam recenſentur; quam inſulam Arne puella auri pulchritudine capta hoſtibus Athenas oppugnantibus prodidit, quare in volucrem monedulam fuit transfigurata.

Arne in monedulam.

——— quamq; impia prodidit Arne C
Sithonis accepto, quod auara poſcerat, auro,
Mutata eſt in auem, quæ nunc quoq; diligit aurum,
Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.

Poſthæc Minoi auxilium aduerſus Athenienſes petenti Aeacus negauit. Interea nauis Athenienſium, in qua Cephalus erat legatus ad Aeacum peruenit, vt ab illo aduerſus Cretenſes opem impetraret: tunc Cephalo liberaliter excepto Aeacus auxilium pollicitus, regionis calamitatem narrauit, nimirum quòd vagante peſtilentia cuncti homines interierunt. Ipſe autem Aeacus cum eſſet Iouis filius à ſummo patre impetrauit, vt formicæ regionis in tot homines verterentur, qui Myrmidones appellati fuerunt.

Formicæ in homines.

Vota Ioui ſoluo, populiſq; recentibus vrbem D
Partior, & vacuos priſcis cultoribus agros,
Myrmidonaſq; voco, nec origine nomina fraudo.

His dictis ab Aeaco, Cephalus Regiam aſcendit, vbi à Phoco Aeaci filio honorificè exceptus interrogatur de eleganti iaculo, quod manu geſtabat, cui reſpondit illud ſibi donatum ab vxore Procride Erechthei Athenienſium Regis filia, vna cum cane, qui poſtea vulpem inſequens vnà cum ipſa in lapidem transformatus eſt.

In libro octauo recitat, quemadmodum Cephalus cum copia militum Athenas reuerſus eſt. Sed Minos interea propter necem filij Androgei Megaram, in qua Niſus regnabat, obſidere cæpit, vt, illa expugnata, facilius victoriam conſequeretur. In hac obſidione Scylla Niſi filia Moenia vrbis aſcendere ſæpè ſolebat, vt Minoem bellicis rebus operam dantem intueretur; quare illius amorem incurrit, & cũ nulla potiundi facultas daretur, illa crinem aureum Niſi patris, patriæ fata continentem

furtim

furtim abscissum Minoi misit; quo accepto, Minos proditionem amans, sed proditricem odio habens, victoriam reportauit. Tunc Scylla ab illo neglecta in Cirin auem, siue alaudam, & Nisus pater in volucrem eiusdem nominis euolarunt. Nisus autem Græcis dicitur haliætos. *Pater, & filia in Nisũ, & Alaudã.*

Quam pater vt vidit (nam iam pendebat in auras,
Et modo fallus aut saluis Halietus in alis)
Ibat, vt harentem rostro lacerauret adunco:
Illa metu pœnæ dimisit, & aura cadentem
Suffinuisse leuis, ne tangeret æquora visa est,
B *Pluma fuit, plumis in auem mutata vocatur*
Cirris, & à tonso est, hoc nomen adepta capillo.

Minos iam de Atheniensibus triumphans, illis imposuit, vt nono quoq; anno quatuordecim vitorum nobilium filios ad labyrinthum Cretæ à Dedalo fabricatum Minotauro Pasiphes, & Tauri filio deuorandos mitterent. Quapropter cum Theseo Aegei filio tertia sors contigisset, ille in Cretam profectus, ope Ariadnæ Minois filiæ, Minotauro interfecto, à labyrintho incolumis exiuit. Quamuis postea tanti immemor beneficij, Ariadnam vnà cum Phedra sorore illinc abductam in insula quadam reliquerit. Interea Dedalus in carcere à Minoe detentus, vt illinc vnà cum filio aufugeret, alas ex pennis, & cera parauit. Sed Icarus præceptis patris minimè obtemperans altius volans, & cera alarum liquefacta, in insulam decidit, quæ à nomine pueri Icarea dicta est. Dedalus, mortuo filio, ad Cocalum Siciliæ regem
F peruenit, vbi perdice aue summopere delectabatur: nam hæc olim fuit iuuenis perdix appellatus, qui cum Dedalo erudiendus fuisset traditus, ob inuidiam acris ingenij, de muro fuit præcipitatus, & à Minerua in perdicem auem commutatus. *Iuuenis in perdicem.*

Sed vigor ingenij quondam velocis in alas,
Inq; pedes abijt, nomen, quod & ante, remansit.
Non tamen hic altè volucres sua corpora tollit,
Nec facit in ramis, altoq; cacumine nidos.
Propèq; humum volitat, ponitq; in sepibus ova,
Antiquiq; memor metuit sublimia casus.

Theseus, Minotauro interfecto, maximam sibi famam, & gloriam conciliauit: quamobrem ciues Calidonij ad necandum aprum suas deuastantem regiones illius
G opem implorarunt. Nam cum Oeneus Dijs omnibus, præterquam Dianæ sacrificasset; Dea indignata in Calidoniam regionem deuastandam, ingentem aprum immisit. Hunc Meleager, Græciæ Principibus conuocatis, pluries interficere conatus est, sed prima omnium Atalanta aprum confodit, cuius fortitudinem Meleager admiratus exuuias apri interfecti illi concessit, quas postea fratres Althææ Meleagri matris eripere conantes perempti fuerunt. Sed Althea fratrum mortem intelligens, stipitem à Parcis conditum Meleagri vitam continentem Vulcano tradidit, quo consumpto, Meleager interijt, cuius sorores lugentes in aues mutatæ, hodie quoq; Meleagrides nuncupantur. *Sorores Meleagri in aues.*

——— nati, in corpore pennis
Allenat, & longas per brachia porrigit alas,
Corneaq; ora facit, versasq; per aera mittit.

H Postea Theseus Athenas reuertens ab Acheloo fluuio inuitatus intellexit quasdam insulas Echinadas olim fuisse nymphas Naiades, quæ Acheloum vilipendebãt; immò etiam percepit originem alterius insulæ ab Echinadibus non procul distantis: hæc enim fuit Perimeles Hippodamantis filia, cui Achelous vim intulit, quare puellam à patre in pelagus præcipitaram Neptunus in hanc insulam mutauit.

Naiades hę fuerant, quæ cum bis quinq; iuuencæ
Mactassent, ruriq; Deos ad sacra vocassent
Immemores nostri festas duxere choreas.

Et paulò inferius.

Vt tamen ipse vides procul, en procul vna recessit
Insula grata mihi, Perimelen nanita dicis.

Hæc narranti Acheloo Theseus, illiusq; socii interfuerunt, sed inter illos quidam

Pleuris

Ixionis filius Deorum poteſtatem dandi, & adimendi formas negabat. Viciſſim Lelex alius Theſei ſocius, Iouis, & Mercurij exemplo, vim diuinam audientibus inſinuabat Iupiter enim, & Mercurius humana facie in Phrygia à Philemone, & Baucide vxore honorificè exceptiquodcumq; à Dijs poſtulandum impetrabile conceſſerunt. Cæteri Oppidani hoſpitium Dijs negantes tali pœna fuerunt affecti, vt eorum oppidum in lacum abierit. Sed Philemonis, & Baucidis domus in templum eſt mutata, & ipſi extremam conſecuti ætatem in arbores, nimirum alter in Quercum, & altera in Tiliam ceſſerunt.

Qui in Tiliã, & quercum fuerint mutati.

Ante gradus templi cum ſtarent forte, locoq;
Narrarent caſus, frondere Philemona Baucis A
Baucida conſpexit ſenior frondere Philemon.

Neq; id reuocandum erat in dubium, cum etiam Protheo Oceani, & Tethyos filio Dij permiſerint, vt in varias formas, & ipſi conuerterentur; quemadmodum etiam Metra Etiſicthonis filia id, permittentibus Dijs, præſtare poterat.

In bono libro Poeta diuulgat veluti prædicta exempla ab Acheloo recitabantur, vt vis diuina humanis imprimeretur mentibus: cum & ipſe Achelous olim varias induere formas conſueuerat, & potiſſimum quando pater Deianiræ Oenei filiæ virginum Actolarum venuſtiſſimæ, eam in matrimonium illi dare decreuerat, qui in lucta victoriam reportaſſet. Itaq; Achelous cum Hercule in certamen deſcendens varias figuras repræſentabat Herculem ludificans, ſed poſtremò induit formã Tauri, quando Hercules ex illius fronte cornu ademit, quare Achelous ſuperatus totus B in fluuium liquefactus eſt.

Achelous in flumen.

——— vultus Achelous agreſtes,
Et lacerum cornu modò caput abdidit vndis.

Hoc cornu poſtea Naiades illius filiæ omni genere florum, & fructuum refertum cornucopiæ appellarunt. Ideo Hercules victor Deianira potitus, poſt necem Eurynomi puſionis, cum vxore in patriam reuertebatur. Sed perueniens ad flumen Euenum, vxorem Neſſo centauro trans fluuium deferendam commiſit, qui mulieri vim inferre volens ab Hercule ſagitta ſanguine hydræ infecta interfectus eſt. Verùm Neſſus moriens veſtem ſanguine inquinatam Deianiræ donauit, affirmans tantam illi veſti ineſſe virtutem, vt quotieſcumq; eam indueret Hercules, omnes mulieres, præter Deianiram, odio eſſet habiturus. Cum igitur ad aures Deianiræ peruenisſet Herculem Ioles Euryti filiæ ingenti conflagrare amore, hanc veſtem ab C Hercule perferendam curauit, qua indutus illico furore agitatus Licham famulum ex monte Cæneo in mare Euboicum præcipitauit, quem poſtea Tethys in ſcopulum transfigurauit.

Famulus Herculis in ſcopulum.

In rigidos verſum ſilices prior edidit artus
Nunc quoq; in Euboico ſcopulus breuis eminet alto
Gargite, & humanæ ſeruat veſtigia formæ.

Tandem Hercules ſe in conſtructo rogo compoſuit, & depoſita humana figura, à Ioue inter cæleſtes coetus collocatus eſt. Sed Alcmena mater Herculis facinora filii diuulgabat, & ſua infortunia olæ puellæ aliquando narrabat: namq; Herculem in vtero geſtans, ob partus difficultatem, Lucinam Deam inuocauit, ſed illa Iunonis iuſſu, non ad iuuandum, ſed ad partum impediendum, figura vetulæ, ante fores matris Herculis, manibus complectens genua ſedebat: At Galanthis ancilla quid mali ſuſpicata, accedens Deaniram iam partu ſolutam vetulæ nunciauit, quod Lucina credens ſurrexit, & confeſtim Deianira Herculem peperit: Lucina igitur hoc Galanthidis ſtratagemate deluſa eam mutauit in muſtelam, quam mutationem ſic exprimit Poeta. D

Galanthis in muſtelã.

Numine decepto, viſiſſe Galanthida fama eſt,
Ridentem, penſamq; ipſis Dea ſæua capillis
Traxit, & è terra corpus releuare volentem
Arcuit, inq; pedes mutauit brachia primos:
Strennitas antiqua manet, nec terga colorem
Amiſere ſuum, formæ eſt diuerſa prioris:
Quę quia mendaci parientem iuuerat ore,

ore

Ore parit, nostrasq; domos volui ante frequentat.

His ab Alcmena narratis, Iole quoq; sororis casum silentio inuoluere noluit. Quandoquidem Dryope Ioles soror ab Apolline amata, cum ex Loto arbore ramum decerpsisset, in quam arborem olim Lotos nympha violentiam Priapi fugiens conuersa est, quia sacras frondes violauerat, Dryope in truncum est transfigurata.

Lotos in hanc nymphe fugiens obscena Priapi
Contulerat versa seruato nomine vultus
Nescia soror hoc, quę cum perterrita retrò
Iret, & arripuit vellet discedere nympha
E *Hęserunt radice pedes &c.* *Dryope in truncum.*

Dum hæc narrabantur, Iolaus Herculis, & Hebes filius à matre ad iuuentutem fuit reuocatus; quod priuilegium Hebe nemini concessum asseuerabat: nisi Themis iustitiæ, & religionis Dea testificata esset filios Callithoes ex infantia confestim ad iuuentutem fuisse delatos, vt patris per insidias necati mortem vlciscerentur. Superos ob tot miracula indignatos Iupiter oratione placauit, ex cuius verbis Poeta in mentionem Mileti incidit, vt facilius mutationem Byblidos in fœtem describeret. Etenim ex Mileto Cretenſi, qui in Asia vrbem sui nominis ædificauit, Byblis, & Cannus orti sunt. Cum autem puella fratrem impudico amore prosequeretur Cannus talem detestatus impudicitiam à patria profugit. Illa autem fratrem insequens in Cariam peruenit, vbi illius lachrymæ in scaturiginem fontis conuersæ sunt.

F *Sic lacrymis consumpta suis plebeia Byblis* *Lacryma in fontem.*
Vertitur in fontem, qui nunc quoq; vallibus illis,
Nomen habet Domine, nigraq; sub vlice manat.

Huius fama miraculi in Cretam quamprimum peruenisset, nisi aliud magis admirandum in illa Regione contigisset. Etenim Ligidus quidam plebeius homò Telethusam vxorem duxit, cui grauidæ imperauit, vt pariès fœminam perimeret, & marem tantummodo educaret. Quamobrem Telethusæ, propter sæua mariti mandata, mœstitia afflictatæ Dea Isis per quietem apparens, illi persuasit, vt fœminâ pariens educaret, promittens, se, data occasione, illi præstò futuram: quocirca Telethusa fœminam enixa, marem esse marito insinuauit, & infanti nomen aui, nempe Iphin imposuit. Puellæ autem tertium decimum annum agenti patet Ianthen Telestis filiam in matrimonium dedit: quare Telethusa vnà cum filia templum Isidis petiit, cuius ope, Iphis in virum conuersa est.

G *Mater adit templum, sequitur comes Iphis eandem,* *Puella Iphis in virũ*
Quàm solita est maiore gradu, nec candor in ore
Permanet, & vires augentur, & acrior ipse est.
Vultus, & incompti breuior mensura capilli,
Plusq; vigoris adest, habuit quam fœmina, namq;
Fœmina nuper erat, puer est &c.

In libro decimo habemus primò à Poeta matrimonium Orphei, & Eurydices, hic enim Apollinis, & Calliopes filius, vel secundum aliorum mentem, filius Oeagri fluuij, & Polymniæ musæ, nymphâ nomine Eurydicem omine infausto vxorem duxit: siquidem hæc per latissima, & lætissima spatians prata serpentis ictu in herba latibulantis interempta est. Orpheus igitur hoc adeò acerbè tulit, vt ad infernas H sedes, recuperandæ vxoris gratia, descenderit, vbi summissimo citharæ concentu à Plutone impetrauit, vt ea conditione ad supernas auras vxorem reduceret, ne prius nisi ibi eam intueretur: hac autem conditione non seruata, Euridices denuò ad inferos rapta fuit. Quamobrem Orpheus omni spe vxoris recuperandæ destitutus, deinceps graui odio cunctas mulieres prosecutus est, & nefando Veneris masculæ contagio est correptus. Huic tandem canenti in colle quodam ob suauem citharæ concentum multa animalia, & arbores accesserunt, inter quas erat Pinus Cybeli sacra, in quam arborem Atys, ipsius Deæ sacerdos fuit transfiguratus. *Atys in Pinum.*

Et sutecinctæ comæ, hirsutaq; vertice Pinus
Grata Deum matri: siquidem Cybeleius Atys
Exuit hac hominem, truncoq; induruit ille.

Inter

Inter has arbores aderat etiam Cupreſſus olim Cypariſſus adoleſcens venuſtiſſimus, qui cum Ceruum ſummæ altum diligẽtia imprudens interemiſſet, de hoc conceptum dolorem gladio finire cupiens ab Apolline in Cupreſſum fuit transformatus.

Adfuit huic turba metas imitata Cupreſſus
Nunc arbor, puer ante Deo dilectus ab illo,
Qui Citharam nerui, & neruis temperat arcum.

Cyparissus in cupressũ. Tunc Orpheus amorem, quo Superi olim puſiones proſequebantur, narrare cæpit. Primumq; veluti Iupiter tanto amoris contagio erga Ganimedem Troris Dardanorum regis filium correptus fuerit, vt illum in Aquilam verſus ad Cœlum A rapiens, pincernam diuinum conſtituerit.

Rex superum Phrygij quondam Ganimedis amore
Arsit, & inuentum est aliquid, quod Iupiter esse
Quam quod erat, mallet, nulla tamen alite verti
Dignatur, nisi quæ portat sua fulmina terræ.

Hyacinthus quoq; Amiclæ filius in cæleſtes ſedes ab Apolline fuiſſet delatus, niſi pondere diſci peremiſſet: ideo Phaebus, vt illi gratificareetur, cadauer in florem eiuſdem nomenis mutauit.

Hyacinthus in florem.
Ecce cruor, qui fusus humi signauerat herbas,
Desinit esse cruor, tyrioq; nitentior ostro
Flos oritur, formamq; capit, quam lilia, si non
Purpureus color his, argenteus esset in illis. B
Non satis hoc Phœbo est (is enim fuit author honoris)
Ipse suos gemitus foliis inscribit, & ai ai
Flos habet inscriptum, funestaq; littera dicta est.

Proſequebatur Orpheus multis inſinuans rationibus venuſtos puſiones, & Dijs gratos, & ciuitatibus ornamento fuiſſe, & viciſſim mulieres Dijs inuiſas, & ciuitatibus dedecus attuliſſe. Idq; exemplo Propætidum patefiebat, quæ Venerem Deam eſſe negantes non ſolum ciuibus ſuis inuiſæ, verum etiam a Venere in lapides mutatæ fuerunt.

Sunt tamen obscœnæ Ventrem Propatides ausæ
Esse negare Deam &c.

Itaq; harum flagitijs mulierum Pygmaleon perterritus ſummam caſtitatem am- C plexus erat. Is cum eſſet cælator egregius eburneum virginis ſimulacrum tam eleganter ſculpſit, vt eius incredibilis amore flagranti Venus ſtatuam in viuam mulierem conuerſam conceſſerit.

——— simulacra fauę petit ille puellæ
Tentatum mollescit ebur, positaq; rigore
Subsedit digitis,
Dum stupet, & dubiè gaudet, fallig; veretur
Corpus erat, saliunt temptatę pollice venę.

Myrrha in arborem sui nominis. Ex hac muliere Pigmaleon ſuſcepit filios, nimirum Paphum, & Cingiam, qui poſtremus inſigniter liciatæ eſſet potitus, niſi Myrrham genuiſſet, quæ nefando patris amore vexata, ope nutricis, cum illo miſcto concubuit, quod cum pater intellexiſſet, D apprehenſo gladio filiam vſq; in Arabiam proſecutus eſt, vbi miſeratione Deorum in arborem myrrham ſtillantem mutata eſt.

——— mœstisq; soror circumsilet vltor,
Quæ quamquam amisit veteres cum corpore sensus,
Flet tamen, & tepidæ manant ex arbore gutta.

Cum autem Myrrha eſſet grauida, ex illa arbore poſtea natus eſt Adonis, qui tam elegantis formæ, & venuſtis corporis dotibus fuit inſignitus, vt illius amore Venus conflagrans, puero venationibus intento perſuadebat, vt ſibi a feris mirandum in modum caueret, quod vt melius menti illius imprimeret, exemplo Atalantæ, & Hippomenis vtebatur. Quandoquidem Hippomenes, ope Veneris, Atalanta Schœnei Regis filia, quæ a nemine curſu ſuperari poterat, pomorum aureorum aſtutia potitus eſt. Is poſtea accepti beneficij immemor nullas Veneri gratias retulit. Quare

Venus

Venus indignata oestrum libidinis immisit, quo agitatus, in templo etiam matri Deum sacro, cum Atalanta congressus est. Hinc Dea tanto contaminata flagitio Hippomenen in Leonem, & Atalantam in Leænam transfiguravit.

Qui in Leones conversi.

Pana levis visa est, ergo modo levia fulva
Colla jubæ velant, digiti curvantur in ungues,
Ex humeris arma fiunt, in pectore tetum
Pondus habet, summæ cauda verrantur arenæ,
Iram vultus habet, pro verbis murmura reddunt,
Pro thalamis celebrant sylvas, aliisq; timendi
E *Dente premunt domito cybeleia frena Leones.*

Cum igitur, his exemplis, ad vitandas Feras Venus Adonin hortaretur; nihilominus puer ab apro diu ab ipso exagitato interfectus fuit. Itaq. Venus pusionis sanguinem in florem purpurei coloris commutavit; quemadmodū Proserpina Mynthen nymphan Plutonis pellicem in mentham herbam transfigurare valuit. Conversio igitur sanguinis Adonis in florem Anemonem nuncupatum sic describitur.

Adonis in florem.

——— flos de sanguine concolor ortus
Qualem, quæ lento celant sub cortice granum
Punica ferre solent, brevis est tamen usus in illo,
Namq; male hærentem, & nimia levitate cadacem
Excutiunt eadem, quæ perflant omnia venti.

F De mutatione nymphæ pellicis Plutonis sic canit Poeta,

Nympha in mentham.

Famineos artus in olentes vertere menthas.

In libri vndecimi prima facie infælix Orphei exitus exaratur, qui vt paulò ante relatum fuit, mulieres Threicias aspernans in graue earum odium incidit. Quare dum Bacchi sacrificia celebrarentur, mulieres Orpheum inter Feras, & arbores superum amores canentem conspicatæ, in illum magno impetu irruentes dilaniarunt, eiusq; caput à corpore ademptum, & lyram in Hebrum fluuium proiecerunt. Itaq; Bacchus acerbo ferens animo sanguine Orphei sua sacrificia fuisse violata, illas mulieres in varias arbores commutauit.

Mulieres in arbores.

Non impunè tamen scelus hoc sinit esse Lyæus,
Ausi foq; dolens sacrorum vate sacrum,
Protinus in sylvas matres Aedonidas omnes,
G *Quæ videre nefas, torta radice ligavit.*

Postmodum Bacchus ex Thracia ad Tmolum Ciliciæ montem comitantibus Satyris profectus est. Aberat autem Silenus, qui olim captus, in carceribus Midæ regis Phrygiæ custodiebatur. Verùm Rex aduentum Bacchi intelligens, Silenū illi sponte obtulit: quapropter ob tantam munificentiam à Deo impetrauit, vt quodcumq; postulatum consequeretur. Sed quia Rex erat auri fitientissimus petijt, vt quodcumq; ab ipso tactum in auream materiam conuerteretur. Vnde Midam pro esculentis, & potulentis aurum tangentem petitionis pœnituit, ideoq; Bacchum rogauit, vt concessum beneficium irritum, faceret. Monitus igitur à Baccho se se in Pactolo flumine abluit, &, vi aurea flumini communicata, huius amnis arenæ aureæ esse feruntur. Deinceps Midas aurum, & opes detestans in sylvas se recepit, vbi Pana pastorum Deum venerabatur. Cum autem hic Deus sono fistulæ delectaretur, aliquando Apollinem prouocare ausus est, sed cum omnes certaminis victorem constituerint Apollinem, Midas solus victoriam ad Pana referendam esse existimauit. Hinc Apollo ob maximam Midæ stoliditatem, eius aures in asininas transmutauit.

H

Midæ aures quales.

——— nec Dellius aures
Humanam Midæ patitur retinere figuram,
Sed trahit in spatium, villisq; albentibus implet,
Instabile q; illas facit, & dat posse moveri,
Cætera sunt hominis; partem damnatur in unam,
Induiturq; auret lentè gradientis aselli.

Itaq. Midas asininas adeptus aures tanta industria illas celabat, vt nemini nisi sotitonsori notæ essent, qui, cum id cuiquam communicare non auderet, summissa voce

voce id terræ significabat, ex cuius verbis arundines natæ feruntur, quæ vento agitatæ Midæ dedecus insusurrant. Apollo vnà cum Neptuno hinc discedens ad Laomedontem mœnia troiana ædificantem se contulit, promittens se, pacta mercede, tales muros quamprimum perfecturum. At, opere perfecto, Laomedon nihil se pollicitum esse iurauit: qua de re Neptunus diluuio troianos agros deuastauit, & effecit, vt Hesione Laomedontis filia monstro marino deuoranda exponeretur, quam postea Hercules, spe possidendi equos à Laomedonte promissos, filiam liberauit. Sed hic quoq; ob mercedem negatam, ira agitatus Troiam expugnauit, & Hesionem Telamoni concessit, cuius Telamonis frater Peleus fuit inter mortales Deam vxorem habuit. Quandoquidem is Dea Tethide in varias formas se transformante, consilio Prothei, funibus vincta potitus est, ex qua Achillem virum fortissimum suscepit. Peleus autem in maximum incidit infortunium, dum Phocum patrem peremit, quo scelere commisso, ad Ceycem Trachine Regem accessit, qui & ipse in maximo mœrore versabatur, cum illius frater Dedalcon Chionem filiã venustam habuerit, quæ ab Apolline in anum conuersa compressa Philemonem citharæ studiosissimum genuit, pariterq; cum Mercurio cubans per quietem, Autolycum furem peperit. Propterea hæc quandoq; cum Diana se venustiorem esse gloriaretur, lingua sagittis transfixa, perijt, cuius interitum Dedalion tam ægrè tulit, vt ex mõte Parnasi in pelagus se proiecerit, quem confestim Apollo prius quam attingeret vndas, in accipitrem transformauit. A

Dedalion in accipitrem.

Forsitan hanc volucrem, rapto quæ victa & omnes
Terret aues, semper pennas habuisse putatis. B
Vir fuit, & tanta est animi constantia, quantum
Aeter erat, belloq; ferox, ad vimq; paratus
Nomine Dædalion.

Hæc dum narrarentur à Ceyce, pastor armentorum Pelei, Domino nunciant boues omnes à lupo quodam rabioso fuisse interfectas, qui tandem in saxum fuit transfiguratus. Non tamen diu in his regionibus Peleus est moratus, sed ad Acastum Thessaliæ Regem se contulit. Interim Ceyx, cuius paulò ante meminimus, ob casum fratris mœstus ad consulendum Apollinis Oraculum profecturus, Halcyoni vxori se spatio bimestris rediturum est pollicitus. Cum autem in mari Aegeo obortа tempestate, vnà cum socijs submersus fuisset: Halcyone statuto tempore transacto, nec marito reuertente, ope Iunonis, à Morpheo somni filio mortis mariti certior reddita est. Quamobrem ad litus accedens, & cadauer mariti in æquore conspicata, in Halcyonem auem mutata illùc aduolauit. Ceyx verò tanquam vxoris aduentum sentiens in volucrem eiusdem generis conuersus est. C

Qui in aues Halcyonias.

Insilit huc, mirumq; fuit potuisse, volabat
Percutiensq; leuem modo nata aëra pennis.
Vt verò tetigit mutum, & sine sanguine corpus,
Sensit hoc, & tandem Superis miserantibus amba
Alite mutantur, facti obnoxius ipse idem
Tunc quoq; mansit amor.

Hæc de causa huiusmodi aues in litoribus semper nidificant; quemadmodum, & illa auicula, quæ mergus nuncupatur; namq; hæc olim fuit Aesachus Priami, & Alycothoes nymphæ filius, qui dum Hesperien nymphã persequeretur, hæc serpentis ictu fugiens vitam finiuit; hinc Aesachus tanto dolore est affectus, vt è scopulo in pelagus se præcipitem dederit, sed nondum vndas attingentem Tethys in auem mergum conuertit, qui adhuc vndis summopere delectatur. D

Aesachus in mergum.

—— corpus super æquora mittit
Pluma leuat casus, fuit Aesachus, inq; profundum
Pronus abit, sitibiq; viam sine fine recentat.
Fecit amor maciem, longa internodia crurum,
Longa manet cervix, caput est à corpore longè.
Æquor amat, nomenq; manet, quia mergitur illi.

In libro duodecimo, primùm exponitur mœstitia Priami, & filiorum lugentium Aesachum; solus Paris aberat, qui, rapta Helena, bello troiano ansam dedit æternũ

Græci

Græci raptum vxoris Menelai Regis acerbè ferentes, bellum Troianis indixerunt, & mille naues armis munitas miſerunt, quas tempeſtas ad Aulidem Bœotiæ vrbem iactauit, vbi Græci, cum Iouis ſacra celebrarent, obſeruarunt ſerpentem in Platano aræ proxima primùm octo pullos in nido, & deinceps matrem circumvolitantem deuoraſſe: Hinc Calchas augur decimo anno Troiam capiendam eſſe præſagiuit. Serpens autem ille paulò poſt ad perpetuum rei monumentũ, in lapidẽ mutatus fuit. Eodem tempore Agamemnon aduerſus Troianos bellaturus, Ceruam Dianæ imprudens interemit: idcirco Dea indignata mare ventis perturbauit, indeq; Græci diſcedere non potuerunt; immò inter illos orta eſt peſtilentia. Quapropter Calchas
E monuit, vt ſanguine Agamemnonis diuinam iram placarent. Itaq; Iphigenia Agamemnonis filia ad aram immolanda ducta fuit, quam poſtea Diana ſurripiens, Ceruam ſuppoſuit. Cum igitur de aduentu Græcorum ad expugnandum Ilium fama per terrarum orbem eſſet diuulgata, & iam ad prælium deſcendiſſent, Proteſilaus Hiphicli filius primus omnium ab Hectore fuit interfectus, & ab Achille Cygnus filius Neptuni, qui ob duritiem cutis, cum cædi non potuerit, eliſo gutture ſuffocatus à patre in Cygnum volucrem conuerſus eſt.

Cygnus in auem ſui nominis.

——— *corpus Deus aquoris album*
Contulit in volucrem, cuius modo nomen habebat.

Superati Cygni duritiem omnes Græci diſcumbentes memorabant, cui quẽdam Cæneum fuiſſe ſimilem protulit Neſtor, inquiens Cænin fuiſſe puellam venuſtiſſimam, quæ à Neptuno compreſſa ab eo impetrauit, vt in virum Cæneum mutaretur, deinde vt nullo vnquam telo perfoderetur. Cæterum cum ad conuiuium Pirithoi Ixionis filij Hippodamiam vxorem ducentis vnà cum cæteris Centauris, & Lapithis
F veniſſet, magnaq; inter illos oborta pugna, Cæneus à nemine armis læsi potuit; ideo, multitudine arborum in illum congeſta, fuit præfocatus, & à Neptuno in Cenim auem transfiguratus.

Cenis in auẽ

Maximè vir quondam, ſed auis nunc vnica, Cæneu.

Dùm hæc à Neſtore narrarentur, Periclimeni fratris mentio facta eſt, qui à Neptuno in varias ſe conuertendi figuras facultatem obtinuerat. Quapropter cũ Hercule dimicare auſus, & forma Aquilæ illum eludens ſagitta herculea vulneratus eſt. Neptunus igitur acerbiſſimè ferens Cygnum filium, ab Achille fuiſſe interfectum, obtinuit ab Apolline, vt ſagitta Paridis talus Achillis transfigeretur. Idcirco,
G Achille perempto, inter Aiacem, & Vlyſſem de armis Achillis contentio orta eſt, & Agamemnon quæſtionis iudex fuit conſtitutus.

In libro decimo tertio colligimus à Poeta Agamemnonem iudicem controuerſię ne alterum offenderet, ſententiam ferre noluiſſe, & iudicium alijs Græciæ Principibus conceſſiſſe, qui poſtea facundo Vlyſſis eloquio ducti, pro illo ſententiam dixerunt, conſequenterq; arma Achillis illi poſſidenda tradiderunt. Ex altera parte Aiax ingenti mœrore affectus, hunc dolorem gladio finiuit. Verùm ex ſanguine in terram fluente flos hyacintho ſimilis pullulauit.

Aiax in florem.

——— *rubeſcit aqs ſanguine tellus*
Purpureum viridi genuit de cæſpite florem,
Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.
Littera communis medijs, puerq; viroq;
H *Inſcripta eſt foliis, hac nominis, illa querela.*

Vlyſſes igitur victoria relata, in Lemnum miſſus fuit, vt inde Philoctetem Herculis ſagittas habentem abduceret. Hic reuerſus, Troia deleta, & claſſe Græcorum in Thraciam transfretante, Polixenam Priami, & Hecubæ filiam proprijs manibus immolauit; cuius corporis abluendi gratia, ad litus Hecuba cum eſſet profecta, ibi cadauer Polydori filij à Polymeſtore Thraciæ Rege necati conſpexit. Nam Priamus Polydorum filium cæteris natu minorem, ob incertum belli troiani euentum, ad Polymeſtorem miſit; ſed ille honorificè puerum ſuſceptum, & necatum in mare proiecit. At Hecuba tanti ſceleris impatiens Polymeſtorem vnà cum alijs mulieribus excæcauit: vnde illam fugientem, & à Thracibus ſaxis affociatam in canẽ fuiſſe tranſmutatam referunt.

Hecuba in canem.

Clade sui Thracum gens irritata Tyranni
Troada telorum, lapidumq; incessere tallu
Cepit, at hac missum rauco cum murmure saxum
Morsibus insequitur, rictuq; ad verba parato
Latrauit, conata loqui.

Hac insigni calamitate Deorum omnium animus exagitatus fuit, præterquàm Auroræ, quæ grauiori doloris causa torquebatur: namq; Memnon Tithoni, & ipsius Auroræ filius, cum in bello troiano ab Achille fuisset peremptus, à Ioue obtinuit, vt fauillæ Rogi, socijq; omnes in aues memnonidas transformarentur, quæ quot annis ad sepulcrum Memnonis inter se dimicantes conflauunt. A

memnonides aues.

Atq; animum ex igni, lemtas sua præbuit alas,
Et primo similis volucri, mox vera volucris
Insonuit pennis, pariter sonere soroes
Innumeræ.

Præterea lacrymæ auroræ matris in frigidum rorem stillarũt. Deleta Troia, Aeneas cum Anchise patre, & Ascanio filio profugus Delphos peruenit, vbi ab Anio Sacerdote Apollinis, liberali, & honorifico hospitio fuit susceptus. Immò narrauit Anius qua ratione filias omnes amiserit: etenim illæ, beneficio Bacchi, quicquid tangebant, in vinum, oleum, & segetem vertebant; hoc autem intelligens Agamemnon, vt, earum opera, exercitum facilius alere posset, eas abducere conabatur, sed Bacchus fugientes in columbas transfigurauit. B

——— *in niueas abiere columbas.*

Anius postea Aeneæ illinc discedenti cratera ab Alcone Lydio cælatum donodedit, in quo simulacra filiarum Orionis conspiciebantur, quæ pro Thebano populo sponte semetipsas præbuerunt immolandas, ex quarum rogo iuuenes duo, Stephani nimirum coronæ cognominati dimanarunt.

Stephani qui fuerint.

Tum de virgineo gemines exire fauilla,
Ne genus interiret, iuuenes, quos fama corona;
Nominat.

Inde Troiani in Cretam peruenerunt, mox Ambraciã adierunt, hinc in Aoniam profecti sunt, vbi filij Regis Molossi in aues mutati fuerunt.

——— *vbi nati Rege Molosso*
Impia subiectis fugiere incendia pennis. C

Filiæ Molossi regis in aues.

Tandem Troiani Siciliam inuiserunt, vbi Galathea Nerei, & Doridis filia Scyllæ, & cæteris nymphis propriam calamitatem communicabat. Hanc Acis ex Simethide nympha, & fauno ortus deperibat: idcirco ambos colludentes animaduertẽs Cyclops eiusdem amore nymphæ flagrans scopulum in illos proiecit: quare Galathea illico sub vndis se occultauit, Acis autẽ saxo obrutus in amnem sui nominis se transfosmauit.

Fecimus vt vires assumeret Acis anitas
Puniceus de more cruor manabat, & intra
Temperiẽ exiguum rubor euanescere capit,
Fitq; color primò turbati fluminis imbre,
Oscq; canum saxi sonat exultantibus vndis.

Acis in fluuium.

Galatheæ inter vndas hæc narrantis aspectum Glaucus Deus procul adamauit, D dumq; illam blãdis verbis alloquereturr, vndis caput occuluit. Tunc Glaucus ex scopulo eminenti se Deum esse prædicabat. Fuit quidem olim piscator, qui dum esitaret herbas, in quibus pisces iacuerant, in mare prosilijt, & à Dijs in marinũ Deum fuit mutatus.

Glaucus quis.

Terra vale dixi, corpusq; sub æquore mersi
Dij marits exceptum socio dignantur honore.

Quocirca Glaucus cum se contemni à Scylla animaduertisset, ad Circem profectus est, vt eius ope, vel magicis cantionibus amica potiretur.

In libro decimo quarto Glaucus ad Circem Solis filiam verbis, & herbis præpotentem peruenit, quæ facilem inter se, & nympham amorem conciliaret. Tunc autem Circe Glauci amore accensa, eum apud se detinere conabatur, sed cum con-

temptum

cemptam ab illo eſſe animaduerteret, omnem furorem in ſcyllam conuertit, verbiſq; magicis effecit, vt Scylla maniaco affectu quodam vexata ſe in mare ſiculum præcipitaret, & in ſaxum fuit mutata, quod adhuc à nautis vitatur.

Ni prius in ſcopulum, qui nunc quoq; ſaxeus extat *Scylla in*
Transformat ſortè, ſcopulum quoq; nauita vitat. *ſcopulum.*

Hunc igitur ſcopulum cum euitaſſet Aeneas, ad inſulas Pithecuſas acceſſit, quæ à Simiarum multitudine cognominantur. Namq; Iupiter periuria Cecropum exoſus, illos in ſimias transfiguravit, qua de cauſa inſulæ, quas colucrant, Pithecuſæ cognominantur.

E *Quippe Deum genitor fraudem, & periuria quondam*
Cecropum exoſus, gentiſq; admiſſa doloſa
In deforme vires animal mutauit, vt ijdem
Diſſimiles homini poſſent, ſimileſq; videri.

Hinc poſtea Aeneas ad ſybillam Glauci filiam penetrauit, à qua in Elyſios campos ductus, progeniem ſuorum venturam cognouit, necnon à Sybilla intellexit, veluti ipſa ab Apolline impetrauit, vt tot annos viueret, quot arenas in manu ſtringeret. Poſtmodum Aeneas iter in Italiam faciens, Machareum Ithacenſem Vlyſſis comitem offendit, qui innumeros ſuorum ſociorum caſus recenſuit: namq; cum ſocij Vlyſſis domum Circes petiſſent, varias belluas olim homines ſunt conſpicati. Immò ipſe Machareus poculis Circes in quadrupedem fuit mutatus: ſed demũ Vlyſſes, implorata Mercurij ope, ſocios omnes recuperauit. *Cecropes in Simias.*

F *——— accepimus ſacra data pocula dextra,*
Quæ ſimul arenti ſitientes hauſimus ore,
Et tetigit virga ſummos Dea dira capillos,
Et pudet, & referam; ſetis horreſcere cœpi,
Nec tam poſſe queri, pro verbis edere raucum
Murmur, & in terram toto procumbere vultu.

Quamobrem Machareus exemplorum peritiſſimus validis rationibus Aeneæ perſuaſit, ne litus à Circe habitatum attingeret: quandoquidem Picus etiam Rex ab eadem Circe, ſola tactus virga in picum auem euolauit.

Ter iuuenem baculo tetigit tria carmina dixit, *Picus Rex*
Ille fugit, ſed ſe ſolito velocius ipſe *in auem.*
G *Currere miratur, pennas in corpore vidit;*
Seq; nouam ſubito latus accedere ſyluis
Indignatus autem, duro fera robora roſtro
Figit, & iratus longis dat vulnera ramis.
Purpureum clamydis pennæ traxere colorem,
Fibula quod fuerat, vertemq; tenebat aurum
Plama fuit, & falua ceruix præcingitur auro.

Præterea, & ſocij Picum regem inquirentes, in varias effigies mutati ſunt.

——— Regemq; repoſcunt
Vimq; ferunt, ſaeuiſq; parant inceſſere telis.
Illa nocent ſpargit virus, ſuccoſq; veneni,
Cuius ab attactu variarum monſtra ferarum
H *In Iuuenes ventant, nulli ſua manſit imago.*

Vxor poſtea Regis Pici, Canens cognominata, ob amiſſum maritum, ingenti agitata dolore apud fluuium Tyberim extabuit, qui locus Canens ab illius nomine appellatus eſt.

Tabuit, ingq; leues paulatim euanuit auras;
Fama tamen ſignata loco eſt, quem rite Canentem
Nomine de nympha veteres dixere coloni.

Itaq; Aeneas à Machareo monitus domicilia Circes vitans in Italiam profectus eſt, vbi cum Rutulis prælians pro Rege Latino opem ab Euandro impetrauit. Turnus autem Dux Rutulorum Venulum miſit ad Diomedem Legatum, vt ab illo aduerſus latinum, & Aeneam auxilium obtineret, quod Diomedes minimè conceſſit aſſeuerans Venerem pro Aenea pugnare, & huius Deę tantum eſſe Numen, vt eam

cuncti metuere debeant: quandoquidem & ipsi Diomedis socij cum, inuita Venere, ad bellum essent profecti, in aues cygnis similes abierunt, quas Authores aues Diomedeas, & vulgus Artenas nuncupant.

Socij Diomedis in aues.

Vox pariter, vocisq; via est, comataq;
In plumas abeunt, plumis quoq; colla teguntur,
Pectoraq; & tergum, maiores brachia pennæ
Accipiunt, cubitiq; leues curuantur in alas
Magna pedes &c.
Si volucrum quę sit dubiarum forma requiris,
Vt non cycnorum, sic albis proxima cycnis. A

Hanc igitur Diomedes attulit excusationem, ne pro Turno aduersus Aeneam milites cogeret. Quapropter Venulus, accepto responso, agros Apuliæ reliquit: quamuis illum Pan Mercurij filius, necnon nymphæ inuitarent, quas cum pastor quidam Apulus oratione inconcinna offendisset, in arborem oleastrum fuit transfiguratus.

Improbat hæc pastor, falsoq; imitatus agresti
Addidit obscœnis conuicia rustica dictis.
Nec prius obticuit, quàm guttura condidit arbor:
Arbor enim est, succoq; licet cognoscere maret
Quippe notam linguæ baccis oleaster amaris
Exhibet, asperitas, verborum cessit in illas. B

Pastor in Oleastrum.

Tandem, desperato Diomedis præsidio, Turnus proprijs fisus copijs Troianos profligare nitebatur, iamq; in eorum classem immiserat ignem: quando Deorum mater (quoniam naues Teucrorum in Ida monte Phrygiæ, vbi potissimum ipsa colebatur, fuerant fabrefactæ) à Ioue impetrauit vt omnes in nymphas verterentur: Deniq; Turno ab Aenea perempto, Ardea vrbs, quam ille habitabat, accensa est, ex qua volucris eiusdem nominis cum vrbe euolauit. Itaq; Aeneas cum ad extremam ætatem peruenisset, post tot, & tanta facinora, precibus Veneris, in Deum indigitem fuit conuersus. Aeneæ successit Ascanius, cui Syluius, Latinus, Epitus, Capys, Capetus, Tyberinus, à quo Tybris denominatus est, deinde Agrota, Auentinus, à quo mons Auentinus fuit cognominatus, & demum successit Palatinus, quo regnante, Vertumnus Deus in varias mutari formas erat solitus, & Pomonã Deam peramabat: cumq; illa nunquam potiri potuisset, tandem conuersus in anum multa narrabat, quibus muliebris animus flecti solet. Sed cum Pomona à pristina opinione nullo modo remoueri posset, tandem Anaxeritis Cypriæ exemplum ante mentis oculos repræsentauit, quæ, himia crudelitate, in causa fuit, vt Iphis adolescens illam diligens, laqueo vitam finiret, quæ postea à Venere in saxum fuit commutata.

Ardea auis vnde dicta.

Iphis in saxum.

—— —— calidusq; e corpore sanguis
Inducto pallore fugit, comataq; retro
Ferre pedes, hasit; conata auertere vultus
Hoc quoq; non potuit paulatimq; occupat artus, —— ——
Quod fuit in duro iampridem corpore saxum.

His auditis, Pomonæ rigidus animus flecti cæpit: propterea Vertumnus pristinam induens formam illam complexus est. Iam post Palatinum Albæ Regem Aemulius, & Numitor fratres successere: deinde ex filia Numitoris compressa à Marte Romulus, & Remus orti sunt, qui grandiores facti Amulium interfecerunt, & regnum auo Numitori à fratre ablatum restituerunt. Immò ipsi vrbem Romam ædificarũt, quam cum Romulus à virgine Tarpeia auri pulchritudine capta proditam liberasset, & bellum aduersus Titum Tatium, pro raptu virginum susceptum confecisset, omnibus lege compositis, in Cœlũ fuit susceptus, & Quirinus Deus nuncupatus; quem cum Hersilia coniux tanquã amissum ploraret, Iuno illam immortalem constituit, & Dea Ora Quirini à Romanis fuit nuncupata, quorum templa à Romano populo, in colle Quirinali ædificata fuerunt.

In libro decimo quinto habemus Numam Pompilium Romuli successorem, qui vt Pythagoram præceptorem audiret Crotonem se conferre consueuerat, quã ciuitatem Mycilus quidam filius Alemonis condidit Crotonem appellatam à nomine Croto-

Crotonis qui illo in loco sepultus fuerat. Itaq; eò Pythagoras Samius tyrannidem patriæ odio habens se receperat; vbi inter alia præcepta docebat, nefas esse vesci animalibus, quoniam animas mortalium ex corporibus in corpora migrare asseuerabat. Quamobrem temporibus aureæ ætatis, homines ab esu animalium abstinebãt. Præterea diuulgabat omnia commutari, nempè cursus temporum, ætates hominum, & elementa, quam transmutationem elementorum in se inuicem nostri etiam Philosophi promulgant. Insuper Ouidius multa exarat, quæ in eadem natura permanere minimè videntur: siquidem in Africa lacus est Iouis Hammonis, qui die gelidus, noctu verò feruens esse perhibetur. Lignum in aqua fontis Athamantiæ mersum accenditur. Flumen est apud Cicones, cuius aqua potantem in lapidem vertit. Crathis, & Sybaris Calabriæ fluuij capillos aureos reddunt. Salmacis Cariæ fons homines effœminatos efficit. In Aethiopia lacus est, cuius aqua homines, vel in dementiam, vel in soporem ducuntur. Clitorius fons Arcadiæ, postquam Melãpus medicus in eum proiecit herbas, quibus filias Preti Argiuorum Regis ab insania liberauit, bibentes abstemios reddit. Vicissim Lyncestius Thraciæ Fluuius potantes ebrios facit. In Arcadia aquæ fluunt, quæ noctu potæ obsunt, interdiu verò prosunt. In vrbe Pallene hyperborea, homines in paludem Tritonaciam se mergentes in volucres vertebantur.

Pythagoræ dogmata.

Mirabilia quædam.

Esse verus fama est in hyperborea Pallene,
Qui soleant leuibus velari corpora plumis,
Cum Tritoniacam nouêre subitere paludem.

Demum Pythagoras tractu temporis cuncta mutari asseuerauit; idq; magnis ciuitatibus, & imperijs contigisse non est ignotum: siquidem Troia, Spartæ, Mycenæ, Thebæ, & Athenæ olim in fœlici statu constitutæ, in nihil redactæ sunt. Vicissim Roma ex humili in immensum creuit imperium, quod Helenus Priami filius quondam Aeneæ est vaticinatus. Talis enim est rerum omnium vicissitudo. Id cum Numa Pompilius à Pythagora diligenter percepisset, Romam reuersus, & regni sceptrum suscipiens, populum Romanum ad pium Deorum cultum dirigebat. Is tandem senio confectus vitam morte finiuit. Quare Aegeria nympha illius coniux mœrore afflictata in syluam Aricinam se contulit, vbi Hippolytus Thesei filius eã consolari conabatur propriam ei narrans infœlicitatem. Etenim Phædra Pasiphes filia, & Thesei vxor Hippolytum priuignum turpiter deperibat: quare is apud patrem accusatus, quòd nouercæ vim inferre voluisset, in exilium actus est, & dum per litora quadrigis veheretur à Phocis fuit interfectus. sed precibus Dianæ, & præsidijs Aesculapij pristinæ vitæ fuit restitutus, & in nemus Aricinũ ductus, vbi quicquid mortalis habebat deponens Deus Virbius creatus est.

Hippolyti casus.

Nec nisi Apollinea valido medicamine proles
Reddita vita foret.

Et paulò inferius.

——— quisquis fuisti
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius esto
Hoc nemus inde cole.

Verùm hæc Hippolyti verba consolatione referta apud Aegeriam nihil ponderis habuerunt: quandoquidem illa tandiu fleuit, donec assiduæ lacrymæ in fontem cesserint. Hæc de re non minus obstupuit Virbius, quàm Tyrrhenus ille agricola, cui aranti gleba in Tagen puerum vaticinandi peritum transfigurati visa est.

Puer vaticinandi peritus.

Haud aliter stupuit, quàm cum Tyrrhenus arator
Fatalem glebam medijs aspexit in aruis
Sponte sua primum, nullaq; agitante moueri,
Sumere mox hominis, terraq; amittere formam,
Oraq; venturis aperire recentia fatis.

His fabulis expositis, Poeta ad res romanas exarandas accessit, vt Iulij Cæsaris metamorphosim, & eius præclara gesta facilius diuulgare posset. Itaq; Romani graui pestilentia oppressi, monitu oraculi, Aesculapium figuram serpentis referentem Romam duxerunt, cui postmodum in insula tyberina sumptuosum templum ædificarunt. Hic autem Romæ fuit Deus aduena; cum Iulius Cæsar in vrbe propria Deus

fuerit conſtitutus, qui varijs muneribus functus, deinde in ſenatu necatus, à Venere, & cæteris Dijs ſuſceptus, inter ſydera fuit collocatus.

Vixerat fatus erat, media cum ſede ſenatus
Conſtitit alma Venus nulli cernenda, ſuiq;
Cæſaris eripuit membris, nec in aera ſolus
Paſſa recentem animam, cęleſtibus intulit aſtris.

Cum hactenus in exarandis hominum transformationibus congerronem egerimus: iam noſtra intererit veras, & naturales, necnon etiam ſupra ordinem naturæ patratas metamorphoſes promulgare. Plinius in primis recitat ſe inueniſſe in Annalibus ad P. Licinium Craſſum, & C. Caſſium Longinum Conſules ſpectantibus, puerum Caſſini ex virgine marem factum, & iuſſu Aruſpicum in Inſulam deſertam delatum fuiſſe. Item Licinius Mutianus, referente Plinio, tradit ſe nouiſſe Argis Aeſcontem olim Aeſcuſe nomine vocatum, qui nupſit, ſed barba erumpente, virilitatem adeptus, vxorem duxit. Idem Plinius memorat L. Coſſicium ciuem Triſdritanum, qui nuptiarum die in marem transformatus eſt. Accedit Liuius, qui meminit Conſulatus C. Fabij Maximi, & M. Claudij Marcelli, quo tempore, quidam Spoleti vir ex muliere factus eſt. Aetate Conſtantini Imperatoris, vt refert Diuus Auguſtinus, puella quædam in parte Campaniæ, in maſculum mutata eſt, qui poſtmodum Romam ductus fuit. Idem accidiſſe temporibus Alexandri prodit Volaterranus. Immò Empedocles Agrigentinus ſectæ pythagoricæ, authore Philoſtrato, ſe puellam, & puerum fuiſſe teſtatus eſt. Apud Luſitanos in oppido Eſqueria nuncupato nouem leucis ab vrbe Cinymbrica diſtante, puella quædam nobilis, teſte Amato Luſitano, cum ætatem nubilem attigiſſet, penem intus latitantem emiſit. Ex Gaietana etiam muliere, vt Iouianus Pontanus ſcripſit, quæ viro piſcatori nupſit, repente virilia eruperunt: ideoq; cum eam puderet ſuæ conditionis, quoniam à ciuibus irridebatur, ad monaſterium ſe contulit, & tandem defuncta in Templo Mariæ ad Mineruam tumulata eſt. Pariter, ex Fulgoſio, Neapoli regnante Ferdinando primo, Ludouicus Gnarra ciuis Salernitanus quinq; filias ex vxore ſuſcepit, quarum duæ natu maiores, altera nomine Franciſca, & altera Carola anno quartodecimo mares euaſerunt, & nominibus mutatis, Franciſcus, & Carolus nuncupati ſunt.

Lib. 7. c. 4.

In lib. de coniug. vet. & nou. leg.

L. 24. comẽ. Rom.

Li. 1 de Emped. Centur. 1.

Li. 1. de reb. Caleſt.

Lib. 1. cap. 6

Hæ igitur vehementer veræ, atq; indubitatæ ſunt metamorphoſes: ſiquidem in primordio generationis, horum hominum virilia intra cutem procreantur, ch extrinſecus riſſura tantùm cutis muliebria æmulans pudenda conſpiciatur: ſed tractu temporis, vel propter caſum, vel propter ſaltũ, dilatata riſſura, virilia iam per fectè conſtructa exiliunt, & qui prius fœmina videbatur, in marem confeſtim degenerat. Nouimus noſtræ ætatis chirurgos, qui aliquando tactu virilia intus latibulari præſenſerunt, deinde riſſura cutis, per quam infans mingebat, ferro aperta, penis vnà cum teſtibus erupit. Noſtram confirmat opinionem Albertus Magnus hiſtoria cuiuſdam ſua ætate nati, virilia intra pellem continentis; cum tamen inter fœmora duæ eminentiæ faciem vuluæ repræſentarent, ſed facta per Chirurgum inciſione teſtes cum virga proſilierunt. Hanc ſententiam ſtabilire poteſt Ambroſius Pareus, cui verſanti in Vitriaco Francico comitatu Caroli Noni Regis, quidam Germanus Maria nominatus fuit oſtenſus, cum olim fœmina, Maria vocaretur. Is ad annum vſq; decimum quintum pro virgine habitus, dum porcos ſuæ curæ deſtinatos in Meſſem irruentes acrius perſequeretur, magno ſaltu foſſam tranſiuit: quapropter rupta cute, virilia hactenus abdita emerſerunt: quare plorans domum ſe contulit narrans matri in dando vehementi ſaltu, inteſtina proſiliſſe. Hinc mater vnà cum aduocato chirurgo degenerafse in virum obſeruauit, quapropter re ad Eminentiſs. Cardinalem Lenancurium Epiſcopum delata, conuocata concione, nomen & habitũ viri mutarunt. Non diſſimilem caſum anni ſexageſimi ſupra ſeſquimilleſimum idem Author recitat, de quodam ad annum vſq; decimum quartũ fœmina putato, cuius Lædibundi cum alijs ancillis virilia hactenus implicita eruperunt. Hoc cum parentes intellexiſsent, facultate eccleſiaſtica interueniente, nomine mutato, Ioannem pro Ioanna deinceps appellarunt. Similiter Montuus vir celeberrimus refert ſe intellexiſse à Sereniſſima Eleonora Caroli Quinti Imperatoris germana, quandam ancillam in marem mutatam fuiſse. Sed prudenter addit, quod in his ſexus non mutatur, ſed detegitur.

Li. 1. T betw. cap. 6.

Loco cit.

Lib. 18. de Anim. cap. 3

Lib. 2. Chirurgia ca. 5.

Ex

Ex altera parte diligenter perpendendum est, num pueri, vel viri fœminarū metamorphosim induerint, itaut sexus virilis tractu temporis euanescens muliebrem ostenderit, & præcipuè cum Ausonius pueri Beneuentani in virginem transformati meminerit his versibus, in quibus fœminas in viros mutatas non solum in humano, sed etiam in brutorum genere, ad calcem verò cuiusdam Ephebi in puellam transfigurati meminit: versus autem sunt huius tenoris.

Fallebant res nota, & vix credenda poetis,
Sed quæ de vera promitur historia.
Fœminea in speciem conuertit masculos ales,
E *Pauaq; de pauo conflictis ante oculos.*
Cunctí admirantur monstrum, sed mollior agna.
Alitis in teneram de grege versa mares.
Quid stolidi ad speciem noua nouitatis habetis?
An vos Nasonis carmina non legitis?
Cæca conuertis proles Saturnia Consus,
Ambiguoq; fuit corpore Tiresias,
Vidit fœminearum fons Salmacis Hermaphroditum,
Vidit nubentem Plinius Androgynum.
Non satis antiquum, quod Campana in Beneuento
Vnus Ephebeorum virgo repente fuit.
Nolo tamen veteris documenta arcessere famę.
F *Ecce ego sum factus fœmina de puero.*

Præterea legendi sunt Galeotus de doctrina promiscua, Cardanus de varietate rerum, Vuerius de Præstigio Dæmonum, Gemma in Cosmocritica, Marcellus Donatus in historia mirabilium, & multi alij, qui in hoc genere quicquid dixerint, fallacem verborum gannitum esse arbitramur: cum nequaquam fieri possit, vt virilia nisi amputata euanescant, neq; vlla alicuius morbi ita contrahantur, vt sexum muliebrem referant. Nisi velimus in campum afferre historias eorum, qui sexum virilem, vel muliebrem simularunt, ex quibus forte inualuit opinio apud vulgus mulieres aliquando masculescere, & denuò ad pristinam naturam reuerti. Legitur enim apud *Tom. 2.* Lipomanum de Pelagia, quæ omnia immensi valoris, & quæstu meretricio conquisita per Episcopum pauperibus distribuēda reliquit, & virili habitu inter Monachos G vixit, donec per mortem sexus fuit detectus. Similiter Eugenia Philippi Consulis filia, vt Christi mandatis rectius obtēperare posset, Eugenius credita munus etiam Abbatis obijt. Item Euphrosine, ex Metaphraste, in Alexandrina vrbe, contemptis nuptijs, sub nomine Smaragdi inter Monachos latens, annos octo supra triginta vitam religiosissimam duxit. Ideo si hæ mulieres habitu virili depositō, ad pristinam vitam reuersæ essent, vulgus ex moribus in fœminas degenerasse asseueraret. *Mulieres quæ mares.* Quod verò de Ioanne Octauo Anglo Pontifice Romano fœmina credito diuulgatur, inconditum deliramentum esse arbitramur, quia nullus Authorum, qui illius monumenta annalibus mandarunt, hoc nunquam scripsisse legitur.

Verum quidem est, quod interdum ludificatione dæmoniaca homines in bestias transfigurari videntur: quandoquidem habetur in Vitis Patrum, puella quædā, quæ H omnibus sub effigie equina, & Beato Machario, nonnisi humana forma apparebat, quoniam apud sanctum, & iustum virum diabolica influsio cessabat. Item homo quidam formam asini spatio triennii induit, maleficæ mulieri famulans, donec maleficentia detecta, & restituto in pristinam formam homine, mulier vltimo supplitio affecta fuit. Scribit enim Diuus Augustinus pernicioſa mulierum arte, & Dæmonum facultate, homines in lupos, & iumenta verti, rursusq; in pristinam effigiem reuerti posse: dummodo non putemus ferinam mentem in illis fieri, sed rationalem seruari, quoniam Dæmones naturas non creant, sed tantummodo id præstare valent, vt, quod non est, esse videatur. Quapropter Copas apud Plinium retulit Demarchum quendam in sacrificio Arcadum, delibatis extis, in lupum fuisse conuersum, & decennio tandem transacto, pristinæ formæ restitutum. Idq; magis de authoritate Dæmonum credendum est, cum rebus naturalibus similia procreentur: siquidē herba quadam prunis imposita, teste Diuo Thoma, trabes suffumigatæ intuentibus tot serpentes apparent. *In lib. de Spiritu, & Anima cap. 26.*

Huic

Huic addere poſſumus lucernam adipe leporino plenam, quæ in cœtu mulierum ardens conſtringit omnes, vt, nudato corpore, ſaltent, donec lumen extinguatur. Pariter ſi lucernarum ellychnia atramento ſepiæ, & modico æruginis æris inſuscata ardeant, homines circumſtantes partim nigri, partim ærei videbuntur. Apud Maſſagetas creſcunt arbores, teſte Homero, quarum fructus in flammam proiecti, proximiores igni reddunt ſtolidos, qui confeſtim à ſedibus reſilientes in choreas, & ſaltationes incumbunt. Cum igitur rerum naturalium peritiſſimi ſint Dæmones, nulli dubium eſt, quòd multas huius generis metamorphoſes oſtendere poſſunt.

Tandem metamorphoſes ſupra ordinem naturæ patratæ ſunt ponderandę. O niſi ſa igitur Regis Nabucdonoſoris tranſmutatione, quæ in ſactis paginis apud Da- A
Cap. 4. nielem legitur, ſe ſe offert illa Tetidatis Armeniorum Regis, qui Pipſimem, & Gaianam virgines nefandis inſectans modis, vt eatum pudicitiam læderet, & demum martyrio affecit, paulò poſt, Deo permittente, in Porcum transformatus eſt. Item in finibus Britanniæ regnabat quidam tyrannus nomine Ceretius, qui ad reuocandam à diuina lege Chriſti fidelium mentem omni genere pręſtigiorum, verſutiarum, & tandem vltimo ſupplitio vtebatur. Quamobrem Sanctus Patritius, audita Tyranni crudelitate (Euſebio Ieſuita authore) illum epiſtolis monitorijs ad frugalē vitam, & ad viam ſalutis reuocare conabatur. At ille, ſpreto omni admonitionum genere, cruentas Chriſticolarum cædes quotidie magis atq; magis dilatabat: vnde San-
Lib. 2. hiſt. de mirac. nat. ctus Patritius ad Deum ſic oraſſe fertur. Domine Deus ſicuti vis, & potes, hominem B
hunc vulpinum, omniq; ſcelerum genere inquinatum, & monſtroſum, modo etiam monſtroſo à facie terræ eijcias: tunc Deus Clementiſſimus vocem ſerui exaudiens, tyrannum in foro ſtantem multitudine ſuorum ſtipatum in vulpem transformauit, quæ confeſtim ab hominum conſpectu fugiens, nunquam amplius comparuit.

MIRABILIA HVMANAE NATVRAE.

C

INFINITA ferè dictu, & auditu mirabilia circa humanum corpus hoc in loco eſſent recenſenda, ſed potiora tantùm in gratiam lectoris meditabimur. Primùm capilli ſe ſe offerunt conſiderandi, qui in aliquibus vnica nocte canuerunt. Etenim, authore Schenchio, fuit iuue-
Lib. 1. obſer obſer. 1. nis nobilis in aula Cæſaris verſans, qui virginis, quam deperibat, pudicitiam expugnauit; cum tamen ibi hoc ſupplitio capitali eſſet vetitum. Quocirca in carcerem ductus, poſtridie plectendus capite, ea nocte, concepta mortis formidine, ita immutatus eſt, vt ſequenti die coram Tribunali conſtitutus à nemine eorum, quibus cum familiariter verſabatur, neq; etiam ab ipſo Cæſare dignoſceretur. Color ex florido erat luridus, facies cadaueroſa, barba illuuie deformata, & totum deniq; caput canitie tectum: idcirco Cæſar illum intuens ſuppoſititium eſſe ſuſpicatus D
eſt; immò explorare iuſsit an illa canities eſſet adulterina, & barba aliquo liquore oblinita: & cum nullam eſſe impoſturam animaduertiſſet, horrido iuuenis aſpectu obſtupefactus de vindicta in miſerationem animum deflexit. Verùm magis admi-
In polybiſt. cap. 19. randi debemus puſiones, qui cani naſcuntur, & progreſſu ætatis nigreſcunt. Conſtat enim ex Solino, populos Albanos ita cognominatos, quia albis capillis naſcatur. Ratio autem naturalis eſſe poteſt, quoniam crines in vitæ primordio phlegmate nutriantur, quod tractu temporis in ſanguinem vertitur: propterea capillus primùm albus, dum ſanguine poſtea nutritur pedetentim nigreſcit. Viciſſim tradit Rhaſis ſe nouiſſe quemdam, qui hauſta calchanti drachma, vnica nocte, omnes capillos albos amiſit: hoc remedii genus omni quaq; non eſt probandum, cum Galenus calchanthi vſum in medicaminibus internis improbauerit.
In Obſer.

Præterea ex Dodonęo habemus Monaſtriam graui onuſtam ætate, quæ poſt caſum

casum crinium alborum, capillos nigros emisit, rugas faciei deposuit, & mammæ denuò ita tumefactæ sunt, vt honestam hanc mulierem huius nouitatis puderet. Fuerũt etiam homines ex Cardano, qui capillos, capite immoto, ad frontem traducebant, denuoq; reducebant: cum tamen notum sit tali virtute capillos non pollere, nisi id in robur, & laxitatem cutis referatur.

Insuper non defuerunt mulieres barba admirabiles: cum, teste Vuolfio, in Gynecio Alberti Bauariæ Ducis mulier barba nigra, & promissa insignis versaretur, & in Musęo Illustrissimi Senatus Bononiensis conspicitur icon mulieris Germanę, quæ olim Bononia transiens barbam duos palmos longam gestabat. *Li.8. de varijs.c.43.*

E Si ad oculos animũ dirigamus, adhuc multa admiratione digna inueniemus. Nam Plinius memorans nonnullos insigni oculorum acie refertos, in arenam ducit quemdam Lynceum, qui in bello punico, à Promontorio Siciliæ Lylibęo classem à portu Carthaginensi exeuntem videbat: immò in hoc interuallo centum, & viginti quinq; mille passuum, numerum omnium nauium recensebat. Item Callicratis acutissimam admiratur visionem, qui formicas ex ebure ita tenues fabricabat, vt cæteris partes earum essent inconspicuæ. Pariter, ex Plinio, habemus nonnullos in Illyria habitasse, qui ira perciti diutius aliquem intuentes fascinabant. Idem præstare dicuntur mulieres in Scythia Bythiæ nuncupatæ, quæ duplici oculorum pupilla sunt refertæ: immò apud Solinum omnes duplicem pupillam habentes veneno non carere perhibentur. Item scribit Cornelius Gemma se quemdam nouisse, qui noctu, *Lib.7. ca.2.* *Lib.1. Cosmocrit. c.7.*

F externo lumine non adhibito, litteras legebat. Immò Suetonius in Vita Tiberij Cæsaris author est, ipsum noctu absq; lumine cuncta clarè prospexisse. Posteaquam de visione fit sermo non sunt omittendæ admirabiles quotumdam proprietates; nam Scaliger meminit cuiusdam sibi noti, qui ad simplicem Crescionis, siuè Sysimbrij aquatici aspectum tali horrore corripiebatur, vt illicò inde fugere cogeretur. Et Marcellus Donatus nouit Mantuæ virum nobilem Hippolytum Lanzonum Hericij terrestris aspectum adeò formidantem, vt, ipso viso, syncope statim corriperetur. De his postea qui feles, & mures perhorrescunt, suo loco explicatum est. Abenzoar quoq; de se ipso scriptum reliquit, se vulnus etiam simplex aspicientem animi deliquium incurrisse, sed hæc proprietas in alijs quamplurimis etiam obseruatur. *Exerc. 274. In lib. de med. hist. c. 4.*

De cæcitate legimus, quòd Diodorus Stoicus luminibus cassus, Geometriã docebat, præcipiens discipulis, vbi, vnde, & quò linea quælibet esset ducenda. Dy-

G dimus quoq; Alexandrinus Præsul Cæsariensis ab ineunte pueritia cæcus Dialecticam, & Geometriam didicit, necnon Commentaria in Psalmos, authore Volaterrano, scripta reliquit. Nostra ætate, nimirum quatuor ab hinc annis, Ioannes Gambasius Volaterranus insignis statuarius Florentia Romam profectus est. Hic circa annum ætatis vigesimum, vtroq; captus est oculo: quocirca per decennium in hac arte nihil erat operatus, sed deinceps subijt eum cogitatio ingenij, denuò artis statuariæ vires experiendi, & contrectata diligẽter manibus statua marmorea, quæ Cosmum primum Hetruriæ Magnum Ducem referebat, aliam ex argilla adeò similem expressit, vt omnes rei nouitate stupidos reddiderit. Quare iussu Ferdinandi Magni Ducis Hetruriæ, Romam petijt, & expressam Vrbani Octaui Pontificis Maximi ex argilla effigiem quam simillimam eidem obtulit, deinde multas etiam nonnullorum formas effinxit. Hodie Lanius cæcus Bononiæ versatur, qui solo tactu *Statuarius cæcus.*

H bẽluas mactandas quanti sint ponderis æstimat, libellas stateræ numerat, monetas noscit, equitat, & alia multa ad munus Lanii attinentia fæliciter obit. Postremo Dodoneus meminit senis nonagenarii cæcutientis, qui, vulnere supra frontem accepto, tantum abfuit vt perierit, vt potius sanato vulnere, cum omnium admiratione visionem recuperauerit. Memoriæ etiam proditum est Vespasianum Imperatorem cæco homini visum restituisse, saliua oculorum membranis inspersa, quod vt à Principe victore cæcus exoraret, per quietem à Serapi fuerat admonitus. Verùm veluti hoc est dubium, illud sanè est certissimum, & omnibus notum Reges Galliæ, & Angliæ sola saliua strumis cruce signatis, laborantes ab hoc morbo liberare; siquidem Polydorus Virgilius Edoardi Regis Angliæ id præstantis meminit. *In obser.* *Lib.8. hist. Angl.*

Quod de acutie visus explicatum est admirandum, de subtilitate etiam auditus est intelligendum: siquidem ex Plinio, prælium quo Sybaris deleta est, ipso die auditum

auditum fuit Olympiæ, quo peractum, per interualla maris, & terræ longissima; veluti etiam Orosius recitat, quando de bello Xersis verba facit.

Demum quoad auditum Hippocrates meminit cuiusdam Aicanoris, qui timore soni tibiæ noctu ad conuiuia inuitatus non progrediebatur, interdiu verò tali sono nihil commouebatur. Scaliger quoq; admirandam, & iocosam proprietatem eiusdem memorat, qui audito phormingis, seu citharæ sono, illicò vrinam reddere cogebatur.

Lib. 5. morb. pop. Exerc. 344.

Tō. 2. offic.

Iam promulganda sunt admirabilia ad linguam, & dentes attinentia. Atys Cressi filius, vt refert Textor, adhuc femestris animaduertens paterno iugulo gladium imminere, in cunabulis locutus est. Similiter, ex eodem authore, Eyles Athleta Samius, cum sortitionem inter socios non bona fieri fide obseruasset, magnam concipiens iram locutus est, cum antea semper mutus fuisset. Vice versa, ex eodem Textore, vxor Nausimenis athenien sis filios, in incestu deprehendens, horrore nefandi sceleris attonita vocem amisit. Tandem Plinius linguæ quorumdam hominum ineſſe venenum protulit: idcirco scripsit Isidorus in Africa versari quasdam familias, quarū verbis probata intereant, arbores arescant, & infantes pereant. Nostro etiam seculo, quidam miles per Cataloniam vagabatur, qui laudum præconio, aliquid persequens, pænitùs exterminabat. Circa dentes, obseruantur nonnulli cum dentibus nati, & alij, qui loco dentium os continuum habuerunt, vt quidam filius Praesiæ Regis Bithynorum. At Timarchus Mestoris Cyprij filius geminо dentium ordine vtrinq; munitus fuit, veluti etiam Direpsima Mithridatis filia. Cum Ion Chius, apud Cælium, triplicem ordinem dentium Herculi attribuat; neq; hoc admirādum est, quoniā Columbus nostri æui anatomicus celeberrimus meminit pueri triplicem dentium ordinem gerentis.

A

Lib. 7. cap. 2

B

In lib. Anat cap. 10.

Circa olfactum admiratione detinemur; cum Amatus Lusitanus scriptis mandauerit sua ætate vixisse monachum ex ordine Prædicatorum nobilem Venetum ex Barbarigorum familia, qui odore rosæ in animi deliquium incidebat. Immò Venetius olim Venetorum Dux odore rosæ ferè exanimabatur. Marcellus Donatus nouit strenuum militem, qui rutæ odorem nullo modo perferre poterat, sed statim fugæ se committebat. Fuerunt etiam nonnulli, qui solo medicamenti olfactu magis purgati sunt, quàm si medicamen hausissent. Tandem ad olfactum referenda sunt eorum excrementa non iniucundum odorem spirantia: nam Quintus Curtius de Gestis Alexandri Magni historiam conscribens tradit ex sudore Alexandri Magni suauissimum odorem dimanasse.

Centur. 2. cura. 36. In l. de med. hist. cap. 4.

C

Circa gustum nonnulla sunt attingenda: nam Lusitanus scribit fuisse nonnullos, qui ab esu piscium maxime abhorrebant, quibus si caro piscium alijs cibarijs admixta oblata fuisset, statim animi angustias cum vomitu, & alui deiectione incurrebant. Brasauolus nouit Iuliam Taraconensem Federici Regis Neapolitani filiam natu minorem, quæ carnes gustare non poterat, & si incautè illas libasset, vehementi syncope detinebatur. Conciliator Aponensis, referente Matthæo Gradēsi, lacta abominabatur, vt neq; illud edentes sine nausea intueri posset. Item Marcellus Donatus nouit Mantuæ nobilem virum, qui illud Ouatartici genus scilicet edulium paratum ex ouis sturionis vulgo caniaro nuncuparum non modo libare, sed nec etiam intueri posset. Quemadmodum de alio ouatartico vulgo Botarga nuncupato in alijs accidisse obseruauit. Id quod hactenus de esculentis diximus, de potulentis etiam asserendum esse putamus; siquidem Pontanus scribit suis temporibus fuisse quemdam, qui toto vitæ cursu à vino abstinuit: immo imperante Ladislao Neapolitano Rege, cum primoribus labiis vinum libasset, maxima noxa affectus est. Vicissim Andron, Argiuus nunquam ferè siti vexatus fuit; quandoquidem per aridam iter faciens Lybiam potionis nunquam indiguit.

D

In lib. de reb. cæles.

Lib. 7. cap. 2

Admirabilia quoq; aliarum partium silentio non sunt inuoluenda. Nam Plinius ex Crate Pergameno, adhuc in Hellesponto quosdam homines Ophiogenos nuncupatos versari prodidit, qui, solo tactu, Serpentum ictus sanabant; veluti in Historia Serpentum fuit explicatum. Immo, ex eodem Plinio, pollex dextri pedis Pyrrhi Epirotarum Regis, solo tactu lienosos liberabat; quare cum eius cadauer in rogo cremaretur, cæteris partibus combustis, solus ille digitus incombustus remansit.

Item

Item Invictissimus quicumq; Galliarum Rex, solo manuum tactu ægritudinem gutturis, nempe strumas attenuat, atq; sanat: vt paulo ante fuit explicatum.

Memorat Schenchius honestum quemdam ciuem Vratislauiensem, ex cuius vena secta non solum sanguis, sed etiam manauit lac, quod pridie assumpserat. Item ex Dodoneo, Syrus quidam, coniuge defuncta, infantem filium sic aluisse perhibetur, illum proprijs vberibus sæpè admouebat. & lacte, propter continuum suctum, inde manante nutritus est. Neq; hoc in doctrina Aristotelis videbitur mirabile, cum is lac assiduo suctu in mammas diffluere posse tradiderit. Verùm magis admirati debemus ossa absq; medulla: nam Lycedamnus Syracusanus, ex Solino, vir fortissimus E non solum caruit medulla ossium, immo neq; sitiuit, neq; vnquam sudorem emisit, & primus in certamine olympico Pancratij præmium reportauit. Tandem de cute Habitantium Britaniam minorem admirandum narratur; cum infantes quadam nobilitatis nota insigniti nascantur, nonnihil albedinis in partibus posticis habentes; quare hoc signo carentes ex adulterio nati esse creduntur. *Lib. 3. obser. 63.*

Solinus inter mirabilia naturæ humanæ, risum infantis ante diem quadragesimum recenset. Sed Zoroastes ea hora risit, qua natus est; cum Crassus Zoroastis auus nusquam risisse visus sit, qui postea in bello Parthico fuit extinctus. Itaq; ad mentem Solini, risus præcox pro fælici omine fuit habitus; cũ Zoroastes bonarũ artium fuerit peritissimus, quemadmodum vice versa tardus, vel nullus risus ad malum omen referetur. Veluti igitur vixerunt homines, qui nunquam riserunt, vt Anaxagoras, Clazomenius, Cato, & M Crassus; sic etiam fuerunt, qui nunquam ructaruut, vt Põponius Poeta, & qui nunquam spuerunt, vt Antonia Drusi; & tandem qui risum nunquam cohibere potuerunt vt Zenophantus. F *Risus admirandus.*

De ingenio, & memoria hominum quidam prædicant admiranda. In primis multæ mulieres in Musarum studijs exercitatæ fuerunt memorabiles, vt Aspasia, Sappho, Elpis Boethij vxor, Cornelia Graccorum mater, quæ testimonio Ciceronis, epistolas eruditissimas, & oratoria scaturigine respersas scripserunt. Sed, his omissis, ad memoriam memorandam accedemus: nam Petrarcha in historia rerum memorandarum, meminit Clementis Sexti Pontificis Maximi, qui quicquid vel semel legerit, obliuisci, etiamsi vellet, non potuerit, & talem memoriam à magno capitis ictu est adeptus, antequam summæ dignitatis culmen attingeret: siquidem contingere aliquando potest, vt ex ictu capitis, sanguine manante, memoria reddita sit G præstantior, & illustrior. Habemus etiam ex Eusebio Cæsarienſi mirabilem memoriam Valentis Aeliæ ciuitatis Diaconi, qui cuncta Dei verba scripta callebat. Idem traditur de Ioanne Palestino cæco, qui de sacris Biblijs interrogatus, statim omnia tanquam ex quodam litterarum penu proferebat. Vixit etiam puer, referente Maiolo, Anno Domini vigesimo octauo supra millesimum, & centesimum in vrbe Suessonensi, qui omnem veteris testamenti historiam rithmicè referebat, & augerur admiratio, quoniam erat pecudum custos: sed hoc non aliunde, nisi infusa diuinitus Beatæ Mariæ semper Virginis gratia, didicisse asseuerabat. Præterea ex Plinio, Cyrus nomina omnium sui exercitus recensebat. Rex Mithridates viginti duabus Nationibus imperans totidem linguis iurà dicebat, & singulas sine interprete intelligebat. Seneca, & ipse in principio declamationum tanta memoria pollere H testabatur, vt ducentos versus recitatos, mente retineret, & ordine retrogrado proferret, immò duo etiam milia nominaeo, quo prolata erant, ordine, repeteret. Nauimus, & nos iuuenem ingenij dotibus illustrem, qui centum theses publicè disputandas proposuerat, & centum argumenta ad theses expugnandas prolata ad vnguem ordine retrogrado replicabat. Itaq; memoria pars est animi valdè delicata, & fragilis, quam senectus facile depopulatur: item hæc propter casum, ictum, vel grauem morbum amittitur. Narrat enim Plinius fuisse quemdam, qui læso capite ab ictu lapidis, omnium litterarum oblitus est, similiter alium, qui ab alto delapsus tecto, parentes & omnes consanguineos obliuioni mandauit; & deniq; alium, cuius ægritudo grauis memoriam proprii nominis aboleuit. *Lib. 8. hist. cap. 21.* *In Colloq.* *Memoria mirabilis.*

Cæterum contemplantibus faustum hominis euentum primò occurrit Telephus Herculis filius, iussu aui, in fluuis expositus, & à Cerua nutritus. Deinde Semiramis fœmina illustris, quæ infans penè prius periclitata est, quàm in lucem edita,

quo-

quoniam iacuit infans iuxta Syriæ ſtagnum defectu alimẽti mox interitura, niſi aues ei alimoniam miniſtraſſent; hinc à paſtoribus Regis ſublata, & alta tandem adulta Regi maritata, quæ regnum non modò obtinuit, ſed etiam auxit. Pyrrhus Aeacide filius regia domo excidit, & prementibus à tergo hoſtium telis ægrè ſeruatus, ſed Glauciæ commendatus, tandem adultus in regnum fuit reſtitutus. Cyrus ſtatim atq; in lucem prodijt Feris expoſitus caſu magis, quam conſilio matris nutritus, & ſeruatus eſt. Romulus tandem, & Remus in Tyberi periclitantes à flumine ad ripam depoſiti proculdubio perituri, niſi vagiku lupam non rapientem, ſed nutrientem attraxiſſent.

Dies Natal. faſtus.

Addere poſſumus diem natalem quorundam fauſtum, & memorabilem, ſit igitur exemplum Caroli Quinti inſtar omnium, qui vigeſima quarta die Februarij natus, eadem die Galliarum Regem ſuperatum, penes Ticinum, captiuum duxit, & deniq; eadem die à Clemente Septimo Pontifice Maximo Bononiæ diadema auguſtale ſuſcepit. Viciſſim Antipater Sydonius diem natalem ſemper infauſtum habuit, quia febre anniuerſaria eadem die laboraut, qua tandem eadem die natali conſumptus eſt. A

Lib. 1. Reg.

Inſuper robur virium admirationem immenſam nobis affert: ſiquidem Dauid puer corporis robore, & animi magnitudine longè alijs præſtabat, dum, ex ſacris paginis, curſu Leonem, & Vrſum anteuertebat. Apud Plinium facta fortia Milonis leguntur, qui currendo bouem baiulabat, & pugno ipſum interficiebat. Tritanus gladiator hominem armatum ſolo digito ſuperabat, & ſuperatum digito adextra ſui Imperatoris deferebat. Ruſticus etiam Alemanus quæcumq; grauia onera attollebat, & tale robur ex panis eſu in margine cuiuſdã fontis inuentis ſe adeptum eſſe prædicabat. Cleomenes Aſtypaleus magnitudinis enormis multa facinora vi potius corporis, quam animi præſtitiſſe traditur. Is tandem ingreſſus ludum litterarium, & fracta columna domicilium ſuſtinente, cõfeſtim ingentem puerorum numerum oppreſſit, qua de re ad extremum requiſitus ſupplitium, ſepulcrum intrauit, & operculum ſuperimpoſitum, contra vim reuellentium aliquandiù tenuit, ſed tandem, illo fracto, nuſquam apparuit. Item narrat Maiolus ſe vidiſſe hominem Aſiaticum coram Marchione Piſcariæ, arreptam pilam marmoreã ambitus trium pedum in altum proijcere, & ſæpiſſimè ex alto relabentem vlnis recipere, deindecelerimo ictu illam tanquam pilam luſoriam ante, & retro excipere. B

Robur virium admirandũ.

Prædicatur etiam admiranda fortitudo Rodamantis Mantuani ex Gonzaga gente, qui ferreos equorum compedes manibus torquebat, & funem craſſitie brachij torquens, & retorquens diſcindebat. Deniq; Olaus Magnus homines Suetiæ, & Gothiæ maſcula virtute conſpicuos admiratur, qui equum, aut bouem attollentes ferunt, & pondus librarum mille ad multa milliaria baiulant. Demum Vbertj de Cruce Mediolanenſis fortia facta in hiſtoriis celebrantur: hic enim Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo, equum currentem immobilem reddebat, & iumentum tritico onuſtum humeris ferebat. De robore Herculis multa à Poetis tradita tanquam fabuloſa omittimus, & conſultò etiam Sanſonis fortitudinem in capillitio conſiſtentem ſilentio inuoluimus, cum hæc ex ſacris paginis ſit notiſſima. C

Inter viros vtraq; fortitudine præſtantes collocandi ſunt illi, qui cruciatus, tranquillo animo, ſuſtinuerunt, veluti Leæna meretrix, quæ torta Harmodium, & Ariſtogitontem tyrannicidas non indicauit. Aequo etiam animo Anaxarchus cruciamenta tulit, qui tortus linguam ſibi amputauit, ne reuelaret illos, qui de tyrannicidio pertractarunt. D

Lib. Iudic. cap. 13. 14. 15.

Iam ad ſimilitudines vultus admirabiles properandum eſt; cum aliquando ſpecies facierum humanarum tam ſimiles inueniantur, vt ab inuicem intuitu diſtingui nequeant. Narrat enim Solinus Anthioco Regi Syriæ Artemonem quemdã plebeium ita fuiſſe ſimilem, vt Laodice Regis vxor, huius aſpectu, maritum defunctum tandiu diſſimulauerit, donec iuxta voluntatem Rex alter electus fuerit. Vnus D. Auguſtini Scholaſtes tradit filios gemellos natos fuiſſe Mechliniæ, vultu, & geſtis adeò ſimiles, vt in his dignoſcendis, non ſolum extranei, ſed etiam ipſi parentes alterum pro altero vocantes errarent. His fortè non diſſimiles fuerunt gemelli, quos in Germania Albertus Magnus ſe vidiſſe promulgat, tantæ conformationis

Lib. 21. ca. 8

In Lib. de Anim. cap. 5

vt

vt nullo modo ab inuicem distinguerentur, immò ijdem gestus, eædem animi affectiones, vox, & loquela eadem admirationem augebant, & præcipuè cum vterq; eamdem incurreret ægritudinem, & eodem tempore liberaretur. Adrem legitur apud Fulgosium, quòd Mendardus Episcopus Nouiodunensis, & Ghildardus Episcopus Rhothomagensis fratres fuerunt vnico partu nati, eadē die in Episcopali sede locati, eadē die defuncti, simulq; Sanctorum cœtui adscripti; propterea de his legitur apud Maiolum hexasticon huius tenoris. *Lib. 1.*

Vna dies peperit, mitras dedit altera, mortem
Altera, & in sanctos lectus vterq; fuit.
Felices fratres, quorum communis origo,
Vita, corona, obitus, gloria, festa dies.
Quin communis erat mens, & cor: dicite sed vos
Corde vno pessimi corpora bina regi.

Ex altera parte Plinius tot facierum dissimilitudines in natura humana admiratur: cum in tot millibus hominum, duos vultus vnius, & eiusdem conformationis obseruare minimè potuerit; immò huius rei causam non immeritò imaginationi assignat, quæ in generatione hominis valdè operatur; quod in brutis non accidit, cum ratione careant. Itaq; homo libero præditus arbitrio animum valde celerem, & mobilem habet; hinc fieri nequaquam potest, vt duo homines eamdem conformationem sortiantur. *Li. 6. cap. 1. & cap. 12.*

De agilitate, & leuitate humani corporis admirabilia prædicantur. Nam Maiolus in arenam ducit hominem à Canarijs insulis oriundum, qui vestigio sinistri pedis insistens, per interuallum octo passuum, volentibus cum saxo petere se se exponebat, & modò caput inclinans, modò erigens, nunc totum corpus subtrahēs, nūc crura permutans, venientem ictum agillimè vitabat. Sed Philetus Cous elegiographus, ex Textore, fuit corporis adeò leuis, & tenuis, vt illi necesse fuerit plumbum plantis pedum alligatum gestare, ne aliquo ventorum flatu raperetur. Verùm Plinius memorat multos, qui ob leuitatem, & agilitatem corporis in cursu valuerunt, vt Philippides, qui ab Athenis ad Lacedemonem ducentum, & quadraginta stadia cucurrit. Item fuit alius, qui à meridie ad vesperum septuaginta quinq; millia passuum peregit. Nuperi Authores in historia noui Orbis referunt tabellarios Mexicanos non minori currere celeritate, quàm equi soleant, & fuisse nonnullos, qui leucas septuaginta quatriduo transuolarunt. Vt omittamus funambulos, qui in dies mira corporis agilitate multa admiratione digna præstant. Hīs addantur, qui in aquis fuerunt agillimi: etenim Pontanus, & Alexander ab Alexandro tradunt sua ætate fuisse hominem Catanīæ vrbis Siciliæ piscem Calanum nuncupatum, qui toto ferè vitæ suæ curriculo in aquis degebat, & magna etiam in mari vigente tempestate nullo periculo fluctus tranabat; alterum eiusdem naturæ memorat Petrus Messia piscem Nicolam vocatum, qui nisi in aquis degisset interitum timebat. *In Colloq. Pri. par. syl. var. lect. c. 21.*

Circa inediam, & esum, mirabilia quoq; narrantur. Pontanus scribit fuisse hominem, qui nullo vnquam tempore vinum, aut aquam bibit. Scimus quidē ex Strabone Æthiopes nunquam cruciari siti, quotiescumq; loto herba vtantur. Memorāt quemdam Venetijs versantem, qui continuis sex diebus supra quadraginta ieiunus fuit, sed temperatura corporis admodum frigida erat præditus. Philinus quidam ad mentem Textoris, dum vixit, nullo cibo, & potu, sed solo lacte vsus est: quemadmodum alij solam vrinam adhibuerunt. Quandoquidem Anno Domini quinquagesimo secundo supra sesquimillesimum, referente Schenchio, Franciscus Pelusius Lugdunensis sexagenarius dum puteum altum ad quadraginta pedes foderet, terra desuper ruente ad profunditatem triginta quinq; pedū, fossor viuus oppressus est, ibiq; septem dies, & noctes absq; cibo vixit, solo propriæ vrinæ potu stomachum recreans, tandem resossa terra, vt tumularetur, viuus repertus est. Testatur quidem Plinius homines spatio vndecim dierum, inediam pati posse, quamuis homo diuina ope fultus diuturnum ieiunium seruare valeat. Tandem notandum est, veluti vixerunt nonnulli, qui inediam tulerunt, pariter fuerunt, qui res minime ediles vorarūt. Nouimus hic Bononiæ, anno Domini millesimo sexcētesimo vigesimo sexto, quemdam baiulum, qui volens, vel mercede incitatus, vrceos, vitra, clauos, coria, ligna, *Lib. 2. de reb celest. Lib. 3. obser 41. Lib. 11. cap. 54.*

anguillas, aues implumes, & mures viuos deuorabat, & abſq; vitæ diſcrimine, omnia per anum egerebat.

De affectibus humanis res admiratione dignæ notandæ eſſent, ſed, breuitatis ſtudio, nonnullæ, & potiores exarabuntur. In muliere Senonenſi fœtum perfectè formatum obſeruauit Schenchius, quem ſpatio viginti octo annorum in vtero geſtatum in duritiem lapideam conuerſum, & poſt obitum matris exemptũ multi conſpexerunt. Pariter anno Domini nonageſimo quinto ſupra ſeſquimilleſimum, in muliere trigeſimum quintum annum agente vterus totus lapideus ponderis ſeptem librarum viſus eſt, vnà cum veſica lapidea, & peritoneo duriſſimo. Ex eodem Schenchio intelleximus fuiſſe mulierem, quæ ſpatio annorum treſdecim, ſceleton fœtus mortui ab omnibus tactu perceptum in vtero geſtauit. A

Lib.4. obſer 185. Immò ex eodem Authore mulier fuit in caſtro Pomponij, anno quadrageſimo ſupra ſeſquimilleſimum, quæ ſceleton fœtus mortui vtero gerens denuò concepit, & accedentibus doloribus, & vitæ periculo, per ſectionem ſceleto exempto, & vtero conſolidato, conceptus viuus in lucem prodijt, illæſa fertilitate, nam quater poſt *L.2.de Abd. rerum cauſ. cap.9.* hanc curationem peperit. Puella nata eſt, referente Fernelio, vinculis articulorum adeo laxis, vt quocumq; artus facilè verteret. Sed maiorem affert admirationem, quod recitat Hollerius de muliere quadam Lutetiana, cuius corpus molle flexibile, & abſq; ſolidis oſſibus erat. Totum oppoſitum tradit Columbus de quodam homine in Xenodochio incurabilium Romæ obſeruato, qui nullam partem, præter linguam, oculos, abdomen, & thoracem, mouebat, quia eius ſceleton à capite vſq; ad pedes vnicum os referebat. *In lib. Anat* B

Circa vrinæ affectiones, multi vermes per vrinam fuiſſe redditos memorant, ſed rarum eſt, quod Argenterius de Dracone alato, quem per vias lotij exeuntem obſeruauit. *Lib.3.obſer. 312.* Auget admirationem Schenchius, qui vnum ſcorpionem cum vrina eiectum conſpicatus eſt: hinc colligendum eſt in humanis corporibus quãdoq; animantia præter vermes generari; olim enim in Hungaria accidit, vt in multorum hominum aluo ſerpentes naturalibus ſimiles generarentur; hac de re multa hominum millia perierunt. Libet hoc in loco icones nonnullorum animalium exhibere, quæ ex putredine in humanis corporibus genita fuerunt, partim per vomitum, partim per vterum, & partim per vrinam excluſa.

Lib.4. de gẽ. Anim.c.4. Antequam mirabilia humanorum affectuum abſoluamus animaduertendum eſt multos olim natos, & adhuc naſci imperforatos, quos Ariſtoteles vocauit ἐστρυτ- C *τους*, & Sueſſanus in Commentarijs hanc affectionem marmoream appellauit. Verùm quod magis admirandum eſt aliquos hac ægritudine perculſos vixiſſe; nam Schenchius meminit puellæ filiæ hæbrei cuiuſdam Teutonici nuncupati, qui fæces *Lib.1. de morb. puer. cap.9.* per vuluam excernebat, quam Mercurialis vidiſſe fatetur, rurſus idem Schenchius meminit pueri lapicidæ filij, qui natus imperforatus, ſtercus per lotium trudebat, ſed quoniam Chirurgus quidam audax anum gladio referare voluit, ſanguine copioſè fluente interijt, & diſſecto cadauere, rectum inteſtinum in veſicam ſe ſe inſinuare inuenerunt.

1. Monſtrum ſerpentinum ab humano vtero excluſum.
2. Vermis ſerpentiformis vomitione eiectus.
3. Monſtrum anguineum ex aluo virginali natum.
4. Illuuies ſcarabeum imitans per vrinam reddita.
5. Millepedis rudimentum vrina excretum.



Præterquamquod Albertus Magnus, & Suessanus se tales homines imperforatos vidisse referunt; & Aristoteles memorat vaccam fuisse Perinthi oli in Thraciæ oppidi, quæ non solum imperforata vixit, verum quoq; quoties anus Chirurgi ope aperiebatur, toties denuò claudebatur. Bestia autem viuebat ex mente Aristotelis, quia natura siccas fæces extenuans per vesicam trudebat. Mercurialis quoq; in suo opere de excrementis, nostra ætate quemdam vixisse Romæ memorat, qui toto ferè vitæ suæ curriculo fæces alui per os expurgauit. Pariter Schenchius narrat, quòd Constantiæ circa annum trigesimum supra sesquimillesimum, quidã Andreas officio Mendicorum Consul; spatio viginti annorum omnia excrementa sicca euomuit, per aluum nihil reddens, erat interea mediocriter sanus, & suo munere vsq; ad senium functus est. Similiter Schenchius recenset puellam annorum viginti, quæ Coloniæ, tertio quoq; die, alui excrementa, per os egerere solebat, sicq; per triennium continuauit clysteribus, & medicamentis purgantibus incassum adhibitis, decumbebat autem perpetuò, quia crura omnino contracta habebat, interim satis benè colorata, & admodum ingeniosa erat. Præterea idem Author aliorum huius generis meminit obseruatione sexagesima octaua libri tertij ad quam Lectorem relegamus.

Lib. 4. de gener. anim.

Lib. 2. cap. 4

Lib. 3. obser. 351.

A

His addamus, iuxta sententiam Textoris, homines Locris, & Crodonæ nũquam pestilentia vexatos fuisse.

Circa hominum connubia, infinita stupore digna essent exaranda, nihilominus in præsentia tantùm obseruabimus fuisse mulierem, quæ duo, & viginti coniugia experta est; quemadmodum vicissim ætate Damasci Pontificis Maximi, vixit homo, qui non iterum, atq; tertiò denupsit, sed viginti vxorum defunctarum vir fuit. Quo circa nemo posthac Martialem irridebit, qui de septem vxoribus Phaleri cecinit hunc in modum,

B

Septima iam phaleros tibi conditur vxor in agro,
Plus nulli phaleras, quàm tibi reddit ager.

Ti. 2. offic. Lib. 7. c. 52.

Postremò inter mirabilia collocandi sunt illi homines, qui mortui reuixisse feruntur. Etenim Pamphilus Phareus, referente Textore, cæsus in acie decem diebus iacuit, & inde sublatus, rogoq; impositus reuixit. Auiola Consularis, ex Plinio, in rogo locatus spiritũ resumpsit, sed cũ violẽtia flammarũ adiuuari nõ potuerit, viuus crematus est. Idem memorat Corfidium, qui ad foueam delatus, sepelientem domum reportauit; necnon mulierem septem dies exanimem, quæ in vitam redijt. Apud eumdem authorem fit mentio cuiusdam, qui in Sicilia, iussu Pompei, decollatus, cum per integrum diem in litore iacuisset, vitam iterauit, & postquam Pompeio mandata Deorum Inferorum narrauerit, iterum expirauit. Prædictis tãquam coronidem addamus nonnullos homines dolore, alios gaudio, alios amore, atq; metu perijsse. Quandoquidem Plinius meminit viri, qui, sibi denegato consulatu, dolore vitam terminauit. Chilon Philosophus, audita filij victoria apud Olympiam, præ gaudio expirauit.

C

Item Dionysius tyrannus, & Sophocles ambo, audito tragicæ victoriæ nuncio, lætitia diffusis spiritibus, exanimati sunt. Similiter quædam mulier, cum filium, in bello Canensi, lethali vulnere perculsum intellexisset, multò post illum intuens incolumem, gaudio ingenti acta animam emisit. Pyramum postea, & Thysbem summus amor ad mortem impulit. Sed rectius miles quidam peregrinus, cum loca omnia, in quibus Christus fuerat versatus, summa pietate visitasset, tandem ad montem Oliueti perueniens, cum Christum amplius sequi nequiret, summo amore, & ingenti perfusus gaudio interijt; dissecto autem cadauere tria hæc verba in corde erant exarata. AMOR MEVS IESVS. De metu quid dicamus in præsentia non suppetit.

D

HI-

HISTORICA.

MVLTA ad humanum genus spectantia, quæ magnam admirationem non patiuntur, ad Rubricam Historicorum referenda esse duximus. Primitus nonnulla visum respicentia exarabimus. Democritus, authore Tertuliano, cum mulieres absq; concupiscentia conspicari non posset, semetipsum excæcauit. Stesichorus Poeta, ex Polliciano, cum Helenæ opprobriũ carminibus diuulgasset, excæcatus est; sed vbi palinodiam cecinit, visionem recuperasse perhibetur. Nemini dubium est Homerum Poetam fuisse cæcum, ita vocatum, vt nonnulli autumant, quia ad iter faciendum humeris alienis indigeret: sed cæcitatem vnde contraxerit, non satis constat. Alij fuerunt huius opinionis, cæcitatem Homeri ex morbo chronico fuisse productam, alij ex senecture. Ouidius tamen in Ibin retulit Homerum aculeis apum in cæcitatem incidisse. Belisarius quoq; teste Procopio, Præfectus copiarum Iustiniani Imperatoris, deletis Vandalis, acto de Persis triumpho, & Italia à Barbaris non semel liberata, ob fælices euentus, in suspitionem Imperatoris venit; ideoq; fuit excæcatus: Tugurium igitur in publica via sibi strauit, vbi victum à prætereuntibus his verbis mendicabat: viator da obulum Belisario, quem virtus extulit, & inuidia excæcauit. *Poeta caci qui.*

De varijs affectibus hominum multa in historijs leguntur: etenim Plinius scribit Ptolemeum Philadelphum Aegypti Regem vomica laborasse, sed pectore vulnerato (cum in acie mortem inquireret) medicinam inuenit; namq; sanie absterſa, & euacuata, liberatus est. Item Seruius Clodius Eques Romanus aliquando podagra laborauit, cuius dolore non mediocri vexatus veneno pedes illiniuit, & referente Suetonio, protinus sensu illarum partium priuatus est. Accon vetula, vt prodidit Cælius, quadam veluti dementia capta, apud speculum, cum propria imagine, tanquam cum viua muliere confabulabatur. In fatuitatem non minorem incidit Claudius Princeps, qui Domitium Hermen adoprauit, cum, teste Sabellico, Britanicum legitimo matrimonio natum haberet. His addenda est stultitia Cippi, qui sterteret, & dormire simulabat; vt eius vxor facilius mœcharetur: hinc narum esse videtur illud adagium apud Ciceronem. *Non omnibus dormio*. Et sexcenta huius generis afferri possent, quæ, breuitati studentes omittimus. Sed posteaquam in somnum incidimus, de hoc nonnulla pariter, & de vigilia monumentis digna recensebimus. Meminit Plinius cuiusdam pusionis, qui itinere fessus, quamdam ingressus speluncam, ibi per spatium septem, & quinquaginta annorum dormiuit, & tandem expergefactus, mutatam rerum faciem admiratus est. Vicissim C. Mecænas postremum vitę triennium absq; vllo somno transegit: neq; mirum est; cum referant Nizolium illum ciceronianum decennium insomne traxisse; & post grauem morbum conualescentem, pristinum somnum recuperasse. *Fatuitatis genus.* *Lib. 7. c. 52.*

De parricidiis, fratricidiis, & aliis mortis generibus, non iniucunda auditu referenda essent, verùm nonnulla pauca tantummodo recitabimus. Ozias prophetam Amos patrem vecte percussit, quia spreto Hieroboam Regis mandato Verbũ Domini prædicauerit. Vlysem Troia redeuntem Thelogonus filius tanquam ignotum vita priuauit. Nicomedes Prussiam patrem Bythiniæ Regem libidine dominandi stimulatus interfecit. Nero Aggrippinam matrem nimis curiosè facta sua inquirentem variis modis, & potissimum veneno perdere conatus, tandem occidi iussit. Orestes quoq; in vltionem Agamemnonis patris Clytemnestram matrem peremit. Mithridates, referente Cælio, tanta impietate fuit refertus, vt matrem, fratrem, tres filios, & totidem filias necauerit. Ioannes Maria Ioannis Galeatii filius olim Dux Mediolani Catherinam matrem facta sua acerbius obiurgantem in turri conclusam mori coegit. *Parricidia varia.*

Vicissim non defuerunt patres, qui propriis filiis mortem intulerunt. Herodes Rex Iudeæ, teste Macrobio, præter cædem Innocentium, tres etiam ex propriis liberis vitali spiritu priuauit. Hippomenes Athenicnsium Princeps filiam in adulte-

rio deprehenſam hoc modo puniuit, illam cum equo ferociori concludens neutrutri cibum præbuit: vnde equus fame in rabiem actus puellam deuorauit: hinc ortum eſt illud prouerbium. *Homo magis impius Hippomene.* Hercules etiam, ad mentem Criniti, epilepſia correptus, & dementatus filios interemit. Manlius Torquatus, vt recitat Liuius, filium ſecuri percuſſit, quoniam in Samnites contra edictum præliatus eſſet.

Homo magis impius Hippomene.

Pariter Caſſius ſignifer, ex Plutarcho, Romanis contra Latinos pugnantibus, Craſſum Brutum filium necauit, quoniam portas hoſtibus recludere voluiſſet. Tandem Diodorus iuxta ſententiam Cælii, cum multos ſuſcepiſſet filios, omnes præter vnum iugulauit, vt ille ſuperuiuens ditior, & potentior euaderet. Prætereà ſi vellemus fratrum, & ſororum interemptores recenſere, necnon mulieres, quæ maritos, & viciſſim viros, qui vxores interemerunt, proculdubio nobis tempus deficeret. A

Iam properandum eſt ad illos diuulgandos, qui ſponteam ſibi necem intulerunt Lactantius Firmianus prima facie recenſet Cleanthem Philoſophum, qui cognita animarum immortalitate, voluntariam mortem petijt. Menander tradit, referente Textore, Publium Terentium amiſſis centum, & octo fabulis, quas è græcis Latinas reddiderat, ſe ſubmerſiſſe. Ex eodem authore collegimus, Empedoclem Poetam Siculum, nouo mortis genere immortalitatem affectantem, in ardentes montis Aethnæ cauernas ſe præcipitaſſe. Item Labienus Poeta conſpicatus libros ſuos, ob nimiam increpandi liberratem, publico decreto flammis commiſſos, ſuis ſuperuiuere monumentis noluit, & iugum ſpontaneæ mortis ſubiuit. Hipponax Poeta Iambographus acerbo ferens animo ſe à Bubalo pictore deformi facie expreſſum, ad propellendam iniuriam, carminibus tam contumelioſè pictorem proſecutus eſt, vt cum laqueo vitam terminare coegerit. Hinc dimanauit illud adagium. B

Qui ſibi necem intulerunt.

Hipponactium præconium.

Hipponactium præconium; quod pro nota infami vſurpatur: hoc prouerbio in epiſtolis familiaribus Cicero quandoq; vſus eſt. Similiter Archilochus poeta Parius à Neobole filia Lycambis iam ſibi in matrimonium promiſſa repudiatus, ignominioſis iambis Lycambem ita infectatus eſt, vt eum cum filia ad furcam impulerit: vnde Horatius de ira huius Poetæ ſic cecinit.

Archilochum proprio rabies armauit iambo.

Sardanapalus Rex Aſyriorum olim vir tam mollis, & effœminatus, cum res ſuas profligari, & nullam ſpem iam ſupereſſe intueretur, pyram in Regia ſtruxit, eòq; ſupellectile delata, flammarum incendio ſponte ſe commiſit, hacq; tantum ratione, mortem minime formidans, virum ſe eſſe manifeſtauit. Hoc genus mortis Ouidius memorat in Ibin. C

Sardanapalus mors.

Inq; pyram tecum cariſſima corpora mittat,
Quem finem vitæ Sardanapalus habet.

Themiſtocles Athenienſis Nicoclis filius inuidia ciuium relegatus, ad Artaxerſem confugit, à quo dum aduerſus patriam præliari cogeretur, hauſto ſanguine mutino interijt. Item Nero Domitij, & Agrippinæ filius cænoſa omnium flagitiorum latrina, cùm hoſtis patriæ à Senatu fuerit iudicatus; ne quid ſuis meritis dignum pateretur, Vrbem egreſſus, proprio gladio ſemetipſum transfixit: hunc interitum ſic memorat Auſonius. D

Neronis mors.

Matricida Nero proprij vim pertulit enſis.

Portia Catonis filia, teſte Plutarcho, intellecta Bruti mariti morte, ferrum ad mortem ſibi inferendam quæſiuit, quo occultato, carbones hauſit, ſicq; inaudito necis genere, ſpiritum emiſit. Item Cleopatra, Antonio marito defuncto, cum intellexiſſet ſe ab Auguſto in triumphum viuam ſeruari, brachium aſpidi mordendum porrigens ab hac vita deceſſit. Sed quid in his diuagamur? dum legimus apud Ioſephum Hebræum, quòd Herodes Rex Iudææ Antipatri filius, poſt Innocentes trucidatos, & tres proprios filios interremptos, ſcilicet Alexandrum, Ariſtobolum, & Antipatrum, ad intercipiendũ ſacrum Beatæ ſemper Virginis partum, ſcatentibus per vniuerſum corpus vermibus, mortem ſibimet intulit. Similiter Iudas cum vili pretio Chriſtũ Iudæis venalẽ expoſuiſſet, ſceleris ponderans grauitatem, & veniã deſperata, ad laqueum properauit. His ſuccedit Pontius Pilatus patria Lugdunenſis,

Herodis mors.

nensis, referente Gregorio Turonensi, qui nefaria in Christum lata sententia, manu propria interitum sibi parauit. *Pilati mors*

Varia obitus genera, quibus viri insignes fuerunt extincti, sunt innumera. Q. Catulus Luctatius Orator, teste Valerio Maximo, qui fuit collega Marij in Consulatu, & vna de Cymbris triumphum egerat; iussu Marij in domicilio quodam clausus, vapore candentium carbonum extinctus est. Item Zoe Nicostrati martyris vxor à Beato Stephano ad cultum Christi deducta, crinibus suspensa, & fumo suffocata interijt. Felicula virgo, cum nullis pollicitationibus à Christiana Religione reuocari posset, iussu Flacci Comitis, in latrinam præcipitata obijt. Pariter Diuus Bar-
E tholomeus Apostolus Regis Syriæ filius, mandato Astiagis, detracta à toto corporis ambitu pelle, in Cœlum euolauit. Alij insignes viri fuerunt sagittis confossi, decollati, fulmine icti, combusti, fame extincti, veneno profligati, lapidibus obruti, iugulati, & aqua submersi: nam Galeatius Mantuanus, ex Pontano, cum Ticini hybernaret, puella, quam deperibat, per iocum imperante se in flumen deiecit. Tandem homines egregij ab equis cæsi, lapsu equorum mortui, à Serpentibus perempti, ab apris trucidati, à Leonibus dilaniati, à canibus lacerati, & demùm morsu aliarum Ferarum interfecti, in historijs prædictorum animalium memorati sunt, ad quas lectorem relegamus.

F MYSTICA DE PARTIBVS HOMINIS.

MODO omnes humani corporis partes nimirum à vertice vsq; ad calcaneum diligenter ponderandæ sunt, quatenus sub illis aliquid arcani latibulatur. Primitùs capilli in sacris Biblijs animæ cogitationes designant: nam quemadmodum capillis totum caput exornatur, si-
militer anima cogitationibus decoratur: propterea Diuus Gregorius, per capillos supra cerebrum insensibiliter crescentes, curas vitæ præsentis ex- *Capilli.*
G primebat, quæ interdum animæ impedimento esse solent, ne ad diuinas cogitationes se conferat. Ideo Christus in lectione Euangelica capillos capitis nostri numeratos esse pronunciauit; quoniam Deum cordis humani, & cogitationum scrutatorem esse significabat.

Capilli postea mulieris, ex sententia Diui Augustini, denotant superflua, quæ ab hominibus possidentur. Quocirca Monastæ, & alij, qui se se Deo in religiosâ seruitutem dicant, caput abradunt, minima tantum portione capillorum relicta, vt minimam rerum mundanarum curam habere ostendant. Demùm per capillos Dei, D. Augustinus Sanctos Angelos, & omnes iustos interpretatur, de quibus dicitur. *In lib. de contemptu Mundi.* *In lib. de Essent. Diuinæ*

Capilli capitis eius quasi lana alba. Vel vt in Apocalypsi, albo capite apparuisse dicitur. Idem Augustinus in epistola ad Galatas, per id, antiquitatem veritatis
H significat.

Caput iuxta Goropij sententiam, in prima lingua dicebatur Heet, quæ vox imperiũ manifestat: namq; capiti totius corporis dominium destinatur. Aliter in prima lingua Hoet appellabatur, addita littera T. quæ facultatem alligandi possidet: caput enim nos Deo Omnipotenti alligat. Alioquin in prima lingua caput vocabatur etiã Huet, quo vocabulo custodia designatur; cum caput sua prouidentia totũ hominem tueatur. Itaq; cum caput tot, & tantis gaudeat prærogatiuis, non est mirandum si Deo attribuatur, vt apud Danielem legitur, vbi essentia diuinitatis designatur, cui omnia subiiciuntur, quapropter in Apocalypsi Seraphin Dei caput velare dicuntur, vt indicentur alta Dei mysteria, quæ ad eius diuinitatem, & potentiam spectant. Psalmographus quoq; caput obumbratum nominauit, quo diuinitas tempore Passionis Christi latens exprimitur. At caput plenum rore, & guttis noctium, vt scribitur in Canticis, amorem Dei humanis criminibus in Ecclesia refrigeratum ostendit. *in Hermath* *Capitis Mystica.* *Cap. 7.* *Psalm. 139* *Cant. cap. 5.*

Quan-

Geneſ.c.28. Quando verò legimus in Geneſi caput Iacob ſuper lapidē poſitum, chriſticolarum principatum Chriſto innitentem intelligere debemus: quemadmodum per caput, & *Cap.9.* caudam apud Iſaiam, Chriſtus, qui eſt principium, & finis, intelligendus eſt. Item per caput Ioannis Baptiſtæ amputatum, Chriſtus à Iudæis, & à lege ablatus deſignatur. *Cap.26.27.* Caput Chriſti vngitur apud Mattheum, vt homo diſcat præclaris operibus Deum ſibi deuincire: & quando apud eumdem Euangeliſtam, ſertum ſpinis contextum capiti Chriſti imponitur, Deus humanis peccatis, tanquam tot ſpinis offendi traditur. In Leuitico caput Sacerdotis non radebatur, vt myſtica eſſet doctrina, ſapientiam à Sacerdotibus minime ſeparandam eſſe, vt vitia laicorum reprehendere poſſent. *Leuit.c.13.* Pariter in eodem libro caput leproſi nudum amiſſionem galeæ ſalutis, vel Chriſtum ab anima ſeparatum indicare poteſt. *& 21.* In Prouerbijs autem, capiti gratiam addi; Gloſſa ordinaria doctrinam noui teſtamenti cum ſpe Regni cœleſtis dari exponit. *Lib.2. Reg. cap.15.* Tandem caput tectum, in hiſtoria Regum, triſtitiam diuulgare poteſt; etenim qui triſtes erant, caput operire ſolebant.

Si mentem ad frontem conuertamus. Habemus in Exodo, laminam aureā Dei nomine ſignatam fronti Sacerdotis imponi ſolere, quæ internam cordis cogitationem indicat, vel confeſſionem oris, & operis, quā fideles referti eſſe debent, vt *Cap.28.* *Lib.1. Reg. cap.17.* Gloſſa ordinaria explicat. Legimus etiam in ſacris Paginis, quòd frons Goliathi percuſſa fuit, cuius myſticus ſenſus eſſe perhibetur, eos percuti, & perire, qui ſigno crucis haudquaquam muniuntur, quoniam frons mentem deſignare poteſt, vt Lauretus in Sylua Allegoriarum aſtruit.

Lib.14.hieregl. Succedit oculus, qui in prima lingua, referente Goropio, nominabatur Oog, ab Hog, ideſt altum: ideoq; ſenſus myſticus eſt, nos debere eſſe memores, oculos à ſummo opifice nobis eſſe datos, vt ſuperna perpetuò contemplemur. Sed aduertendum eſt, quod oculi in doctrina myſtica, tām bonum, quām prauum ſenſum ſortiri poſſunt. Ratione primi, Deus per oculum intelligitur: nam veluti oculus in minori mundo, nempe in homine, cum regit: pariter Deus in maiori mundo cuncta regit, cuncta videt, & cuncta moderatur. Vel dicamus, ſicuti oculus eſt receptaculum lucis; ita Deus non modò lucis fœtebra, ſed etiam ipſa lux nuncupatur; iuxta illud Ioannis. *Lux erat in Mundo.*

Myſtica oculorum. Immò oculi ſponſi in Canticis, piſcinæ Chesbon aſſimilati ſignificant perfectam viſionem, & cognitionem rerum omnium, etiam antequam fiant, quæ eſt in Chriſto Eccleſiæ capite, in quo capite per ſponſum ſignato, rerum omnium ideæ reperiuntur: idcirco oculi ſponſi non iniuria ad aquas piſcinæ tanquam ad rationes ideales comparantur; vocatur enim piſcina Chesbon, ideſt cognitionis; cum ideæ ſint rationes excogitatæ rerum producendarum; quæ omnes in Verbo erant, vt Diuus Auguſtinus interpretatur. Niſi velimus aſſeuerare, per oculum Dei, gratiam, & fauorem ſignificari. namq; Deus aliquem aſpiciens illi ſuam gratiam protinus impertitur. Alioquin in rebus mundanis, oculus voluptuoſos effectus ſignificat; cum homines per oculos amore illaquentur. Quid ſi præcepta Domini oculis deſignentur? *Pſalm.18.* Legitur enim apud Pſalmographum. *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos.*

Pariter in Apocalypſi. Oculi dicuntur veluti flamma ignis, & Dei præcepta ſignificant. Et quando in Pſalmo trigeſimo tertio, oculi Domini ſuper Iuſtos leguntur, *In Cōment. ad Pſalmos.* tunc ad mentem Baſilij, oculi Domini ſunt Angelicæ virtutes, quæ homines tutari perhibentur. Aliter quando legitur in Pſalmo decimo ſexto: cuſtodi me vt pupillam oculi, tunc pupilla ſenſus ſpirituales indicate dicitur.

Deut.c.13. Amplius in myſticis, benignitas, & miſericordia ad oculos refertur, ita legitur in Deuteronomio. Parcat ei oculus tuus, & ibi oculus pro miſericordis ſumitur. Item oculi Domini in Pſalmo trigeſimo ſecundo, eius miſericordiam, & benignitatem oſtendunt. *Geneſ.c.43.* Et in Geneſi oculus Ioſeph Chriſti benignitatem præſagit: immo in eodem loco; oculos leuans Iſaac, Chriſtum reſpicientem ad ſalutem humani generis inſinuabat. Quandoquidem quando legitur apud Iſaiam. Parauit Dominus brachium ſuum in oculis omnium gentium; tunc id aſſeritur, quoniam ſalus per Chriſtum acquirenda omnibus fuit propoſita. Oculi etiam in Eccleſia dicuntur

eſſe,

esse, nimirum viri eruditi, & ad percipienda mysteria idonei. Aliter oculi, qui passim leguntur in sacris paginis, vim animæ intelligentem significare solent.

Præter hæc, nomine oculorum, varia etiam manifestantur. Primò præsentia oculis declaratur, dum legitur apud Iob. Nec abstuli mala ab oculis meis: siquidè res præsentes in oculis esse dicuntur, & tunc ab oculis auferuntur, quando à præsentia remouentur. Iuxta vulgatum carmen. *Cap.3.*

Qui procul est oculis, procul est à limine cordis.

Quapropter idem significatur ab Isaia quando scripsit. Et oculo ad oculum videbunt, nempe facie ad faciem respicient, qua ratione Beati Deum contemplabuntur. *Isaiæ c.52. Oseæ ca.13.*

E Vicissim consolationem ab oculis abscondi, vt habetur apud Oseam. Diuus Hieronymus consolationem non admittendam exponit. Pariter idem D. Hieronymus oculos auertere à Sabathis apud Ezechielem, interprætatur non cogitare requiem Dei, quæ est in notitia scripturarum. Item quando in Deuteronomio, munera exeæant oculos sapientum, tunc per oculos iudicium manifestatur. *Deuter.cap. 16.*

In altero intellectu, oculi quandoq; vsurpantur; nam, ex Hieremia, iudicium naturale boni, & mali oculi significant, quos oculos multi habent, sed non vident, dum male operantur: hinc oculus corporis appellatur mens, qua operamur, & oculus simplex rectam intentionem ostendit; & veluti oculus nequam apud Mattheum, prauam intentionem exprimit. Propterea in Numeris, cadere apertis oculis, iuxta sententiam Laureti, nil aliud est, nisi scienter peccare. Vnde apud Psalmographum. *Hierē. c.4. Matth. c.6 Numer.c.24 Psalm.12*

F Oculi seruorum in manibus Dominorum suorum, exponuntur aliqui ad crimina perpetranda parati, & oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ, dicuntur esse, quando anima, voluptuosis obsequijs famulatur: quamuis alij interpretentur oculos seruorum in manibus Dominorum suorum, quando famuli à Dominis fauorem expectãt, & pœnam formidant.

Hi igitur erunt oculi eruendi, de quibus Christus in Euangelio verba fecit; neq; oculi carnei intelligendi sunt, quemadmodum nonnulli Hæretici impiè, & ineptè exponunt; hinc; arrepta calumniandi ansa, ad exasperandam Christiani iugi suauitatem, præcepta Christi seuera appellarunt. Verùm isti, ex mente Chrysostomi, Cypriani, & aliorum, valdè stupidi sunt, & mysticum Euangelicæ lectionis sensum penetrare nequeunt: quandoquidem id intelligendum est non de oculis, sed de amicis illis arcendis, & remouendis, quorum consuetudo animæ nostræ perniciem

G affert, vel qui prauo exemplo nos offendunt, vel iniquis adhortationibus à recto salutis tramite nos abducere conantur.

Insuper multi sunt gestus, & affectus oculorum vitia denotantes. Oculis annuere apud Psalmographum, Diuus Augustinus declarat Hypocritam, qui vultu non ostendit, quod in pectore residet. Alibi Saul rectis oculis Dauid non intuebatur; quare per hos oculos, multi insidias manifestant. Item oculi caligantes cæcitatem Iudæorum monstrant. Immo oculi clausi apud Isaiam, Hæbreos Christum non agnoscentes indicabant. Rursus oculi terribiles apud Iob, sæuitiam Iudæorũ erga Christum demonstrabant. Similiter apud eumdem Iob. Oculus videns testimonium reddebat mihi. Lauretus in Sylua Allegoriarum designat populum Hebreum, cui per Prophetas Christus prænunciatus fuerat, & præsentia aduentus id testificabatur. Tandem oculi cæci à natiuitate, quibus apud Ioannem Christus lucem restituit, cæcam Hæreticorum mentem significant, quam Christus aduentu suo illustrauit. Demùm oculi quasi hominis in cornu bestiæ, vt legitur apud Danielẽ, Diuus Hieronymus per hæc verba, Antichristum hominem, & non Dæmonem futurum esse asseuerat. Item apud Ezechielem oculus dexter tenebrescens obscurabitur, est scientia illa, quam Antichristus sibi falso arrogauit. Ad finem quando palpebræ Deo attribuuntur, per has Diuus Hieronymus incomprensibilia Dei Omnipotentis iudicia interpretatur. *Psalm. 34. Lib.1.reg. cap.18. Isaiæ c.24. Iob.c.16. Cap.29.*

H *Ioan.c.ap.9. Daniel.c.7. Ezechiel cap.11.*

Auris iuxta mentem Goropij, in prima lingua vocabatur Oor, ideſt origo, cuius mysticus sensus esse potest, nihil nobis audiendum esse, quod ad primam originem non referatur. Itaq; Psalmographus aures Deo assignat, vt nobis insinuet vim Dei, qua sic omnia percipit, vt nihil eum lateat. Et alibi quando scribit aures Domini in preces eorum, tunc Diuus Basilius exponit Angelos preces nostras Deo Omnipotenti *Lib.14.hierogl. Psalm.114. Psalm.33.*

Psalm. 30. tenti offerrentes. Et tandem quando idem Psalmographus habet. Inclina ad me
L. 15. celest Hierarch. aurem tuam: hoc exaudire significat. Insuper aures in Angelis Dionysius inquit de-
Matth. c. 10 notare non modò vim participandi, sed etiam scientiam, qua se diuinitatis parti-
Hierem. c. 13 cipes esse intelligunt. Aure audire, vt legitur apud Mattheum, indicat doctrinam
secretam apprehendere. Vel audire in abscondito, vt extat apud Hieremiã. Ori-
genes spiritualem intellectum interpretatur. Rursus auris in sacris paginis clemen-
Luc. cap. 8. tiam designat, interdum etiam intellectum, vt est apud Lucam, vbi legitur. Qui ha-
Isa. c. 33. bet aures audiendi audiat. Auris obturata apud Isaiam, occasionem peccati ablatam
esse diuulgat. Pariter auris ab iniquitate reuulsa, iuxta mentem Gregorij, intelle-
Iob cap. 36. ctum cognitionis apertum demonstrat. At aurem reuelare, vt legitur apud Iob, nil A
aliud est nisi auditum cordis per æruminas, & verbera dilatare. Aures apertas ha-
Isa. c. 47. bere, & non audire apud Isaiam. Diuus Hieronymus has aures Iudeis assignat,
qui litteram legis callebant, & Christo mysticum sensum exponenti fidem præstare
nolebant.

Tandem, per aurem, in doctrina mystica, omnes Theologi obedientiam intelli-
gunt, quam vnusquisq; summo Deo præstare debet, memor Adami, qui, spreta obe-
dientia, Paradiso priuatus fuit. Hanc igitur indicauit Moses, quando sanguine se-
cundi arietis immolati, extremitatem auris dextræ non solum Aaronis, sed etiã eius
filiorum liniuit. Quapropter in Psalmo trigesimo nono Igitur. Aures perfecisti mi-
Cap. 15. hi, alij legunt, perforasti: siquidem in Deuteronomio iuxta legem mosaicam, serui, B
completo seruitutis tempore, poterant aut libertatem amplecti, aut semetipsos in
Domini potestatem trãdere. Hoc si eligebatur, in signum spontaneæ seruitutis, ab
hero auris serui subula perforabatur.

Idem intelligendum est de homine Christi fidele sub lege gratiæ aurem Deo of-
ferente, vt illam diuinorum præceptorum capacem efficiat. Præterquamquòd Ly-
ranus aurem perforatam, obsequium, & obedientiam exponit. Prædictis addamus,
quod auris dextra in sacris paginis, intentionem supernæ visionis, & auris sinistra
intentionem piæ operationis significat.

Nasus quoq; in sacris paginis Deo assignatur, & denotatur inuestigatio, qua Deus
Nariũ Mystica. corda hominum odoratur. Ideo legitur quod Noe sacrificante, Dominus Deus
odorem suauitatis olfecit, quoniam sacrificium à probo & iusto viro oblatum, Deo
summopere placet. Immò animæ etiam nares attribuuntur virtutem interiorem si-
Cap. 7. gnificantes, qua diuina percipiuntur. Alioquin in Canticis, nasus sicut turris Li- C
bani fortè, & vitiosum iudicium demonstrat.

Ioa. cap. 41. Per nares, à quibus fumus apud Iob egreditur, nares Diaboli insidias semper
exhalantes exprimuntur, quibus occultè cordis nostri cogitationes olfacere cona-
Psalm. 113. tur. Demùm quando legitur apud Psalmographum. Nares habent, & non odora-
bant, exponuntur illi, qui instrumento spiritualis odoramenti sunt referti, nihilomi-
nus illo non vtuntur.

Genæ, quæ multis in locis sacræ paginæ leguntur exponi possunt genæ Ecclesiæ,
nimirum Sacerdotes, & concionatores Ecclesiam exornantes, qui in conspectu Po-
pulorum eminentes, tanquam in facie Ecclesiæ manifesti conspiciuntur.

Genæ verò sponsæ in Canticis, affectus animæ interiores ostendere possunt.
Cant. cap. 1. Quando autem in loco præcitato, genæ turturis nominantur, indicant virgines, cæ- D
terosq; pudicitiæ operam nauantes. Ibidem quoq; Genæ sicut areolæ aromatum
consitæ à pigmentarijs, sunt genæ mysticæ sponsi, nempe martyres Christi, qui
pro fide sanguinem effundere non dubitarunt: quare hi tanquam rubentes genæ di-
Isaiæ c. 50. cuntur, dum pulchritudo fidei Christianæ per hos diffunditur, & publicatur. De-
mùm quando apud Isaiam legitur genas meas dedi vellentibus: id, quoad litteram,
de Passione Christi intelligendum est.

Circa faciem. Inter quatuor Euangelistas legitur hominis facies, quæ Mattheum
denotare potest, quoniam Euangelij exordium ab humana generatione inchoauerit: quamuis hæc humana facies, iuxta mentem Diui Augustini, Diuum Marcum signi-
ficet qui Christum hominem demonstrat. Item quando in sacris litteris legitur,
quòd Deus in faciem hominis, spiraculum vitæ inspirauit: intelligendum est, Deum
omnes sensus capiti hominis communicasse: facies enim illo in loco tanquam pars

dignior,

dignior, & posteriorem sequentem trahens accipitur, vt Diuus Augustinus in libro de spiritu, & anima optimè, & eleganter explicauit.

Iam accedendum est ad os, quod in sacris paginis Deo attribuitur, & vis generatiua, & spiratiua appellatur, & potissimum in Canticis, vbi os sponsæ virtus Dei mentem illustrans exponitur. Immò os Dei ipse Christus, & lex oris Dei, lex Christi esse perhibetur. Quamuis interdum os Dei dicantur Prophetæ, per quos voluntatem suam nobis patefacit. Verùm quando in Psalmo trigesimo tertio fit mentio oris Dei, tunc ostenditur voluntas, mens, & cogitatio, quæ diuina præconia dissEminat. Os apertum post Hierosolymam deuastatam apud Ezechielem, significat Euangelium Christi, deleta Hierosolyma, toti terrarum orbi fuisse communicatum. Deniq; os, vnde ignis egreditur, vt legitur in Apocalypsi, os Ecclesiæ, nimirũ orationem significat. Apud Psalmographũ hæc habentur verba, non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto. Hilarius in Commentarijs ad Psalmos inquit indicari his verbis, quòd mysteria Ecclesiæ clanculum à Deo fabricata patefiunt, & diuulgantur. Pariter in historia Regum habetur: ex ore vetere recedere; sicq; traduntur verba otiosa ad hominem veterem spectantia esse prætermittenda. Et quando puer ab Eliseo ad vitam reuocatus septies oscitauit, mysticus sensus est, animam institutione septem munerum spiritualium firmandam, & muniendam esse.

Oris mystica.

Ezechiel. cap. 33.

Lib. 1. Reg. cap. 2.

Os habent, & non loquentur, vt est in Psalmo centesimo decimo tertio, hoc ad illos attinet, qui virtutem confessionis nouerunt, & quomodo confiteri debeant, nihilominus non confitentur. In Psalmo autem vigesimo primo. Aperuerunt super me os suum; hoc nihil aliud est, nisi os Iudæorum aduersus Christum in Passione reclusum: siquidem locutum est vanitatem, vt Psalmographus alibi expressit. Os verò peccatoris, & dolosi apertum est super me, vt constat in Psalmo centesimo octauo; hoc ad os Iudæ proditoris pertinet. Quandoquidem os loquens ingentia apud Danielem, spectat ad Antichristum, qui ore diabolico refertus erit. Quamuis omnes impij, & fraudulenti tali ore sint referti. De his etiam legitur in Psalmo quadragesimo nono os tuum abundauit malitia. Demum os velut contectum, vt extat in Leuitico, ad improbos, & Hæreticos attinet, quibus prohibenda est prædicatio, ne venenato sermone auditores inficiant.

Psalm. 143.

Daniel c. 7.

Leuit. c. 13.

Dentes latè candidiores leguntur in Genesi, qui iudicium nouissimæ diei candidum rectum, & iustum fore significant. Vel isti dentes candidi Ecclesiæ applicari possunt, cuius dentes Apostoli, & Concionatores esse feruntur, quoniã præmansum Dei Verbum auribus fidelium insinuant, & homines à criminibus, dente monitionis præcidendo, remouent. Dentes sicuti greges dicuntur in Canticis, qui monasias in Ecclesia indicare possunt, qui rebus mundanis exuti, fortes in doctrina, & rectis operibus tanquam dentes in gengiuis perstitunt. Alioquin per dentes peccantium, vt legitur in Psalmo tertio, Principes criminosorũ intelligendi sunt, quorum authoritate homines à societate iustorum præciduntur, & segregantur. Ideo dentes eorum Deus conteret, vt constat in Psalmo quinquagesimo septimo, dum homines improbi, & hæretici proprijs verbis confunduntur. Ad finem dens pateIdus nominatus in Prouerbijs comparatur homini, qui spem quamlibet in homine fragili collocat.

Cap. 49.

Cap. 4.

Prou. c. 25.

Lingua est membrum humanum non solum pro formanda voce, sed etiam pro dignoscendis saporibus præstantissimum, & assignatur Deo in Psalmo quadragesimo quarto. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Hæc autem lingua Dei ostendit vim generatiuam patris verbum producẽtis, dicitur q; calamus scribæ, quoniam verbum permanens protulit; vel etiam indicat spiritum diuinũ, per quem Deus humano generi arcana sua manifestat. Lingua autem erudita apud Isaiam, lingua Christi, & Concionatorum exponitur.

Cap. 50.

Alioquin lingua adhærens faucibus in Psalmo vigesimo primo, Christũ in Passione taciturnũ, vel Apostolos pariter in Passione silentes significat. Quamuis alij linguam adhærentem faucibus Christi, Ecclesiam minimè recedentem à præceptis eius exprimant. Aliter lingua sponsæ in Canticis sub qua mel, & lac continetur, mysticam animæ, aut Ecclesiæ linguam demonstrat, quæ licèt in conuersione peccantium verba aspera effundat: nihilominus sub ea quædam latibulatur dulcedo,

Cant. c. 4

pro-

propter quam nullo afficiuntur mœrore, ſed benignitate quadam recreantur. At
Cap.13. lingua hominum, & Angelorum, vt legitur libro primo ad Corynthios, pro perfecta
Cap.2 cognitione, & expoſitione myſteriorum vſurpari videtur. Rurſus in Actis Apoſto-
lorum ſpiritus diuinus linguis varijs apparuiſſe perhibetur, quoniam linguæ ſegre-
Iob cap. 5. gatæ in Eccleſia erant copulandæ.

Legimus apud Iob linguas flagello abſcondi, & Diuus Gregorius in morali do-
Lib.6 moral. ctrina, mentem, verbis cõtumelioſis auditis, minime vexari interpretatur. Et quan-
cap.19. do in Pſalmo quinquageſimo primo dicitur; tota die iniuſtitiam cogitauit lingua
ſua. Tunc lingua pro corde accipitur; quemadmodum in Pſalmo centeſimo vigeſi-
Iſaiæ c.41. mo quinto, vbi ſcribitur. Linguam exultatione repleri. Præterea apud Iſaiam lin- A
gua arefcere ſiti dicitur, quibus verbis monſtrãtur Ethnici, qui inter dogmata Phi-
Cap. 35. loſophorum veritatem doctrinæ Euangelicæ veluti aquam viuam deguſtarũt. Apud
eundem Iſaiam, linguam mutorum apertam Diuus Hieronymus Ethnicos vnum
Cap.32. Deum confitentes exponit. Ibidem linguam balborum velociter loquentem inter-
pretantur linguam Ethnicorum qui in aduentu Chriſti fidem catholicam amplexi ad
celebrandas Dei Omnipotentis laudes confugerunt.

Cap.20. Ex altera parte lingua in ſacris litteris multa mala ſignificat. Nam legimus apud
Iob, cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abſconder illud ſub lingua ſua. Ille
igitur occultat malum ſub lingua, quando illud non confiterur; quapropter Hypo-
crita illud præſtat, quando malitiam in mente latibulantem velamine blandi ſermo-
nis tegit. Malum igitur in lingua, & non ſub lingua eſſet, ſi Hypocrita loquendo B
Cap.16. prauitatem ſuam manifeſtaret. In Apocalypſi habemus linguas, quas dentibus dam-
nati præcidunt, quæ malas cordis cogitationes deſignant. In Pſalmo quinquageſi-
mo ſexto. Lingua eorum gladius acutus, linguam Iudæorum indicat, qui in Paſſio-
ne Chriſti hanc vocem. *Crucifige. Crucifige* pronunciarunt. At lingua doloſa in
Pſalmo centeſimo decimo nono linguam Dæmonum exprimit, qui ad lethalia crimi-
na varijs tentamentis homines hortantur; immo indicat etiam linguam Hæretico-
rum, & aliorum improborum, qui elanculum homines ad ſcelera trahunt. Agere do-
lum in lingua, vt legitur in Pſalmo decimo quarto, nil aliud eſt, niſi verbis pijs &
Cap.11. diuinis neſaria, & obſcæna permiſcere. Quando autem Iſaias ſcribit, quòd Domi-
nus deſolabit linguam maris Aegypti. Tunc lingua blaſphemiam, & Idolatriam
Hierẽ.c.18. Aegyptiorum oſtendit. Deniq; apud Hieremiam, hæc habentur verba. Venite
percutiamus eum lingua. Multi interpretes eruditi hæc verba ad accuſationem C
referunt.

Iam properandum eſt ad pectus. Quandoquidem pectus Chriſti in ſacris pagi-
nis arcanum Diuinæ Sapientiæ, & communicationem ſenſuum ſpiritualium ſignifi-
Exod. c.28. cat. Verùm pectus Aaron, vt legitur in Exodo deſignare poteſt Apoſtolos, qui
pectus Chriſti æmulantur. Pectus verò in Angelis ſummam virtutem, & vim ſal-
Daniel c.2. uandi exprimit. Pectus argenteum ſtatuæ apud Danielem eloquentiam, & doctri-
nam ſine charitate oſtendit. Deniq; faſcia pectoralis apud Hieremiam, doctrinam
Euangelicam manifeſtat.

Cor Deo attribuitur, & intelligitur arcanum illud diuinæ ſapientiæ, ex quo Ver-
Pſalm. 44. bum, ideſt filium ſuum abſq; initio genuit; ideoq; per Prophetam ſic loquitur Eru-
ctauit cor meum verbum bonum, innuens filium Ieſum Chriſtum altæ ſapientiæ my-
ſterio genitum, vt Eucherius notauit. Aliquando, per cor Dei, ſacra pagina intel- D
ligitur, in qua Deus Omnipotens cor ſuum explicat. Immò ille tacta cor Dei ope-
rari perhibetur, qui mandatis, & præceptis diuinis obtemperat. Alioquin cor in Ange-
lis eſt ſymbolum vitæ diuinam ſpeciem repræſentantis. Cor aliqd immutat Deus,
Lib. 3. Reg. cap.10. vt legitur in hiſtoria Regum, quando ſeptiformem diuini ſpiritus gratiã impertitus
eſt: ſiquidem Apoſtoli antea formidantes, poſt aduentum diuini ſpiritus, aduerſus
hoſtium impetum maximam fortitudinem ſunt adepti, quemadmodum in Actis Apo-
ſtolorum legitur.

Cor liquefactum, vt cera in Pſalmo vigeſimo primo, ſacra pagina olim implicita,
nunc explicita exponitur, vel eſt Eccleſia ante Chriſti Paſſionem dura, quæ in di-
uina paſſione tamquam cera liquefieri viſa eſt.

Cor dilatatum in pſalmo centeſimo decimo octauo indicat hominem ſapientia,
& cha-

& charitate hilarem. Cor turbatum in Psalmo centesimo quadragesimo secundo significat hominem ærumnis, & tentamentis vexatum, quibus omnino resistendum est. *Isaiæ c. 6.*

Ad cor altum accedere in Psalmo sexagesimo tertio, Diuus Augustinus arcana summi Dei cognoscere explicat. Cor excæcatum apud Isaiam, cor Iudæorum in aduentu Christi tenebricosa vertigine oppressum significat. Cor contritum in Psalmo quinquagesimo designat hominem semetipsum, & res mundanas aspernantem, qui in solum rerum diuinarum studium incumbit. Cor mundum in eodem Psalmo hominem sublimia tantùm meditantem ostendit. Item in Psalmo centesimo trigesi-
E mo septimo, cor Deo attribuere, nil aliud est, nisi omnes cogitationes, & cunctas operationes ad summum Deum tamquam ad supremam metam dirigere: quapropter in quotidiano Missæ sacrificio à Sacerdote hæc verba in præfatione recitantur. *Sursum corda.* vt omnes intelligant humanas cogitationes esse omittendas, & mentem ad cæleste domicilium dirigendam esse.

Cor induratum, & ingrauatum in Exodo ostendit hominem criminibus adeò obrutum, vt nullis perculsus calamitatibus resipiscat. Huic affine est cor lapideũ apud Ezechielem. Aliqui non ineptè exponunt primam originis labem, cum dicat Propheta. Auferam cor lapideum, & dabo vobis cor carneum, nempe baptismum, siuè propensionem ad Dei legem in baptismo per diuinum spiritum infundẽdam; ita exponit Galatinus. Cor sponsi in Canticis ostendit illum, qui sapientiam; & myste-
F ria quotidie meditatur. Cor inuenire, vt in historia Regum, significat peccatum abominari. Viciſſim in Psalmo quadragesimo nono: à corde relinqui, indicat animum ad crimina procliuem. Cor hominis datum bestiæ apud Danielem, denotat cor carneum illi concessum, qui iumentis insipientibus comparatur. Cor Regis perire dicitur apud Hieremiam, quando Principes, & Ecclesiæ Doctores à fide recedunt. In corde iniquitatem aspicere, vt constat in Psalmo sexagesimo quinto, D. Augustinus crimina amplecti interpretatur. Tandem cor, quia in intimis thoracis penetralibus latitat, ideo in sacris paginis pro re abdita sumitur. Immò pro sepulcro interdum vsurpatur, quod in visceribus terræ fabricatur, sicuti cor in pectore conditur: quapropter Christus in Euangelio sepulcrum cor terræ appellauit dicens: filius hominis erit in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. *Cap. 7. 8. & 9.* *Ezech. c. 36* *Cant. c. 5.* *L. 2. Reg. c. 6* *Daniel c. 7.* *Hier. c. 4.*

Brachia succedunt ponderandæ: quare brachia Dei patris filium, & diuinum spi-
G ritum significant, iuxta assertum Isaiæ, brachia mea populos iudicabunt: ita Diuus Augustinus in libro de essentia Diuinitatis exponit. Igitur non sine ratione multi Theologi brachium Domini filium interpretantur: cum Isaias proferat hæc verba. *Brachium Domini cui reuelatum est? Labores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.* Alioquin hoc brachium tanquam potentia, & iustitia Dei diuulgatur: etenim legitur in Psalmo vigesimo. *Donec annunciem brachium tuum generationi omni, quæ ventura est.* Item brachium excelsum in Psalmo cẽtesimo trigesimo quinto, designat Christum, vel eius virtutem, quæ in Passione sacrosanctam humani generis redemptionẽ operata est. *Isaiæ c. 51.*

At brachium legens spicas apud Isaiam demonstrat Apostolos, & concionato-
H res, qui aliquos ex Iudæis ad bonam frugem, & ad viam salutis traxerunt. Per brachium extensum apud Hieremiã, multi intelligunt illa prodigia, & miracula, quę summus opifex populum ab Aegypto reuocans patrauit. Quamuis alij interpretentur virtutem nominis diuini, quod nomen Moyses in plures ramos extendit, quando legem tulit. Lex enim nil aliud erat, quàm nomen Dei in nomina, & cognomina sua extensum, vt multi Theologi asseuerant. *Isaiæ c. 17* *Hier. c. 32.*

Quando Psalmographus scribit brachium hominis delinquentis conteri. Origenes intelligit brachium debilitatum; cum ad nullum opus misericordiæ, & beneficentiæ se extendat. Brachium autem à Deo proiectum apud Malachiam, Lauretus in Sylua allegoriarum, praua opera à Deo neglecta, & reiecta esse exprimit. Isaias aliquando hæc verba pronunciauit. Vir carnem brachij sui comedet. Multi exponunt hoc esse symbolum hominis rem alienam inuadentis, aut denotare ingrati ani-

Malach. c. 2 *Isaiæ c. 9.*

mi vitium; cum brachium totis viribus corpori famuletur, & cibum etiam ori porri-
gat, deinde ab homine tanti beneficij immemore deuoratur. Parauit Dominus
Iſaiæ c. 52 brachium ſanctum ſuum, ex ſententia Iſaiæ, in oculis omnium gentium: id paulò
ante fuit explicatum, quando de myſtica oculorum doctrina verba fiebant. Brachium
Zach. c. 11. arefactum apud Zachariam, Diuus Hieronymus potentiam Antichriſti profligatam,
Deut. c. 33. & diſſipatam intelligit. Tandem brachia ſempiterna, quæ habentur in Deutero-
nomio, iuxta Gloſſam interlinearem, ſignificant Chriſti Domini vindictam, qua
iniquos damnat, & iuſtos liberat. Poſteaquam ad brachia ſpectat cubitus, non erit
abſurdum in medium afferre aſſertum Ezechielis de illis, qui aſſumunt ceruica-
lia ſub omni cubito; ſic enim homines otioſi, & nimis delicati deſignantur. A

Manus multos ſenſus myſticos ſortitur. In primis pro authoritate, & potentia
ſumitur; & in hoc ſignificatu recitantur à Pſalmographo hæc verba, exaltetur manus
tua. Pariter Hieremias de ſumma Dei poteſtate ſermonem habens dixit. Sicut lu-
tum in manu figuli, ita & vos in manu mea Domus Iſrael; etenim ſacra pagina vbiq;
Myſtica manuum. clamat, in manu Dei ſunt omnes fines terræ, nimirum in poteſtate Dei. Aliter Theo-
logi per dextram ſuſcipientem, diuinam opem intelligunt; cum antiqua conſuetu-
dine receptum ſit, ad præſtandum auxilium, dextram porrigere, in qua magis, quàm
in ſiniſtra virtus, & aptitudo ad operandum reſidet. Propterea in Pſalmo ſexageſi-
mo tertio ad rem legitur. Tenuiſti manum dextram meam, ideſt, inſtar optimi aſ-
ſertoris, manum meâ apprehendiſti, & me de ſeruitute babylonica eduxiſti. Quam-
uis alij hunc locum aliter exponant; namq; per dextram manû à Deo apprehenſam, B
intelligunt meliora opera, quæ grato, & benigno animo à Deo ſuſcipiuntur. Neq;
hoc à ratione alienum eſſe videtur; propterea quod alibi, per manus, operationes
intelliguntur: vnde in Pſalmo ſeptuageſimo octauo legitur. Deum exquiſiui
manibus meis nocte coram eo. Manus igitur hoc in loco rectas denotant opera-
tiones, quæ noctu, nimirùm occultè, & tantummodo coram Deo fiunt. Idq; ma-
gis ſtabilitur, quoniam manus in Leuitico offerrentes hoſtiam Domino, opera à
Theologis exponuntur. Alioquin manus ſacrificio admotæ in eodem loco myſte-
ria theologica indicant; cum nobis ſufficiat illa leuiter tantùm attingere. cum
ſublimia contemplans comparetur illi, qui, vt caleſcat, manus ſolum igni admo-
uet, neq; illas vlterius porrigit, ne comburantur: pariter qui ſpeculando diuina
penetralia ingredi cupit, blaſphemiam incurrit, dum cœleſtium arcanorum intel-
lectûm aſſequi nequit. Huius rei ſymbolum fuit populus Iſraeliticus, qui in mon- C
tem Domini non aſcendebat, ſed iuxta montis radices, conſtituta corona, de-
ſidebat.

Pariter manus in hac doctrina myſtica Deo aſſignantur: vt in Exodo manus valida
Exod. c. 3. manum Dei demonſtrat; hæc autem manus dicitur Chriſtus filius, per quem pater
omnia operatur. Item apud Iſaiam, manus mea hæc omnia fecit, Eucherius per hãc
manum, filium intelligit. Alioquin manus Dei, ſecundùm alios, ſunt filius, & diuinus
ſpiritus.

Myſtica manuum. Cæterùm manus Dei in Pſalmo centeſimo decimo octauo vocãtur Angeli, vel
Apoſtoli, vel Concionatores, per quos tanquam per miniſtros Deus agit. Amplius
dextra, & læua in Deo conſiderantur. A dextra, per filium Dei, lex gratiæ, & mi-
ſericordiæ dimanat; hac de re filius ſemper in dextra Dei eſſe dicitur; namq; ab hac D
manu liberalitas, benignitas, & omnia grata, & iucunda proueniunt; ideoq; in Pſal-
mo centeſimo decimo Chriſtus iuxta patris dextram ſedere videtur; hinc Theologi,
per ſeſſionem, requiem, & delectationem diuini imperij, & patri, & filio propriam,
& honore æqualem intelligunt. Itaq; per dextram Dei, immenſam eius benigni-
tatẽ, & viciſſim per læuam, flagella ſeuera, quibus puniuntur criminoſi, interpreta-
Cap. 19. ri debemus. Manus in Angelis virtutem agentem indicant; quemadmodũ in Geneſi
legitur, quando Lot apprehenſus fuit.

Modo accedendum eſt ad myſticum eorum ſenſum, quæ in manu Domini eſſe fe-
runtur. Primò apud Iſaiam, calyx in manu Domini eſſe dicitur, quando actu puni-
tionem exercet; item ventilabrum in manu Chriſti apud Matthæum, arbitrium iudi-
cialis poteſtatis deſignare poteſt. Pariter ſeptem ſtellæ in manu Chriſti, vt extat in
primo capite Apocalypſis, populos in eius dominio collocatos præſagiunt. Manus

Moyſis

Moysis eleuatæ in Exodo. preces, & orationes operationibus copulatas ostendunt; vel ostendunt manus Christi, qui in Cruce sacrosanctam humani generis redẽptionem operatus est. Lapis autem absq; manuaria ope abscissus apud Danielem, fuit symbolum ortus Christi, qui in vtero Mariæ semper Virginis, absq; humano opere formatus fuit. Insuper apud eundem Prophetam, manus in pariete scribens Christum iudicem, & condemnatorem exprimit. Item manus Abrahæ ad gladiũ extensa, vt legitur in Genesi, executionem Zeli Dei patris in filium propter humanum genus significat. *Exod. c.17.* *Dan.c.2.* *Genes.c.22.*

Manus hominis sub pennis animalium, vt constat apud Ezechielem, vitã actiuam
E à contemplatiua dependentem manifestant. Deniq; manuum ablutio in sacris paginis puritatem, & innocentiam parefacit. Hoc ex Deuteronomio colligitur; vbi, inuento hominis cadauere, & ignorato cædis authore, seniores ciuitatis ad locũ pollutum accedentes in deserta valle manus abluendo sacrificabant vt hac ratione, & ipsi, & omnis populus absoluerentur. Similiter Psalmographus fatetur se altare Domini circumdaturum, si prius cum innocentibus manus abluerit. Item Pilatus, quando crimen nefariæ in Christum latæ sententiæ delere voluit, innocentiam suam testificaturus coram populo manus lauit. Nam priscis temporibus hoc consuetũ erat, vt qui volebant manifestare se alicuius sceleris esse immunes, neq; vllum patratis facinoribus assensum præstitisse, in multorum hominum cætu, manus abluerent: quandoquidem ex illa manuum munditia, pariter, & animi candorem ostentare opinabantur. *Ezechiel.c.1.* *Deut.c.21.*
F

Ex altera parte manus in opposito etiam sensu sumuntur, & flagella identidem significant: in quo intellectu legitur illud apud Sophoniam. *Extendam manum meam super Iudam, & super habitantes Israel, & disperdam de loco hoc reliquias Baal.* quapropter Beatus Iob de calamitatibus, & ærumnis suis verba faciens inquit. *Manus Domini tetigit me.* Immò alibi in sacris litteris, vbi legitur. Firmasti super me manum tuam: hoc de flagello, & punitione intelligendum est. Quando Palestini, in historia Regum, arcam Domini in templum Dagonis idoli duxerũt, die adueniente, Dagon truncatis manibus in terram prolapsus est: quapropter eruditi interpretes, per manus truncatas, præsagiunt, cum doctrina Christi ad Ethnicos peruenisset, Idolorum manus abscindi, nempe præstigia, quibus mortalium oculi ludificabantur, dissipari, & deinceps Dæmonum potestatem aboleri. Manus habent, *Per manus aliquando flagella intelliguntur.* *Lib.1.*
G & non palpant in Psalmo centesimo decimo tertio dicuntur illi, qui rectas operationes norunt, neq; tamen earum fructum semel percipere nituntur. Manus Moysis leprosa in sinu locata, vt legitur in Exodo, opera iudæorum occultata, & tanquam inutilia ostendere potest: quamuis, secundùm alios, hæc Moysis manus symbolum Christi in sinu patris esse possit, vbi natura Diuinitatis refulgebat, sed quia aliquo modo à sinu per susceptionem carnis discesserat, inter iniquos fuit reputatus, at denuo per resurrectionem, sinum patris adiit. *Exod.c.4.*

Manus Ioseph super oculos patris in Genesi, insinuare possunt Regẽ Ieroboam ab eo descendentem, qui manum supra oculos Israel locasse perhibetur, quando populum ad idolatriam impulit. Manus violenta apud Iob fuit symbolum potestatis Ethnicorum aduersus Christum. Item manus impij apud eundem, exponuntur
H Iudæi Dæmonum ministri, qui Christum ad cruciamenta traxerunt. Tandem manus Pilati ablutæ apud Mattheum, opera gentium per Christum mundari præsagiunt. *Genes.c.46.* *Iob.c.5.* *Cap.25.*

Digiti in numero multitudinis Prophetas monstrare possunt, per quos Diuinus spiritus, afflatu suo, libros legis conscripsit. Quare huc respiciens Psalmographus, iuxta nonnullorum mentem, dicebat. Videbo Cœlos tuos *opera digitorum tuorum.* Per Cœlos multi Prophetarum incitationem interpretantur, qua ducti tot admiranda de diuinis, atq; humanis rebus oracula disseminarunt. Digitus ergo plerũq; pro diuino spiritu in sacris litteris accipitur. Dicebat enim Christus in Euangelio. *Si in digito Dei ejcio Dæmonia, profectò venit in vos regnum Dei.* Diuus Gregorius hunc digitum exponit diuinum spiritum: nec præter rationem, quandoquidem vbi Diuus Marcus scribit: in digito Dei. Alius Euangelista legit: in spiritu Dei. Deniq; qui appendit tribus digitis molẽ terræ apud Salomonẽ; hoc Sanctiss. Trinitatis *Digitus quid.*

Deut. c.21. ſymbolum eſſe poteſt.

Vngubus muniuntur digiti. Quare vngues mulieris præcidendæ in Deuteronomio, ſunt ſymbolum ſcientiæ Ethnicorum, quæ prorſus reſecanda eſt. Et vnguis adamantinus, in quo peccatum Iudæ apud Ieremiam ſcriptum eſſe perhibetur, difficultatem huius delendi criminis patefacit. Cum igitur vnguis ſit finis corporis, & adamas ſit adeo durus, vt ferro ſecari nequeat; hinc fit vt nomine vnguis adamantini, æternus finis deſignetur.

Hierē. c.17

Iam deſcendamus ad ventrem, qui in ſacris litteris tanquam rationis, & mentis receptaculum collocatur. Nam quando apud Ieremiam legitur: ventrem meũ doleo; tunc non venter corporeus, ſed ſpiritualis intelligitur. Idq; magis explicatur A
Cant. c.7. in lectione Euangelica, vbi Chriſtus inquit: qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. At venter veluti aceruus tritici in Canticis, venter Mariæ ſem-
Iſaia c.5. per Virginis intelligitur, qui Chriſtum granum frumenti, & panem viuum nobis peperit: quapropter, apud Iſaiam, Deus Chriſtum à ventre vocauit. Venter autem ſponſi pariter in Canticis, humanam Chriſti naturam denotare poteſt. Amplius venter ſignificare poteſt ſinagogam, de qua Paulus egreſſus ad fidem Chriſti confugit; quemadmodum in epiſtola ad Galatas legitur. Similiter de hoc vētre egreſſus dicitur Chriſtus, quando, relictis Iudæis incredulis, ad Ethnicos tranſitũ fecit; veluti Ioſeph, relicto in manibus adulteræ pallio, aufugit.

In Pſalmo quadrageſimo tertio legitur: cõglutinatus eſt in terra venter noſter. Diuus Auguſtinus hominem rebus mundanis nimis adhærentem intelligit. At ven- B
ter impletus in Pſalmo decimo ſexto, ingluuiem & crapulam ſignificat: namq; Terentius aliquando dixit: pugnos in ventrem ingere. Donatus hunc locum ſic exponit:
Iſaia c.48. pugnos ingere in parafitos, qui inſatiabilem ventrem ſemper eſitando diſtendunt. Apud Iſaiam, Iſrael ex ventre tranſgreſſor vocatur, nimirum eo tempore, quo de terra Aegypti egreſſus eſt, quoniam à Deo quaſi in ventre geſtabatur. Demum venter ſtatuæ æneus apud Danielem, doctrinam reſpicientem cænodoxiã ſignificat.

Vmbilici myſtica.

Cæterùm quia ventrem exornat vmbilicus; ſciendum eſt vmbilicum in ſacris paginis ad concupiſcentiam referri: quandoquidem Ezechiel de Hieroſolyma profanara hæc protulit: *in qua die nata es non eſt excīſus vmbilicus tuus*. nimirũ anima ab origine minime ſeparata eſt, cum adhuc molliciei, & concupiſcentiæ adhæreat.

Antequam ad alias partes deſcendamus, nonnihil de vtero publicandum eſt. Si- C
quidem vterus Deo quoq; attribuitur. Habemus enim in Pſalmo centeſimo nono hæc verba. *Ex vtero ante luciferum genui te.* Hic vterus Dei patris indicat abditam ſubſtantiæ, vel eius eſſentiæ originem, ex qua, ineffabili modo ante omnia creata, filium ſibi conſubſtantialem, & coæternum genuit. Quamuis alij, per vterum Dei,
Vteri myſtica. iudicia Dei incomprehenſibilia exponant, quæ inueſtigare nemini conceſſum eſt. Item vterus, in quo Deus apud Iſaiam, Iudæos geſtaſſe dicitur, denotat iugẽ miſericordiã, qua criminoſos amplexus eſt; immò indicat Dei gratiam, in qua tãquam in vtero Iudæi fouebantur. Sed quoniam, in aduentu Domini frigore perfidiæ ve-
Iob cap. 38. luti conſtricti feruorem fidei, & charitatis amſerunt: ideoq; ex recondito gratiæ
Iob c.1. ſinu expulſi, quaſi glacies, vt extat apud Iob, de vtero Creatoris egreſſi ſunt. Rurſus apud Iob legitur: nudus egreſſus ſũ de vtero matris meę, & nudus reuertar illuc.

Per hæc verba deſcribitur ille, qui tentamentis vexatus cognoſcit ſe in fide per D
primam gratiam abſq; vllis meritis genitum, ſed poſt tentamenta, gnarus infirmitatis ſuæ, metuensq; ne virtutibus priuetur, magna animi demiſſione fultus ad gratiam redit, & quicquid virtutis poſſidet, ad diuinam opem refert. Vterus tandẽ matris in Pſalmo centeſimo trigeſimo octauo prauam mundi conſuetudinem ſignificat, ex qua emergit ille, qui diuino auxilio ad bonam frugem reducitur.

Sequuntur fæmora, genua, crura, & nates. Quoad fæmora, hæc, iuxta mentem Georgij Veneti, olim Solem generationis parentem deſignabant: propterea in ſacris paginis legitur, quòd Abraham miſſurus ſeruum ad inueſtigandam vxorẽ pro filio Iſaac, ex cuius prole Chriſtus erat naſciturus, ſupra fæmora iurare ei iuſſit. Rurſus fæmur Iacob, poſt pugnam cum Angelo peractam, claudicans denotabat fontem, vnde filij Iſrael emerſerunt, qui ſæpius in lege claudicarunt. Genuo minimè

me flectere dicuntur, qui fortitudine insigni sunt referti: quare hoc habetur in historia Regum. *Dereliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua sua ante Baal.* Hoc igitur idolum, cum esset peccati symbolum, homines genua non flectentes in fide firmatos esse indicabat. Verùm genua flectentes ante Ioseph, vt constat in Genesi, genua mentis ante Christum flectenda præsagiunt. *Lib. 3.*

Crura sponsi in canticis ostendunt Apostolos, per quos sponsus, nempe Christus totum terrarum orbem circuiuit, dum ipsi diuino sermone sacrosanctam Christi fidem inter populos disseminarunt: vt exponit Diuus Gregorius. Item crura Christi, iuxta priscam consuetudinem non fuerunt fracta: quandoquidem hæc Christi E crura, vt animaduerit Robertus Abbas, misericordiæ, & veritatis erant symbolum quæ duæ marmoreæ columnæ à nemine debilitari, neq; frangi possunt. Tandem crura detecta, vt extat apud Isaiam, turpitudinem criminum patefactam denotant, vt Diuus Gregorius in morali doctrina explicauit His addantur nates, quæ in sacris paginis partem ad crimina procliuem ostendunt. Item nates apud Isaiam detectę ignominiam significant. *Cant. c. 5.* *Isaiæ c. 47.* *Lt. 6. moral. cap. 11.*

Iam peruenimus ad pedes, qui à doctrina mystica non arcentur. Pes enim in prima lingua, ex Goropio, dicebatur Voet, quæ vox nutrire significat, & Diuino spiritui attribuitur, qui igneo suo calore, quod Pater plantauit, & filius sanauit, fouet, atq; nutrit. Pedes autem in Deo diuinam naturam, & stabilitatem æternitatis demonstrant; sub quibus pedibus in Psalmo decimo septimo caligo esse perhi- F betur, quoniam modus susceptæ à Deo carnis abditus, & incognitus fuit. Ostendunt etiam pedes firmitatem virtutis Dei, quia scribebat Isaias. Cœlum mihi sedes est, Terra autem scabellum pedum meorum.

Pedes insuper doctrina mystica Angelis assignat qui mobilitatem, seu potius celeritatem æterni cursus ad diuina properantis patefacere possunt: quocirca in Exodo, quando legitur: tetigit pedes meos. Aliqui id de Angelis intelligunt. Pedes animæ, præcipuæ potentiæ, scilicet intellectus, & voluntas esse feruntur, quibus ad bona, vel mala properat: idcirco pedes ligati apud Matthæum potentiæ impeditæ designantur. Quamuis pedes vincti apud Platonem, vt Ficinus interpretatur, ostendant ipsos non duci, neq; progredi, sed violentia quadam raptari Huc respexit Psalmographus dicens: pes meus stetit in directo, alludens ad intellectũ, & co- *Lib. 10. de Repub.* gitationem, nam sicuti pedes nos quocunq; ducunt, ita cogitationes ad bonũ, vel *Psalm. 25.* G malum peragendum nos trahunt. *Exod. c. 4.* *Cap. 22.*

Pedes Christi designant illius humanitatem, quam etiam ostentant pedes agni, vt in Exodo habetur. Immo pedes Christi, qui currunt ad pacem conciliandam, sunt infimi in Ecclesia, Apostoli, Concionatores, necnon animo demisso præditi, qui in operibus misericordiæ in dies se exercent. Pedes demum Christi loti, & liniti à peccatrice apud Lucam, misericordiam, & iudicium demonstrare possunt: vel etiam, iuxta sententiam Clementis Alexandrini, Apostolos prophetica prænotione delibutos significant, qui suaue diuini spiritus vnguentum participarunt. Pedes quoq; Sanctorum, quos seruat Dominus in historia Regum, fortitudinem, & animi demissionem manifestant: quandoquidem fortitudine in rebus aduersis, & animi demissione in prosperis incolumes seruamur. *Exod. c. 12.* *Luc. c. 7.* *L. 2. pedag. cap. 8.*

H Modò quid pedes calceati, vel discalceati præsagiant, considerandum est. Etenim iussit Dominus Apostolis ad doctrinam Euangelicam disseminandam profecturis, vt se calceamentis exuerent, quoniam fælicissimæ vitæ perpetuitatem annunciarent, omni mortalitatis nota carere debent: siquidem calceus nonnihil mortalitatis possidet, cum ex pellibus mortuorum animalium concinnetur. Hinc Sacerdotes Aegyptij, referente Pierio Valeriano, ad hoc cauendum, calceos ex papyro paratos induebant. Item Moyses ad montem Dei accessurus, pedes suos calceis exuere iussus est, cum interesset illius, qui in loco sancto consistere velit, nihil mortalitatis secum habere. Quamuis per pedes Moysis discalceatos in Exodo, nonnulli extrema tempora interpretentur, quibus à lege demissa est Sinagoga, vt Christus eam doceret, sed paulò inferius in Exodo pedes calceati rectas operationes cum debitis attributis demonstrant; ideoq; à nuditate abhorrere debent, vt opera rectum effectum fortiantur. *L. 1. reg. c. 2.* *Exod. c. 3* *Cap. 12.*

Pes dexter, qui in Leuitico illinitur, directionem operationum in bonam frugem
Leuit. c. 8. significat. Pes intinctus in sanguine, iuxta Psalmum sexagesimum septimum, cuiuscumq; carnem in Passione Christi abluendam designat. Pes scandalizans apud
Matth. c. 18 Mattheum, potest ostendere illos, qui, affectione diuino amori præposita, à regno cœlesti excluduntur: propterea talis pes est abscindendus. Pes superbiæ in Psalmo trigesimo quinto patefacere potest illos, qui fulgore suæ fortunæ insolenter gloriantur, vnde recessus à Deo dimanare solet. Demum pedem in aqua Iordanis
Cap. 3. ponere apud Iosuem, nil aliud est, nisi occulta diligenter inuestigare plerũq; tamen in sacris litteris, pedes affectus voluptuosi symbolum esse perhibentur: quapropter in Cœna Domini pedes Discipulorum lauantur, vt detersa omni labe animi, ad sa- A
crum Eucharestiæ munus nitidi accederent.

Siquidem pro cogitationibus pedes, etiam vsurpantur, quæ pietatem animi nostri, instar pedum, sustinent, atq; regunt; & in hoc intellectu leguntur illa verba Psalmi septuagesimi secundi. *Mei autem pene moti sunt pedes pene effusi sunt gressus mei.* Alioquin in Psalmo centesimo vigesimo primo. *Stantes erant pedes nostri in atriis tuis.* mentis, & fidei stabilitatem significant. Aliter de malesidis in Psalmo decimo septimo dicitur. Claudicauerunt aberrantes à semita.

Item in Psalmo centesimo decimo tertio pedes habent, & non ambulant, vocantur illi, qui perfectam callentes scientiam, nullum tamen in ea progressum faciunt. Denique per verba huius Deuteronomij. *Qui appropinquant pedibus eius doctrinæ illius aliquid assequentur.* Hi diuinæ sapientiæ interpretes exponuntur. Denuo pedi las- B
Prouerb. 25 so in Prouerbijs comparatur ille, qui die horrida iudicij, spem in homine collocat. Ad finem quando Psalmographus inquit: impositisti homines supra capita nostra. Alij legunt imposuisti pedes: vtcumq; sit: Clarissimi viri exponunt: concessisti alijs de nobis triumphum: quandoquidem erat solemnis consuetudo Regum triumphantium corpora captiuorum pedibus conculcare.

Supersunt adhuc partes pedis, scilicet digitus, planta, & calcaneus ponderandæ.
L 9. Hierogl Pedis digitus in prima lingua, vt notat Goropius nominabatur Zeen, quod vocabulum exponitur ad vnum: quare in doctrina mystica significabit nos ab imis principijs operum nostrorum ad vnum debere spectare. Similiter planta pedis in prima lingua plant appellabatur, si veritatem fassus est Goropius, quæ vox plantare exponitur, & Deo Patri assignatur: cum dixerit Dominus: omnis plantatio, quam non
C plantauit pater meus, eradicabitur.

Item pedis calcaneus in prima lingua dicebatur Hiel, siue Heel, quod vocabulum exponitur, sana, & in integrum restitue, & Filio attribuitur, ad quem salus humani
Calcanei mystica. generis accepta refertur. Alioquin calcaneus, in sacris paginis, significat imbecillitatem mentis: idcirco Deus in Genesi dixit serpenti: homo tuum obseruauit caput, & tu illius calcaneum, nimirum imbecillitatem mentis, quæ facile peruertitur. Nisi velimus cum Philone asseuerare calcaneum esse illam partem animæ, quæ terrestri naturæ adhæret, & ad voluptates valde procliuis est. Aliter calcaneus pro termino actionis vsurpatur; ideo Psalmographus in hoc intellectu scribebat: ipsi calcaneum meum obseruabunt.

Cap. 2. Ossa ab hac doctrina non sunt remouenda. Etenim os ex ossibus Adæ, vt habetur in Genesi, significat Ecclesiam, quæ est velutis Christi; quandoquidem exos- D
Ossa. se, vel fortitudine Christi dimanauit. Immo ossa in Psalmo quinquagesimo populum Ecclesiæ ostendere possunt. At in Psalmo vigesimo primo omnia ossa mea dispersa indicant Apostolos, qui in Passione Christi dispersi aufugerunt, vel iuxta Glossam interlinearem, quando post resurrectionem, ad verba euangelica dissemi-
nanda, tanquam oues inter lupos in varias orbis regiones se contulerunt. Nam, per
Ezechiel. c. 37. ossa quoq; dispersa apud Ezechielem, Christi fideles in varijs dispersi regionibus intelliguntur, qui tandem ad nouissimum iudicium properabunt: nisi velimus designare Ethnicos; vbiq; sparsos, qui ad fidem Christi identidem confluunt. Verùm ossa dissipata secus Inferorum in Psalmo quadragesimo supra centesimum, corpora Martyrum possunt significare, quæ supra vim naturæ à terra eruperunt, & die po-
Isaiæ c. 66. strema erumpent: quemadmodum ossa geminantia, vt herba apud Isaiam, gloriosa corpora in resurrectione manifestant. At per ossa humiliata apud Psalmographum

multis

multis in locis, virtutes, & animi motus designantur. Vicissim ossa inueterata in Psalmo trigesimo primo, virtutes peccatis diminui, & dissipari ostendunt: vel iuxta sententiam Diui Augustini, vires mentis labefactari denotant. Quemadmodum in Psalmo primo supra centesimum, ossa arescentia virtutes deficientes patefaciūt: vel ossa arescentia, vt cremium in eodem Psalmo, iuxta expositionem Laureti in sylua allegoriarum, animam amittere omnem delectationem boni significant. Pariter in Psalmo trigesimo tertio, custodit Dominus omnia ossa eorum, tunc animæ virtutes roboratæ, vel actiones fortes ex virtutibus dimanantes intelliguntur. Ossa verò mortuorum apud Ezechielem designant illa opera, quæ speciem iusti præ se *Ezech.c.24* *Iob c.21.*
E ferunt.

Per ossa medullis irrigata apud Iob, homines improbi notantur, qui publicis munijs cumulantur, necnon dignitatibus, & honoribus irrigantur. Similiter apud eum- *Cap. 40.*
dem Iob, ossa Behemoth sunt fortiores in vitijs, qui maximam labem in dies contrahunt. Demum ossa filiorum Israel circum aras dispersa apud Ezechielem signi- *Ezech.c.6.*
ficant Hæresiarchas, ex mente Diui Hieronymi, qui circa suos errores confunduntur, & propterea à se inuicem segregantur.

Postremo loco cutem, vel pellem debemus ponderare, quam in sacris litteris aliqui meretricem interpretantur: quandoquidem legitur in Leuitico vestem, vel pel- *Leuit.c.15.*
lem, quam habent, lauabit aqua. Hunc locum Hesychius Hierosolymitanus ad meretricem refert, nec præter rationem; cum olim Romanis meretrices scorta appel-
F larentur à pellibus scorteis, quibus pro stratis vtebantur. Præterquamquód, cutis nomine, illi potissimum intelliguntur, qui in exteriora tantummodo, & mundana incumbunt. Amplius in Leuitico, lucens candor in cute claritatem Euangelicæ do- *Cap.31.*
ctrinæ, & sensum spiritualem manifestat: quemadmodum vicissim si cutis non sit tota candida, suspitionem criminum præsagit.

MYSTICA DE HOMINE.

G HACTENVS mystica singulas corporis partes respicientia examinauimus, modo nostra interest ad mystica toti homini conuenientia mentem dirigere, vt hæc doctrina perfecta habeatur. Primitus animaduertendum, quòd nomen masculi in diuinis litteris, hominē virtutibus perfectum, & fortem significat: cum vicissim mulier sit tantæ imperfectionis, & debilitatis, vt Salomon in sapientia, hæc verba prodiderit; melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens. Immò iubet Dominus mares, tantummodo prolis Aronis sacrificato velci, quia non omnium partes sunt de rebus diuinis disputare; cum id deceat illum, qui in cogitationibus nihil fœmineum participat. Legitur ergo in Epistola ad Galatas. *Postquam factum sum vir.* hoc in loco, vir, iuxta *Cap.4.*
sententiam Clementis Alexandrini, significat Christi fidelem: quemadmodū infans denotat Iudæum: quandoquidem Diuus Paulus sectans legem infans dicebatur,
H deinde meditans spectantia ad Christum, quem diuinæ litteræ virum vocant, tunc vir euasit.

Posteaquam incidimus in pueros, nonnulla de his mystica ponderanda sunt. Si- *Matth.c.18*
quidem apud Mattheum hæc verba leguntur: *Nisi efficiamini sicuti parvuli isti.* Cle- *Lib.1.Peda*
mens Alexandrinus, per hos paruulos, homines cælestia regna affectantes intelli- *gogi c.5.*
git, qui solum Deum patrem habere debent: veluti pusiones patri suo tantùm blandiantur, &, noxa leui accepta, ad illum tantummodò confugiunt. Nisi velimus, per *Psalm. 112*
paruulos, cunctos homines iustos perfectos, & innocuos intelligere, de quibus scripsit Psalmographus. *Laudate pueri Dominum.* cum spectet præcipuè ad homines scelerum immunes diuina præconia celebrare. Quando verò in historia Regū, pueri, *Lib.4.Regū*
Eliseo conspecto, clamauerunt. *Ascende Calue.* *cap.2.*

Lauretus in sylua allegoriarum, ascensum Christi ad Caluariæ locum interpretatur. At puella mortua nondum tamen ab ædibus elata, quam Christus ad vitam reuo-

reuocauit, indicat animam prauæ aſſentientem cogitationi, quæ tamen nondum effectum ſuum ſortita eſt. Hæc igitur anima intus mortua, per Dei gratiam reuiuiſcens ad Dominum reuertitur. Verùm adoleſcens mortuus, quem Dominus extra portam ad vitales auras reuocarum matri ſuæ reſtituit, demonſtrat animam aſſentientem prauis cogitationibus, quæ effectum ſuum ſortitæ ſunt: nihilominus quia eam pœnituit, propterea Dominus illam gratiæ matris Eccleſiæ reſtituit. Lazarus verò, qui iam quatriduanus putebat à Domino vitæ redditus manifeſtat animam crimimibus comatendis aſſuetam, quæ peccatis inuoluta, veluti in illis ſepulta fœtet: veruntamen Dominus miſericordiæ parens, hanc quoq. ex ſententia D. Auguſtini, gratiæ reſtituit. A

Iam accedendum eſt ad nomen viri, atq; hominis, vt quid in myſtica doctrina ſignificet, ponderemus. Vir Dei, qui reprehendit Ieroboam, atq; brachium eius areſecit, & poſtea ſanauit, neq; cum eo inuitante cibum ſumere voluit, & deinde in via deceptus à Propheta comedens interijt, vt habetur in hiſtoria Regum, denotat illos, qui ob magna quædam opera inſolenter gloriantur, & poſtmodum, permittente Deo, magna peccant. Vir iuxta cor Dei in præcitata hiſtoria, eſt homo charitate imbutus, qui Deo ſummopere gratificatur. Alioquin, per virum Dei, multi cætum Apoſtolorum intelligunt. Sicuti vir indutus veſtibus albis eleuans dextram, & ſiniſtram ad Cœlum, quem Daniel conſpicatus eſt, Angelum demonſtrat.

Lib. 3. Reg. c.13.

Lib. 1. Reg. c.13.

Daniel c.18

At vir afferens mille argenteos pro fructu vineæ in Canticis, eſt homo, qui voluptates, & res mundanas pro Chriſto aſpernatur. Vir diues auferens ouem pauperis B in Hiſtoria Regum, eſt Chriſtus humanum genus redimens, ipſumq; à diabolicis inſidijs liberans, qui aliter vocatus eſt vir dolorum apud Iſaiam, eum varios cruciatus in paſſione ſubierit. Immò vir etiam voluntatis Dei fuit appellatus; cum in omnibus rebus voluntati diuinæ ſatisfecerit. Item vir rixæ, & diſcordiæ apud Ieremiam vocatus eſt, quoniam poſitus eſt in ſignum, cui contradicetur. Hinc nominatus eſt vir dextræ Dei in Pſalmo ſeptuageſimo nono. Immò in Exodo vir pugnæ Deus Iehoua nomen eius, Chriſtum Dominum cum hoſte humani generis prælliaturum & tandem victoriam relaturum ſignificat. Pariter iuxta Zachariam, vir equitãs equum ſanguineum ſtans inter myrtos in conualle, ex mente Galatini, Chriſtũ Dominum inter viros iuſtos morantem oſtendit, ſed equus ſignificat corpus Domini noſtri, quod in ara Crucis ruborem ſanguinis erat adepturus.

Cant.c.8.

Lib. 2. Reg. c.12.

Ierem.c.15.

Exod.c. 15.

Zach.c.1.

Alioquin vir pugnator in Exodo vocatur Dominus Deus, cum nemo eius poteſtati reluctari poſsit. His additur vir, quem Hieruſalem proijcit apud Ezechielem, quoniam eſt ſymbolum verbi Dei, quod anima peccans aſpernatur. Vir vnus ex acie fugiens, & arcam eſſe captam nuncians, vt legitur in Hiſtoria Regũ, cõcionatorem ex Iudæis ad fidem properantem, nempe Paulum Apoſtolum oſtentat. Item vir pugnans contra fratrem ſuum apud Iſaiam, iuxta mentem Diui Hieronymi, hominem, relictis rebus prætioſis, & carioribus, ad Chriſtum accedentem repræſentat. At vir vnus perſequens mille homines, vt conſtat apud Iſaiam, eruditum doctorem vires Hæreticorum profligantem deſignat. Immo vir, qui non roborabitur in fortitudine ſua, vt extat in Hiſtoria Regum, eſt homo in diuina doctrina fortis, ſine qua omnis fortitudo nihil æſtimatur. Viciſsim vir linguoſus, & iniuſtus iuxta Pſalmum trigeſimum nonum ſupra centeſimum, exponi poteſt Iudas; & vir teſticulis auulſis in- D dicat hominem antea piam ducentem vitam, & tractu temporis, ad nequitias incumbentem; namq; cum teſtes ſint indicia virtutis, pariter vice verſa euitario mollitiem ſignificabit. C

Ezech.c.16

Lib.1.c.4.

Iſa.c.30.

Lib.1.c.2.

Nomen viri; in numero multitudinis, myſticos ſenſus in ſacris Bĩblijs nõ paucos fortitur. Siquidem in Numeris, viri duo portantes botrum in vecte poſſunt ſpectare ad duos latrones cum Chriſto crucifixos, aut deſignare poſſunt populum Iudaicum præcedentem, & terga Chriſto dantem, necnon populum Ethnicorum ſequentem, conſequenterq; faciem Chriſti contemplantem. Vel duplicem Chriſti amorem, nimirum in Patrem, & in homines, ſiue duo teſtamenta, in quibus continetur Chriſtus, manifeſtant.

Numer.cap. 13.

Per viros tres, qui Abrahæ in Geneſi apparuerunt, poſſumus intelligere aduentum Chriſti, quem Moyſes, & Elias comitantur; nempe alter, per legem, aduentum

Geneſ.c.18.

Domini

Domini prædicans, alter verò circa Mundi finem, aduentum iudicij præueniens. Per viros quinq; qui Iudæis opitulaturi apparuerunt, vt extat in Machabeis, Georgius Ederus quinq; libros Moyſis intelligit. Et quinq; viri mulieris Samaritanæ apud Ioannem erant quinq; ſenſus, quibus illa ante tempus rationis regebatur; nam vir huius mulieris erat ſpiritus rationalis, qui non erat vir, quoniam ei non obtemperabat; aut vir, qui non erat vir, erat error adulterij, in quo tunc verſabatur. Viri duodecim Patriarchæ nuncupati denotant omnes patres duodecim Tribuum, qui in primo ſtatu vſq; ad Chriſtum fuerunt. Immo duodecim Principes, qui in Deſerto ceciderunt, cum his, qui ab Aegypto ſunt egreſſi, duodecim Apoſtolos cum ſucceſſoribus oſtendere poſſunt. Viri fortes ſexaginta, in Canticis, lectum Salomonis ſtipantes, Diuus Gregorius interprætatur Sãctos, qui verbis, & exemplis ſanctam mentem muniunt, in qua Chriſtus Dominus quieſcit. Tandem viri mille in monte Bethel Saul aſſociantes, vt legitur in Hiſtoria Regum, à Diuo Gregorio exponuntur viri Eccleſiam propugnaturi, qui ſuo Principi Eccleſiaſtico adhærent.

Lib. 2. Machab. c. 10.
Io. 4.
Cant. c. 3.
Lib. 1. Reg c. 13.

Superſunt adhuc viri in numero multitudinis conſtituti qui animaduerſione indigent; vt viri exercitus in Numeris, qui pugnauerunt, hi dicuntur eſſe, qui omne vitiorum genus exterminarunt. Viri virtutis, in Machabeis, applicantes ſe ad ciuitatem Ephron, à Laureto declarantur tot Doctores ſenſum ſpiritualẽ penetrantes, vt criminoſos à vitijs ad bonam frugem reuocare poſſint.

Num. c. 31.
Lib. 1. Machab. c. 5.

Viri diuitiarum in pſalmo ſeptuageſimo quinto nominantur illi, qui ſuas nõ poſſident diuitias; immò ipſi à diuitijs poſſidentur, propterea ſomnum ſuum, nõ autem Chriſti dormire perhibentur.

Viri Iuda, qui cum Dauid, in Hiſtoria Regum, ad arcam deducendam progrediebantur, poſſunt nuncupari populi fideles, qui cum Chriſto ad Eccleſiæ amplificationem in dies incumbunt: quemadmodum fideles mutuam opem ſibi inuicem præſtantes, ex Diuo Hieronymo explicantur per viros apprehendentes manus proximi ſui apud Zachariam. Viciſſim viri Niniuitæ, apud Mattheum, Ethnicos ſignificant.

L. 2 reg. c. 6.
Zach. c. 14.
Matth. c. 12

Viri ſanguinum in Pſalmo trigeſimo octauo ſupra centeſimum vocari poſſunt Hæretici, qui prauis documentis animas interimunt, vel homines, qui adhuc in voluptuoſas, & venereas actiones incumbunt. Tandem viri Anathoth quærentes animam Hieremiæ, Iudæos, ſed potiſſimum Sacerdotes, & Scribas aduerſus Chriſtum deſignant.

Modo ſe ſe offert nomen hominis, quod ſuis myſticis ſenſibus non caret: quandoquidem, hoc nomine, prius multa perfecta, & optima, nempe Chriſtus, Beata Maria ſemper Virgo. Angeli, mens, & perfecti viri intelliguntur; quamuis deinceps per hoc nomen multa etiam mala declarentur. Quoad primum, homo primus dicitur Adam de terra terrenus, ſecundus homo eſt Chriſtus de Cœlo cæleſtis, vt in Epiſtola ad Corynthios legitur. Propterea homo, quem Deus in Pſalmo ſexageſimo quarto aſſumpſiſſe perhibetur, humanitatem verbi Dei aſſumptam ſignificat. Vel talis homo iuxta mentem Laureti in ſylua allegoriarum, Eccleſiam, cuius caput eſt Chriſtus, demonſtrat.

Quo circa homo in Geneſi, quem Deus in Paradiſo collocauit, fuit ſymbolum Chriſti, qui in Eccleſia tanquam caput reſidet. Pariter homo apud Lucã centum oues poſſidens, exprimitur Chriſtus, qui Angelis, & hominibus dominatur. Idem Chriſtus eſt homo natus in Sion, quam in Pſalmo octuageſimo ſexto ipſe fundauit. Item in Pſalmo centeſimo octauo, homo redimens, & pauper, Chriſtus dicitur. Idem eſt ille homo paratus ad ferendum hircum in deſertum, vt habetur in Leuitico. Idem eſt ille homo, qui in Numeris, de Iſrael erat ſurrecturus. Immò Chriſtus eſt idem homo, cuius inimici, apud Micheam, ſunt eius domeſtici. Amplius Chriſtus erat ille homo, quem apud Ioannem Paraliticus expectabat, vt eum in piſcinam mergeret. Inſuper homo peregre profectus apud Mattheum ſignificat Chriſtum ad Cœlum aſcendentem, vt Origenes interprætatur. Demum Chriſtus eſt ille homo Rex, qui poſuit rationem cum ſeruis ſuis, & homo pater familias, vt apud Mattheum multis in locis legere poſſumus. Præterea Beata Maria ſemper Virgo, ſæpè homo nominatur: cum Chriſtus filius Hominis dicatur; appellatur autem Chriſtus filius hominis

Geneſ. c. 2.
Luc. c. 15.
Leuit. c. 16.
Num. c. 24.
Mich. c. 6.
Io. c. 5.
Matth. c. 25
Matth. c. 13 & c. 18.

nis, & non homo, quoniam licet ex genere Adam deſcendat, non tamen eſt verus homo, cum non ſit putredo: licet ſit vermis, & non homo, vt habetur apud Iob. Hic addamus quod homo primus, iuxta ſententiam Antiquiorum Rabinorum, denotat Matrem Redemptoris, quæ quoad materiam vnà cum Adam producta fuit, & ab ea Adam proceſſit: referunt enim Deum amore Meſſiæ. & eius matris mundum creaſſe, & de hoc primo homine intelligunt illud Prouerbium. *Iuſtus primus in lite ſua venit amicus eius, & inueſtigauit eum.* Hic primus homo, exponente Galatino, qui eſt mater Meſſiæ, ob quam ipſe filius hominis dicitur, iuſtus eſt in lite ſua, in qua accuſatur ab Aduerſarijs, quod in labe originis concepta ſit: vnde venit amicus eius, nempe Deus, & hanc litem inueſtigans, ſententiam tulit in Canticis dicens. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Nomen quoq; hominis Angelo quandoq; attribuitur: ſiquidem Angelis humana forma aſſignatur, quia mente vigeant vt homines videndi vim poſſideant, & ad imperandum, & regendum ſint idonei. *Prouerb. cap 18.* A

Cæterùm homo factus ad imaginem, & ſimilitudinem Dei in myſtica doctrina hominem interiorem denotat, qui in mente diuina extitit antequam Deus de limo terræ hominem exteriorem formaret: ideoq; quando in Numeris nominatur homo, intelligitur homo interior ſua alimenta, & indumenta poſſidens, quæ in homine exteriori requiruntur: eſt autem mens, vel ratio, vel anima: quando quidem illa, quæ ſunt hominis exterioris, ad interiorem referri poſſunt. *Num. c. 30.*

Hic igitur erit ille homo, qui apud Mattheum ſinapim in agro ſuo ſerens, theſaurum inuenit. Ad hoc confirmandum poſſumus in medium afferre illud Geneſis, vbi, nomine hominis, mens, & ratio deſignatur: verba ſunt hæc. *Non erat homo, qui operaretur terram.* Id exponitur quando mens ideam ſenſus non exercebat, Homo oſtendit etiam prophetam, & ſapientem: quandoquidem apud Iob, terra abſq; homine erant Ethnici ſine Prophetis. Idcirco homo, qui in Pſalmo centeſimo tertio præeſt beſtijs, demonſtrat virum perfectum, qui præſit rudibus. Item homo creatus, qui in Geneſi præſit piſcibus maris, & volatilibus Cœli, hominem nitum, & perfectum indicat, qui ſanctimonia, ſapientia, & doctrina alios antecellat. *Matth. c. 13* *Geneſ. c. 2.* B *Iob c. 38.*

Homo Soli iunctus maſculum procreare dicitur, vt legitur apud Platonem, idq; ſignificat, quod homo lumini diuino copulatus virile, & rectum opus operabatur: ſiquidem Sol ſupremæ lucis ſimulacrum eſſe perhibetur. Vice verſa homo terræ iunctus eſſe dicitur, quando concupiſcentiæ adhæret; quare tunc opus terreſtre, & fœminum procreat. Hocq; ſtabilitur ſententia, Pythagoræ aſſerentis oportere hominem fieri vnum; quibus verbis, myſticus ſenſus intelligendus eſt de homine Deo adhærente; nam Deus verè vnus eſt, & qui Deo adhæret cum eo vnus ſpiritus efficitur. Quapropter homo à Deo creatus fuit vnus, & non multi, quoniam, ex mente Diui Auguſtini, homo ad concordiam, & myſterium vnitatis fuit propagatus, vt hac ratione Dei imago in homine reſulgeret; hinc quemadmodũ ab vno Deo per creationem omnia, ſic ab vno homine per propagationem omnes dimanarent. C *Lib. 12. de Ciuit. Dom.*

Homo ferens amphoram aquæ, vt extat apud Marchum, eſt Moyſes ferens literam legis; non enim effertur proprio nomine, quia chriſtianum nomen nondum erat notum. *Cap. 14.*

Homo habens manum aridam, qui apud Lucam à Chriſto liberatus fuit, deſignat illum, qui nihil boni operatur, ſed poſtea à Chriſto ſanatus rectas operationes moliri incipit. Demum hominis figura inter quatuor animalia circa ſedem Dei in Apocalypſi denotat Diuum Mattheum Euangeliſtam circa humanitatem filij Dei verſantem, veluti etiam expoſuimus quando ſuperius de myſtica facie hominis diſſerebamus. *Luc. c. 6.* *Cap. 18.* D

Amplius nomen hominis in numero multitudinis ſuos ſortitur myſticos ſignificatus. Namq; homines multiplicati in Geneſi deſignare poſſunt vires rationales in virtutibus multiplicatas. Item homines Aegypti, & homines Regionis Amorrhæorum, qui duobus in locis Exodi leguntur, oſtendunt homines prophanos, qui in res mundanas, & voluptuoſas incumbunt. Tandem homines, & iumenta ſaluabis Domine, vt extat in Pſalmo trigeſimo quinto. Per hæc verba primo debemus intelligere homines perfectos, & iuſtos, deinde homines à ſenſu, & non à ratione ductos, qui etiã ſaluantur, dummodo perfectionem amplexi per viam ſalutis progrediantur. *Geneſ. c. 6.* *Exod. 8. et c. 34.*

Poſtea-

Posteaquam in vitia incidimus, non erit absurdum in calce huius rubricæ, sensus mysticos praui hominis manifestare. Namq; iuxta vitia hominem occupantia, homo vocatur iumentũ, homo serpens, homo vipera, & homo vulpes. Quocirca apud Mattheum homo non habens vestem nuptialem hominem criminosum, consequenterq; omnes vitijs deditos repræsentat. Item omnis homo dicitur mendax in Psalmo centesimo decimo quinto, iuxta tamen conditionem naturalem, cum ad fidem spectantia non attingat: hinc Paulus scribens ad Galatas tradit se loqui secundùm hominem, quando rudia docet. *Matth.c.22* *Cap.3.* *Cap.6.*

Pariter apud Paulum scribentem ad Romanos legitur homo vetus, nempe fidei
E expers: quemadmodum viciſſim homo nouus in eodem loco dicitur, qui per fidẽ ad rectum vitæ tramitem dirigitur. Homo ineptus ad redimendum, vt legitur in Psalmo quadragesimo octauo, exponitur purus homo, qui potius redemptione indiget: propterea non permittitur homo esse in tabernaculo Fœderis, quando Pontifex intrat in Sancta Sanctorum, quia cum ibi possint esse, iam non sunt homines, nimirum mortales, sed facti sunt Dij, vt in Leuitico habetur. Sumitur etiam homo pro puro homine apud Ieremiam, quando hæc verba prodidit. *Maledictus homo qui confidit in homine*. Insuper homo apud Mattheum, qui de Hierusalem in Hiericho descendens incidit in latrones, exponitur à Diuo Thoma Adam, qui à Diabolo superatus de statu pacis calamitatem incurrit. Homo autem inimicus, qui apud Matthẽũ superseminauit Zizania, indicat Diabolum, qui interdum homo inimicus appellatur.
F Item homo apud eundem Mattheum, per quem scandalum venit, demonstrat populum Iudaicum, qui non solum Christum negauit, sed etiam alios ad negationem compulit. Idem populus Iudæorum ostenditur ab homine habente immundũ spiritum apud Lucam. Quamuis homo in Exodo appelletur etiam Iudæus ad differentiam Ethnicorum. Homo pacis in Psalmo quadragesimo, exprimitur Iudas, qui osculo pacis Christum prodidit. Rursus homo parans mittere hircum in desertum, vt legitur in Leuitico, qui postea se lauabat, iuxta mentem Laureti in sylua Allegoriarum, exprimit Pilatum, qui Christum in Crucem mittere decreuerat; nihilominus lauit se, vt opera sua munda ostentaret. Deniq; homo, qui in Deuteronomio non suscitat semen patris, indicat sermonem hæreticum, qui oriens ex sacra pagina, filios Christo minime generat. *Gap.17.* *Matth.c.4.* *Cap.13.* *Cap.18.* *Luc.c.14.* *Exod.c.19.* *Leuit.c.6.* *Deut.c.25.*

G

MORALIA EX PARTIBVS humanis desumpta.

H QVEMADMODVM humanum corpus varijs integratum partibus, ijsdem tanquam instrumentis ad varia munia idoneis vtitur: assimiliter Ecclesia Dei varijs hominibus, tanquam partibus constituitur, per quos, tanquam per idonea instrumenta, varias functiones obit. Immo veluti humani corporis partium aliæ sunt animales motum, & sensum toti corpori communicantes, aliæ vocantur spirituales vitam corpori impertientes, & aliæ dicuntur naturales nutrimentum pro toto præparantes: pariter in Ecclesia sunt partes animales, nempe Præsules, qui alios regunt, partes spirituales erunt viri perfecti, & Deo in religiosam seruitutem dicati qui suis precibus vitam gratiæ alijs communicant; tandem partes naturales erunt Euangelij Præcones, qui diuinis præceptis animas hominum nutriunt. Verùm cum in corpore humano partes generationi destinatæ naturalibus partibus adscribantur: item in Ecclesia omnes viri doctrina insignes hoc generationis munus obire feruntur, dũ criminosos, quasi illos generando, gratiæ diuinæ restituunt: ad rem enim scribebat Apostolus ad Corynthios. *Ego per Euangelium vos genui.* *Lib.1.c.4.*

Cum igitur omnes humani corporis partes doctrinæ morali sint famulaturæ, operæ pretiũ esse duximus à capillis inchoare, & deinceps per cæteras partes ad plan-

tam

tam vſq; pedis deſcendere. Itaq; capilli caput tegendo exornant, & ornando muniunt; qui licèt ſæpè iuxta partem capitis anteriorem, vel ob raritatem cutis, vel ob defectum alimenti defluant; nihilominus pars poſterior capitis, vel ob cutem denſam, vel ob copiam humoris, illis nunquam caret: quare pars anterior iuuentutem, & pars poſterior ſenectutem repræſentat.

Senectus, & iuuentus.

Cum igitur iuuentus, vel ob defectum alimenti pietatis, vel ob raram in ſuperos obſeruantiam, rectis operibus careat; ſenectus tamen denſa, & munita precibus, & copioſo pietatis humore affluens in recta opera ſemper incumbit: iuxta illud Pſalmographi. *Senectus mea in miſericordia vberi.* Deinde obſeruandum eſt, quòd capilli à fumoſis exhalationibus producuntur: ideoq; quantò maior erit exhalationum copia, tantò copioſiori crine caput tegetur, quibus deficientibus, caput pilis priuatur: propterea humanus animus à capite, & cogitationes ab exhalationibus referuntur, quæ crines virtutum, & operum generare ſolent. Quamobrē quantò maior erit copia bonorum affectuum, tantò maior erit abundantia virtutum. Viciſſim quando crines virtutum recedunt; tunc animus rectis cogitationibus nudatur. Ad rem igitur legimus apud Mattheum. *Veſtri autem capitis omnes numerati ſunt.* Quandoquidem, iuxta ſententiam Ciceronis, ignorare non poteſt Deus, qua quiſq; mente ſit.

Cap. 10.

Inſuper capillorum canities ex frigiditate humoris alimentalis producitur, quia frigiditas albedinem generat. In ſenectute igitur, ob humoris frigidi abundantiam, crines albeſcunt: quapropter per canitiem, ſenectus intelligenda eſt, in qua frigus diuini timoris dominatur, hinc albedo caſtæ vitæ dimanat, cum ſenes copulares futuram vitam in dies meditentur; vt veritatem aſſequatur illud aſſertum Sapientiæ.

Cap. 4.

Canities ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata.

Poſteaquam de capillis ſermo habetur, hic quoq. nonnihil de pilis, & barba recenſendum eſt. Siquidem pili duri, & aſperi ſunt, quando à dura, & aſpera cute erumpunt: vnde in hac doctrina, pili operibus, & cutis affectui aſſimilantur: quocirca à duro affectu operationes nonniſi duræ, & vice verſa dimanare poterunt. Veluti

Cap. 3.

legitur apud Mattheum. *Bonus homo de bono theſauro ſuo profert bona, malus verò ſimiliter mala.* Pariter barba pilis integrata viri ornamentum eſſe perhibetur, mareſq: à fœminis ſeparat. Per barbam intelligenda eſt prudentia finem conſuetudinis exornans, quæ fœminas à viris, nempe improbos à probis, & criminoſos a virtute præditis diſtinguit.

Succedit caput, quod totius corporis fundamentum, & principium eſſe fertur, dum cæteræ partes ab illo ſenſum, & motum hauriunt. Cum igitur caput ſecunda valetudine fruitur, cætera membra rectas functiones obeunt, & viciſſim, capite laborante, cæteræ partes langueſcunt. Per caput, in hac doctrina, mens intelligitur, quæ ſi perfecta, & iuſta ſit, inde nonniſi rectæ operationes prodeunt. Viciſſim quando animus eſt maleficus, nonniſi mala opera generare poteſt. Amplius caput eſt tanquam caminus totius corporis, ad quem fumiferæ alimentorum exhalationes aſcendunt, ſed cum ſit copioſis refertum meatibus, alibilibus retentis, excrementitij vapores per poros euaneſcunt. Caput in hoc loco eſt Princeps, exhalationes ſunt ſubditorum petitiones, & querelæ ad Principem quotidie aſcendentes: quamobrem neceſſe eſt, vt hoc caput ſit foraminibus diſcretionis, & prudentiæ refertum, vt ſuperflua facile exeant, & neceſſaria tantummodo retineantur.

Capitis moralia.

In capite cerebrum clauditur, iuxta opinionem Medicorum, natura frigidum, & poſt cor immediatè generatum: quapropter cordi calidiſſimo opponitur, vt huius feruor alterius frigiditate temperetur. Per cerebrum poſſumus exprimere Beatam Mariam ſemper Virginem, quæ in corpore Eccleſiæ poſt cor, nempe poſt Chriſtum, primùm occupat locum. Itaq. hæc Virgo Miſericordiæ parens hunc cordi opponi perhibetur, dum ſuis precibus feruorem ſummi Iuris lenit, atq. temperat. Deinde cerebri frigiditas, & humiditas canitiem, ſicuti viciſſim caliditas, & ſiccitas caluitiem generare ſolet. Canities ſymbolum ſapientiæ eſſe dicitur, iuxta illud Sapientiæ.

Moralia cerebri.

Cap 4.

Cani ſunt ſenſus hominis. Caluities verò eleemoſynam denotat, quæ capillos diuitiarum tondet: propterea homo cerebro conſcientiæ, ob Dei timorem, frigido, & ob pietatem humido refertus, citò canitiem ſapientiæ adipiſcitur: iuxta illud Pſalmogra-

mographi. *Initium Sapientiæ eſt timor Domini.* Item homo vi charitatis calidus, & qui macereſcens ſit ſiccus, illicò caluitiem rerum mundanarum acquirit.

Frons, vt in Rubrica Phyſionomiæ fuit relatum, eſt illa capitis pars, in qua verecundia, honor, virtus, & animi conſtantia refulgent, præterea eſt pars dura, & iniuriæ aeris, patiens. Frons Eccleſiæ ab Apoſtolis, & martyribus repræſentatur, qui iniuriæ Tyrannorum patientes, Chriſti fidem pugnaciſſimè defenderunt. Naſus eſt *Moralia ad frontem attinentia.* iſſe, quo dores diſcriminans, & ſuauibus tantùm oblectatus, à tetris ſummoperè abhorret, deinde aerem inſpirat, & expirat. Naſus animæ eſt pietas, quæ diuina, & æterna ſuauitate delectata fœtorem voluptatum aſpernatur, deinde ſpiritum gratiæ E attrahens, orationis aerem emittit.

Præterea natura ſagax duobus oculis caput exornauit, vt alterius deficientis munus alter ſuppleret. Hæc igitur oculorum duplicatio charitatis conditionem docere poteſt, quæ, teſte Gregorio, inter duos ſaltem adminiſtratur, cum duo viri iuſti non voluptatibus, non conuiuijs, ſed communi vtilitati ſe natos eſſe arbitrantur. Rurſus oculi in parte profunda ſiti remota optimè intuentur, ſed oculi prominentes nonniſi proxima videre poſſunt. Oculi concaui ſunt viri perfecti, qui à rebus voluptuoſis ſegregati in profunda animi demiſſione morantes, remota, nimirũ ſublimia optimè contemplantur. Sed oculi prominentes ſunt homines ſuperbi, qui nihil aliud, niſi proximum præſentis fortunæ nitorem conſpicantur, & meditantur. Rurſus pupilla oculi cuncta videt, cum ſe ipſam intueri nequeat. Hæc ideo aſſimilatur homini, qui aliena vitia melius, quàm propria conſpicit, & in alienis negotijs rectius F quàm in proprijs ſe getit: quocirca ad rem Diuus Bernardus dicebat. *Multi multa ſciunt, & ſe ipſos neſciunt.* quid plura? Natura palpebram duplicauit, vt oculus vtraq; munitus externas iniurias facilè arcere poſſet. Ita oculus mentis duplici diſcretionis tegumento claudendus eſt, nempe illo, quod ſpiritualia, & altero, quod mundana reſpicit, ne indiſcriminatim aliquod noxium intuendo appetat. *Oculorum moralis doctrina.*

Natura quoq; aures humanas geminauit, vt caput in medio illarũ collocatũ vndiq; ſonorum differentias apprehenderet. Sic Iudex, & Confeſſarius in loco publico ſemper morari debent, vt facile querimonias, & crimina audire poſſint: iuxta illud Pſalmographi. *Auribus percipite, qui iudicatis orbem.* Niſi velimus, per caput inter aures, Chriſtum intelligere, qui ſemper inter homines reſidet, vt flagitatores non moleſtos exaudiat: iuxta aſſertum Pſalmographi. *Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures* G *eius in preces eorum.* *Aures.*

Dentes humanum os exornantes ſunt albi, duri, acuti, ordine quodam digeſti, labijs ſepti, necnon ad formandam vocem, & ad nutritionem corporis neceſſarij. Dentes Chriſti, vel Eccleſiæ ſunt Euangelij Precones, quibus peccantes mandendo ad ſe attrahunt: quapropter apud Ioannem dicebat Chriſtus. *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.* Sunt igitur hi caſtitate albi, ſeueritate acuti, ſtabilitate mentis duri, ordine quodam concordiæ digeſti, labijs animi demiſſionis circumdati, & tandem veritate doctrinæ ad nutriendum Eccleſiæ corpus, necnon ad vocem diuini encomij formandam neceſſarij. Alioquin dentes aſſimilantur illis, qui alienam famam mordicus laceſſunt. Sin dentes fuerint recti, & copulati, vitæ longitudinem, veluti rari, & curui breuitatem præſagiunt. Tales dentes ad Iudices, vel ſimiliares Principis comparari poſſunt, qui ſi bonis moribus fuerint coniuncti, & propter iuſtitiam recti, proculdubio in illa iuriſdictione diu verſabuntur: ſin ob diſcordiam fuerint rari, & ob iniuſtitiam curui, tunc in iuriſdictione paruum temporis ſpatium conſument. *Dentes qui. Cap. 3.*

Succedunt molles gingiuæ, quibus dentes altis radicibus nituntur. Hæ mollem benignitatis virtutem repræſentant, quæ in humano ore verſari debet, in qua poſtea dentes, nempe placida verba radicantur; iuxta illud Eccleſiaſtici. *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.* *Gingiuæ. Cap. 6.*

Lingua inſtrumentum guſtus, & orationis eſſe dicitur; quamobrem Euangelij Preco, in myſtico Eccleſiæ corpore, linguam Chriſti refert, ſiquidem, inſtar linguę, ſaporem profanorum à ſapore ſacrorum, & ſpiritualium diſcriminat, & orationem effundens diuina encomia, & gratiarum actiones celebrat. Labia ſunt partes molles totum dentium ordinem tegentes, hinc Precones Euangelij labia Eccleſiæ eſſe feruntur, per quos lingua Dei Patris, nimirum ſpiritus diuinus ad populum concio- *Lingua.* *Labia.*

nem habet. Hi igitur molles, & benigni eſſe debent, vt duritiem dentium, ideſq; ſeueritatem diuinæ iuſtitiæ emolliant, & temperent. Genæ poſtea ſunt partes faciei mollitiem, albedinem, & ruborem participantes, à quibus oſtenditur exterior conſuetudo, in qua moralis pulchritudo refulget. Hæc igitur mollitiem pietatis, ruborem charitatis, & alborem puritatis referre debet. Os ad nutritionem valde neceſſarium eſſe liquidò conſtat: quandoquidem niſi os cibaria præparans ad ſtomachum demandaret, proculdubio membra humana deficerent. Os in Eccleſia Dei eſt theologicæ ſapientiæ Doctor, qui cibum diuinæ doctrinæ diligenter examinatum membris, nempe auditoribus diſtribuit, vt eorum animam reficiat, atq; nutriat. Præterea obſeruandum eſt, os humanum eſſe paruum, cum bruta valdè amplo ore referta ſint: namq; homo rationis particeps ore paruo fuit à natura donatus, quia modicus ſermonis eſſet, & paucam alimenti quantitatem adhiberet: iuxta illud Prouerbiorum. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam. Os autem vaſtum in brutis, nimirum in criminoſis obſeruatur, quia non ſolum ſunt largiloqui, verùm etiã nulla vtuntur temperantia, quæ impetum appetitus moderari poſſit.

Gena.

Os.

Cap. 21.

Ab ore ad guttur faciendus eſt tranſitus, in quo duæ ad pulmones, & ad ſtomachum patent viæ, quarum prima aerem, altera verò cibum ad ventriculum defert. Guttur in morali doctrina ſignificat mentem duabus vijs, nempe affectionibus inſignitam, quarum altera ſpiritualis, altera voluptuoſa dicitur. Spiritualis eſt illa, per quam aer bonorum ad animam attinentium attrahitur, altera, per quam bona voluptuaria appetuntur. Itidem, ſcilicet in gutture aer, & cibus diuerſas ſortiuntur vias, quoniam aer per aſperam arteriam ad cor, cibus autem per oeſophagũ ad ventriculum deſcendit: quare, ob vicinam imminet periculum, ne portio cibi viã aeris, maximo patientis incommodo, ingrediatur. Cum igitur in morali doctrina, aer ſummum bonum, & cibus bonum fortuitum ſignificet, quorum primum cor, & alterum ſtomachum, nempe marſupium petit: ſæpè ſæpius impendet diſcrimen, ne bonum fortuitum viam cordis obſtruat: quemadmodum Auaris accidit, quorum diuitiæ à via marſupij aberrantes cor perunt, & ſuffocantes animam impediunt, quominus egenorum calamitates videre, & eorum querimonias audire poſſit. Idcirco quidam Poeta hominem auarum rei inſenſibili comparabat hunc in modum.

Guttur.

Auaro quid præſtet.

Arca tumet nummis, ſocios nec paſcere cogitat,
Si poſſet, miſeros paſceret, arca loqui.
Arca magis tuta eſt, quàm quæ tibi pondera ſeruat.
Arca tu, illa hominis nomine digna fuit.

In prædicta parte vox etiam formatur, quæ ſi fuerit ſuauis ærumnoſos exhilarat, amorem conciliat, laborem lenit, mentem à timore ad audaciam, ab ira ad Clementiam reuocat. Talis eſt vox diuinæ laudis, & optimæ eruditionis, quæ peccantibus ſpem, & lætitiam affert, pietatem erga Deum excitat, laborem, & mæſtitiam, per pœnitentiam lenit, ſicq; penes Deum, & homines præconium laudis ſibi conciliat. Itaq; vox optima, & perfecta editur, quando canales pulmonis erũt lenes, & excrementis inanes: namq; humore aliquo referti grauem, & inæqualem vocem reddunt. Hi canales repræſentant Euangelij Precones, & Theologicæ ſapientiæ Doctores, qui ſi fuerint lenes, & ab excrementis criminum alieni, ſuauem vocem, nempe doctrinam gratam populo effundent: ſin fuerint vitijs infecti ingratam eruditionem audientibus communicabunt: vnde ad rem Gregorius hæc verba proferebat. *Tunc authoritas, amittitur, quando vocem operatio non concomitatur.* iuxta illud vulgatum.

Voces moralis doctrinæ.

Tunc ſic cenſura, & tunc ſic exempla parantur,
Cum Doctor, alios quod monet, ipſe facit.

Etenim Maiores prauis exemplis mirandum in modum cæteros offendere ſolent ideo ad rem Scaliger in quodam epigrammate introducit iuuenem Priſcorum Deorum mores imitatum ſic loquentem.

Si vitia mihi quis vertit, quòd ſeruus amoris
Erro, quod omne oculis aucupor alitibus;
Ille Iouem ſciat, ac Ditem, Dominumq; profundi
Seruã cupidineo colla dediſſe iugo.

Sita-

Si tale atq; homini genus eſt imitabile Diuum,
Poſt Diuos, quodnam crimen amare meum eſt?

Itaq; ſicuti vox grauis, & rauca harmoniam perturbat, & aures audientiũ lædit; ita Improbi vocem grauem, & raucam edere dicuntur, dum frænum propriæ linguæ minimè cohibentes harmoniam honeſtæ conſuetudinis turbant, & hac voce viris probis, & perfectis ingrati eſſe feruntur. Demum hominis collum, velut & aliorum animantium fortitudinis ſymbolum eſſe ſolet; nam collo vincto, fortitudo animalis ſuperatur. Per collum intelligenda eſt loquela, cum vox in collo formari incipiat: *Collum.*
in hac magna animæ vis reſidet: non enim quis poteſt vnquam à Diabolo ſuperari,
E donec opem diuinam implorare, & crimina confiteri poſſit: iuxta illud Iſaiæ. *Con-* *Cap.52.*
ſurge Hierusalem, ſolue vincula colli tui captiua filia Sion. Anhelitus quoq; in hac parte celebratur, dum maior copia aeris attrahitur, quàm emittitur, at ratio inde oritur, quoniam magna aeris portio nutritioni ſpirituum famulatur: hic aer attractus beneficia à Deo in nos collata ſignificat, quemadmodum aer emiſſus noſtram in Deum ſeruitutem denotat. Plus ergo aeris recipitur, quàm emittitur, quoniam diuina erga nos beneficia multò plura ſunt, quam quæ Deo retribuere poſſimus. Non immerito igitur Pſalmographus ſcribebat. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* quaſi inferre vellet, fieri minimè poſſe, vt Deo ex condigno ſatisfaciamus.

Iam deſcendendum eſt ad pectus, in quo cor pars præcipua à natura primum formata latibulatur. Cor in homine interiore eſt recta conſcientia, quam vnuſquiſq; F virtutibus exornatam primùm fabricare debet. Deinde cum cor fons caloris, & vi- *Cordis me-*
tæ eſſe feratur, ipſo læſo, animal ad interitum properat. Cor rectum in Deũ fidem *ralia.*
repræſentare poteſt, vnde calor charitatis, necnon vita virtutis, & gratiæ dimanat: cum ſcripſerit Abachuch. Iuſtus ex fide viuit, quæ læſa proculdubio interitum *Cap.2.*
animæ, & corporis progignit. Inſuper cor in medio pectoris reſidens cæteris partibus vitam impertitur. Cor Præſul eſſe dicitur, qui in medio Eccleſiæ ſedens, vitam gratiæ, & ſapientiæ cuicumq. communicat. Immò cum cor à cura de nominatum fuerit; mens animæ merito nomine cordis erat appellanda, quoniam propria ſalus illi curæ eſſe debeat. Rurſus cor varijs gaudet prærogatiuis. Primò iugi motu afficitur, dum conſtringitur, & dilatatur. Pariter cor humanæ affectionis in aliquo opere recto ſemper ſe exercere debet: vel omnes conſcientiæ latebras erga
G Deum dilatare: iuxta illud Apoſtoli ad Corynthios. *Os noſtrum patet ad vos Co-* *Lib.2.cap.6*
rynthij, cor noſtrum dilatatum eſt. Secundò cor in thorace ita locatum eſt, vt ad partem ſiniſtram paruper vergat, ſicq; naturalis frigiditas huius partis temperatur. Cor eſt miſericordia viri perfecti, quæ ſemper tendit ad ſiniſtram partem eorũ, qui in egeſtate, & calamitate verſantur; aut vergit ad læuam eorum, qui frigore lethalis criminis opprimuntur, vt feruore ſpirituali foti ad recta opera excitentur. Tertiò, ex medicorum ſententia, quando temperatura cordis nonnihil ad frigidum, & humidum vergit, tunc pulſum producit mollem, & hominem effæminatum, & glabrum reddit. Pari ratione quando affectio gerens vicem cordis pietate fuerit frigida, & voluptatibus humida, tunc pulſum operum mollem, & imbecillum reddet, necnon priuationem pilorum, nempe defectum virtutum procreabit. Quare poterimus pro-
H nunciare illud Pſalmographi. *Comprehenderunt me iniquitates meæ, & cor meum de-* *reliquit me.*

Reliquum eſt, vt ponderemus pectus, cuius pars anterior mamillis exornatur, & *Pectoris*
dorſo, necnon lateribus concluditur. Pectus manibus percuſſum ob internam cau- *moralia.*
tatem ſonum edit: homo igitur peccans, per indignationem aduerſus crimina, pectus percutiat, & confeſſione ſonitum edat, deinde rectis operibus manus adhi-
beat: nam de confitentibus quibuſdam legitur apud Lucam. *Percutientes pectora ſua* *Cap.28.*
reuertebantur. Mamillæ humanum pectus exornant, cum in ventre brutorum conſpiciantur. Mamilla eſt benefitij ſymbolum, quod in pectore virorũ perfectorum refulget; namq; horum operationes, ex corde, & gratis prodeunt; cũ benefitia improborum ex ventre, nimirum vtilitatis cauſa, in cæteros conferantur. Deinde ma- *Mamilla.*
milla eſt pars cordi proxima, & ſanguinis in lac tranſmutandi facultate potitur; vt inde infantes alantur. Mamilla aſſimilatur miſericordiæ viri iuſti, hic enim cordi,

nempe Deo eſt proximus; hic igitur ſanguinem diuitiarum in lac eleemoſynæ conuertit, quo poſtea infantes ſcilicet egeni aluntur. Item mamillæ mulieris vtero geſtantis, ex ſententia Medicorum, ſi copioſo lacte redundauerint, fœtum fore debilem demonſtrant. Cum igitur fœtus operationis, & lac loquelæ ſymbolũ eſſe poſſit, non poterimus niſi præſagire fœtum operationis fore imbecillum, quando lacte verborum mammæ labiorum abundauerint. Legitur enim hæc ſententia in Prouerbijs. *Vbi verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas.* *Cap. 14.* Duo latera iuxta partem dextram, & ſiniſtram thoracis obſeruantur. Hæc duo latera duobus hominibus ad metã proficiſcentibus comparantur, qui peruenientes ad limitem ſi reuerti voluerint, horum dexter ſiniſter, & ſiniſter dexter efficitur. Similiter ad limitem interitus peruenientes eamdem incurrunt ſortem, nam qui per latus dextrum proſperitatum graditur, tandem in limite mortis ſiniſtrum latus ærumnarum occupat, & viciſſim egeni, qui viam calamitatum cucurrerunt, tandem ad dextrum latus æternæ lętitiæ tendunt. A

Dorſum. Deniq; dorſum homini hoc beneficium præſtat, vt ſupinus iacere poſſit, cum bruta hoc beneficio careant. Idcirco inter homines, & bruta, ſcilicet inter viros perfectos, & improbos hoc eadit diſcrimen, vt viri iuſti ſupra dorſum iacentes ſublimia intueantur, & æterna meditentur; bruta verò, ſcilicet criminoſi, nonniſi terrena aſpiciunt, & contemplantur.

Humeri. Succedunt humeri partes ad baiulandum deſtinatæ. Humeri animæ ſunt virtutes obedientiæ, & conſtantiæ ad ferendum onus patientiæ, & calamitatis idoneæ: *Cap. 6.* iuxta illud Eccleſiaſtici. *Subjce humerum tuum, & porta.* Brachium poſtea ab humeris dependet duobus oſſibus integratum, & validum; hoc repræſentari poteſt Chriſtus à Deo patre dependens, & ex duobus oſſibus nimirum ex humanitate, & diuinitate integratus, qui, ob ſingulare robur, poteſtati diabolicæ reſiſtere potuit. B

Brachia. Cum ſcriptis mandauerit Pſalmographus. *In brachio virtutis tuæ depoſuiſti aduerſarios meos.* Inſuper brachia, corpore ægrotante, Chirurgi vulnera ferunt; immo parte ſiniſtra corporis laborante, vena brachij dextri aperitur corpus myſticum eſt Eccleſia, cuius brachium dextrum vocatur Chriſtus, per quem Pater Omnipotens *Cap. 36.* cuncta operatur; iuxta illud Eccleſiaſtici. *Glorifica manum, & brachium dextrum.* At brachium ſiniſtrum huius myſtici corporis eſt genus humanum, quod ab initio langueſcebat, quare, ad illud liberandum, brachium dextrum, nempe Chriſtum vulnerari neceſſe fuit. Amplius brachia tantam cum capite habent familiaritatem, vt ad illius tutelam, ſæpè ferientium ictibus ſeſe opponant. Brachia Chriſti ſunt fideles, C qui ad capitis, nimirum ad rectæ in Deum fidei tutelam, idolatris reluctari, & tyrannis ſe ſe opponere non dubitant. Tandem brachia, cum ſint cordi vicina, ſolent per pulſum arteriarum, cordis valetudinẽ Medicis obſeruantibus manifeſtare. Cum autem cor ſit ſymbolum mentis, & voluntatis, & brachium operationum; propteret ex operationibus humanis mentem, & humanam voluntatem penetrabimus. Scribebat enim Gregogius. *Per hæc, quæ foris apparent, quid intus lateat, aperitur.*

Circa finem brachiorum ſunt manus, quæ ex pluribus conſtant oſſibus, vt quamcumq; actionem obire poſſint. Manus ſunt noſtræ operationes ex pluribus oſſibus, nempe ex multis virtutibus integratæ, vt cunctis, & præcipuè genis opitulari poſſint. *Manus.* Inſuper manus ſunt quædam inſtrumenta, quæ ad extenſionem, ad conſtrictionem, ad laborem, ad percuſſionem, ad pugnam, & ad tutelam idonea eſſe videntur. D Hinc quilibet Princeps manus poteſt appellari, quæ in liberalitate extẽditur, claudit ur, quando in homines indignos beneficia non conferuntur, laborat in rectis operibus, percutit puniendo peccantes, præliatur dum reprehendit, & tandem omnes ſuæ ſubiectos poteſtati tutatur. Ideo de hac manu poteſt illud Ezechielis pronuntiari. *Manus Domini erat mecũ confortans me.* Vola eſt pars interior manus glabra, & etiam plana, aliqua tamen concauitate non carens, quæ nunquam, iuxta ſcrutatores rerum naturalium, aculeo ſcorpionis lædit ur. Eccleſia eſt manus, in qua viri ſaluti *Cap. 3.* æternæ deſtinati continentur: iuxta illud Sapientiæ. *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt.* Volam huius manus viri perfecti repræſentant: ſunt enim ob veritatem plani, ob animi demiſſionem concaui, glabri, quia diuitias aſpernantur, & tandem ab *Cap. 10.* aculeo diabolici ſcorpionis tuti; cum Chriſtus apud Lucam dixerit. *Ecce dedi vobis virtutem calcandi ſerpentes, & ſcorpiones.*

Poſt-

Poſtmodum digiti à manu pendent tribus oſſibus integrati, recti, graciles, flexiles, & vnguibus muniti. Manus eſt Eccleſia, cuius digiti ſunt fideles, ſeu viri in ordinem religioſum Deo dicati, ex tribus autem oſſibus conſtare dicuntur, quia Sanctiſſimam Trinitatem venerantur: quare Eccleſia poterit diuulgare illud Canticorum. *Digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima.* Præterquamquòd tales digiti iuſtitia ſunt recti, ad eleemoſynam flexiles, & deniq; vnguibus armati, vt, oblata occaſione, aliquam ſeueritatem in Eccleſia exercere poſſint. Rurſus igitur Eccleſiæ poterit illud Pſalmographi pronunciare. *Benedictus Dominus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Amplius digitis hoc ineſſe proprium animaduertunt, quod ante prandium craſſiores, & poſt cibum graciliores euadant. Viri iuſti hanc digitorum naturam imitantur, dum ante cibum diuini beneficij ſuperbia ſunt tumidi, ſed poſtmodum magna animi demiſſione graciliores fiunt. *Digiti.*

Stomachus accedit ponderandus, qui alimentum quodcumq; recipit, illudq; concoctum, tam purum, quàm excrementis refertum ad partes nutriendas demandat, excrementa tamen per partes inferiores truduntur. Stomachum in doctrina morali vir perfectus æmulatur, qui cibum cuiuſcumq; doctrinæ recipit, & ad vires animæ refocillandas mittit, & purum tantummodo retinens, impurum illicò expellit. *Moralia ex Stomacho.*

Iecur eſt viſcus temperatura calidum, colore rubicundum, & in dextro hypocondrio collocatum. Per hanc partem principalem, mens hominis intelligẽda eſt, quæ pietate debet eſſe calida, memoria ſanguinis Chriſti rubicunda, & in dextra parte ſita, dum ſpem vitæ æternæ meditatur. Præterquamquòd hepar in homine eſt magnum, vt validam charitatis affectionem inſinuare poſſit. Demùm hepar in ordine ad cor, locum inferiorem occupat, vt ab illo tanquam à parte principaliori calorem hauriat. Pariter calor, & charitas cordis, ſcilicet Præſulum, Principum, & Dynaſtarum frigiditatem hepatis, nempe ſubditorum temperabit; ſiquidem ſi defectu virtutum hi frigeſcant, calore exempli Maiorum foueri debent: iuxta illud vulgatum. *Hepar.*

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

In hepatis concauitate fel latibulatur, quod ſua acrimonia humores incidit, & detergit: idcirco Medici illo in collyrijs vtuntur. Fel hoc in loco amara pœnitentia exponitur, quæ humores peccantium incidit, & abſtergit: hac de cauſa viri iuſti concionem ad populum habentes felle pœnitentiæ Sanctorum in collyrijs concionum, & præceptorum vtuntur, vt hac ratione oculos mentis audientium abſtergant.

Splen in ſiniſtro locatus hypocondrio cauſa riſus eſſe perhibetur, & nihilominus melancholiæ eſt receptaculum, quæ aſſiduam mæſtitiam generare ſolet. Splen eſt ſymbolum mundanæ proſperitatis, quæ homines in præſenti vita reddit hilares, cum tamen æternæ mæſtitiæ cauſam ſecum habeat. Id autem magis ſtabiliri poteſt, quoniam ex medica obſeruatione, quando ſplen tumeſit, & creſcit, corpus macreſcit, & è contrario quando lien decreſcit, corpus pingueſcit, & augetur. Patratione quando lien voluptatum admodum creſcit, tunc humanæ virtutes decreſcunt, & ex aduerſo mundana fælicitate diminuta, virtutes in homine mirandum in modũ augentur: quare poterimus iure merito diuulgare, quod in Prouerbijs habetur. *Nec paupertatem, nec diuitias dederis mihi Domine, tribue tamen victui meo neceſſaria.* *Lien.* *Cap. 30.*

Sequuntur renes, & veſica. Renes in primis ſunt partes pinguedine carentes, nihilominus adipe ſemper ſunt inuolutæ. Huius conditionis debent eſſe diuites, qui cum in adipe diuitiarum ſint ſepulti, ab omni tamen affectu earum alieni eſſe debẽt. Renes vehementi calore ſunt referti, vnde ſuperuacaneam attrahentes humiditatem, extra corpus eã pellunt. Renes Eccleſiæ à viris iuſtis repræſentãtur, qui in corpore Eccleſiæ militantis feruore igneæ charitatis mira operantur. Etenim hi viri à ſuperfluitatibus vitiorum fideles expurgando, eos liberant. Renes inſuper veneræ voluptatis ſedes eſſe conſtituuntur, quoniam ab illis genitura originẽ ducere perhibetur; hinc non eſt mirum, ſi pernicioſæ libidinis hos eſſe ſymbolum ſtatuãt: hac de cauſa Sacerdotes, in Exodo, à renibus vſq; ad fœmora velamen geſtabant, vt re- *Renes.*

nes voluptatis eſſe cooperiendos inſinuarent. Legitur enim apud Iſaiam. *Non ſalietur cingulum renum eius.* Præterea veſica iuxta partem ſuperiorem orificium habet, cum tamen pars inferior illo careat. Ita pars ſuperior humani affectus debet eſſe perforata, vt res cæleſtes recipere poſsit, pars verò inferior orificio careat, ne rebus mundanis aditus pateat. Item veſica vento repleta in magnum tumorem eleuatur, modico tamen inflicto vulnere, adeo detumeſcit, vt nullum fere locũ occupet. Veſicam vento plenam Diuites faſtu tumeſcentes æmulantur, qui vento inſolentiæ tumidi ſunt, ſed ſtatim atq; aculeo mortis punguntur, recedente vento pauonini ambitus, confeſtim euaneſcunt.

Veſica.

His partibus inteſtina adhærent in ſinu ventris locata, & ad fæces recipiendas A deſtinata, vt illas tandem per infernas partes expellant. Inteſtina poſſunt appellari Conf. ſſarij, qui medium corporis Eccleſiæ occupantes audiendo piaculares confeſſiones, totius corporis Eccleſiæ crimina recipiunt, deinde abſolutione cõtractas animi ſordes eluendo expellunt.

Inteſtina.

Iam exaratum eſt, quod ad partes in ventre contentas pertinebat, modò de partibus continentibus aliquid dicendum eſſe videtur. Ventres igitur, ex ſententia Hippocratis, hyeme ſunt calidiores, conſequenterq; hoc anni tempore maior appetitus generatur, æſtate verò ventres ſunt minus calidi, & propterea minor appetitus producitur. Ratio huius effectus inde naſcitur, quoniam calor naturalis, vrgente bruma, ad partes penitiores confugit, & viciſsim, æſtate, ad extimas tendẽs partes diſſoluitur. Pari ratione, hyeme calamitatum, feruor charitatis internas mentis B partes petens, virtutes roborat, ſicq; appetitum boni operis excitat; ſed æſtate felicitatum, calor charitatis diſsipatur, & appetitio recti operis deſtruitur. In centro partis externæ ventris conſtituitur vmbilicus, per quem fœtus in vtero viuens nutritur, ſed ſtatim atq; infans in lucem egreſſus eſt, illicò vmbilicus præciditur. Per vmbilicum, venerea voluptas exponitur, quæ in medio humanæ naturæ reſidet, per quam fœtus, nimirum peccans in ventre mundanæ fœlicitatis ſtabulans ſanguinem vitiorum ſugit: quapropter quando talis fœtus, nempe criminoſus in lucem gratię egreditur, confeſtim vmbilicus voluptatum recidendus eſt, ne rurſum in ſentinam vitiorum relabatur.

Lib. 1. Aphoriſ.

Vmbilicus.

Prædictis partibus addantur genitalia membra præcipua, quibus auulſis, virtus virilis aufertur, & homo ita mollis, & effœminatus redditur, vt, pilis cadentibus, vocem fœmineam acquirat. Per genitalia virtus rectas producẽs operationes oſtenditur, quæ dum radicatur in anima, fœtum bonorum operum procreat. Verùm quando genitalia diuinæ gratiæ violentia vitiorum demuntur, tunc homo adeo fit mollis, vt fœmineam naturam adipiſcatur, ſicq; vox precum, & confeſsionis peruertitur, pilli virtutum deſluunt, & omnis ſpes moralis corrumpitur. Inter partes genitales recenſetur vterus, quæ pars in muliere ad conceptionem, ſemen recipit. Verùm aliquando accidit, vt ob humorum affluẽtium corruptelam, loco perfecti fœtus, maſſa carnis, mola à medicis nuncupata generetur: vnde mulier in fine grauiditatis fruſtum carnis parit. Hoc ſæpè contingit illis, qui ſemen Verbi Dei concepiſſe creduntur, ſed tandem inhoneſtum, & pernicioſum opus pariunt. Quocirca hoc erit conforme aſſerto Iſaiæ. *Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas.* Immò hoc non eſt valdè alienum ab eo, quod legitur apud Mattheum. *Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo, vnde ergo habet zizaniam?*

Genitales partes.

Cap. 4. Matth. c. 13

Fœmora ſunt partes ab inguinibus ad genua protenſæ, ob carnis, & neruorum copiam validæ, quæ totum corpus ſuſtentant. Ab his partibus Principes referuntur, pondus regiminis, & præfecturæ ſuſtinentes. Hi fortes ob conſtantiam, carnoſi, & molles ob clementiam, & mobiles ob aſsiduam diligentiam eſſe debent. Alioquin, per fœmur, Antiqui prolem ſignificabant, vt in Rubrica myſticorũ declaratum fuit. Idcirco dum enſis in ſiniſtro fœmore, & pugio in dextro geſtatur: pariter pugionem Verbi Dei, & enſem diuinæ Iuſtitiæ debemus fœmoribus, nempe venereis cupiditatibus applicare, vt diuino ducti metu harum partium luxum coerceamus.

Fœmora.

Fœmora in genibus terminantur, quæ à genis dicta eſſe feruntur, quoniã infans in vtero latibulans genua cum genis coniungat. Hinc homo caput inclinans ad genua magis ad lacrymas pronus redditur, quaſi memor vterinæ latebræ; in qua per

ſpatium

spatium nouem mensium mutatus est. Genua animi demissionem, & diuinum metum significant: hæc enim sunt genua, quæ mentem ad contemplationẽ terrestrium inclinant: quare homo in genuflexione facilè lacrymas effundere debet. Deus ergo oculos genibus in domicilio uterino copulasse videtur, ut genua, nimirum animi demissionem, & timorem Dei meditaremur. Aliter genua sunt partes, super quibus nutrix gestato infanti blanditur. Genua hoc in loco adminiculum spei, & diuinæ consolationis demonstrant, quibus Deus in præsenti vita fidelibus blanditur, necnon significant blandimentum æterni gaudij, quo Deus imposterum viros iustos amplectitur. Iuxta illud Isaiæ. *Ad ubera portabimini, & super genua blanditur vobis.* *Genua.* *Cap. vlt.*

E Crura, ex aliquorum mente, à currendo, vel tibiæ ob concauitatem appellantur; hæ partes sunt fortes, & ad totum sustinendum corpus idoneæ. Euangelij Præcones crura Ecclesiæ repræsentare possunt, non solum quia hæc, atq; illuc currendo doctrinam Christi, cunctis regionibus insinuent, verumetiam, quia, instar tibiarum, diuinam doctrinam modulantur. Præterquamquòd veluti columnæ totum Ecclesiæ corpus sustentant: immò veluti crura ossea medulla humefiunt, similiter hi medulla pietatis, & gratiæ irrigantur. Propterea de his, & de corpore Ecclesiæ poterimus diuulgare illud Canticorum. *Crura eius columnæ marmoreæ, quæ fundata sunt super bases aureas.* *Crura.* *Cap. 5.*

F Pes in animali postremum occupat locum: est enim osseus ad imprimendum vestigium, & ad motum localem necessarius. Pedes in morali doctrina finalem perseuerantiam significant, ideo vestigiũ recti operis imprimunt, ossei sũt ob firmitudinem, deinde motui locali animæ famulantur, vt ad cælestem patriam peruenire possit. Iuxta illud aureum Dictum. *Qui perseuerauerit usquè finem, hic saluus erit.* Per pedes etiam exponuntur affectus: idcirco ad rem scribebat Diuus Augustinus. *Pes meus affectus meus, eo feror, quocunq; feror.* Itaq. pedes affectionis nostræ, vi constantiæ, ossei, vi clementiæ, cani, & plani ob simplicitatem esse debent. Amplius pes dexter velocioris est motus, quàm sinister; quare homo validæ virtutis, primò pedem dextrum, deinde sinistrum mouet. Pes dexter in præsentia rectum, & spiritualem affectum demonstrat; sinister prauam, & voluptuosam affectionem, denotat; ideoq; pes dexter semper erit anteponendus. Iuxta illud Prouerbiorum. *Vias, quæ à dextris sunt, nouit Dominus, peruersa autem via, quæ sunt à sinistris.* Tandem notan- *Pedes.* *Cap. 4.*

G dum est hominem duobus niti pedibus, cum cætera animalia quatuor pedibus gradiantur. Homines vitijs dediti assimilantur brutis, quoniam horum instar proni terrestria assiduè meditantur; homines verò perfecti æterna intuentes, vi contemplationis erecti incedunt. Dicebat enim Psalmographus. *Perfecit pedes meos tanquam Ceruorum, & super excelsa statuens me.* Planta pedis à planitie denominata est, & cum sit dura lædentibus facilè reluctatur; hæc animi voluntatem designat quæ propter animi demissionem plana, & ob impressionem bonorum operum, dura esse debet. Deniq; calcaneus est pars extrema à mole totius corporis compressa, quæ pars semel læsa difficilem admittit curationem, quoniam à fonte caloris valde remota sit. Calcaneus est symbolum senectutis, quam moles vitiorum iuuetutis premit; ideoq; si criminibus lædatur, difficilem sanitatem adipiscitur, quia senum vitia, ob pertinatiam, & ob defectum caloris gratiæ, difficillimè corriguntur. *Planta pedis.* *Calcaneus.*

H His animaduersis, nonnulla adhuc de venis, sanguine, pinguedine, neruis, ossibus, & cute ponderanda sunt. Quoad primum venæ, aut à veniendo dictæ, aut quasi viæ, per quas sanguis ab hepate ad cæteras corporis partes, nutritionis gratia, veniat; in corpore Ecclesiæ militantis viros pios ostendunt, quia per hos cæteris bona communicantur; alij enim homines per hos, tanquam per venas ab hepate, scilicet à Deo sanguinem boni fortuiti hauriunt. Insuper vena statuto tempore aperta putridum effundens sanguinem sanitatem patienti restituit, & nisi recludatur patiens necem incurrit. Per venam intelligenda est locutio; veluti legitur in Prouerbijs. *Vena vitæ os iusti.* Hæc vena animi valetudinem indicat, quæ si confessione aperiatur, corruptos criminum humores effundens sanitatem patienti impartitur, sin verò per confessionem minimè recludatur, interitum animæ affert, quoniam mors, & vita in manu linguæ. Pariter aliquando in venis humor putridus, & ma- *Vena.* *Cap. 6.*

lignus

lignus continetur, qui alios ob conſuetudinem inficere poteſt. In vena humanæ vitæ ſanguis etiam prauæ affectionis latibulatur, qui putredinem peccati inducit, hinc poſtea familiares verbis, & exemplis offenduntur.

In venis maſſa ſanguinea continetur, quæ à Medicis in quatuor humores, nempe in ſanguinem, bilem, pituitam, & melancholiam diſtribuitur. Quoad ſanguinem, hic in iecore in gratiam nutritionis totius corporis generatur, & in morali doctrina vocatur memoria ſanguinis, & paſſionis Chriſti, quæ in iecore, ſcilicet in affectu ad animam nutriendam continetur. Præterea quando corpus copioſo redundat ſanguine, ſagax natura per aliquam hæmorrhagiam, illum expellens, aduerſam valetudinem arcet. Hic ſanguis voluptuoſam affectionem exprimit; hinc natura ſagax ni- A
Maſſa ſanguinis. mirum ratio, per hæmorrhagiam pœnitentiæ, illam euacuare debet. Immò quando aliqua pars corporis læditur, illicò ad illam ſanguis confluit, vt ei opituletur: pari ratione amicus charitate feruens naturam huius ſanguinis ſic imitari debet, vt, quoad fieri poteſt, amico egeno opem ferat. Demùm ſanguis menſtruus venenata qualitate non caret; ſiquidem mulier hoc ſanguinis fluxu affecta aliquem non innocuè intuetur. Qui igitur inhoneſta, & pernicioſa libidine tenetur, prædictæ mulieri comparatur, cum huius aſpectus ſit venenatus, & alios in luxuriâ procliues reddat. Itaq; quando prædictus ſanguis ſtatuto tempore euacuatur, corpus in ſecunda valetudine conſeruatur, ſin retineatur in venis, multæ ægritudines procreantur. Talis ſanguis eſt ſymbolum peccati, quod piacularî confeſſione diligenter euacuatum perfectam valetudinem in anima conſeruat, ſin retineatur, multæ vitiorum ægritudi- B
nes inde dimanant.

Bilis eſt humor materiam igneam referens, & hominem celerem, & ad actiones audacem reddit. In hominibus perfectis, nil aliud eſt bilis, niſi zelus iuſtitiæ; ideoq;
Bilis. illos ad rectas operationes incitat. Immo bilis in corpore humano cæteris dominans humoribus, hominem mente leuem, iracundum, & immitem conſtituit. Bilis in hac doctrina lethale crimen repræſentat, quo percitus homo mente leuis, iracundus, & immittis redditur. Pituita eſt humor frigidus, & humidus, qui in venis paulatim naturam ſanguinis adipiſcitur, vt tandem membra nutriat. Pariter in venis, nimirum
Pituita. in Eccleſia, Deus non modò ſanguinem, nempe viros perfectos, ſed quoq; pituitam, nempe viros imperfectos collocauit, vt, deficientibus perfectis, alij perfectionem adipiſcerentur. Niſi velimus per pituitam humorem inconcoctum interpretari Pec-
Cap. 49. cantem, cuius affectio inconcocta, nempe imperfecta eſt: ideirco Iſaias dicebat. *Ex- C
coxi te, ſed non quaſi argentum.* Tandem melancholia in humano corpore eſt humor
Melãcholia. niger aſſiduum procreans metum: quare non eſt mirandum ſi Medici tradant Melancholicum abſq; manifeſta cauſa formidare. Hic humor peccati ſymbolum proculdubio nuncupari poteſt, quod ſplendore gratiæ carens, nigredinem participat: ideo qui tali humore inficiuntur, vitijs denigrantur, quorum ſtimulis agitati ſempèr formidant.

Ex maſſa humorum caro, & pinguedo generantur. Caro mollis, necnon calida, & humida eſt, quæ oſſa tegit, & inania muſculorum ſpatia replet. Per carnem, intelligenda eſt mens perfecta, quæ humore pietatis, & calore charitatis referta, offi-
Caro. bus, nimirum egenis velamentum præbet, deinde vacua muſculorum ſpatia replere dicitur, dum vacuis pauperum loculis ſatisfacit. Amplius caro propter mollitiem D
impatiens laboris eſſe perhibetur: quare animalia carnoſis pedibus referta, vt homo, diuturnos labores tollerare nequeunt, niſi calceos induant. Pari ratione homines carnoſi, nimirum delitijs inuoluti laborem calamitatum difficulter perferunt:
Cap. 46. veluti legitur apud Mattheum. *Caro autem infirma.* Quamobrem neceſſe eſt ad calceamenta exemplorum, & doctrinæ Sanctorum confugere. Pinguedo ſub cute ge-
Pinguedo. nita illam emollit, meatus obſtruit, dum augetur, venas comprimit, & tandem ignis fomes eſt. Pinguedo quoq; voluptatum cutem emollit, & meatus affectuum ita obſtruit, ne diuina gratia ad intimas cordis latebras penetrare poſſit: immo creſcens potentijs animæ dominatur, venas voluntatis comprimit, & demùm ignem auaritiæ nutrit.

Deniq; nimia pinguedo impedire ſolet, quominus mulier concipere poſſit; & qui nimio adipe obruuntur, ſi valetudinem incurrant, difficillimè ſanitati reſtituuntur.

Simi-

Similiter qui adipe diuitiárum redundant, vi criminum, ægrotant, & ob auaritiam difficillimè conualeſcunt, immo fœtum recti propoſiti non facile concipiunt. Quandoquidem pinguedo diuitiarum calorem charitatis extinguit, motũ perfectæ operationis aufert, & vias interni affectus obſtruit.

Nerui à cerebro ortum trahentes per totum corpus diſſeminantur, vt cũctis partibus motum, & ſenſum impertiantur. Nerui exponuntur virtutes à cerebro nempe à Chriſto dimanantes, & toti animæ communicantur, vt motum rectæ operationis, & ſenſum miſericordiæ excitent. Nerui inſuper quò proximiores ſunt cerebrò, eò *Nerui.*
ſunt molliores, ex quò remotiores, eò duriores euadunt. Hi nerui Iudices, vel Le-
E gatos à cerebro, nempe à Principe in varias regiones miſſos deſignare poſſunt: ſiquidem hi quò ſunt capiti nimirum Principi proximiores, molliores ſunt, dum benignitatem erga populum exercent: metuunt enim, ne propter vicinã, populi querela ad aures Principis perueniat. Sed quando à capite, ob loci longinquitatem, ſunt remotiores, maiorem exercentes ſæuitiam, duriores euadunt. Demùm nerui iuxta obſeruationes medicas, ſi fuerint præciſi, non regenerantur, neq. glutinantur. Per neruos intelligere poſſumus Schiſmaticos (σχίσμα in Eccleſia appellatur, quando Grex in contraria ſtudia ſcinditur, à verbo σχίζω ſcindo, nam vnione rupta diſſident, qui prius conſenſerant) qui nunquam ad vnionem fidei, & gratiæ reuertuntur.

Oſſa cæteras partes ſuſtentantia, ſicca, dura, valida, alba, concaua, medulla irri-
F gata neruis colligata, & carne tecta ſunt. Ab oſſibus viri perfecti, & Deo cõſecrati repræſentantur, qui cæteras partes, ſcilicet alios homines in doctrina Chriſti imbecilles optimis documentis fulciunt. Hi ieiunio ſicci, patientia duri, conſtantia fortes, caſtitate albi, paupertate concaui, medulla pietatis referti neruis charitatis copulati, & tandem carne tecti eſſe debent, dum aſſiduè imbecillitatem humanã contemplantur. Alioquin hæc oſſa ſicca, inſenſibilia, medullis humecta, quæ fracta difficillimè glutinantur, ad criminoſos comparari poſſunt, qui contumacia ſunt ſicci, & inſenſibiles dicuntur, dum miſericordiæ ſtimulos nõ ſentiunt, & medulla voluptuoſæ affectionis humectant, immo vi criminum fracti, glutine Pœnitentiæ Deo difficillimè copulantur. Oſſa quoq; extrinſecus dura, & intus molli referta humore ſignificare poſſunt Principes, qui extrinſecam duritiem, & ſeueritatem, internam verò benignitatis mollitiem erga ſubditos exercere debent. Tandem aliqua etiam *Oſſa moralis doctrina*
G reperiuntur oſſa medulla carentia, quę inuicem concuſſa ſcintillant. Pariter multi homines in hoc orbe verſantur, quorum oſſa, nimirum interiores affectus medulla pietatis carent, & propterea nonniſi ignem iracundiæ, & ſæuitiæ emittunt. Ad finem medulla eſt quædam ſubſtantia alba, pinguis, mollis, quæ multis ægritudinibus remedio eſſe perhibetur. Hæc eſt diuina gratia, puritate innocentiæ alba, charitate pinguis, eglutinoſa, & pietate mollis, quæ pluribus animi affectibus opitulatur: ſiquidem hæc à cerebro, nimirum à Deo per neruos affectionũ deſcendens, animam ab ægritudine ad ſanitatem, & ab ærumnis ad lætitiã ducit. Legitur enim apud Iob.

Medullis oſſa illius irrigantur.

In calce huius Rubricæ, nonnihil de chartilagine differendum eſt, quæ iuxta *Li 7. de vſu*
Galeni ſententiam, eſt ſimplex animalis particula aliarum quidem omnium duriſ- *part. cap. 5.*
H ſima, toto autem oſſe mollior, inter os, & carnem media: ideo facilè abſq; fractione flectitur. Chartilago animæ appellatur propenſio ad bonum, quæ intra duritiem, & mollitiem collocanda eſt; non enim incredula eſſe, neq; temerè omnia credere debet; cum ſcripſerit Ioannes. *Non enim eſt credendum omni ſpiritui, ſed probate ſpiri-* *Cap. 5.*
tus, ſi ex Deo ſunt. Item chartilago eſt particula ſenſu, & motu carens; immò ſi amputetur, non regeneratur. Chartilagines Diaboli ſunt Peccantes, qui ad omne genus vitiorum flexiles, & proniſunt, deinde ſenſu miſericordiæ, & motu rectæ operationis carent, immò ſi peccati gladio ab Eccleſia reſcindantur, nolunt pœnitentiæ glutine denuò ipſi copulari.

Poſtremò cutis eſt pars corporis extima, iniurijs aeris expoſita, vt cæteras cor- *Cutis.*
poris partes tueatur. Cutis in hac doctrina eſt animæ tollerantia, quæ iniurijs aeris, ſcilicet calamitatibus exponitur, & ab ipſa cæterę partes, nimirum interiores animę affectiones defenduntur. Ideo de hac cute patientiæ intelligere poſſumus

Cap.37. mus illud aſſertum Ezechielis. *Super extendam in vobis cutem, & dabo vobis ſpiritum, & viuetis.* Deniq; homo inter cæteras animantes tenuiſſima munitur cute; quare cum frigoris, vel caloris noxam facile perſentiat, aduerſus aeris iniurias, veſtimentis induitur. Aſſimiliter homo ita tenui patientiq; cute eſt munitus, vt vel parùm, vel nihil pro ſalute tollerare poſſit, ſi aculeis calamitatum aliquando pungatur: quamobrem illius intereſt veſtibus exemplorum, & doctrinæ Sanctorum ſeſe induere, vt frigori calamitatum, & feruori ærumnarum reſiſtere poſſit, pronuntians illud Iob. *Saccum conſui ſuper cutem meam.*

Cap.16.

A

MORALIA AB HOMINE,

Eiuſq; varijs Attributis petita.

HACTENVS de partibus humanis diſſeruimus, modò ad hominem, eiuſq; attributa examinanda accedemus, vt documentis moralibus inde elicitis noſtra hæc hiſtoria perficiatur. Primò aliquod diſcrimen humani ſexus ponderandum eſt: ſiquidem mares in comparatione ad fœminas, ſunt calidiores, corpore robuſtiores, animo audaciores, magis hiſpidi, pluribus refecti dentibus, & maiori caloris innati copia redundant; & propterea maiori etiam ciborum quantitate egent. Pari ratione viri iuſti, necnon illi, qui in religioſam ſeruitutem Deo ſunt dicati, in comparatione ad Laicos, mares eſſe perhibentur: quapropter charitate ſunt calidiores, conſtantia validiores, prompta voluntate audaciores, aſſidua animi demiſſione hiſpidiores, deinde plures dentes diſcretionis habent, & quoniam feruore charitatis vtuntur, ideo quotidie circa alimenta plurium meditationum verſantur. Si conſideretur homo quatenus ſponſus, proculdubio hic ſponſam primò blandis verbis, & xenijs ad amorem allicit, deinde nuntijs, & litteris votum ſuum exprimit, ludis, & ſpectaculis ſeſe exponit, in cultu veſtium nouando, ſibi nimis indulget, & tandem eam diligenter circumſpectam ducit coniugem. Nos poſſumus in præſentia nomẽ ſponſi Chriſto, & nomen ſponſæ Eccleſiæ, vel animæ aſſignare: quandoquidem hic ſponſus à mundi primordio hanc ſponſam diligens in matrimonium accipere decreuit; propterea ab initio dona, nimirum cuncta eius officia ei deſtinauit, & ad exprimendum votum ſuum, Patriarchis, & Prophetis, tanquam nuncijs vſus eſt, ſpectaculis flagellorum, & crucis ſeſe expoſuit, veſtimento humanæ carnis induit & demum eam diligenter circumſpectam blando ſermone allocutus eſt: quemadmodum in Pſalmo quadrageſimo quarto legitur. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui.*

B

Sponſus, & ſponſa.

C

Si contemplemur ſeptem ætates, per quas tanquam per tot gradus homo ad poſtremum vitæ terminum accedit, has quoq; ad moralem doctrinam trahi poſſe comperiemus: propterea quod ſeptem ætates ſunt ſeptem virtutes ſpirituales, per quas Vita gratiæ ad optatum æternæ gloriæ finem progreditur. Prima igitur ætas in hoc genere eſt demiſſio animi, quæ infantiam æmulatur: nam veluti hæc humanam inchoat vitam; pariter illa vitæ moralis principium eſſe fertur. Immo ſi infantia à non fando deducitur; ſic vir demiſſione animi refertus, ob verecundiam, loquendo, limites vrbanitatis non excedit: præterquamquòd ille, qui hanc primam virtutem profitetur, apud Catonem, linguam compeſcere debet; namq; Ouidius ſolebat dicere.

Ætates.

D

Præcipua eſt virtus præſtare ſilentia rebus,
Et contrà grauis eſt culpa ſilenda loqui.

Secunda ætas eſt Charitas, quæ homines Deo, amicis, & inimicis indiſſolubili quodam amoris vinculo conciliare nititur. Tertia eſt Pietas, quæ inſtar adoleſcentiæ, auctionis meritorum eſt procuratrix. Quarta eſt iuuentus, nempe fortitudo,

qua

qua homines aduersus tentamenta armantur. Quinta est Honestas vitæ, quæ viri sem ætatem æmulans cauet, ne quid indecorè, aut libidinosè fiat, atq; cogitetur. Sexta est Prudentia, quæ tanquam senectus mollitiem carnis destruens sapientiam spiritus illustrat. Septima & postrema ætas spiritualis est Timor Dei, qui decrepitatis æmulus, hominem superbia erectum incuruat, & mentem ad contemplationes mortis pronam reddit.

Modò nonnulla peculiaria de infantibus, & pueris considerandà se se offerunt. In primis ad procreationem infantis materia à matre suppeditata, semen viri, matrix totum recipiens, secundina, nimirum membrana hanc massam inuoluens, & calor *Infans.*
E naturalis totum formans, & efficiens constituunt: præterea sanguis maternus est necessarius, qui genitum iam infantem nutriat, atq; augeat. Pariter vt aliquis vi pœnitentiæ ad gratiam genitus, filius Dei euadat, multa sunt necessaria, primò matrix, ideſt locus conueniens, nempe fides Ecclesiæ, quæ recipiat, materia, scilicet recta voluntas, quæ obtemperet, semen viri, nimirum Verbum Dei, & doctrina Euangelici Præconis, quæ hominem disponat, & tandem idoneum reddat. Calor operans est gratia diuini spiritus, quæ totum efficit, secundina est charitas, quæ omnia coniungit, & deniq; sanguis nutriens est memoria sanguinis Christi, quæ cuncta fouet, atq. auget. Præterea in generatione infantis, natura primitùs membra principalia, nimirum cor, cerebrum, & hepar producit, deinde ad cæteras partes formandas se accingit. Partes præcipuæ, in doctrina morali, virtutes theologicæ ap- *Partes præ-*
F pellantur, cor enim, propter amorem, est symbolum charitatis, Cerebrum, cum sit *cipua in mo-*
principium sensus, Fidem designat, Hepar quoniam totum corpus alit, Spem insi- *ralibus.*
nuat. Hinc Christi Fideles Naturæ æmuli primùm has virtutes præcipuas formare, & perficere debent, deinde ad alias à prædictis dimanantes pedetentim acquirendas properare.

Amplius infans in vtero materno non illicò, sed paulatim perficitur, & formatur, præter Christum, cuius corpus intra momentum temporis, formatum animatum, & à Verbo assumptum fuit. Pari ratione homines naturam imitantes paulatim virtutes induere debent, vt deinceps probi, perfecti, & docti euadant. Oppositum tamen contigit Christo, qui illicò scientiarum, & gratiarum omnium cumulo redundauit; veluti expoſuit Ioannes capite primo. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius quasi Vnigeniti à patre plenum gratia, & veritatis.* Rur-
G sus infantes statim post ortum in loco obscuro collocantur, ne lucidus aer visionem eorum lædat: assimiliter infantes, nimirum, qui nuper ad fidem, vel pœnitentiam, vel religionem nati sunt, aeri lucido negotiorum non sunt exponendi, ne splendore prosperitatis mundanæ offendantur; propterea in opaco animi demissionis loco constituendi sunt, donec validiorem discretionis visionem adepti fuerint. Iterum membra infantium ita tenella sunt, vt facile curuaturam incurrerent, nisi nutrices fascijs illa arctarent: ita membra infantium, ideſt affectiones iuuenum sunt naturæ adeò flexibilis, vt nisi ab erudita nutrice, seu perfecto viro, fascijs optimæ disciplinæ vinciantur, curuaturam prauorum humorum facilè contraherent. Insuper infantes, vt copiosum alimentum concoquant, diuturniori etiam indigent somno: hinc nutrices illos suaui cantilena ad somnum proclives reddere solent. Item in-
H fantes, scilicet homines, qui copioso mundanæ prosperitatis alimento vescuntur, diuturno pietatis, & contẽplationis somno indigent: quapropter nutrices, nimirum Euangelij Præcones, iucundis doctrinæ, & exemplorum cantilenis somnum illis conciliare nituntur.

Quando verò infantes adoleuerunt, pueri nuncupantur, & cum sint adhuc imbe- *Puritia.*
cilles ad labores non sunt idonei, ad cadendum faciles, & ad iracundiam proni. Tales vocari possunt Peccantes, qui, puerorum instar, sunt imperiti, ad laborem contemplationum, & rectarum operationum inepti, ad concipiendos irarum motus proni, & ad cadendum faciles, dum quotidie de crimine in aliud crimen prolabuntur. Item pueri à valetudinarijs geniti similes ægritudines tãquam hæreditarias incurrere solent. Pari ratione pueri sunt Subditi, vel Discipuli; namq; si Principes, vel Præceptores fuerint valetudinarij, nimirum varijs infecti vitijs; similiter filij, veluti Subditi, & Discipuli prauis exemplis læsi inquinantur; non immeritò igitur canebat Cato.

Turpe

Turpe eſt Doctori, cum culpa redarguit ipſum.

Si conuertatur ſermo ad puellas, quæ hoc nomen integritatis ſortiuntur, hæ debent eſſe graciles, flexibiles, & venuſtæ. Puella hoc in loco animam repræſentat, quæ temperantia gaudere debet, in animi demiſſione gracilis, ratione obſequij, flexibilis, & tandem dotibus honeſtatis pulcherrima.

Patris amor in filios.

Ratione conſanguineitatis parentes, & filij ponderandi ſeſe offerunt. In primis paterimmoderato filium amore proſequitur, & eum ab vberum nutrimento remotum quotidianum ſibi conuictorem conſtituit; deinde creſcentem eruditis verberibus corrigit, immò etiam erudiendum ad præceptores mittit, & quò magis ſibi ſimilem obſeruat, tantò maior ſibi in illum amoris cumulus accedit, & iuxta ætatem, A dignitates illi impertitur, & hæreditatem augere non ceſſat. Hoc pater eſt Deus

Cap. 2. Ioſ. cap. 1.

Omnipotens; iuxta illud Malachiæ. *Pater vnus eſt omnium veſtrum.* Filij ſunt omnes virtuoſi ab ipſo per gratiam geniti, & alti. Dicebat enim Ioannes. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius.* Itaq; hic ſummus Pater tales filios effuſiſſimè diligit, immo ab vberibus delitiarum ſeparatos ad ſacram Gratiæ, vel Euchariſtiæ menſam ducit, curæ præceptorum diuinæ legis commendat, verbis ſacræ paginæ eos erudit, & verberibus calamitatum identidem corrigit. Sic enim

Cap. 13.

veritatem aſſequitur illud Prouerbiorum. *Qui parcit virgæ odit filium.* Immò hic parcr quantò magis filium in moribus ſibi ſimilem obſeruat, tantò maiori affectu, & miſericordiæ oculis eum intuetur; deinde iuxta ætatem perfectionis, portionem dignitatis æternæ gloriæ illi diſtribuit, & iuxta meritorum augmentationem, hæreditatem cœleſtis patriæ amplificat. B

Matris amor in filiũ

Mater quoq; filium in vtero morantem proprio ſanguine, & poſt ortum lacte nutrit. Hęc mater exponi poteſt Euangelii Præco, qui ſanguine benignę affectionis, & lacte diuinæ doctrinę viros chriſticolas alit. Niſi velimus, per matrem intelligere Chriſtum, qui proprio ſanguine, necnon lacte diuinæ gratiæ, infantes ſuos, nempe viros pios, & catholicos, ſacro pane Euchariſtiæ ſuſtentat. Hoc enim habetur manifeſtum apud Ioannem. *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.*

Cap. 6.

Amplius mater quò magis parituræ appropinquat, eò maiori dolore, ob infantis motum afflictatur.

Hæc mater eſt conſcientia, quæ fœtum peccati eniti debet, dum igitur tempus confeſſionis piacularis appropinquat, per quam crimina in lucem emittuntur, hæc C maiori dolore opprimitur. Immò ſi mater in partione patitur, & poſt partum, lenito dolore, exhilaratur: ſimiliter homo quando apud Confeſſarium crimina effudit, pudore vexatus valde mæret; ſed poſteaquam Sacramentum pœnitentiæ obiuit, peccatis eductis, exhilaratur, quoniam conſcientia eſt benè actæ vitæ recordatio iucundiſſima. Tandem mater, vel nutrix præcipuis quibuſdam munijs circa infantes

Conſcientia, quid ſit.

fungitur, dum eos famelicos lactat, & nutrit, lapſos erigit, ſtantes conſeruat, fœdatos mundat, & demum ad greſſum, & locutionem eos erudit. Hæc mater, vel nutrix Beata ſemper Virgo appellari poteſt, quæ infantes ſuos, nempe illos qui præcipuo quodam cultu eam venerantur, lacte gratiæ nutrit, labentibus in crimina opitulatur, ſtantes, nimirum in diuina gratia conſtitutos conſeruat, inquinatos purgat, & tandem ad greſſum bonorum operum, & ad locutionem diuini ſermonis eos inſtruit. D

Si conſideremus filios; horum alij ſunt primigenæ, alij verò deinceps naſcẽtur. Verùm antiqua moleuit conſuetudo, vt maior hæreditatis gentilitiæ portio primigenis contingeret; niſi forte comiſſa noxa, parentes bonis primogenitorum eos exhæredarent; nam tunc minores natu maioribus præferebatur. Deus igitur ab initio, duos filios, nempe populum Iſraeliticum, & populum Ethnicum habuiſſe perhibetur. Populus Iſraeliticus dicebatur primigenus; veluti legitur in ſacris paginis.

In Eccleſ. 36.

Iſrael, quem cognouit primogenitum tuum. Deinde alius filius, nimirum populus Ethnicus poſtremò genitus vocabatur, conſequenterq; non huic, ſed illi maior hæreditatis gratiæ, & gloriæ portio competebat: verùm quia populus primigenus Deo carnem humanam indoto aduerſatus eſt, propterea iure primogenitorum priuatus fuit,

Lib. 1. Paralip. c. 5.

atq; hæc cœleſtis, & æterna hæreditas in Ethnicum collata fuit. Id autem in ſacris Biblijs, per Rubem, & Ioſeph elegantiſſimè fuit figuratum. Idcirco ad rem poterimus

rianus diuulgare illud Matthei. *Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.* Aut pronunciare aliud, quod apud eumdem Mattheum legitur. *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.* Matth. c. 20

Si contemplemur homines, quatenus imperant, & famulantur; tunc natura Dominorum, & seruorum sese offert ponderanda. Dominus seruos suos non opprimit, immò illos aduersus inimicorum impetum tutatur, illosq; in egestate versari nō permittit. Iudex, vel Princeps naturam Domini ingenui, & iusti imitari debent, dum enarratas prærogatiuas erga subditos exercent, & seruando æquitatem, eorum innocentiam tuentur. Hoc enim erit conforme asserto Psalmographi. *Iustus Dominus, & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius.* Nisi velimus, per Dominum, interpretari Christum, qui optimos seruos alit, & tutatur, prauos verò tàm Dæmones, quàm homines punit, atq; deprimit: id innuebat Psalmographus his verbis. *Suscipiens mansuetos Dominus, humilians autem peccatores vsq; ad terram.* Vicissim Dominus perditus famulis minimè opitulatur, immo illis damno est, dum ius petentibus non reddit, & præmia à reis expectat. Hunc Dominum imitatur Tyrannus, qui suæ potestati subiectos diuitijs spoliat, & omni iure postposito, ita operatur, vt pœnas innocentes pro nocentibus pendant. Hoc ideo non erit absimile illi, quod recitauit Isaias. *Dabo Aegyptum in manu Dominorum crudelium.* Cap. 19.

Ex altera parte serui si considerentur, hi à seruando dicebantur, quoniam in bello captos Triumphans seruaret, vel vt venderentur, vel vt ab hostibus redimerentur: nisi potius dicamus à seruiendo nuncupatos quoniam multis seruitijs destinentur. Serui antiquitùs in triplici genere constituebantur. Alij erant vernaculi, qui sub iugo seruitutis nascebantur, alij emptitij, qui rapti vendebantur, alij conductitij, qui sponte, & spe lucri, alicui famulabantur. Pariter, in mundo morali, varia sunt seruorum genera, variis Dominis spiritualibus famulantia; hos quoq; à seruando nuncupatos asseueramus; quandoquidem Deus eos in vita seruat, vt tādem ad bonam frugem se recipiant, & semel à vitijs redimantur. Aut illos à seruiendo cognominatos asseremus, qui, aut Deo, aut Dæmoni famulentur. Horum alij nuncupantur vernaculi, vt Ethnici, qui sub iugo seruitutis; ideſt peccati orti sunt, & in hac eadem naui versantur paruuli, qui labe originis inquinati nascentes, ante ablutionem aquæ sacri fontis decedunt: ideoq; ab huiusmodi seruitute nunquam liberantur. Serui emptitij sunt Christicolæ peccantes, qui aquā sacri fontis loti, & pœnitentia liberā à Diabolo emuntur, dum voluptatibus seruiunt, & vitiorum omnis generis seruitute opprimuntur. Deniq; serui conductitij sunt Christicolæ perfecti, qui non vi, sed sponte, & spe lucri æternæ gloriæ ad voluntariam Dei seruitutem se recipiunt. Hi meritò poterunt pronunciare illud Genesis. *Ecce nos in seruitutem, & Cap. 47. servi erimus Regi.* Famula quoq; iuxta Priscorum consuetudinem, vilibus seruitijs destinatur, illiberali nutritur cibo, vestibus nullius valoris induitur, assiduo seruitutis iugo premitur, immò filium nonnisi seruituti addictum concipere potest, hæc ad libitum nubere non permittitur, tanquam bellua venditur, virgis interdum cæditur, & si, fortuitò, libertati donetur, ob ingrati animi vitium rursus ad pristinam seruitutem reuocatur. Hæc famula anima peccans esse creditur, quam Diabolus libertate conscientiæ priuans, seruituti criminum addicit; siquidem vilioribus peccantium offitijs famulatur, vulgaribus diuitiarum alimentis reficitur, abiectis vestibus prauæ conscientiæ induitur, nefariq; consuetudinis seruitute premitur; immò si filium boni operis concipit, ipse quoq; seruituti destinatur, quatenus gratia, & virtute meritorum caret. Item hæc à Diabolo ſquis Dominis mundi, & carnis venditur, sicq; consuetudini Christi, & Sanctorum copulari nequit: quamobrem cum illi desit gratissima in Christum eam liberantem voluntas ad soluendas gratias, ipsam ad seruitutem Inferorum reuocat, vbi assiduis flagellis verberatur.

Seruorū varia differentia.

Anima peccans assimilatur famulæ.

Hactenus examinata sunt illa, quæ ad ætatem, sexum, & constitutionem hominis spectabant. Iam tempus est differendi de illis rebus, quæ si rectè adhibeātur, hominem in secunda valetudine conseruant, sin secus, eius valetudinem destruunt: hę nonnaturales à Medicis appellantur. In doctrina moralibas res quoq; inueniemus: siquidem vita gratiæ aerem puritatis, cibum pietatis, & Eucharistiæ, potum sapientiæ, exercitium diligentiq, quietem tranquilitatis conscientiæ, vigiliam meditationis,

nis, & prouidentiæ, somnum contemplationis, & gloriæ expostulat. His igitur vi-
Vita gratia qualis. ta gratiæ custoditur, & conseruatur, ne criminibus inquinata pereat. Cæterũ has res in specie paulò accuratiùs meditari debemus, & inchoando à cibis, hos multiplicis generis esse comperimus. Nam cibi delicati, & tenues paucis scatent excrementis, consequenterq; copiam sanguinis procreant. Alij sunt cibi crassi succi, multisq; redundantes fœcibus, qui paucum sanguinem generant. Pariter cibi spirituales, nempe diuina gratia, & Eucharistiæ sanguinem pietatis, & misericordiæ gignũt, & propterea excrementis vitiorum carent. At cibi mundani, scilicet bona fortuita paucum pietatis sanguinem, immò multa criminum excrementa procreant. Nisi dixerimus cupedias, quæ citò in substantiam aliti transmutantur, stomacho imbecillo A competere, cibos verò illiberales, & crassi succi stomacho calidi temperamenti conuenire. In hac doctrina, cibi tenues, & optimi succi sunt viri iusti, de quibus Chri-
Cap. 4. stus apud Ioannem hæc verba prodidit. *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Præterquàmquòd tales cibi facilè conficiuntur, deinde fide, atq; gratia dispositi in corpus Ecclesiæ conuertuntur. Cibi autem illiberales, & crassi succi sunt Diuites, & auaritiæ dediti, qui difficulter concoquuntur, qui aut nunquam, aut serò ad bonam frugem se recipientes in corpus Ecclesiæ conuertuntur. Quocirca primi cibi stomacho tantùm delicato, nimirum gloriæ paradisi competunt; cæteri verò nonnisi stomacho feruenti, scilicet igni Inferorum conueniunt. Ad finem veluti cibus moderatus, & salubris virtutem conseruat, deperditas vires instaurat, calorem temperat, sanguinem auget, somnum conciliat, & secundam valetudinẽ tue- B tur. Ita moderatus cibus scientiæ, vel pœnitentiæ, aut cibus Eucharistiæ, seu charitatis, & amicitiæ multas animæ commoditates affert. Primò deperditas gratiæ vires restaurat, calorem cupiditatum temperat, sanguinem pietatis auget, somnum contemplationis prouocat, & deniq; valetudinem animæ tuetur.

Iam post cibaria ad potionem descendere debemus, quæ in triplici discrimine
Potionum differentia. constituitur. Alia est simplex, vt aqua, quæ minimè nutrit, sed alimentum tantummodo ad partes nutriendas vehit, secunda est vinum, quod non solum alimenti est vehiculum, verum quoq; alijs mixtum edulijs tandem corpus nutrit; tertia est potio medicata, quæ neq; veri potus, neq; cibi naturam participat. Hanc triplicem potionum differentiam doctrina moralis exhibet. Prima vocatur simplex potio, vt Philosophia, & alia huius generis scientia, qua homines simpliciter docti, sed nõ probi, & perfecti efficiuntur. Alia est potio vini, & cibi naturam possidens, vt scientia C Theologica, quæ, more potionis, scientiam stillat, & virtutibus hominem nutrit. Tertia potio est veluti Iurisprudentia, quæ neq; cibi, neq; potus locum subire potest, cum neq. hominem in speculatione perfectum, neq; in moralibus rectum reddere possit; vocatur tamen potio medicata, quæ vitia delens, & criminosos puniens, publicæ vtilitati tanquam medicina prodest.

Amplius potio pro vehiculo humani alimenti, aut vinum, aut aqua esse debet. Vinum moderatè sumptum humano corpori infinitas affert commoditates; namq;
Vini præro-gatiua. calorem auget, spiritus recreat, lætitiam, & audaciam excitat, virtutem roborat, iracundiam mitigat, corpus siccum humectat, appetitum prouocat, concoctionem adiuuat, ingenium acuit, obstructiones reserat, excrementa absumit, lippitudinem soluit, facundiam generat, lithiasi medetur, arenulas educit, & deniq; vulnerũ me- D delæ conuenit. Sin autem homo, in vino hauriendo modum excesserit, proculdubio non merum, sed venenum potabit; iuxta vulgatum distichon.

Immodico, sed si tua proluis ora lyæo,
Pro dulci potas tetra aconita mero.

Per vinum hoc in loco intelligere possumus monumentum sanguinis Christi, aut feruorem pietatis, aut diuinam scientiam, siue pœnitentiam: siquidem hæc omnia sunt tot vina spiritualia, quæ animæ mirandum in modum conferunt: iuxta illud
Cap. 9. Prouerbiorum. *Inebriamini carissimi, bibite vinum, quod miscui vobis.* Quocirca huiusmodi vinum feruorem charitatis auget, virtutem fortitudinis roborat, gaudium in diuino spiritu, & audaciam aggrediendi bonas operationes excitat, iracundiæ causam temperat, siccitatem impietatis humectat, appetitum boni operis prouocat, intellectum illustrat, obstructionẽ pudoris confessione aperit, superfluas diuitias elee-

mosy-

mosyna absumit, lippitudinem oculorum cordis aufert, eloquentiam diuinæ laudis, & orationis perficit, lithiasim contumaciæ sanat, arenulas vitiorum educit, & deniq; vulnera doloris, mœroris, & inuidiæ ad perfectã cicatricem ducit. Præterea quemadmodum à potione putrida, siue sit vinum, siue aqua, summopere cauendum est, quandoquidem venas ingrediens, & sanguinem inficiens multa morborum genera producere potest. Similiter Christicola potionem hæresis, necnon sermonis obscæni vitare debet; cum huiusmodi potus corruptæ doctrinæ non solum animam inficiat, sed etiam multas vitiorum ægritudines generet. *Quæ potiones vitãda.*

Accedamus modò ad ponderationem somni, & vigiliæ namq; somnus mediocris
E calorem naturalem roborat, corpus humectat, crudos humores digerit, temulentiam tollit, ægritudines dissipat, & victoriam naturæ aduersus morbum prænuntiat. Ita somnus contemplationis calorem charitatis confirmat, mentem pietate humectat, crudos voluptatum humores dissipat, ebrietatem criminum aufert, morbum animę exterminat, & victoriam aduersus crimina publicat. Insuper homo quiete noctur- *Vis contemplationis.*
na oppressus extrinsecam gelidæ mortis imaginem præsentat; cum tamen intrinsecè vita fruatur: immò partes exteriores frigescunt, cum tamen intimæ non mediocrem calorem participent. Naturam huius somni referunt illi, qui spe, & pietate allecti in Domino dormire feruntur: siquidem extrinsecus dicuntur frigidi, dum egestate sunt oppressi, & veluti cunctis rebus destituti, & quasi alicuius defuncti simulacrum ostentant: cum tamen intrinsecè, ideſt quoad Deum viuant, & quoad con-
F scientiam, pietate, & charitate feruentes sint. Huc igitur respiciens Apostolus scribens ad Corynthios dicebat. *Quasi morientes, & ecce viuimus.* Vicissim, in vigilia, *Lib. 2. cap 6*
homo suas functiones obit, graditur, videt, audit, gustat, olfacit, tangit, loquitur, & intelligit: quæ actiones, vrgente somno, irritæ sunt. Vigilans hominem iustum propriæ saluti consulentem demonstrat: cum hic nullo criminum somno ingeditus spirituales actiones exercere possit: quamobrem pedibus amoris, & affectionis progreditur, oculis contemplationis intuetur, auribus demissionis animi potum percipit, gustu pietatis delectatur, spe odoratur, in alios beneficia conferens tangere dicitur, confessione, & encomijs Dei loquitur, & tandem assidua meditatione totum intelligit.

Alia duo inter res non naturales, nimirum motus, & quies non sunt prætermit- *Motus, & quies considerantur.*
tenda: siquidem homo ante prandium se exercere debet, vt excrementa in stoma-
G cho contenta descendant, & dissipentur, antequam illuc nouus accedens cibus cum excrementis mixtus corrumpatur. Pari ratione ante quam cibus spiritualis doctrinæ, vel Eucharistiæ sumatur, pœnitentiæ exercitium præcedere debet, vt vitiorum excrementa absumantur; sic enim locus conscientiæ expurgatur. Ex altera parte quies laboris, & cuiuscumq; motus terminus esse perhibetur; quoniam quicumq; motus natura sua ad quietem tendit: iuxta tritum carmen.

Quod caret alterna requie durabile non est.

Etenim quiete vires refocillantur, & membra fessa recreantur. Per quietem hoc in loco exponere possumus statum contemplationis, & vitam religiosæ consuetudinis, in qua mens ab exterioribus negotijs ad intimas conscientiæ operationes retrahitur; vt pace circumdata Deum solum veram quietem meditetur: iuxta asser-
H tum aureum Diui Augustini. *Inquietum est cor meum, bone Iesu, donec quiescat in te.* hæc enim quies statum gratiæ conseruat, vires animæ roborat, & lassitudinem mentis in mundanis negotijs fatigatæ mirandum in modum tollit.

MORALIA AB HVMANIS ægritudinibus petita.

CVM res naturales, & non naturales pauculis verbis complexi ſimus; nunc res præter naturam ita à Medicis appellatas paucis etiam exponemus, quatenus ſcilicet moribus hominũ accommodari poſſunt. Namq; ſicuti pulſus à Medicis diligenter examinantur, vt cordis affectiones percipi poſſint: ita Medici morales, nimirum Princeps, vel Dynaſta aliquando pulſus ſubditorum ita diligenter perpẽdere debent, vt cordium diſpoſitiones cognoſcant, & malè operantes à tramite obliquo retrahant. Vel nomen moralis Medici confeſſatio aſſignetur, qui pulſus confitentium magna induſtria obſeruare debet, vt intimas cordis diſpoſitiones intelligere poſſit. Itaq; in præſentia præcipui affectus corpus humanum profligantes examinandi ſunt, ſcilicet quatenus morali doctrinæ famulantur. Inchoantes igitur à morbis capitis, alopeciã primò contemplabimur, quæ generatur, quando humores acres capillorum radices erodunt. Caput eſt Princeps, & capilli ſunt homines poteſtati ſubiecti: ideo quando prauis humoribus, nempe prauis Principum exemplis capilli, ideſt ſubditi inficiuntur, tunc ſtatim in luxum diffluunt, & ſoluuntur. Caluities quoq; caſu capillorum producitur, & priuationem virtutum violentia peccati productam deſignare poteſt. Immò veluti iuuenis caluitiem incurrens denuò crines acquirere poteſt; cum ſenex, aut difficulter, aut nunquam caluitie liberetur. Aſſimiliter iuuenis ob amiſſas virtutes caluus, rurſum, vi pœnitentiæ, his virtutũ capillis exornatur, quod ſenex difficulter aſſequitur, cum vitia ſenum incorrigibilia eſſe videantur. Habemus enim in Prouerbijs hanc ſententiam. *Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea.*

Medicus moralis quis.

Cap. 26.

Succedit Epilepſia conſideranda, morbus capitis præcipuus, ità à Grecis nuncupatus, quia partes ſuperiores comprehendantur, alioquin inter varia nomina, quibus inſignitur, morbus ſacer cognominatur. Oritur hic affectus, quando humoribus ventriculos cerebri occupantibus, tranſitus ſpirituum animalium intercipitur; tuncq; patiens conuulſus cadit, & cum ſpuma circa os, ſtridore dentium, & tortura faciei, toto corpore contremiſcere videtur. Hæc affectio proculdubio ægritudini ſuperbiæ aſſimilanda eſt, quæ re vera ſacer morbus nuncupari poteſt, cum de viris ſanctis, & perfectis triumphum egerit. Item Epilepſia vocatur quaſi noxa partium ſuperiorum, nec præter rationem, cum ſupernos Angelos proſtrauerit: legitur enim in ſacris paginis. *Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Dominus.* Generatur ergo hic affectus ſuperbiæ, quando praui humores inanis gloriolæ ad ventriculos mentis feruntur, nimirum quando homo nobilitatem generis, robur corporis, & copiam diuitiarum contemplatur, vel quando nomine mediocris cuiuſdam litterationis ſibi mirificè ablanditur; tunc enim omnis motus rectæ operationis impeditur, & anima de ſtatu gratiæ præceps cadit; ſicq; tremor deſperationis, ſtridor iræ, & perturbationis, ſpuma maledictionis, & tortura vultus, nempe turpitudo malæ conſuetudinis introducitur.

Epilepſia comparatur ſuperbiæ.

In Eccleſiaſt. ca. 10.

Paralyſis etiam eſt affectus, qui inter morbos capitis recenſetur, & tunc aſſligit, quando nerui à capite deſcendentes ſenſu, atq; motu priuantur. Cauſa huius ægritudinis ab humoribus obſtruentibus, vel à calore abſumente, vel à frigore conſtipante, vel à vulnere continuum ſoluente dimanare poteſt. Per Paralyſim, intelligendum eſt peccatum, quod proculdubio ſenſum diſcretionis, & motum rectæ operationis aufert; hocq; ab humoribus voluptuoſæ delectationis mentem obſtruẽtibus, vel à calore auaritiæ, & ambitionis, vel à frigore timoris, & deſperationis, vel deniq; à vulnere inuidiæ, & iracundiæ oriri poteſt.

Phre-

Phrenesis est morbus ad caput spectans, cũ patiens hoc oppressus alienationem mentis incurrat. Quare diligens Medicus huic præstò est abratione capillorum, & sectione venæ, deinde patientem ligari, & in cubiculo obscuro decumbere præcipit. Phreneticus Peccanti comparatur, qui à ratione alienatus tanquam brutum vitia omnis generis amplectitur. Tunc igitur Medicus spiritualis illicò capillos, ideſt criminum occasionem auferre debet, & sanguinem peccati cõfessione minuere, necnon criminosum in loco obscuro, scilicet in solitudine collocare, nimirum a negotijs publicis, atq; spectaculis eum removere, & tandem vinculis divinorũ præceptorum coercere, vt quamprimum amissam mentis valetudinem adipiscatur. Huic morbo E oppositus est lethargus: siquidem Phrenesis à causa calida, & lethargus à causa frigida producitur: quare quis hoc correptus in profundum somnum labitur. Est igitur communis Medicorum sententia, læthale signum esse, dum Phrenesis in lethargum degenerat, & vicissim non esse desperandum, quando oppositum contingit. Lethargici Hypocritis, & Proditoribus assimilantur, qui extrinsecè homines simplices, & veluti dormientes videntur, cum intrinsecè pessimis vitijs redundent. At Phrenetici publicis Peccantibus comparantur, quorum vitia omnibus manifesta sunt. Quamobrem si accidat, vt Phreneticus fiat lethargicus, ideſt vt Peccans publicus fiat occultus, id pessimum esse existimandum est: quandoquidem vitia hypocritarum velata magis obsunt, cum ab omnibus virtutes esse credantur. Sed si oppositum contingat, vt quis de lethargo ad Phrenesim properet, nempe vt abdita Peccantis crimina manifestentur, id magnam spem salutis pollicetur, cum vitia manifesta non solum minus noceant, sed etiam facilius emendari possint.

Phrenetici comparatur peccanti.

Lethargici quibus sint assimilandi.

Tandem sternutatio est violẽta cerebri concussio à natura excitata ad superfluas humiditates trudendas. Hic autem motus cerebrum exonerat, totum corpus cõcutit, circa nares strepitum producit, & demum magnam spem futuræ salutis affert: hæc affectio comparatur ad contritionem, quæ discussione cerebrum mentis mouet, confessione strepitum generat, mentem satisfactione à superfluitate vitiorum exonerat, sicq; certam salutis spem animæ pollicetur.

Vis Sternutationis.

Oculi humani varijs affectionibus vexantur. Primitus patiuntur solutionem continui, inflammationem excitatam à puluere, à vento, fumo, splendore corporis lucidi, à nimio vini potu, à venerea voluptate, & deniq; à cibis acribus. Per oculum explicanda est anima, quæ cuncta intuetur, & intelligit: vel per duos oculos intel- G lectum, & voluntatem repræsentare possumus: etenim hi cordis oculi varias vitiorum ægritudines incurrunt: siquidem inuidia vulnerantur, puluere auaritiæ perturbantur, fumo superbiæ, & vento cænodoxiæ vexantur, aliquando à nimia claritate offẽduntur, dum scilicet oculi mentis diuina mysteria nimis curiosè perscrutantur: iuxta illud Isaiæ. *Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum.* Immo oculi mentis temulentia prauæ doctrinæ infestantur, venerea voluptate inquinantur, & tandem acredine ciborum iracundiæ petuntur. Scribebat enim Psalmographus. *Turbatus est à furore oculus meus.* Quid si oculus incurrat cæcitatem? nam homo luminibus orbus semper manu, vel baculo præeuntis sensim graditur, aut puero ducenti credere debet. Peccans cæcigenæ assimilatur, quia res alienas inuestigare nititur, deinde non est sui iuris, cum Diabolo, & Mundo credens, illis obsequatur. H Aurium surditas in iuuentute si fuerit genita, incurabilis redditur. Pariter surditas contumaciæ, quando iuuenibus contigerit, & fuerit antiqua, proculdubio non adminiculo naturæ, neq; medica ope, sed miraculo indiget.

Oculus comparatur animæ.

Cap. 38.

Os fœtore potissimum scatere solet, qui ex multis causis, nimirum, vel ex corruptione gingiuarum, ex vlceribus palati, ex partibus thoracis malè affectis, ex putridis humoribus stomachi, & deniq; à toto corpore interdum dimanat. Os morale est locutio, & fætor oris obscœnis verbis repræsentatur, qui ex varijs causis pendere solet, primò à gingiuis mentis hæresi corruptis, deinde ex vlceribus maledictionis, tertiò à partibus thoracis inuidia vexatis, quartò à putri humore voluptuosi stomachi, & deniq; à toto corpore, quando homo est famosus, & famam alienam violat. Ab ore ad guttur veniendum est, quod angina sæpè laborat. Verùm quando in hoc affectu tumor in collo apparet, Medici spem salutis concipiunt, sin secus, desperandum esse asseuerant. Guttur peccantis hoc morbo sæpe occupatur, & tunc ægri-

Os cui assimiletur.

Guttur peccãtis quale.

ægritudo appellatur lethalis, quando crimen in conſcientia latibulatur: quemadmodum accidit criminoſis peccata confeſſione non patefacientibus. At Medicus ſpiritualis, nempe confeſſarius, magnam ſpem peccanti pollicetur, quando crimen manifeſtatum obſeruat. Habemus enim in Prouerbijs. *Qui confeſſus fuerit peccata ſua, miſericordiam conſequetur.* Cap. 28.

Si dirigatur animus ad ægritudines pulmonis, hic aliquando patitur vlcus excitatum ab humoribus acribus à capite ad thoracem dilabentibus, ideoq; ad aerem excipiendum ineptus redditur. Idem accidit, quando acres diuitiarum humores ad pulmonem noſtræ affectionis præcipitantur; talis enim contrahitur labes, ne impoſterum aer gratiæ, & pietatis recipiatur. Alioquin anhelitus multifariam læditur, interdum à tumore vias pulmonis obſtruente, aliquando ab inflammatione, & deniq; à partium corruptela, hinc poſtea aer inſpiratus inficitur. Anhelitus ſermonem ab ore prodeuntem ſignificare poteſt, qui aliquando à tumore ſuperbiæ, quandoq; ab inflammatione auaritiæ vexatur: legitur enim apud Ioannem. *Qui de terra eſt, de terra loquitur.* Et demum ob partes nimio luxu corruptas; nam ſermo inquinatus auditores proculdubio inficit. Dicebat autem Apoſtolus ſcribens ad Corynthios. *Corrumpunt bonos mores colloquia prava.* A *Anhelitus quid ſignificet,* Cap. 3.

Quando ſtomachus aduerſa valetudine laborat, aut eruditate, aut vomitu, aut ſingultu, aut eructatione, aut fluxu afficitur. Humana loquela à ſtomacho repræſentatur, quæ varios affectus morales incurrit. Primò eruditate inſolentiæ cruciatur, deinde vomitu iactantiæ, ſingultu inuidiæ, eructatione maledictionis, & fluxu inhoneſtæ voluptatis occupatur. Niſi velimus, per vomitum, confeſſionem piacularem interpretari, quæ ſtomachum conſcientiæ abſtergit, concoctionem morum adiuuat, & tandem homines ab ægritudine peccati liberat. Interdum, vitiato ore ventriculi, præceps virium lapſus oritur, quem Medici ſyncopem vocitant; tuncq; motus, & ſenſus patientis intercipitur. Syncope hoc in loco eſt ſymbolum peccati, qua correptus cum ſit homo, vita gratiæ intercipitur, & motus bonorum operum coercetur. B

Venter quandoq; nimia repletione diſtenditur, & hic affectus euacuatione tollitur, interdum inanitione laborat, & tunc repletione ſanatur. Per ventrem mens intelligenda eſt, quæ, ritu ventris, cor intelligentiæ, iecur affectionis, & fel iracundiæ continet. Hæc igitur cum ſæpiſſimè vitijs, & diuitijs repleatur, confeſſione, ratione vitiorum, & eleemoſyna, ratione diuitiarum, euacuanda eſt: quàdo verò inanitionem virtutum, & ſcientiarum incurrit, tunc fidei, & ſcientiæ documentis eſt replenda. Renes quoq; patiuntur lithiaſim, dum viſcida, & tenax materia ab immoderato calore in lapillos glutinatur. A renibus affectiones hominum voluntariæ referuntur, quæ viſcidis, & glutinoſis diuitiarum, & deliciarum humoribus redundant: vnde calor immoderatus concupiſcentiæ lapillum contumaciæ generat, & mundanos affectus praua conſuetudine glutinat. C *Ventris affectiones.* *Renum affectus.*

Inteſtina non paucis morbis obnoxia eſſe Medici pronunciant. Namq; diſtenduntur, & ſolura vnitate dolor generatur, aliquando ita exſiccantur, vt fæces expelli nequeant, interdum tumore præter naturam, necnon profluuio alui, & torminibus afflictantur. Inteſtina ſunt affectiones humanæ mentis, quæ inuidia extenduntur, & auaritia adeò exſiccantur, vt nulla operatio recta inde emergat: interdum tumore ſuperbiæ ſtimulantur, cupiditate intemperata in fluxum luxuriæ ſoluuntur, & deniq; torminibus iracundiæ, & ſæuitiæ corripiuntur. Habemus enim in Prouerbijs hoc aſſertum. *Viſcera autem Impiorum crudelia.* Alioquin inteſtina tribus præcipuis alui fluxionibus vexantur. Prima eſt ſimplex fluxio diarhea nuncupata, ſecunda eſt lienteria, quando cibaria inconcocta deijciuntur, tertia nuncupatur dyſenteria, quando ſanguis vnà cum abrasione inteſtinorum edicitur. Per has tres fluxionis ſpecies, tria profluuia moralia, nempe in loquendo, audiendo, & operando exponere debemus. Profluuium verborum ſi ſimplex diarheam repræſentat, cum quidam iuuenes in verbis quidem diſſoluti ſint, & tamen ab inhoneſta conſuetudine, & à ſanguine lethalis criminis abhorrent. Profluuium auditus æmulatur lienteriam: quandoquidem nonnulli ſunt in audiendo ita negligentes, vt ne parum quidem Verbi Dei retineant. Deniq; profluuium operationis refert dyſenteriam, quia cum ſanguine lethalis. D *Cap. 12.* *Profluuia moralia quæ*

thalis criminis, & abrasione virtutum moralium producitur. Intestina tandem verminatione ad desperationem vsq; Medicorum laborare solent: cum variæ vermium species in intestinis generentur. Per vermes crimina sunt intelligenda, quæ intestina conscientiæ fæcissimè corrodunt; horumq; variæ differentiæ obseruantur: quandoquidem vermes auaritiæ à diuitijs, vermes luxuriæ à delicijs, vermes superbiæ à dignitatibus, vermes inuidiæ ab aliena prosperitate, & vermes intolerantiæ à calamitatibus oriuntur. Immò quemadmodum vermes intestinorum pharmacis trudiuntur, ne inde patientis interitus prodeat: pariter vermes peccatorum piaculari confessione educendi sunt, vt imminens æternæ mortis periculum cuitetur. *Crimina vermibus assimilantur.*

E Pedum vitium præcipuum est podagra inuadens illos, qui quotidianis epularum lautitijs delectantur, & corpus nonnisi in venereo actu exercent. Sed aduertendum est, quòd Eunuchi, pueri, & mulieres hac ægritudinis specie minimè vexari ferantur. Podagra pigritiam, & segnitiem corporis nobis exhibet, quæ solet illos occupare, qui cupedijs summopere gaudent, & frequenter in Venerem incumbunt. Pueri autem homines simplices, Eunuchi castos, & mulieres homines pios, & clementes significant: idcirco hi prædicta morbi specie non corripiuntur. *Vitia pedũ.*

Iam peruenimus ad cutim, quæ multis morbis obnoxia esse dicitur. Etenim solutione continui, corrugatione, pustulis, serpigine, & scabie affligitur. Item cutis consuetudinis humanæ varias vitiorum ægritudines patitur, primò solutionem continui ab ira, & discordia excitatam, deinde corrugationem inuidiæ, pustulas superF biæ, serpiginem auaritiæ, & denique scabiem libidinis incurrit. Nisi velimus, per pustulas in superficie cutis excitatas, crimen veniale declarare, quod ad intimas cordis partes non penetrat, sed tantùm in superficie consuetudinis obseruatur. His addenda est lepra, quæ à Medicis non solum inter affectus cutis contagiosos, sed etiam inter hæreditarios collocatur. Leprosus peccantem significat, qui consuetudine aliorum criminosorum infici potest; dicebat enim Poeta. *Cutis vitia qualia.*

Morbida fœda pecus totum corrumpit ouile.

Quamuis id melius expresserit Psalmographus dicens *Cum sancto sanctus eris & cum peruerso peruerteris*. Deinde homo in lepram facile incidit, quando veteres parentes simili morbo semel correpti fuerint: ita homines prauis Maiorum exemplis peccantes euadunt. Item in cute aliquando tumores præter naturam producuntur, qui inde fiunt, vel quia humores noxij sint adeo tenues, vt ad cutim facile fluere G possint, vel quia meatus patientis sint adeo lati, vt per illos quilibet humor etiam crassus ad extimam cutim penetrare possit. Hic tumor, lethalis criminis symbolum esse potest, quod vel ex latitudine sensus delitiosi, vel ex conscientia nimis lata, ideò ad peccandum procliui, vel ex tenui humore inconstantiæ prodire potest. Alia species tumoris hernia vocata in cuti abdominis oritur, quando peritoneum, seu membrana intestina continens ob clamorem, vel luctam nimis extenditur, aut rumpitur. Hic tumor discordiam nobis repræsentat, quæ membranam charitatis scindit, dum clamor contumeliarum, & lucta controuersiæ inter homines vigêt: hæc enim omnia charitatem, & amicitiam dirimere solent. *Tumores præter naturam.*

De affectibus peculiaribus hactenus sermo est habitus, nũc ad vniuersales totum corpus hominis vexantes descendere oportet, qui vt plurimum à sanguine in venis H corrupto oriuntur. Sanguis igitur in venis, vel putredine, vel alieni humoris permixtione vitiatur: ita sanguis affectionis humani cordis, aut putredine peccati, aut nefaria, & perdita aliorum consuetudine inquinatur. Cæterùm quia plerumq; accidit, vt, sanguine fædato, febres emergant, nonnihil de illis dicẽdum esse existimauimus. Febris est calor præter naturam à corde per cunctas humani corporis partes disseminatus, & quoniam in humano corpore tres partes, nimirum spiritus, humor, & pars solida reperiuntur, in quibus calor febrilis accendi potest; hinc tres à Medicis febrium differentiæ constituuntur. Prima febris dicitur ephemera, quæ occupat spiritus, secunda putrida humores vexans, & tertia hectica partes solidas afficiens. Febris moralis ad concupiscentiam mentis, feruorem affectuum, & intemperantiam cupiditatum refertur, hæcq; triplex esse perhibetur. Prima vocatur concupiscentia dignitatum, & est superbia, secunda concupiscentia voluptatum, & dicitur luxuria, tertia concupiscentia diuitiarum, & auaritia nuncupatur. Superbia febrem *Febrium differentia.* *Concupiscẽtiæ quot species.*

brem ephemeram æmulatur, quia ſpiritus tantummodo, & res inanes veluti cænodoxiam reſpicit. Luxuria febrem putridam refert, quoniam ab humoribus vitiatis, & ab inquinamento carnis prodeat. Auaritia tandem febrem hecticam repræſentat, cum res ſolidas, nempe aurum, & argentum omni voto appetat. Auaro enim nullus ſatis eſt theſaurus, nihilominus is humanæ vitæ ſpolio exutus quolibet mendico pauperior euadit: hoc elegantiſſimè expreſſit Auſonius in illo epigramate, in quo Creſſum Regem olim opulentiſſimum, & Diogenem mendiciſſimum, apud Inferos introducit colloquentes in hæc verba.

Effigiem, Rex Creſſe, tuam diuiſſime Regum
Vidit apud manes Diogenes Cynicus: A
Conſtitit, atq; procul ſubito maiore cachino
Concuſſus dixit, quid tibi diuitiæ
Nunc proſunt, Regum Rex ô diuiſſime, cum ſis
Sicut ego ſolus, me quoq; pauperior?
Nam quecunq; habui mecum fero, cum nihil ipſe
Ex tantis tecum Creſſe feras opibus.

Nonnulli veniale crimen febri ephemeræ aſſimilant, cum non ſit aliud, niſi intemperantia ſpirituum humanæ mentis, ideoq; inſtar prædictæ febris, facilè accedit, atq; recedit. Immò quemadmodum febris ephemera interdum in febrem putridam, & aliquando in febrem hecticam degenerat: pari ratione veniale crimen, niſi pœnitentia quamprimum expugnetur, aut in febrem putridam, aut hecticam, nimirum B in lethale aliquod crimen conuertitur; iuxta illud Gregorij. *Peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere in aliud vrit.*

Crimen veniale aſſimilatur febri ephemeræ.

In calce huius rubricæ nonnulla de veneno dicenda eſſe cenſuimus. Venenum illud eſt, quod ſine præcedente ægritudine hominem necat, & ex triplici familia, nimirum animalium, vegetabilium, & mineralium elicitur. Pariter, in doctrina morali, venenum reperitur, quod tentamentis animã venenat, & prauo conſenſu eam occidit: hoc autem venenum in triplici diſcrimine conſtituitur. Primum venenum eſt morſus animantium venenatorum, nimirum Dæmonum, & hominum improborum, ſcilicet adulatorum, & hæreticorum, quorum verbis anima venenatur: iuxta illud Pſalmographi. *Venenum aſpidum ſub labijs eorum.* Secunda veneni ſpecies ex vegetabilibus elicitur, hæc autem vegetabilia, in doctrina morali, delicias, & voluptates referunt, quibus anima morte opprimitur. Tertium venenum ex mineralibus, nimirum ex diuitijs eruitur, ſiquidem hæ malè adhibitæ animam venenando interficiunt. Cæterùm quando venenum exhibetur, quia iucundum eſt, dulci liquore permiſceri ſolet. Pariter venenum peccati, quia natura ſua animæ horridum eſt, idcirco Diabolus illi dulcedinem alicuius delectationis permiſcet, vt hac ratione voluntatem decipiat. Quamobrem tutum erit à dulcibus, nimirum à mundi delectationibus obſtinere, ne fortè contingat, vt in ipſis venenum peccati latibuletur. Tandem homo veneno infectus conſuetudine alios inficere poteſt: pariter qui criminibus ſunt venenati, & prauis moribus imbuti, alios ſimili veneno inficere poſſunt dum obſcœnis verbis, & prauis exemplis vtuntur.

Venenorum quot ſpecies

C

D

SYMBOLA.

VNCTAS ſymbolorum differentias, de quibus in præſentia ſit ſermo, vel ex figura humanarum partium, vel ex integro hominis cuiuſcumq; ætatis, & vtriuſq; ſexus ſimulacro depromptas eſſe comperimus. Namq; ratione primi, licet intueri apud Paradinum, figuram humani capitis armati galea ſimulacro corui inſignita, cum titulo INSPERATVM AVXILIVM. Et hoc ſymbolum M. Valerio Corui no aſſignat, qui ſæpè ab Omnipotenti Deo perenni præſidiorum fonte inopinatam opem dimanare ſignificabat. Apud eumdem Authorem, effigies humani capitis, aure ſubula perfo-

In Symbol. ber.

perforata, obseruatur, cum titulo. SERVITVS LIBERA. quo docemur Christicolam à legis seruitute liberum, & in gratia constitutum debere aurem summo offerre Deo, vt illa præceptorum capax, & mandatis diuinis obsequiosa reddatur. Ibidem conspicitur icon manus cum pugione, quæ frontem humanæ capitis percutere nititur, cum inscriptione. VELINARA. Nobis insinuat author sceleſtos homines ab æterno Iudice vbicumq; puniri; immo id accidisse narrat Galeatio Francisci Sforziæ filio, qui ab Andrea Lampugnano ante aram peremptus fuit. Præterea Caluariam hominis inter sceptrum, & ligonem effigiatam Gabriel Simeon exhibet cum hoc titulo. MORS SCEPTRA LIGONIBVS AEQVAT. Vt designaret E mortem indiscriminatim, tam mendicos, quam diuites de medio tollere. Idcirco Horatius ad rem canebat. *Mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regumq; turres.* Quamuis alius symbolum non absimile hoc titulo decorauerit. MORS NVLLI PARCIT HONORI. Meminimus vidisse alibi indicem manus delineatum frontem humani capitis picti ostendentem, cum hac inscriptione. FRONS HOMINEM PRAEFERT. Quandoquidem hoc symbolum humanam frontem humanæ indolis indicem esse demonstrat. Quando verò pollex, & index admotus parti infimæ auris pingitur, symbolum memoriæ demonstratur: propterea quod illa pars auris apud Antiquos vellicata memoriam attestabatur. Alioquin apud Portam, auris manu tacta est symbolum litteræ A. veluti tangere barbam significat B. Caput C. dentes D. frontem F. epar E. guttur G. humeros H. ilia I. linguam L. manum F M. nasum N. oculos O. Palatum P. quinq; digitos Q. Renes R. supercilia S. tempora T. & deniq; tangere ventrem V. denotatur.

Icō manus.

In lib. de furt. litter. notis.

Si prosequamur in recensendis symbolis à reliqua partium serie desumptis, inueniemus apud Claudium Paradinum, iconem humanæ linguæ, cuius basis caudæ serpentinæ adhæret cum hoc titulo. QVO TENDIS? Volebat enim significare verba incautè non esse proferenda: quamuis huius symboli explicatio in Rubrica Prouerbiorum videnda sit, quando de prouerbijs à lingua petitis verba fiunt. Apud eundem authorem conspicari possumus brachium ense euaginato armatum, & lilijs decoratum, cum hac græca inscriptione. ἀφλαστῶς. Idest sine fraude, additq; fuisse symbolum Ducis Mormorentiani, quo, in significanda vera fidelitate, vtebatur. Alioquin effigies brachiorum humanorum in Zodiaco, ex Georgio Veneto, symbolum Geminorum ostendunt. Sadelerus quoq; duas manus simul copulatas pingit, cũ G duab. inscriptionibus, quarũ superior sic se habet. FAELICITAS TEMPORVM. inferior verò est. RERVM CONCORDIA. & hoc symbolum Philippo Secundo Hispaniarum, & Indiarum Regi assignat. Item Paradinus delineauit duas manus catena iunctas cum titulo. NEC FAS EST, NEC POSSE REOR. Vt significaret omnes captiuos non esse reos iudicandos, sed eos tantummodo, qui vitijs sunt inquinati: quandoquidem quamuis, iussu Herodis, Petrus Apostolus duplici catena iunctus custodiretur; nihilominus, catenis cadentibus, angelica ope aufugit. Demũ in veteri schemate Clodouei duæ manus Cœlo supinæ figurantur, quæ alijs duobus sulciuntur, cum titulo. TVTISSIMVS. Hoc videtur desumptum ex victricibus Moisis manibus, quæ hostium cuneos feriebant, dum sublatæ in preces quasi feriebantur.

In lib. de symb. heroic

Brachia.

Manus.

H Si descendamus ad alias partes. Inter symbola pythagorica, vnum reperitur huius tenoris. COR NE DEVORES quo docemur, intellectum, & animam in rebus terrenis, & voluptuosis non esse immergendam: cor enim partem rationalem denotat. Verùm Costalius partem oppositam huius symboli declarauit, quando delineauit hominem cor deuorantem, vt homo mundanis curis vexatus demonstraretur. Alibi Pythagoras dicebat. PEDIBVS NVDIS SACRIFICA, ET ADORA. Hoc symbolo cunctis insinuabat partem sensualem hominis contemplantis à criminibus solutam esse debere. Idem solebat dicere PEDEM DEXTRVM AD CALCEANDVM MOVE, IN PELVIM SINISTRVM. Multi exponunt, hoc symbolo, rectas, & heroicas actiones tanquam dextras esse admittendas, prauas verò tanquam sinistras deponendas.

Pag. 39.

Succedunt modò exaranda symbola integrum hominis simulacrum referentia, quorum nonnulla naturam potius emblematis, quàm symboli sapiunt: nihilominus quo-

quoniam nonnulli authores hæc nomine ſymbolorum circumferunt: propterea hoc in loco ſimulacrum iuuenis habentia primùm recenſebimus, vt deinceps ad alia pe-
Symb.34. detentim accedamus. Bocchius pingit iuuenem, qui ſonem anchoræ per acus foramen tranſmittere conatur, cum titulo. NVNQVAM BEARI POSSE AVARVM DIVITEM. Argumentum ab aureo Euangelij Dicto depromptum eſſe videtur, vbi legitur facilius eſſe Camelum tranſire per foramen acus, quàm diuitem intrare regnum Cœlorum: hæc tamen ſententia de diuite auaro intelligenda eſt. Idem author exhibet effigiem iuuenis ſenem vincientis ſub antro: inſcriptio eſt talis. VNAM VIDENDAM VERITATEM IN OMNIBVS. hæc duo iuuenis, & ſenis ſimulacra Ariſteum, & Protheum repræſentant, qui ambo veritatem, opinio- A
nibus exterminatis, hauriendam eſſe denotant: opiniones enim varijs animalibus in antro ſtabulantibus deſignantur. Idem author effigiauit iuuenem proprium caput à collo reciſum manibus ſimulacro Fortunæ offerentem, quæ manu collum tri-
Symb.66. bus capitibus Leonis, Serpentis, & alterius bruti inſignitum iuueni genuflexo applicatura videtur, vt denoretur homo fortunæ ſe credens, nam proprio capite, nempe ingenio caret, & naturam bruti induere videtur: hocq; ſymbolum ſic inſcribitur. BELLVA FIT, CAECAE STATVIT, QVI CREDERE SORTI. Item Matthias Archidux Auſtriæ expreſſit ſimulacrum iuuenis, nimirũ Perſei Andromedam liberantis cum titulo: AMAT VICTORIA CVRAM. nam veluti Perſeus Andromedam virginem formoſam ab immani monſtro eripuit: ſic ipſe Hungariam re-
Symb.86. gionem pulcherrimam à iugo Turcarum erat liberaturus. Pariter Bocchius figura- B
uit iuuenem palo tranſfixum, & fumo ſuffocatum, cum hoc titulo. A PVBLICA RE EXTERMINANDVM ESSE AMBITIOSVM. Argumentum huius ſymboli ab hiſtoria deductum eſt: nam Alexander Cæſar quandoq; iuſſit iuuenẽ quemdam ambitione ardentem fumo necari. Meminimus vidiſſe in prima facie cuiuſdam libri figuram iuuenis Cœlum intuentis, & titulus erat talis. BEATVS VIR, CVIVS EST DOMINVS SPES EIVS, ET NON RESPEXIT IN VANITATES, ET INSANIAS FALSAS.

Poſteaquam peruenimus ad virorum ſimulacra, primùm de illis verba fient, quæ
Pag.49. cum rebus inanimatis figurantur. Coſtalius aliquando figurauit hominem in ſolitudine citharam pulſantem, quo ſimulacro Aſpendius citharœdus repræſentatur, qui nec etiam ab amicis audiri volebat, ſed ſibi tantùm pſallebat. Hoc igitur ſymbolo C
referuntur illi amici, qui vtilitate amicitiam metiuntur: ideoq; non veri, & fidi amici, ſed infidi, blandi, & vulgares appellantur. Iuxta illud carmen.

Vulgus amicitias vtilitate probat.

Pag.34. Iterum idem author delineauit hominem ante vas fabis plenum citharam pulſantem, & inſcriptio ſymboli eſt hæc. DORICA MVSA. Voluit enim nobis inſinuare interdum nonnullos eſſe Iudices, qui munera tantummodo reſpiciunt, & iuxta illa iudicant: fabis enim ſuffragia denotantur. Qui pulſat citharam eſt dorica muſa, nimirum iudicare, quatenus δῶρα, ideſt munera adſunt: alludit enim ad vocabulum
Pag.35. δῶρον, quod donum ſignificat: quare addit aliam inſcriptionem in hæc verba. IN IVDICES ΔΟΡΟΦΑΓΟΥΣ. Idem Coſtalius exponit iconem hominis ſono vaſa probantis cum titulo. HOMINIS ORATIO PROBAT, ET NON VESTIS. Voluit enim monere hominem ſermone, & non veſtitu eſſe probandum; propterea D
ſolebat dicere Diogenes. *Loquere vt te videam.* Idem author figurat virum aqua
Pag.33. cuiuſdam fontis faces accedentem, & inſcriptio ſymboli eſt. INSIBI PRAEFIDENTES. Alludit author ad fontem Dodoneum, in quo faces extinctæ accendebantur, & accenſæ extinguebantur: ſiquidem hic fons diuinæ iuſtitiæ ſymbolum eſſe videtur, quæ nimis fidentes extinguit, & deprimit, extinctos verò nimirũ humiles extollit, & accendit. Apud Gabrielem Simeonem conſpicitur figura hominis gladio ignẽ fodientis, cuius ſcintilla in oculum ſimulacri profilit; titulus eſt. IGNIS GLADIO NON FODIENDVS. Argumentum ex aſſerto pythagorico deſumptum eſt, & ſymbolum eſt prolatum in litigioſos, qui ſæpè læduntur ab illis, quos irritant. Sigiſmundus Malateſta Princeps Arimini habebat in ſymbolo ſimulacrum Mutij, cum dextra in ignem extenſa, & inſcriptio erat. HIS GRAVIORA. Quippequi erat paratus: non ſolum manum flammis, inſtar Mutij, ſed totum etiam corpus

pus pro tutela subditorum exponere. Apud Sadelerum obseruatur figura hominis, dextra bilances, & sinistra cornucopiæ tenentis, cum inscriptione. BONAE SPEI. attribuit hoc symbolum Carolo Nono Valesio Regi Francorum Christianissimo. Item apud Gabrielem Simeonem pingitur figura hominis bilãces gestantis, quarum altera nimio pondere fracta est, cũ titulo. VLTERÆ ORDO NON EST TRANSILIENDVS. Author innuebat ab hominibus iniquis nullum mensuræ modum seruari: ideoq; sæpè exitum nocuum, & inopinatum experiuntur; veluti altera lanx nimio pondere pressa rumpitur. Costalius quoq; effigiauit virum bilances manu tenentem, cum inscriptione. NIL VIRTVTE MELIVS, NIL PRÆSTANTIVS. *Pag. 27.*

E Alludit Author ad Critolaum pecuniam, honores, & virtutes ponderantem: quare Author, hoc symbolo, virtutem diuitijs, & ambitioni præferendam esse ostendit. Quamuis hoc aliquibus nullam symboli naturam sapere videatur. Idem Author addit aliud symbolum, quod secundùm aliquos nil habet symboli: pingit enim hominem pugno saxum percutientem, cum titulo. STVLTITIÆ EXEMPLVM. Sic enim, non esse contendendum cum pertinaci, ostendere conatur. Verùm Gabriel Simeon delineat hominem litteras cælantem in marmore cum titulo. SCRIBIT IN MARMORE LÆSVS. Significat quemlibet læsum iniuriæ memorem esse, quoniam sunt nonnulli, qui ita propriæ authoritati & opibus fidunt, vt facile quosuis infimæ conditionis contumelijs afficiant, nam temporis tractu id obliuioni tradendum esse existimant, nihilominus falluntur, cum iniuria in marmore scribatur. *Pag. 45.*

F Sambucus excogitauit simulacrum viri humi sedentis manu librum apertum tenentis, cum ense, falce, & cornucopiæ supra caput, addito titulo. CONSILIVM. Vt innueret omnia consilio peragenda esse. Gabriel Simeon figurauit hominem supra iconem terrarum orbis cum gladio in dextra, & libro in læua. Titulus est. EX VTROQ; CAESAR. Voluit enim significare Iulium Cæsarem litteris armatum, & in armis litteratum fuisse, vt totius orbis dominium fuerit consequutus. Bocchius delineauit funabulum ambabus manibus oblongum tenentem baculum cum inscriptione. TENERE MEDIVM SEMPER EST PRVDENTIAE. Hoc enim symbolo monemur virtutem in medio consistere. *Symb. 12.* *Symb. 57.*

Gabriel Simeon effigiat hominem cum orbe terrarum in dextra, & scheda in sinistra, & addit hunc titulum. AVT CAESAR AVT NIHIL. Hoc fuit symbolum, seu potius assertum Cæsaris Borgiæ Ducis Valentinensis citra simulacrum, quod

G postea Gabriel Simeon vsurpauit pro titulo descripti simulacri, vt lectori insinuaret se vel moriturum, vel aliquod celebre facinus patraturum. Siquidem vir armatus in hoc simulacro altera manu tenens figuram terrarum orbis quodammodo Monarchiam Iulij Cæsaris refert, & scheda in altera manu multiplicato charactere exarata nihil repræsentat. Hoc symbolum apte temerario Borgiæ competebat; nihil enim peregit, sed adhuc iuuenis in Regno Nauarræ fuit trucidatus, & epitaphio huius generis tumulatus.

Borgia Cæsar erat fatlis, & nomine Cæsar,
Aut nihil, aut Cæsar, dixit, vtrumq; fuit.

Meminimus legisse in hoc genere tetrasticon huius tenoris.

Aut nihil, aut Cæsar, vult dici Borgia, quidni
H *Cum nihil, & Cæsar posset, & esse simul*
Omnia vincebas, sperabas omnia Cæsar,
Omnia defectunt, incipis esse nihil.

Philippus II. Hispaniarum Rex pictura expressit orbem terrarum supra Herculis humeros cum epigraphe. VT QVIESCAT ATLAS. posteaquam Carolus Quintus Cæsar, & parens ei regnorum suorum administrationem cessit. Sadelerus quoq; figurat hominem dextra gladium, & læua palmam tenentem cum inscriptione. REQVIES HAEC CERTA LABORVM. Et attribuit symbolum Carolo Barbonio Nauarrorum Regi. Item delineat hominem dextra columnas erigentem, & læua hastam stringentem, & symbolum hoc versu decorat MIRA FIDES LAPSAS RELEVAT MANVS VNA COLVMNAS: hoc symbolum Carolo nono Valesio Regi Francorum vigesimo sexto assignat. Gabriel Simeon exhibet iconem hominis genuflexi mortis simulacrum supplicantis, à quo telo peti videtur,

Mortis ſimulacrum. detur, titulus eſt. IMPROBVS NVLLO FLECTITVR OBSEQVIO. Siccenim Author naturam improborum, & crudelium explanat, qui nullis precibus flectuntur: ideoq; illos morti aſſimilat, quæ nemini parcit.

Modò ſymbola explicãda ſunt, in quibus ſimulacra hominum cum alijs animantibus delineantur. Ideo Perinus Cardinalis Gonzaga figurauit Herculem clauã hydram percutientem, cum titulo. TV NE CEDE MALIS. quippequi æqua animi fortitudine, monſtra inuidiæ erat ſuperaturus; & Coſtalius exhibet iconem hominis equum percutientis, qui pondere ſarcinæ preſſus humi iacet, cum inſcriptione. NE QVID VLTRA VIRES. Innuit enim, in cunctis peragendis, vires eſſe examinandas. Homo quoq; conans baculo percutere ſerpentem cryptam ingredientem, A deinde elabentem, fuit ſymbolum ſambuci, vt opportunis remedijs morbo occurrendum eſſe demonſtraretur. Item figura paſtoris oues tondentis habetur apud Coſtalium cum titulo. MODERATIO IN SVBDITOS. voluit enim ſignificare benignitatem Principis erga ſubditos eſſe probandam. Item apud eumdem obſeruatur effigies hominis à defuncto neſcioquid eripientis, cum inſcriptione. MODERATIO IN VECTIGALIBVS. Huius argumentum videtur à prouerbijs deſumptum, vbi de auaris legitur, quòd à mortuis etiam pecuniam exigunt, veluti ſunt Principes in Vectigalibus nimis graues. At Gabriel Simeon depingit hominem conculcantem lapathum, quam herbam Latini rumicem appellant, inſcriptio eſt. VIRESCIT VVLNERE VIRTVS. Significat author hominem virtute præditum ab Inuidis quandoq; vexari, cum tamen virtus ſtudioſi viri, & ingenium in dies B magis, atq; magis manifeſtetur: quemadmodum lapathum quò magis teritur, eò magis vireſcit.

Pag.30. *Pag.79.* *Pag.52.* *Lapathum quamamber ba.*

Pag.54. Conſpicitur apud Coſtalium icon hominis porcum alloquentis ad ſignificandam voluptatem, quam vnuſquiſq; etiam immanis, & vilis ſequitur. Ibidem obſeruatur homo lupum, apprehenſis auribus, coercens, ad denotandos illos, qui temerè aliquod opus aggrediuntur, à quo poſtea nonniſi maxima cum difficultate ſe expedire poſſunt. Vir poſtea manu geſtans ouum, ex quo pullus erumpit, ſymbolum fuit Sambuci ad certam ſpem exprimendam. Item vir coercens ſerpentem exuuias deponentem, fuit ſymbolum Sambuci, vt opportuna prodeſſe demonſtraret: quandoquidem ſerpens ſpolium deponens captus veneno carere perhibetur. Albertus Auſtriæ Archidux pinxit Serpentem, & Taurum ad pedes Iaſonis manu vellus aureum geſtantis, cum titulo. ASSIDVITATE. Etenim hoc ſymbolo ſpes alicuius C conatus heroici monſtrabatur, ad æmulationem Iaſonis, qui cum Argonautis, recuperandi gratia velleris aurei, in Colchidem nauigauit.

Varia tandem ſymbola huius generis apud Authores conſpiciuntur, nam Sambucus excogitauit ſimulacrum viri armati fulmine muniti, & ab alio viro picti. Sic enim denotatur Apelles Alexandrum pingens, vt Iouis filius eſſe crederetur: cum poſtea Apelles à Liſippo fuerit reprehenſus, nam ipſe eumdem Alexandrum haſta tantùm munitum delineauit. Author igitur hoc ſymbolo nobis adulatorem oſtendit. Coſtalius effigiauit virum toga ornatum, cum ramo viridi in dextra, & ſcheda implicita in ſiniſtra; vt indicaret illos, qui iuris peritos aſpernantur. Apud eumdem conſpicitur figura hominis terram fodientis, vt oſtenderet nihil eſſe, quod nos aſſiduo labore non aſſequamur. Idem author effigiat hominem monoculum in tri- D bunali ſedentem, vt iudicem ſordidè iudicantem demonſtraret, cum vnam ſolã partem, non autem ambas reſpiciat. Figura hominis dentibus nuces frangentis, & panem gladio incidentis, fuit ſymbolum Sambuco attributum, vt oſtenderet pranam conſuetudinem difficillimè auferri poſſe, quoniam nuces duræ ferro potius, quàm dentibus frangendæ, & panis mollis dentibus potius, quàm ferro comminuendus. Apud eumdem, vir proijciens in flumen fruſtum quercus, fuit ſymbolum ſignificans apta eſſe reijcienda: nam quercus ſeu robur in aquis lapideſcit, cum cætera ligna ibi putrefiant. Demùm homo intuens ſpeculum ſine bractea, vnde imago intuentis reddi nequeat, eſt ſymbolum, quo vſus fuit Sambucus, vt ſordidam, & inanem amicitiam eſſe illam exprimeret, in qua mutua gratia, vel beneuolentia non redditur.

Apellis Alexãdrũ pinxit. *Pag.37.* *Pag.78.* *Iudex monoculus quis.* *Speculũ ſine bractea qd.*

Non deſunt ſymbola, in quibus ſimulacra ſenum, & mulierum obſeruantur. Non-

nulli

nulli pingunt senem alatum falce munitum, & horologio arenario, addunto; hunc titulum. HANC ACIEM SOLA RETVNDIT VIRTVS. Quandoquidem homines eximio virtutum splendore coruscantes vitam perennem ducere perh bentur. Habemus etiam apud Bocchium iconem senis speculum adolescenti porrigentis; inscriptio est talis. EN VIVA E SPECVLO FACIES SPLENDENTER EFFERTVR. SIC SAPIES, POTERISQ; OMNIA, DVM IPSE VELIS. Argumentum symboli depromptum est à Socrate, qui iuuenes in speculo conspiciendos docebat, vt pulchritudinem animi venustate corporis æquarent: siminus deformitatem corporis venustate animi refarcirent. Apud eundem licet E intueri figuram senis in cathedra sedentis calicem dextra tenentis à venusto iuuene porrectum, cum titulo. PROPINO HOC PVLCHRO CRITIAE. Author voluit denotare Threramynem vnum è triginta tyrannis atheniensibus, cuius Cicero in quæstionibus Tusculanis meminit: hoc igitur symbolo percipiendum est, contemptu mortis, cor metu liberari. Circa simulacrum mulierum, meminimus vidisse in prima libri facie iconem Virginis sybillam referentis hoc distichon exornatam. *Symb.59.* *Li.1.Tusc. quæst.*

NE TVRBATA VOLENT RAPIDIS ORACVLA VENTIS,
NVNC FOLIO VATES COMMODIORE SONAT.

Alludit enim author ad libros nostræ ætatis, & ad vaticinia sybillæ, quæ olim in foliis arborum scribebantur. Eleonora de Toledo vxor Cosmi Magni Hetruriæ F Ducis delineauit Lucretiam Collatini vxorem, quæ à Tarquinio compressa, ne dedecori esset superstes, necem sibi intulit: titulus est. FAMAM SERVARE MEMENTO. siquidem viri ob plurimas virtutes, & fœminæ propter pudicitiæ famam commendantur. Sadeleus quoq; pingit simulacrum trium virginum, nimirũ Gratiarum cum inscriptione. HAS HABET, & SVPERAT. hoc symbolum Isabellæ Emanuelis Lusitaniæ Regis filiæ, & Caroli Quinti vxori attribuit.

Iam properandum est ad illa symbola, in quibus plura hominum simulacra obseruantur. Costa ius delineat virum equitantem turba militum stipatum, præcedente, Tortore securi quemdam percutiente, ad ostendendam seueritatem in bello adhibendam. Alludit enim ad Lamacum Ducem, qui læui de causa milites extremo supplicio mulctabat. Hæc eadem pictura obseruatur in Pegmate sexagesimo, vbi Author Deum cuncta videre, & prouidere demonstrat. Sed vt verum fatcamur, mul- *Quæ non*
G ti viri eruditi id nihil symboli habere asseuerant: quemadmodum. & sequens sym- *habent aliquid symboli.*
bolum, in quo pinguur homo sedens, & alloquens adolescentem sambuca psallentem, quo simulacro repræsentat Antigenidem hortantem discipulos, vt verba indoctæ multitudinis aspernarentur. Nihil etiam symboli sapere videtur, quãdo Costalius depingit homines armatos infundentes aurum liquatum in os mortui senis. Voluit enim hac pictura Persas auro os Cressi Lydorum Regis obstruentes repræsentare: etenim Cressus hoc in loco mortem beare, & ditare homines significat. *Pag.42.*

Ad significandam inertiam, & otium multa se se offerunt symbola; nã Bocchius delineauit hominem seminudum sedentem, pede sinistro horologium arenarium inuersum calcantem, cui mulier admodum macilenta, & nuda adstat: inscriptio est. *Symb.26.*
H IN LENTVM, INERTEM, ET OTIOSVM. hoc igitur symbolo famem hominis inertis comitem esse significauit. Apud eundem delineatur simulacrum Cupidinis hominem dormitorem sagitta vulnerantis; vt Amorem in otio negocioſum ostenderet. Propterea prudenter Ouidius monebat iuuenes, & negotiarentur, namq; dum otiantur, à Cupidine se extricare non possunt: sic igitur canebat.

Nam Venus otia amat, finem qui quærit amoris,
Cedit amor rebus, res age, tutus eris.

Homines quoq; in spheristerio ludentes pinguntur in symbolo, quod Sambucus ad iacturam temporis significandam excogitauit.

Symbola ad Iudices, & Magistratus attinentia non sunt omittenda. Namq; apud *Symbola ad Iudices spectantia.*
Bocchium conspicitur homo in tribunali sedens alium alloquens, & manu dextra alteram auremobturans, cum inscriptione. IMAGO IVSTI IVDICIS. Argumentum huius symboli ex historia depromptum est. Referunt enim Alexandrum

Magnum tanquam Iudicem in Tribunali ſedentem Actori alteram aurem præbuiſſe, & digito alteram clauſiſſe: idcirco de hoc interrogatus reſpondit vnam aurẽ actori ſatis eſſe, & alteram Reo ſeruandam. Quare colligendum eſt, quod Iudex iuſtus, nonniſi ambabus auditis partibus ſententiam ferre debeat. Item Coſtalius delineat viros ſedentes habitu Iudicis indutos, in quorum medio conſpicitur icon pueri pampinis coronati. Voluit enim inſinuare Iudices temulentos iuſtã ſentẽtiam ferre non poſſe: iuxta vulgatum carmen.

Symb. 53.

Pag. 31.

Non eſt in multo mens bene dicta mero.

Similiter idem Author exhibet picturam hominis in tribunali ſedẽtis, cui pulchra aſtat Virgo: hoc enim ſimulacro Apius, & Virginia repræſentantur, vt moneret, quòd Iudices amantes rectè iudicare non poſſunt. Pariter idem Author figurat multos homines, cum icone luporum ad pedes. Hoc ſimulacro Neuri populi referuntur, qui olim in lupos conuerti credebantur, ſic enim author oſtendit Prætores, Iudices, & Magiſtratus in Regimine, & Præfectura, more luporum, non debere eſſe rapaces, neq; muneribus delectari. Idcirco viri ferentes munera per ianuam intromiſſi, & alij homines nihil afferrentes per aliam ianuam excluſi, in quodam ſymbolo Sambuci obſeruantur, vt peculiaris noſtræ ætatis auaritia oſtenderetur: iuxta illud Ouidij.

Pag. 80.

Auaritia noſtra ætatis.

Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Deniq; pictura viri oſtendentis mulieri manum prementem ſpongiam, & effundentem aquam, refertur ad ſymbolum Sambuci, quo Fiſcum in auaritiæ viſcum tranſire non debere oſtentabat.

Succedunt ſymbola plures hominum icones referentia, quæ ad amicitiã, ad pacem, ad opes, & ad mutuam opem ſpectant. Etenim Coſtalius pingit duos homines coronatos mutuis amplexibus iunctos, cum duabus ſtellis eorum capiti impendentibus, quæ Caſtorem, & Pollucem repræſentant, ſicq; ſymbolum fraternæ amicitiæ demonſtratur. Apud eumdem Authorem icones duorum virorum arma inuicem permutantium conſpiciuntur, cum inſcriptione. PAX AVRO REDEMPTA. Hic aduertendum eſt arma in hoc ſimulacro conſpecta alterius aurea, & alterius ferrea eſſe; hæc enim imagines Diomedem, & Glaucum referunt: ſicq; Author pacem pecunijs aliquando recuperandam eſſe docet. Idem effigiat duos homines dextras in pugnum redactas ſibi inuicem offerentes, ſiniſtras verò ſub pallio occultantes. Immò alios duos pingit homines, qui dextris panem ſibi inuicẽ offerunt, ſiniſtris verò lapides occultant: vt fucatam amicitiam oſtentaret, nam quidam ſunt, qui verbis amicos ſe præſtant, cogitatione verò inſidias ſtruunt. Idcirco apud Gabrielem Simeonem duæ ſunt hominum icones, quorum alter eſt perſonatus, & ab altero frons laruæ bacillo tangitur cum titulo. AMICO FICTO NVLLA FIT INIVRIA. Vt ſimulatores ab Aſſentatoribus deponendas eſſe ſignificaret: homo enim laruatus animi fucati ſymbolum eſſe dicitur, ideoq; larua virga percutitur, vt tandem facies ſimulata deponatur. Alioquin vir terram fodiens, & alius in arca nummos pertractans, fuit ſymbolum à Sambuco propoſitum, ad manifeſtandam benignitatem. Nam quemadmodum terra excauata non imminuitur: pariter pecunia, quam dilargimur, non perit. Canebat enim Ouidius.

Pag. 38.

Pag. 50.

Pag. 36.

Simulata amicitia.

Benignitatis ſymbolũ.

Quæ dederis ſolas ſemper habebis opes.

Gabriel Simeon exhibet picturam viri mendicum humi iacentem ſubleuantis, cum titulo. BIS DAT, QVI TEMPESTIVE DAT. Sic enim oſtenditur immortale beneficium præſtari, quando quis egeno, neceſſitate vrgente, & citra ſpem mercedis, citò opitulatur: canebat enim Auſonius.

Si benè quid facias, facias citò, nam citò factum
Gratum erit, & ingratum gratia tarda facit.

Ad rem videtur ſpectare ſymbolum illud pythagoricum. HOMINI PONDVS SVBLEVANTI SVCCVRRE, SED NON DEPONENTI. Quamuis poſtea id denotet honeſtas operationes eſſe probandas, & rectè agentes eſſe adminiculandos. Namq; per hominem, ratio, & mens intelligitur, per pondus verò, ſenſus, & affectus corporis deſignantur. Quamobrem ſubleuare pondus illi dicuntur, qui rationem à terrenis ad ſublimia erigunt. At ſymbolum, in quo ſunt viri onera, &

Symbolum pythagoricũ

opes

opes ex quodam oppido asportantes, & alius vir nudus respiciens conspicitur, Sambucus excogitauit, vt nobis insinuaret, Priuatis obliuioni mandatis, Publica curanda esse.

Sadelerus pingit nauem varijs hominum iconibus onustam in medio fluctuũ, cum inscriptione. IN FLVCTIBVS EMERGENS. Addit̃q; hoc fuisse symbolum Innocentij Noni Bononiensis Pontificis Maximi. Quare si hæc icon nauiculam Apostolorum, & Petri repræsentat, titulus symboli quadrare videtur: nam de illa sic canitur. *Symbolum Innoc. Noni Pont. Max.*

Fulctuat, & nunquam mergitur illa ratis.

E Gabriel Simeon pingit hominem veluti naufragum Mercurij habitu indutum, caduceum alteri homini in litore stanti porrigentem, cum titulo. HVC CVRSVS FVIT. Sic enim demonstratur, quòd optimus Princeps aliquem numero suorum familiarum adscribens, cum tanto beneficio sibi deuincit, quantam obligationem naufrago opitulans sibi comparat. Alioquin viri duo prælians, spectantibus viris togatis, cum icone pueri sortes extrahentis ex duobus vasis, fuit symbolum Sambuci, vt audaces à fortuna iuuari manifestaret. Veluti agricola ligonem abijciens, miles ensem, & mercator pecunias, apud eumdem spectant ad symbolũ, quo ostendit neminem sua sorte contentum esse. Pariter vir cote ferrum acuens, & alij duo viri cadauer humi stratum intuentes pertinent ad symbolum Sambuci, quo sapientiam insipientem patefacit. Nam veluti cos non incidit, sed ita operatur, vt ferrum

F incidat: ita sensus non sapiunt, sed sunt in causa, vt homo sapiat. Bocchius figurat senem pelle leonis indutum clauam dextra tenentem, cum arcu, & sagittis. sed exiles catenulæ ab illius lingua dependent quarum altera extremitas autibus innumeræ multitudinis hominum sectantis affixa est, cum inscriptione. CVRA, ET LABORE PERFICI ELOQVENTIAM. Hoc simulacro Hercules eloquẽs designatur: est enim senex quia iuuentus plerumq; eloquentia caret. Catenulæ conueniẽtiam aurium cum lingua ostendunt. Demum sagittæ indicant acumina rationum, quibus Orator ad populum alliciendum vtitur. Deniq; viri duo eleuantes manus ad hamos, quos diuina manus de Cœlo mittere videtur; attinent ad symbolum Sambuci, quo significare nititur, quòd Deus neminem inuitum trahit, & neminem cogit. *Herculis eloquẽtiæ Imago.*

G

EMBLEMATA.

QVONIAM emblemata maximam cum symbolis habere affinitatem videntur: idcirco hunc locum in historia illis concedere decreuimus. Cum autem in his simulacra partium humani corporis, necnon pusionum, iuuenum, virorum, senum, & mulierum obseruentur: hæc omnia sigillatim, & concisa breuitate exarabimus. Exemplum partium exhibet Alciatus, quando in sexto decimo emblemate, depingit manum apertam, cuius vola picturam oculi monstrat, his effigiem pulegij addit: vt vnusquisq; duo præcepta hinc eliciat, primum est sobrietatem esse diligendam, secundum est, leuem credulitatem esse vitandam: etenim pulegium temulentiæ resistit, & manus oculata certam rerum fidem exhibet. *Emblemata cũ iconibus partium.*

H

De iconibus pusionum, habemus apud Reusnerum picturam pueri supra cranium humanum dormientis, cum titulo. VIVE MEMOR LETHI, & addit hexastichon, quod his versibus terminatur. *Lib. 1. Emb.*

Viue pius, meriere pius, viue sæpe beatus
Post mortem vitæ mors via sancta nouæ est.

Florentius quoq; pingit pueros propter nuces, & lapillos contendentes, cum inscriptione. SEMPER PVERI, & addit tetrastichon huius tenoris.

Rixantur pueri, si quis lapidesue, nucesue
Auferat, & semper vilia quæq; stupent.

Nos etiam pueri, qui, donec vita ſuperſtes,
Propter opes lateas digladiamur humi.

Homines quare pueri dicantur.

Seneca quoq; nos homines non bis pueros, vt vulgus ait, ſed ſemper pueros appellauit. Nam quemadmodum pueri nucum, & lapillorum auaritia præmuntur, dum inter ſe pro his grauiter præliantur, cum tamen nullius ſint valoris, & ratio inde oritur, quia animum infirmum gerunt; ſimiliter homines pro auro, & argento magnum quandoq; bellum ſuſcipiunt, & tamen hæc quoq; ſunt vilia, quia ſtatim fluunt, & repente dilabuntur. Apud Coſtalium conſpicitur puſio nudus cum gladio euaginato quaſi percuſurus, cum inſcriptione. VIX TEMERE ANTE PILOS VENIT SAPIENTIA. vt denotetur periculum quod homines incurrunt, quando à iuuentute Publica curantur: id totum Tetraſticho declaratur. A

Deſine ſtulte puer dubiam tractare hipennem,
Aut ne audes molli tingere tela manu?
Quàm male Conſcripti tractant arcana ſenatus,
Qui nondum primas deſeruere nuces.

Si à puſionibus ad icones iuuenum fiat tranſitus, inuenietnus apud Alciatum effigiem iuuenis ſiniſtram alatam attollentis, cum dextra pondere depreſſa: inſcriptio eſt hæc. PAVPERTATEM SVMMIS INGENIIS OBESSE, NE PROVEHANTVR. carmina ſunt.

Embl. 120.

Dextra tenet lapidem, manus altera ſuſtinet alas,
Vt me pluma leuat, ſic grauat mergit onus. B
Ingenio poteram ſuperas volitare per arces,
Ne niſi paupertas inuida deprimeret.

Paupertas quid præſtet

Hoc emblemate percipimus aliquando eſſe adoleſcentes tam acris ingenij, vt in diſciplinarum cognitione ſerium progreſſum breui tempore facerent, niſi ſumma facultatum inopia eos coerceret, non immerito igitur canebat Iuuenalis.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res angusta domi.

Iuuenem etiam alatum de Cœlo cadentem apud Florentium licet intueri, cum inſcriptione. ALTVM SAPERE PERICVLOSVM. hoc ſimulacro Icarus alis munitus repræſentatur, qui nimis alte volans deorſum fuit præcipitatus. Quandoquidem illa res non eſt inquirenda, quam ſcire non eſt datum, nec ſcitari permiſſum, nec ſcrutari religioſum: etenim quod Deus regnum ſuum, neq; ſine arbitris regat, ſanctius, & reuerentius eſt credere, & mirari, quàm rimari. Idcirco ad rem canebat Horatius. C

Prudens futuri temporis exitum
Caliginoſa nocte premit Deus,
Ridetq; ſi mortalis vltra
Fas trepidet.

Apud Alciatum pingitur figura iuuenis alati è Cœlo cadentis cum inſcriptione. IN ASTROLOGOS. hac icone refertur Icarus cereis alis munitus altiora petens, qui, cera liquefacta, ad terram ruit. Ideo in poſtremo diſtricho hexaſtici Alciatus hæc habet.

Embl. 103.

Aſtrologus caueat quicquam prædicere præceps; D
Nam cadet impoſtor, dum ſuper aſtra volat.

Florentius quoq; iuuenem figurauit à ſumitate arboris in terram cadentem, cum titulo. MEDIO TVTISSIMVS IBIS. hoc emblema videtur conforme ſymbolo Bocchij ſuperius recitato, in quo pingebatur funambulus cum inſcriptione. TENERE MEDIVM SEMPER EST PRVDENTIAE. hoc emblemate docemur pedetentim per ædes Fortunæ incedendum eſſe, ne dum ad culmina proſperitatum peruenire contendimus, vnà cum ramis decidamus. Reuſnerus pinxit venuſtum iuuenem Narciſum, in limpidiſſima fontis aqua iconem propriam intuentem, cum titulo. NOSCE TEIPSVM. At Florentius delineauit iuuenem ſedentem, cum ſimulacro virtutis in dextra, & ſimulacro voluptatis in ſiniſtra parte locato, inſcriptio eſt. LVBRICVM IVVENTVTIS. Icon huius emblematis refert Herculem, qui blanditijs voluptatum allectus, & virtutis hortatu ſollicitatus, tandem, virtutis

Li. 3. Embl. Embl. 35.

ope,

ope, ad superos iter sibi strauit. Sic enim monentur iuuenes in triuio vitæ constituti, & magno in periculo versantes, ne à voluptatum blanditijs decepti, & à recto virtutis tramite abducti in vada, & scopulos ferantur: quandoquidem qui in simili ætate non labuntur, tunc sperandum est, vt demceps cursu inoffenso, candidam metam pertingere possint. Icon etiam iuuenis alteri iuueni arma donantis conspicitur apud Alciatũ, quod simulacrũ Hectoré, & Aiacé repræsentat. Inscriptio est græca. ΕΧΘΡΩΝ ΔΩΡΑ ΑΔΩΡΑ. quandoquidé ex Sophocle Aiax refert se postquam ab Hectore inimicissimo ensem accepisset, loco muneris, nihil præter damnũ à Græcis reportasse: propterea quadrat illa inscriptio emblemati, quæ latinè sic redditur. *Inimicorũ dona qualia*

E INIMICORVM DONA NON DONA. nam quælibet dona etiam nullius valoris ab amicis accepta boni sunt consulenda, ab hostibus vero, & inimicis etiã pretiosissima tanquam pernicios a sunt contemnenda, quia non solem vocanda sunt ἄδωρα nimirum non dona, sed κακίδωρα, nempe infælicia. Demùm Florentius delineat iuuenes simulacro fortunæ manum admouentes, cum titulo. NIHIL IGNAVIS VOTIS. namq; prouerbio celebratum est apud Lacedemonios, fortunam admota manu esse inuocandam, & alibi etiam meminimus recitasse in hoc intellectu, boues esse stimulandos, & opem Iouis esse implorandam, alioquin inuocationẽ esse inanem: non enim votis, & supplicationibus diuina parantur auxilia, sed agendo, vigilando, & rectè consulendo omnia prosperè cedunt, & hæc de emblematibus, in quibus icones iuuenum conspiciuntur. *Embl. 167.* *Fortuna prærogatiua*

F Iam ponderanda sunt illa, in quibus figuræ hominis adulti pinguntur. Meminimus vidisse picturam hominis poma legentis, cum inscriptione. HOMO POMO SIMILIS. & emblema simili tetrastícho decoratur.

Cruda vt adhuc ramis alieno tempore poma
Ni velluntur, humi putria lapsa iacent.
Præcipiti fato sic, aut rapiuntur acerba,
Aut effœta annis corpora nostra cadunt.

Pariter apud Authores varias hominum icones circa multifaria exercitia versantium intueri licet. Propterea quod Alciatus pinxit hominem pelle caprina indutum, & reticulo piscem sargum coercentem, cum titulo. IN AMATORES MERETRICVM. Argumentum desumptum est à natura sargi piscis, qui à laruato piscatore deceptus capitur: ideoq; hoc embla profertur in illos, qui cæco, & turpi amo- *Sargi piscis natura.*
G re decepti in obscænam meretricis personatæ nassam incidunt, rati pulchrum esse, quod pulchrum apparet: neq; recordantur communis asserti. oportere prius noscere, quam amare, non immerito igitur Ouidius ad rem canebat.

Quale sit id, quod amat, celeri circumspice mente,
Et tua læsuro subtrahe colla iugo.

Idem Costalius voluit significare, quando pinxit hominem, cuius collum dipsade serpente circumdatur: voluit enim denotare illum, qui amore meritricio detinetur: nam dipsadem meretricis esse symbolum in Historia Serpentum declaratum fuit, inscriptio est. In ΠΑΡΘΕΝΟΠΙΠΑΞ. quæ vox homines virginum nimis auidos spectatores significat. Posteaquam in piscatum incidimus, non inuoluemus silentio hominem apud Camerarium pictum, qui lucium piscem suos fœtus vorantem
H obseruat, cum inscriptione. PROPRIIS NON PARCIT ALVMNIS. id omittere noluimus quoniam Author in disticho, hominem huic animanti comparat, in hæc verba. *Lucij piscis natura.*

Lucius in proprium, vt, fœuit genus, implerat alnum,
Sic ipse se feroces faciunt homines.

Alciatus quoq; delineat hominem anguillas captantem, cum titulo. IN DIVITES PVBLICO MALO. Author nobis insinuat, quòd sicuti anguillæ non capiuntur, nisi aquæ sint turbidæ, & cænosæ; ita aliqui sunt homines, qui cuncta turbant, vt rem suam magis augere possint: argumẽtum emblematis desumptum videtur ex fabula Æsopi de piscatore aquam turbante, vt fugientes pisces incautè in retia laberentur: de qua turbatione aquarum interrogatus piscator respondit, nisi aqua turbaretur se perire fame necesse esset. Quamobrem, vulgato adagio illi dicuntur anguillas captare, qui, priuati commodi gratia, tumultus concitant. Verba *Embl. 88.*

Aristophanis id eleganter declarant.

Fecisti, vt ii, qui captat anguillas, facit.
Quieta cum sunt flagna, venatur nihil:
Sed eanum vbi omne illac, & hac subuerterit,
Captura magna est; tu quoq; vbi perturbaueris
Hanc ciuitatem, & inde plurimum capis.

Posteaquam de anguillis sit mentio, habemus picturam hominis anguillam ficulneo folio stringentis apud Alciatum cum hac inscriptione. INDEPREHENSVM. significat enim fidem humanam fallacijs labentem vi adstringendam esse; quemadmodum aspero ficus folio anguilla lubrica facilè continetur. Argumentum desumptum est à communi adagio. FOLIO FICVLNEO ANGVILLAM. quod prolatum fuit in illos, qui quodcumq; lubricum ita stringunt, vt nullo modo dilabi possit. A

Adagium de anguilla.

Præterea cum sermo fiat de humanis iconibus cum animalibus, non erit à ratione alienum delineare hominem sagittis aues petentem, cuius pes à serpente pungitur apud Alciatum cum inscriptione. QVI ALTA CONTEMPLATVR CADERE. Sic enim significatur, quòd qui alios insequitur, sæpè à non sperato opprimitur. Author nobis insinuat animum non esse ad tam distantia applicandum, quin propinqua etiam meditetur: veluti in historia serpentum explicauimus. Item apud eumdem obseruatur icon hominis domo egredientis, qui primâ fronte mustelam offendit, cum inscriptione. BONIS AVSPICIS INCHOANDVM. Antiquitas enim superstitiosa aliquem primo aspectu occurrisse Monacho, vel anui meienti, vel lepori, vel mustelæ, ominosum, & finistrum esse opinabatur; quoniam magnam vim bonis, & faustis negotij suscipiendi principijs inesse referebat; ideoq; vix bonum habere posse exitum negotia dicebat, quæ infælix initium sortita fuerint: huc spectat illud Sophoclis ex Plutarcho sic latinè redditum. B

Embl. 104.

Embl. 126.

Quicumq; rem recta ratione incaperit,
Bonum illius certè sperabit exitum.

Costalius depingit hominem venerandum in curru à quadrigis tracto, hoc titulo decoratum. HONOR DEBITVS VIRO DOCTO. Siquidem hoc simulacro, ex mente nonnullorum, Plato repræsentatur. Florentius quoq; pinxit virum togatum funibus vincientem fortunam humi stratum, hoc titulo insignitum. SAPIENS SVPRA FORTVNAM. Sic enim docet sapientem à Fortuna minimè regi, quoniam caput Sapientis est liberum, & libertas, ex sententia Ciceronis in Paradoxis, est potestas viuendi, vt velis. Qui igitur viuit, vt vult, recta sequitur, & legibus non propter metum obtemperat, sed quia id maximè salutare, & vtile esse existimat. Soli autem contingit sapienti, vt nihil coactus, & nihil inuitus operetur. Demum Alciatus exhibet picturam hominis Sarmatæ nihil habentis, præter pelles, quibus totum corpus tegitur, inscriptio est. OMNIA MEA MECVM PORTO. argumentum videtur desumptum à Iustino historico, qui describens Regionem Scytharum, horum nonnullos domum non habere, sed per solitudines cum vxoribus, & filijs armenta pascentes viuere prodidit: hinc colligendum est nihil possidentem à latronibus tutum esse, iuxta vulgatum carmen. C

Platonis simulacrum.

Embl. 2.

Sapientis prærogatiua

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Superfunt aliæ hominum figuræ, quæ ab Authoribus delineantur, vt peccantes, & crimina exprimantur: quapropter Reusnerus exhibet ante oculos iconem hominis in sella supra puteum locati, cum gladio pendente supra caput, & quinquensibus hinc inde ipsum ferientibus. Titulus est. HOMINIS PECCANTIS SPECVLVM. Huic simile fuit illud emblema Florentij; vbi conspicitur ensis filo pendens supra caput hominis coronati sedentis, cum tali titulo. MISERRIMA TYRANNORVM VITA. neq; ab hoc sensu est alienum illud Reusneri, in quo est pictura hominis, cuius iecur aquila exedit (refert enim Titium) cum inscriptione. OVITA MISERO LONGA. propterea postremum decastichi distichon hoc sensu terminatur. D

Embl. 26.

Lib. 1. embl.

Sic inconsumptum Titij, semperq; renascens,
Sepius vt pereat, non perit omne iecur.

Verùm

Verùm vt meliùs criminosorum malitia exprimatur, pinxit Alciatus hominem saxum proijcientem, quod postea canis mordet, cum titulo. ALIVS PECCAT. ALIVS PLECTITVR. Quandoquidem sunt pletumq; nonnulli, qui, cum lædentibus nocere nequeant, vt acceptam iniuriam vlciscantur, famulos, vel suorum aduersariorum amicos adoriuntur; simile quid præstare solent pusiones, qui iracundia stimulati virgas frangunt, & adurunt, quibus à parentibus prexi sunt. *Emb. 174.*

Si ad crimina peculiaria sermo conuertatur, primò se se offert Auaritia, ad quam exprimendam, effigiatur homo Tantali æmulus in aqua ore tenus demersus, cum ramis fructiferis ad frontem vsq; pendentibus, & tamen fructus carpere, & aquam
E bibere nequit, titulus erit. DIVES AVARVS. Id totum his carminibus poterit declarari.

Nec bibit inter aquas, nec poma patientia carpit
Tantalus infelix, quem sua vota premunt.
Diuitis hæc magni facies erit, omnia latè
Qui tenet, & ficco concoquit ore famem.

Idem voluit exprimere Alciatus, quando delineauit hominem cum cithara à nautis in mare proiectum, quem postea Delphin dorso subleuatum in portum vehit, inscribitur emblema. IN AVAROS. Sic enim conatur demonstrare hominem opum esurientissimum, & lucri auidissimum quauis bestia marina, vel terrena esse immaniorem; argumentum depromptum videtur ab epigrammate quodam græco
F primo libro Anthologiæ exarato, quod latinè sic redditur. *Embl. 81.*

Præcipitem è nâue citharædum aliquando latrones
In vastum pelagi forè dedere fretum;
Protinus in medijs Delphin aparuit vndis
Illectus grata dulcisonæ chely,
Seseq; tremq; Isthmum deuexit aduersi Corinthi,
Flustibus, & medijs reddidit incolumem.
Hinc patet indomito meliores aquore nasci
Pisces, quam tellus gignat alumna viros.

Comparatio bruterũ ad homines.

Hanc historiam, seu potius fabulam tractat Herodotus, quam postea Ouidius libro secundo fastorum refert de Arione Citharædo, qui ob excellentiam artis, parta pecuniarum copia, cum patriam Corynthum repeteret in Pyratas incidit, qui
G nummorum auiditate ducti eum interficere decreuerũt; quod vbi Arion animaduertisset, impetrata ab illis venia, fidibus cecinit, deinde e prora se in profundum deiecit, quem postea Delphin dorso exceptum Corynthum vsq; vexit.

Post auaritiam succedit crimen gulæ, quod Alciatus nititur exprimere pictura hominis ventricosi collo oblongo, cum Laro in sinistra, & Onocratalo in dextra, titulus emblematis est. GVLA. Sic enim putat demonstrare homines voracitati suę deseruientes, qui sedent sagina expleti, & sternunt crapulam exhalantes. Quandoquidem Larus est auis edacissima ex mari, & lacu victum quæritans: quamobrem non immeritò quidam parasitum famelico Laro comparárunt. Pariter onocrotalus inexplebili ingluuie est refertus, quam Martialis obseruãs, de quodam helluone ventrem semper distendente sic cecinit. *Embl. 90.*

Lari auis natura.

Turpe Rautonnatis guttur onocrotali. *Lib. 1.*

H Ad exponendam voluptuosam deliciam Costalius pinxit hominem effœminatum pulchris vestibus indutum, & incedentem. Hoc simulacro repræsentatur homo Sybarita, qui non permittit, vt quisquam vestium plicam tangat, alioquin lites non desunt: hæc enim fuit natura, & mollities talium gentium, quæ ab ædibus quoties in publicum procedebant, tantam in compositione vestium curam ponebant, ne vlla earumdem plica moueretur.

Ad Detractionem publicandam Alciatus expressit hominem fabello muscas pellentem, & altera manu cicadam tenentem, & inscripsit emblema. IN DETRACTORES. Sic enim conatur repræsentare hominem, quæ impudentes Detractores explodat: concinnauit autem Alciatus hoc emblema, vt nonnulli referũt, quia ægrè tulit se à nonnullis ludimagistris carpi. *Embl. 163.*

Ad exprimendam inertiam pingitur apud Alciatum homo stans, sinistra facem ac-

censam *Embl. 80.*

cenſam tenens, & aſtra meditans cum inſcriptione. DESIDIA. ſiquidem in hoc ſimulacro, prætextu ſpeculationis, otium oſtenditur, quod lumen virtutũ extinguit, & vitijs alimentum miniſtrat. Propterea alibi idem Author delineauit hominem torquentem funes, quos poſtea aſella comedebat, vt deſidiam. & ignauiam vxoris demonſtraret, quæ omnes mariti labores abſumit. Vnde vt inertia vitetur, Alciatus exhibuit picturam hominis in choenice ſedentis cum titulo. DESIDIAM ABIICIENDAM. hac enim ratione homines ad laborem hortatur. Argumentum eſt deſumptum ex paræmia pythagorica, quæ præcipiebat non eſſe inſidendũ choenici, numerum cibo diurno non eſſe ſidendum, id explicatur hoc tetraſticho.

Choenix quid ſit.

Quiſquis iners abeas; nam in choenice figere ſedem
Hoc prohibent Samij dogmata ſancta ſenis.
Surge igitur, duroq; manus aſſuefce labori,
Det tibi dimenſos craſtina vt hora cibos.

A

Deniq; ad manifeſtandam morоſitatem Florentius vtitur illo ſimulacro, quod in ſymbolis etiam memorauimus, vbi homo ignem fodiens pingebatur inſcriptio tamen eſt differens: hoc enim in loco legitur. MOROSIS CEDENDVM. diſtichon autem totum declarat hunc in modum.

Embl.40.

Cedito moroſi, nam quò magè concutis ignem,
Tunc magis attollit mota fauilla ſuam.

Etenim in adagijs habemus ignem gladio non eſſe fodiendum, quo monentur homines iracundiam Principum, & Dynaſtarum conuitijs non eſſe exagitandã, cum ſi mma, quò magis mouetur, eò magis inualeſcat, & viciſſim ſi quieſcat, ſopitur, & extinguitur.

B

Flamma natura qualis.

Succedunt modo emblemata ſimulacris exornata, in quibus homo cum varijs inſtrumentis, & alijs rebus inanimatis conſpicitur. Pingitur apud Florentium homo arborem inſerens, cum hoc titulo. ARS NATVRÃMIVVAT. vt ſignificaret, quòd ſicuti arbor citra inſitionem vt plurimum fructus inſipidos producit, ita homo niſi naturam doctrina excolat, tanquam rudis maſſa in hoc mundi theatro verſatur.

Embl.29.

Centur.1.

Apud Camerarium conſpicitur homo non inſerens, ſed cædens corticem arboris ex cuius vulnere balſamum manat, inſcriptio eſt. VVLNERE VVLNERA SANO deinde in diſticho comparatur homo ſtipiti, qua comparatione Author hominis duritiam, & ſæuitiam deteſtatur in hæc verba.

Dic age cum proprio tua vulnera vulnere ſanem,
Stipite cur hominum durior hoſtis homo es?

C

Poſteaquam de arboribus ſit mentio, conſpicari licet apud Florentium hominem, qui annoſam quercum ambabus manibus euellere conatur; inſcriptio eſt. ATENERIS ASSVESCENDVM. argumentum deſumptum videtur ab Ouidio in libro primo de remedio amoris, vbi ſic canit.

Embl.46.

Quæ prabet latas arbor ſpatiantibus vmbras,
Quo poſita eſt primùm tempore, virga fuit,
Tunc poterat manibus ſumma tellure reuelli,
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.

Hoc emblemate author nititur admonere incumbendum eſse in correctionem liberorum, dum adhuc in prima ætate verſantur, quia tunc tractanda eſt cera, quando eſt mollis, & virga curua eſt flectenda adhuc tenella in eam formam, quã ei perpetuam eſse deſideramus. Pictura hominis calceis laneis induti cum fulmine in manu videtur apud Coſtalium; titulus eſt. VINDICTA DIVINA. argumentum deſumptũ eſt ab Ethnicis, quorũ Dij pedes habere laneos dicebantur, quoniam lento gradu, & ſine ſtrepitu ad vindictam progrederentur; id elegantiſſime hoc tetraſticho explanatur.

D

Liberorum correctio quando.

Dij cur dicantur habere pedes laneos.

Iupiter aetherea, qui fulmina vibrat ab arce,
Intextos lana fertur habere pedes.
Tardior ira Dei, & lento vix cognita greſſu,
Vltrici inſequitur crimina noſtra pede.

Embl.11.

Conſpicitur ſimulacrum hominis apud Alciatum cum multis libris, & digito indice labia prementis; inſcriptio eſt. SILENTIVM. voluit enim monere hominem tacen-

tacentem cognoſci minime poſſe, an prudens, vel amens ſit. Emblematis argumentum depromptum eſt ex libro primo Anthologiæ græcorum epigrammatum, vbi legitur hoc diſtichon

πᾶς τις ἀναιδὴνος φρονίμωτατος ἐξὶ σιωπῶν,
τὸν λογον ἐγκρυπτων ὡς φαῦλος ἀισχρότατον.

Ideſt.

Dum tacet indoctus, poterit cordatus haberi,
Is morbos animi namq; tacendo tegit.

Coſtalius quandoq; pinxit hominem neſcioquid in puteo expiſcantem, cum inſcriptione. VERITAS IN PVTEVM DEMERSA. alludebat enim ad doctrinam Democriti, qui aſſiduè veritatem inueſtigans, eam tandem in puteo latere aſſeuerabat, vt hominibus perſuaderet, veritatem in penetralibus naturæ occultari. Alciatus verò delineauit hominem in aquis proprio clypeo ſuſtentatum, cum titulo. AVXILIVM NVNQVAM DEFICIENS. cum clypeus in bello, & in aquis homini opem tulerit: erit enim typus, & ſymbolum veri, & fidi amici auxilium ſemper ferentis. Alciatus huius emblematis argumentum ex græco quodam epigrammate deprompſit, in quo Myrtilus miles ſcuti ſui encomia celebrat in hæc verba.

ἐν ἑνὶ κινδυνῳ ἔφυγον δύο μυρτίλος ὅπλῳ
τον μὲν ἀρίστευσας, τὸν δ' ἐσώσαμεθα.
ἀργεῖός τε δόυρε τινὰς τρόπιν ἀσπίδα θ' ἕλκε
σαῦλις κεκριμένην ὕδατι, καὶ σολίμῳ.

Hæc carmina ſic latinè redduntur.

Effugi geminum clypeo diſcrimen in vno
Myrtilus, & pugnans fortiter, atq; natans
Arripui clypeum depreſſa flumine puppi,
Flaccidus oppreſſus, belligeriſq; viris.

Figuratur apud Alciatum homo mendici habitu, dextra pateram, & ſiniſtra faſciculum ſpicarum tenens, cum inſcriptione. IN SIMVLACRVM SPEI. Etenim hoc emblemate bonum euentum manifeſtat. Patera in hoc ſimulacro collocatur; cum Gyraldus ſcripſerit ſe vidiſſe picturam ſpei in numiſmate aureo Adriani Imperatoris, quæ repræſentabatur à multere pateram tenente, hoc titulo decorata. SPES P.R. At Coſtalius delineauit hominem calculos in menſa numerantem, vt denotaret Aſſectatores, nempe Aulicos, qui ſæpè ſperatas fœlicitates recenſent, & nihilominus ſpe fruſtrantur, quoniam ſpes inſomnium vigilantium eſſe perhibetur. Ad rem Alciatus effigiauit hominem compedibus aureis detentum, cum titulo. INAVLICOS. propterea infraſcriptis verſibus id declarat.

Vana palatinos, quos educat Aula, clientes
Dicitur auratis nectere compedibus.

Sic enim aulicos, vel vt alij volunt, maritum vxoris diuitis manifeſtare voluit, argumento deſumpto ex apophtegmate Diogenis, qui ſolebat dicere Ariſtippū Philoſophum aulicum aureis compedibus coerceri, ne exire poſſet, quia ſplendidiore Principum vita captus philoſophicam vitam agere non poterat: quapropter Seneca in hoc intellectu retulit vanum eſſe, & abſurdum compedes ſuas tanquam aureas adamare. Coſtalius pinxit hominem normā Lesbia quadratum ſaxum metientem, cum titulo. BONVS IVDEX. Etenim hac norma æquitas ſignificatur, cum Priſci hanc normam Lesbiam cæteris prætulerint. Conſpicitur apud Florentium pictura hominis ſedentis, & folle carbones accendentis, cum inſcriptione. INALCHYMISTAS. carminia ſunt hæc.

Dum cæteris incerta ſequor, vter prodigus, omnis
Vertitur in fumos, & miſeros cineres.

Chymiſtæ appellantur miſeri, quia pollicentur aurum illis, à quibus aurum petūt, deinde in arte chymica nonnulla fingunt nomina, ſcilicet Leonem viridem, ceruum fugientem, aquilam volantem, ſtultum ſaltantem, Draconem caudam ſuam vorantem, bufonem tumidum, & ſimilia nugamenta, ne ab alijs intelligantur: immo cum ætatem inter experimenta vana conſumpſerint, bonis omnibus conſumptis, nempe in fumum, & cinerem conuerſis, annoſi, pannoſi, eſurientes, ſemper ſulphur olentes,

Embl. 44.

Spei ſimulacrum.

Aulici quibus deſtinētur.

Embl. 48.

Chymiſtæ cur dicātur miſeri.

tes, & propter aſſiduam hydrargiri contrectationem, nil niſi paralyſim immedicabilem reportant.

Centur. 1. Apud Camerarium conſpicitur effigies hominis fæni aceruum intuentis cũ titulo, SIC OMNIS CARO. id poſtea explicatur tali diſticho.

Quiſquis es hunc fœni, qui ſpectas forte manipulum
Reſpice te, fœnum es, pone ſupercilium.

Embl. 13. Icon hominis Solem intuentis eſt apud Florentium, cum inſcriptione. IN DEO LÆTANDVM. Sic enim Author nobis perſuadere nititur, quòd veluti Sol minime à Cœlo remotus proprio ſplendore terrarum orbem luſtrat, hominis quoq; animus licèt corpore clauſus, Deum meditari poteſt. Apud Coſtalium videtur effigies hominis oſtendens annulum arctum è digito extractum, cum titulo. LIBERTAS. Quandoquidem annulus arctus libertatis priuationem deſignat. Apud eundem effigiatur homo pingens in tabulâ humanam figuram, quo ſimulacro repræſentatur Protogenes pictor, qui ferè nunquam penicillos deponebat: idcirco Author à contrario ſenſu monet aliquando feriandum eſſe, ſicuti canebat Poeta. A

Symbolum priuationis libertatis.

Intermiſſa venus ſarcina pondus habet.

Demùm Reuſnerus pinxit Mercurium in medio circuli, cum titulo. MVLTA MVLTVM LEGENDA. & ſexcenta huius generis apud ipſum videre licet. Modò conuertendus eſt animus ad emblemata, in quibus figura ſenum obſeruatur. Siquidem Florentius habet picturam ſenis cyathum abijcientis, & pueri manu concaua aquam è flumine bibentis, cum inſcriptione. SAPIENS SVPERVACANEA BONA NEGLIGIT. Hac effigie repræſentatur Diogenes, qui aliquando obſeruans pueros manu è fluuio aquam haurientes, vt ſedarent ſitim, illicò indignabundus cyathum ligneum, quem circumferebat, tanquam ſuperfluum abiecit, quaſi ſignificare volens, diuitijs ſuperfluis excluſis, quietem, & tranquillitatem nobiſcum habitaturam. Figura ſenis videtur apud Coſtalium, qui tanquam puſio litteras à ludimagiſtro diſcere videtur, inſcriptio eſt. OMNIVM RERVM SATIETAS, PRÆTERQVAM DISCIPLINÆ. Hæc pictura repræſentat Catonem illum optimum oratorem, ſummum ſenatorem, & præſtantiſſimum cenſorem, qui ſexageſimum agens annum litteras græcas diſcere non erubuit; cum iuuenis negotijs implicitus eas apprehendere non potuiſſet: vnde colligendum eſt, doctrinæ ſtudia nunquam intermittenda eſſe. Neq; alienum ab hoc ſenſu proponit aliud emblema Coſtalius, in quo apparet icon ſenis iacentis in margine fontis ad montis radicem ſiti, cum titulo. DII LABORIBVS OMNIA VENDVNT. hæc pictura refert Heſiodum veteriſſimum poetam, qui, apud Heliconem multo tempore conſumpto, poeta repente euaſit: vnde colligimus, in acquirendis ſcientijs, diu laborandum eſſe: iuxta illud vulgatum. B

Embl. 41.

Cato optimus orator senex quid præstiterit.

Vt tu tempo ſuere Dij ſudore parandum.

Deniq; apud Florentium figuratur ſenex detecto, & caluo capite in prato ſedens, & teſtudo ab vnguibus aquilæ ſupra caluum caput cadens, cum titulo. FVTVRA LATENT. Scribunt enim rerum naturalium ſcrutatores aquilæ tantùm eſſe ingenij, vt raptam teſtudinem in ſaxum aliquod demittat, vt, fracta teſta, carnibus veſci poſſit: quocirca calumniam Aeſchyli poetæ ſaxum eſſe putans, demiſſa teſtudine, miſerum interfecit; quare improuiſus Aeſchyli caſus imbecillitatis, & fragilitatis humanæ vitæ nos admonet. C D

Mors Aſchili poetæ.

Emblemata mulierum effigie exornata non ſunt prætermittenda. Nam Florentius exhibet iconem mulieris nempe Dianæ arcu, & ſagittis munitæ, & Ceruum ſectantis, cum inſcriptione. LABOR AMORIS DOMITOR. Finxerunt Poetæ olim Cupidinẽ omnes Deos, atq; Deas, præter Dianam, vinculis amoris conſtrinxiſſe; propterea quod Diana, in aſſiduas incumbens venationes, nullo modo potuit irretiri: vnde ſignificare voluerũt fœdam illam voluptatem indignis modis corpus, & animam polluentem, otio, & mollitie nutritam, laboribus, & vitæ aſperitate domari; idcirco ad rem ſic capitur;

Embl. 31.

Otia ſi tollas, periêre Cupidinis arcus,
Quam labor aſſiduus, vratq; vita domat.

Embl. 12. Iunius quoq; delineat venuſtam mulierem, nempe Venerem, capite velato in

ſella

sella pedicis illaqueata sedentem, vt pudorem, & custodiam domus significaret, quæ vxoribus competit. Propterea meminimus vidisse iconem Veneris stantem supra testudinem cum titulo. VXOR CVSTOS ÆDIVM. Prædictis Alciatus addit iconem trium puellarum iactis talis inquirentium, quæ nam fato esset concessura, cum titulo. SEMPER PRAESTO ESSE INFORTVNIA. Nam quæ viderat, ob iactam sortem, sibi impendere mortem, risu id neglexit, cum tamen, regula repentè in caput lapsa, vitam finiuerit; hinc veritatem alsequitur illud adagium, scilicet mala, vel etiam non quærentibus contingere, cum bona etiam quærentibus vix accedant. Præterea iconem mulieris, cum pauone monstrat Camerarius, & multa alia huius generis proponunt Authores, quæ apud ipsos sunt legenda, & ponderanda. *Embl. 129.*

E

Deniq; si consideremus semihomines, seu potius statuas humanas in emblematibus expressas; primò conspicari licet apud Alciatum figuram hominis vmbelico tenus, cum partes inferiores serpentinam habeant figuram; hæc icon dextram manum ad Cœlum attollere videtur cum titulo. SAPIENTIA HVMANA STVLTITIA EST APVD DEVM. Profertur hoc emblema in illos, qui spiritu cœlesti, & anima rationali referti sunt, nihilominus in terrenis rebus semper versantur, &, neglecta meliore sui conditione, in belluinam naturam degenerantes, & supernanunquam meditantes, humi repunt: de hac figura liber quartus Anthologiæ legendus est. Apud eundem Alciatum effigiatur homo vmbelico tenus, nam deinceps est lapis quadratus, cum titulo. TERMINVS. Meminimus tamen vidisse alibi hanc picturam alia inscriptione decoratam, nimirum. NVLLI CEDO. Hac icone Deus terminus repræsentatur, qui nec ipsi Ioui cedere voluit: sic enim extrema dies, vel terminus mortis significatur, vltra quem progredi non licet: præterquamquod terminus stabilitatem, & immobilitatem ostendit. Florentius verò pinxit humanum scelcton regio coronatum diademate, cum sceptro in dextra, & hoc titulo in sinistra. VIVITVR INGENIO. Sic enim patefacit omnia esse inania, præter famam, quam homo viuens ad piscitur, nam deinceps etiam defunctus per ora hominum perpetuò viuit. Ad rem igitur canebat Ouidius. *Embl. 5.* *Embl. 157.* *Embl. 29.*

F

Fit vinax seruata vtrnis, exper fq; sepulcri
Nomisma seruo posteritatis habet.

Ad finem Costalius exhibet humanam statuam supra colomnam, in cuius faciem sol radios mittere videtur; cum inscriptione. IN ADVOCATOS. Pro bonis intellectu sciendum est, Memnonis statuam in Aethiopia tanto artificio fuisse fabrefactam, vt, quando aurei Solis radij eius os tangebant, quamdam veluti vocem ederet. Hac igitur pictura Author aduocatos auaros describit, qui non loquuntur, nisi auri splendor eorum oculos illustrauerit: non immeritò igitur canebat ille. *Memnonis Statua qualis.*

G

Iuris consultos promittit, & accipit aurum.

Iam accedendum est ad emblemata, in quibus plures hominum icones conspiciuntur. Etenim Reusnerus pingit Deucalionem, & Pyrrham genus humanum saxis reparantes, cum inscriptione. MILLE HOMINVM SPECIES. Quamuis alibi idem Author delineauerit Adamum, & Euam secus arborem pomi vetiti, cum titulo. VITA MORS. cum homo in libero versetur arbitrio, vt quam voluerit partem amplectatur: idcirco Alciatus figurauit hominem togatum in cathedra sedentem, cuius dextræ Pallas, & sinistræ Venus adhæret, cum tamen ille Venerem alloqui videatur. Sic enim Author ostendit hominem virtutibus deditum, sæpè, studijs omissis, perditum luxum sectari. Quare, ad manifestandos homines huiusmodi vitijs imbutos, Costalius figurauit complures in scaphio comedentes, cum titulo. IN SCAPHIO NE EDITO. Hoc enim fuit symbolum Pythagoræ ad nefarios homines indicandos, quorum conuictus in Scaphio erat. Vitanda igitur sunt vitia, ad quod Alciatus nos hortatur, pictura hominis rostrum porci viris pluribus offerentis, cum titulo. IN DIES MELIORA. Vt significaret, in dies procedendum esse in melius, quoniam porcus pascendo non retrograditur, sed semper progreditur; qua de re aliqua temporis particula effluere non permittatur, quin aliquis fiat progressus, & aliqua virtus acquiratur. Huic non dissimile erat symbolum Caroli Quinti, cum titulo. VLTERIVS. propterea iure merito poterimus canere. *Lib. 1. embl.* *Embl. 108.* *Pythagoræ symbolum.* *Embl. 45.* *Embl. 45.*

H

Nulla

Nulla dies abeat, quin linea ducta supersit.

Embl. 190. Quidam pinxit cor ardens manu à Cœlo demissum inter duos homines dextras sibi inuicem iungentes, forte ad manifestandam religionem, quæ amicitia, & concordia stabilitur. Alioquin Alciatus effigiauit virum, & mulierem sub pomifera arbore sedentes, & dextras inuicem copulantes, cum icone canis, titulus est. IN FIDEM VXORIAM. Etenim duo sunt, nimirum fides, & amor, quæ coniugibus maximè competunt: canis autem symbolum fidei, & arbor pomifera symbolum amoris esse perhibetur, quæ olim Veneri sacrata esse dicebatur: refert enim arborem malorum aureorum Hesperidum Veneri dicatam, quatū beneficio Hippomenes Athalantam superauit. A

Embl. 197. Succedunt illa emblemata, in quibus icones hominum in regali dignitate constitutorum conspiciuntur. Nam Alciatus coram simulacro Regis, hominem viuū, cum defuncto ligatum repræsentat, vt manifestaret conditionem filiarum, quæ à parentibus in matrimonium, senibus, aut valetudinarijs collocantur: quocirca inscribitur emblema. NVPTA CONTAGIOSO. Conqueritur hic puella de inhumano patre, qui eam viro lue gallica fœdato nuptum dederat; idem videtur manifestare Costalius quando pinxit patrem filium in flumen rapidum præcipitantem, quo simulacro non solum filiæ senibus, & valetudinarijs nuptæ intelliguntur, sed etiam filij vtriusq, sexus qui adhuc impuberes Deo in Religiosam seruitutem dicantur. Namq; hoc facinus videtur valde simillimum illi, quod olim valdè familiare erat Mezētio Tyrrhenorum Regi Deorum, & hominum contemptori, qui inaudita quadam ferocitate mortuis, corpora viua mortuis copulari iubebat, vt sensim fœtore confecti perirent. Apud eundem Alciatū pingitur homo regia redimitus corona, cum sceptro in dextra, & liene in sinistra, ad pedes figura Hydropici conspicitur cum titulo. B

Embl. 146. OPVLENTIA TYRANNI, PAVPERTAS SVBDITORVM. argumentum à natura splenis videtur depromptum, cum Medici, liene intumescente, cætera membra macilēta fieri obseruauerint: quocirca Fiscus meritō lieni comparatur, nam eo crescente, cæterorum membrorum, nempe subditorum macies, & inopia oritur. Non est igitur mirandum si Græci quidam tyrannos δαμοβόρους, quasi vorantes populum appellauerint: ideoq, magis regium esse dicitur addere, quàm auferre, & Ptolemeus Lagi filius conuenientius esse Regi ditare, quam ditem esse pronunciabat.

Splenis proprietas.

Embl. 147. Non dissimilem sensum habemus in subsequenti emblemate apud Alciatum, vbi pingitur vir coronatus sinistra sceptrum, & dextra tenens spongiam aqua plenam coram pluribus, qui patibulo suspensos intuentur, inscriptio est. QVOD NON CAPIT CHRISTVS, RAPIT FISCVS. spongia hoc in loco significat illos, qui obcæcati per fas, atq; nefas publicis vectigalibus ditantur, & tandem iussu Principis postremo damnantur supplicio, eorumq; bona male parta Fisco adduntur. Pariter apud eundem effigiatur vir oculis captus sceptrum tenens in medio cætus hominum sine manibus, cum titulo. IN SENATVM BONI PRINCIPIS. corona virorum in hac pictura est sine manibus, ad veros Iudices indicandos, qui xenia capere non debent. Cæcitas Principis insinuat eum solis auribus, absq; affectu, acta probare debere. Argumentum emblematis desumptum est ab historia Thebanorum, qui statuas magistratuum sine manibus, & statuas Principum clausis oculis formabant, vt naturam Iustitiæ debere esse incorruptam diuulgarent, quæ nec pretio, nec precibus, neq, vllo affectu cederet. Virum quoq, coronatum in cætu mulierum colum, & fusum habentem licet intueri apud Florentium cum titulo. MISERA SERVITVS SERVIRE VOLVPTATI. hoc simulacro Sardanapalus procul dubio repræsentatur, qui tetrasticho exponitur hunc in modum. C

Qui locupletantur quales sint.

Statuæ Thebanorū quæ.

Imbellis digito dum carpsit fila, columq;
Famineis inter Sardanapalus greges;
Seruus ex infamis, quid enim seruilius illo,
Quem premit impotens fœda libido suis.

Embl. 8.

In picta Poesi conspicitur icon hominis in throno sedentis quatuor famulis septi, quorum primus flores, alter fructus, tertius vuas maturas, & quartus vestes porrigit, ad fores quidam mendicus astat, cum inscriptione. DIVITIBVS TEMPVS OMNE COMMODVM. Id totum his carminibus explicatur, D

Egestas qualis.

Magni-

Magnifica medius sedet alto diues in aula,
Circumstant varij quatuor hunc famuli;
Vnus habet veris flores, fructus gerit alter
Aestatis, cornu dimite suppeditans;
Porrigit in calatho maturas tertius vuas,
Multiplicem vestem denique quartus habet.
Assistit foribus mendicus homuncio, panem
In lacera, gestu supplice, velle rogans.
Scilicet id signum, quòd agentibus otia tuto
B *Commoda tempora sunt omnia diuitibus.*
At contrà signum, quòd mendicantibus, omni
Tempore, deficiunt omnia pauperibus.

Cum de coronis paulò ante facta fuerit mentio, non erit à ratione alienum, picturã Alciati exhibere, in qua duo viri sertis ex oliua contextis coronant medium, quem multi alij ramis oliuæ ornati concomitantur. Hoc emblemate docet Alciatus optimum ciuem à patria summis honoribus cumulandum esse; nam, per delineatum simulacrum, repræsentatur Thrasibulus Atheniensis ciuis, qui patriam à sæuitia tyrannidis liberauit, deinde interposita fide publica, de abolendis præteritis iniurijs, legem sanxit: hac de causa coronam ciuicam applausu totius ciuitatis promeruit: hæc lex euangelicæ doctrinæ de iniurijs remittendis conformis esse videtur. *Embl.* 134.

F Costalius etiam pingit virum cum fulgure in dextra, & aquila, in solio Regali, vbi icon mulieris falce munitæ conspicitur: hæc duo simulacra Iouem, & Themidem ostendunt, vt à Deo iusta tantummodò petenda esse intelligamus: siquidem Themis, falce, impia hominum desideria præcidere dicitur. Deus enim immortalis ad hominum cupiditates, & prãua desideria nõ est pronus, immo crimen est putare quòd præstantissimum numen sitim nefarij desiderij, & scelleratæ cupiditatis explere vellit. Huic simile fuit emblema Florentij, in quo apparet vir coronatus cum sceptro sedens in throno, vbi etiam puella cum ense, & lancibus visitur, cum titulo. IVSTE FIVNT QVAE A DEO. hoc etiam simulacro Iuppiter, & Themis ostenditur, nam Author innuit hoc disticho. *Iusta à Deo petenda.* *Embl.* 55.

Cur Iouis adsistrix Themis esse quòd iusta putanda
Quę diuina Dei mens rata cunq; velit.

G Prisci enim simulacrum Themidis Ioui addebant, vt quicquid à Deo factum, iustè factum esse insinuarent. Quamis nonnulli Deos nullos esse crediderint, vel de iustitia eorum dubitauerint, cum in hoc terrarum Orbe impios quandoq; honestatos, & iustos depressos obseruauerint. Vnde Claudianus in Rufinum canebat. *Iustitia diuina qua.*

Sæpè mihi dubiam traxit sententia mentem
Curarent Superi terras, an nullos inesset
Rector, & incerto fluerent mortalia casu:
Nam cum dispositis quæsissem fœdera mundi,
Præscriptosq; maris fines, annig; meatus,
Et lucis, noctisq; vices, tunc omnia rebar
Consilio firmata Dei.

H Verùm idem poeta paulò post addebat.

Sed cum res Hominum tanta caligine volui
Aspicerem, latosque diu florere nocentes
Vexariq; pios, rursus labefacta cadebat
Religio.

Postmodum Poeta ad saniorem quasi reuersus mentem, & difficultatis afferens solutionem, rursus sic cecinit.

Abstulit hunc tandem Rufini pœna tumultum,
Absolutiq; Dei; tam non ad culmina rerum
Iniustos creuisse queror, tollantur in altum,
Vt lapsu grauiore ruant.

Quandoquidem vltrix necessitas vbiq; & semper Deum cõcomitatur vindex eorum futura, qui à sacra lege discesserunt.

Neq; ab emblematibus cataphractarij arcentur; cum Alciatus delineauerit hominem armatum cum inerme libros tenente colloquentem, qua pictura Diomedes, & Vlyſſes oſtenduntur: quorum alter virium, alter verò ingenij ſymbolum eſſe perhibetur: ſic enim colligimus, in rebus gerendis, robur corporis, & prudentiam animi eſſe adhibendam: qua de re Alciatus ſic canit.

Embl. 41.

Viribus hic præſtat, hic pollet acumine mentis,
Nec tamen alterius nouget alter opē.
Cum duo coniuncti veniunt, victoria certa eſt;
Solum mens hominem, dextra ve deſtituit.

Pariter Alciatus duos homines cataphractos dextras copulantes deſignauit, cum titulo. CONCORDIA. Argumentum videtur deſumptum ex Cornelio Tacito, qui dextras vltrò, citroq; ab exercitibus datas ſignum concordiæ eſſe referebat: quapropter non immeritò canitur. A

Lib. 2. c. 13.

——— *id habet Concordia ſignum*
Vt quos iungit amor, iungat, & ipſa manus.

Demùm Alciatus exhibet picturam hominum armis munitorum in carcerem trudentium tubicinem, qui claſſicum cecinerat, cum titulo. PAREM DELINQVENTIS, ET SVASORIS CVLPAM ESSE. Argumentum depromptum eſt ex fabula æſopica, vbi tubicinis in bello capti fit mentio, qui cum neminem occidiſſet inſontem ſe eſſe pronunciabat: cum tamen iudicarum fuerit ipſum, inter cæteros, mortem magis promereri, nam quamuis præliandi eſſet expers, alios tamen ad bellandum concitauerat: ſiquidem, ex mente Iuriſconſultorum, qui agunt, & qui aſſenſum præbent, nimirum delinquentes, & hortatores, æquali ſupplicio afficiendi ſūt. Hoc emblema in illos potiſſimum torquetur, qui verbis, & conſilijs Principes ad belligerandum ſolicitant. B

Embl. 173.

Superſunt adhuc nonnulla emblemata, in quibus plures virorū icones varia exercentium obſeruantur: namq; Alciatus pingit vitos ſacrificio in ara parato aſſiſtentes, vbi Serpens auiculas in arbore nidulantes vorat, cum titulo. EX ARDVIS NOMEN PERPETVVM. Hac pictura repræſentantur Græci ſacrificantes, &, ſimulacro ſerpentis auiculas comedentis, decem anni indicantur, quibus Græci Troiam obſiderunt. Poſteaquam in ſacrificia incidimus non eſt omittenda pictura Coſtalij, in qua cernuntur homines Ioui ſupra aram ſcillas offerentes: hoc ſimulacro Author voluit ſignificare Phaſelites populos, qui primitias nullius valoris, nempe ſcillas viles Dijs conſectabant, hoc autem ad illos poteſt attinere, qui ſibimetipſis tantùm diuites eſſe curant. Rurſus apud Alciatum conſpiciuntur icones hominum cum tympanis, quorum alterum pulſatur, altero quieſcente, cū titulo. VEL POST MORTEM FORMIDOLOSI. Scribunt enim rerum naturalium inueſtigatores tympano ex pelle lupi fabrefacto, & pulſato, alterum ex pelle ouina cōſtructum obmuteſcere, quemadmodum in Hiſtoria Quadrupedum digitatorum fuit exaratum. Hoc igitur emblemate voluit Author inſinuare, eſſe nonnullos, qui ob morum ſuauitatem, & virtutum ſplendorem, poſt mortem ſui memoriam poſteris relinquunt, & viciſſim eſſe alios, quorum memoria, ob ferocitatem morum in poſteritate non extinguitur. Ferunt enim fuiſſe apud Turcas Hunniadem quendam Ducē fortiſſimum, cuius nomen poſt mortem etiam adeo terrificum fuiſſe dicitur, vt nutrices ad cohibendum puerorum vagitum, Hunniadem adeſſe ſimularent. Iterum Alciatus figurat homines poma Lotī arboris legentes, cum inſcriptione. IN OBLIVIONEM PATRIAE. Hac pictura Vlyſſis comites repræſentantur, qui in inſulam Lotophagorum profecti, & dulcedine huius fructus allecti, nullis precibus adduci potuerūt, vt in Ithacam reuerterentur, quemadmodum apud Homerum legitur. Emblema attinet ad illos, qui, in aliquo amæno degentes Solo, patriam obliuione delent, vel potius ſpectat ad illos, qui ad faſtigium dignitatum peruenientes, & ſui, & ſuorum redduntur immemores. Inſuper effigiat Alciatus hominem cæcum baiulantem hominem videntem, ſed fractis cruribus, cum titulo. MVTVVM AVXILIVM. Argumentum depromptum videtur ex libro primo epigrammatum græcorum, vbi habetur tetraſtichon ſic latinè redditum. C

Scylla ad qſ

Embl. 170.

D

Embl. 114.

Embl. 160.

Cæcus claudum humeris gestat, pro munere tanto
Ille oculos claudi mutua dona refert.
Imperfecti ambo coeunt, fed corpus in vnum,
Quodq; deest socio, præstat vterq; suo.

Eiusdem omninò argumenti fuit illud hexastichon Antiphili, quod sic latinè redditur.

Ambo mendici, cæcus, claudusq; fuere;
Alter at alterius sustulit arte malum.
E *Attolens humeris claudum, qui luce carebat.*
Claudi oculis dubiam tentat inire viam.
Coniunxere simul, quod fors virtq; negarat,
Natura ambobus sic satis vna fuit.

Hinc colligendum est ad subleuandam humanæ vitæ inopiam, hominem homine indigere: nam quemadmodum non omnis tellus fert omnia; ita quoq; quibuslibet non abundant propterea vulgatæ circumferuntur paræmiæ. Vnus homo nullus homo. Manus manum fricat. Multæ manus onus reddunt leuius, & aliæ huius generis, quæ in Rubrica Adagiorum fuerunt recitatæ. Item Costalius duorũ hominum picturam exhibet, quorum alter apprehensam equi caudam incassum euellere nititur, cum alter singulos extrahens pilos tandem totam caudam euellat, inscriptio est. EXEMPLVM SAPIENTIS, ET STVLTI. Hinc colligendum est F omnia temporis diuturnitate fieri: vnde optimo iure Ouidius canebat. *Mutuũ auxilium.*

Tempore Pœnarum compescitur ira leonum. *Tempore cuncta fieri.*

Idem author effigiat virum lacrymantem, & virum ridentem, cum inscriptione. IN VITAM HVMANAM. Per hæc simolacra, intelliguntur Democritus, & Heraclitus: siquidem hic quoties domo egrediebatur, humanas ineptias luctu solebat excipere, quia omnia illi deploranda esse videbantur. Ex altera parte Democritus eadem motus causa ridebat, quia humanas actiones tanquam ludicras meditabatur. Immò si hodie reuiuiscerent ampliorem, vel luctus, vel risus materiam incurrerent, cum omnia in dies fiant deteriora. Hinc Horatius ansam canendi arripuit.

Damosa quid non imminuit dies?
G *Aetas parentum peior auis tulit*
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Postremò Alciatus exhibet duas hominum icones, & alterius vestibus figuram cicadarum addit, alterius verò calceis, picturam crescentis lunæ, cum titulo. NOBILES, ET GENEROSI. Quandoquidem Aristoteles inter nobilitatem, & generositatem collocauit discrimen: cum nobile vocetur illud, quod ex bono genere profectum est, generosum verò, quod à sua natura non degenerat. Immò alibi idem Philosophus præclarius esse asseuerauit aliquem generosum, quàm nobilem appellari, quoniam nobilis maiorum tantummodo virtute, & gloria refulget, generosus autem, & suis, & maiorum virtutibus commendatur. Itaq; omnes generosi sunt nobiles, cum tamen non sit necesse huius propositionis conuersionem admittere, cum H omnes nobiles semper non sint generosi; namq; nobiles quidam ob animi demissionem à virtute maiorum degenerant. Apud Athenienses igitur, cicada erat nobilitatis symbolum, & propterea crinibus illas nodabant, vt nobiles, & indigenas se esse cunctis manifestarent, quapropter Athenienses τεττιγοφόρους, nempe cicadiferi cognominati fuerunt. Huius ratio inde orta esse videtur, quia, inter cæteras animantes, cicadæ potissimum indigenæ nominantur, cum in ea regione, in qua nascuntur, pariter viuant, & moriantur. Quamobrem homines iactatores, & gloriosos τεττιγων ἐπαινέτας, nimirum cicadis tectos iure optimo appellare poterimus. Cæterùm, quia Romani alijs populis nobilitate antecellere visi sunt, figuram lunarem in calceis habuisse retulerunt, vel ad significandam Romani Imperij conditionem, quod statim crescebat, & tractu temporis, instar Lunæ, decrescebat, vel, ex aliorum mente, ad inurendam viris superbis notam instabilitatis rerum humanarum, cuius symbolum Luna esse perhibetur, quæ ab obscuritate in lumen, & rursus in obscuri- *Embl. 136.* *L. 1. de hist. Anim. c. 5.* *Lib. 2. de arte dicendi.* *Cicada cur esset symbolum nobilitatis.*

tatem reuerentur. Iuuenalis huius Inſignis figura Lunæ notati meminit, quando de Fabio verba facit hunc in modum.

Symbolum nobilitatis.

Fabius, & ſapiens, & nobilis, & generoſus,
Appoſitam nigræ Lunam ſubtexit alutæ.

Immo Arcades hoc calceorum genere pictura Lunæ notato vtebantur, vt eũctis propriam antiquitatem inſinuarent, quoniam vniuerſum mortalium genus olim diluuio extinctum ab Arcadibus rurſus originem traxiſſe exiſtimarunt: quocirca, ſigno Lunæ, ſe alijs antiquiores eſſe indicabant. His addamus tanquam coronidem pulcherimum Florentij emblema ad cænodoxiam ſpectans, in quo duo viatores aduerſo tramite progredientes ad radios Solis pinguntur: quare vmbra alterum comitari, & alterum antecedere videtur, cum inſcriptione. IN AMBITIOSOS. Itaq; ſi rectè has icones contemplemur, harum altera propriam vmbram ſequi, altera verò illam fugere videtur: quapropter hexaſtichon Authoris hoc diſtticho terminatur, in quo ambitio ad animi demiſſionem comparatur.

Emb.6.

Gloria ſic humiles amplectitur, at ſibi quiſquis
Poſcit ſi nimia hanc ambitione, fugit.

Poterimus ergo gloriam introducere ſic loquentem.

Qui ſequitur fugio, qui fugit, ipſa ſequor.

NVMISMATA.

IN veteribus memorijs hoc ſcriptitatum legimus, & in aliquibus nummis etiam obſeruauimus, quòd imagines tum partium humani corporis, & interdum integri hominis in monetis Antiquitas impreſſit. Ideo in prima facie huius Rubricæ de iconibus partium, & deinceps de integro hominis ſimulacro verba fient. Quando igitur humanum caput in multis numiſmatibus cuſum obſeruatur, pro comperto habendum eſt, illud, ad magnificandam figurati excellentiam, vel quoad doctrinam, vel quoad dominiũ, impreſſum fuiſſe: ſiquidem figura capitis Virgilij, vel aliorum Poetarum, excellẽtiam, Cæſarum verò, & aliorum Principum præſtantiam Imperij denotat.

Caput in Monetis.

In nummo æneo caput Iulij Cæſaris, cum corona ciuica cuſum, clementiã ſignificare perhibetur. In alijs nummis conſpicitur caput hominis lauro coronatum, cuius occipitium pharetra, & frontem ſtella tangit; hinc fortaſſis Apollo conſeruator deſignatur. Item caput humanum exuuijs capræ tectum, cum fulmine ad iugulum, & arcu ad occiput vſitur, cum poſtea in latere inuerſo numiſmatis icon Pegaſi, & ſagittæ appareat; quæ ſimulacra, extremẽ Valeriani, velocitatem velociſſimam indicabant. Erizus monſtrat numiſma Antonini cum capite, & pectore muliebri turribus coronato, atq; hac ratione Vrbem Laodicenſium indicari aſſeuerat. Alioquin prædicta capitis figura vnà cum effigie capitis viri, & caducei ad occiput, Mercurius denotatur, illa autem deſignatur ciuitas, quæ numiſma in honorem Principis cudi iuſſit. Inſuper ab Erizo caput viri cornibus arietinis decoratum oſtenditur, quo ſimulacro Iupiter Amon Coloniæ Coſſæ, vulgo Orbetelo nuncupatæ Deus olim tutelaris ſignificatur.

Apollo conſeruator. Lib. 23. hiſtor.

Apud eundem Erizum eſt numiſma Antonini Eliogabali, in quo venuſtum hominis caput corona inſignitum, addito lauri ramo, cuſum eſt: namq; ſimili icone Solem ſignificari credebant. Alioquin, ad eundem indicandum, in nummo argenteo Marci Antonij apparet caput viri radijs coronatum in medio templi quadrati: quamuis in alijs monetis caput viri imberbis, crinibus paſſis, ſerpente ab vtraq; aure pendente intueri liceat; vt fortaſſis Sol oriens ſignificetur. Aliter Valerianus refert ſe in quibuſdam nũmis obſeruaſſe caput humanum radijs coronatum cum dextra manu alata, & paſſa, vt Oriens deſignaretur.

Capui lauro coronatum.

Sol oriens quomodo denotaretur.

Quandoq; numiſmata caput hominis inſignibus militaribus affixum repræſentãt, quod in nummo æreo Claudij Cæſaris potiſſimum conſpicitur; vnde, ex ſententia Erizij,

Erizij, victoria manifestatur, quam Romani de Barbaris reportarunt. Alioquin Pierus Valerianus, ad Victorum pate faciendam, caput muliebre alatum capillis in nodum collectis, in aliquibus monetis, obseruauit. Nam caput muliebre cum cupidine in numismate argenteo Iulij Cæsaris, Venerem demonstrare perhibetur. Aliquando in numismatibus cõspicitur caput mulieris galeatum, quo multi Romam significari asseuerant, vel quia Romani omnia armis superauerint, vel quia à Marte ortum duxerint, aut quia Romam orbis caput prædicauerint, vel quia id prædixerint, ex mente Valeriani, quod Christus Petro erat dicturus, nimirum capitis nomen esse assecuturum, dum Romæ sedem Ecclesiæ erat fundaturus: propterea Petrum vocauit quasi petram, dum ad immobile capitolij saxum aspiceret. In alijs monetis conspicari licet capita muliebria vtrinq. singula, capillis nodo simplici collectis, quibus, ex sententia Valeriani, libertatem Antiquitas designabat. Cæterùm in alijs nummis duo capita ab vnica ceruice prodeuntia apparent, cum altera nummi facies figuram nauis referat: quare Aeneas Vicus fuit huius opinionis, hanc monetam fuisse cusam, vt æterni honores Saturno decernerentur, qui Italos sationem, & putationem docuerat. Alioquin, ex aliorum mente per duplex caput, Legislator, & pictura nauis, fluminis commoditas denotatur. Tandem duo capita conspiciuntur in altera parte nummi Tenediorum, cum pars opposita figurã secutis repræsentetisse enim seueritatem indicabant: quandoquidem cum Rex Tenediorum supplitium capitale adulterio indixisset, & proprium filium deprehensum vnã cum adultera secuti per cusisset; deinceps de seueritate factus est prouerbio locus. *Securis Tenedia.*

Caput muliebre.

Lib. 3. hie rogl.

Lib. 40. hie rogl.

L. 1. de Nũ. cap. 3.

Duo capita.

Securis Tenedia.

Præterea in plerisq. Antiquorum nummis duæ manus iunctæ visuntur: quæ proculdubio fidem indicabant, cum inscriptio id insinuare videatur. nam in aliquibus legitur: FIDES ROMANORVM. in alijs verò. FIDES EXERCITVVM. Quamuis hæc manuum copulatarum figura ad alia etiam significata traharur. In alijs nummis quandoq; typus manus expansæ cernebatur, quod signum exercitus Imperij Romani præferebat, vt beneficium Concordiæ ostentarent. Sed in monetis Philippi Imperatoris brachium extensum, cum manu aperta apparet, & hoc simulacro Gabriel Simeon libertatem indicari arbitratur. Id melius explicatur nummo T. Claudij Cæsaris, in quo manus dextra pileum tenens, læua exporrecta videtur, cum inscriptione. LIBERTAS AVGVSTA. Et quamuis pileus per se libertatis symbolum insinuaret, manus tamen aperta significatum auget, ad differentiam manus complicatæ, quæ apud Priscos impedimentum demonstrabat. Alioquin in nummo Gratiani, manus mulieri genuflexæ porrigitur, cum inscriptione. REPARATIO REIPVBLICAE.

Lib. de illustr. epit. antiq.

Hactenus de figuris partium in nummis differimus, modò ad integra hominis simulacra in monetis impressa accedemus. Primùm si de icone pusionum ferato habeatur, Aeneas Vicus exhibet nummum Commodi, in quo pueri quatuor ad quatuor anni partes exprimendas visuntur: quamuis alij retulerint, horum puerorum tres nudos, & quartum indutum esse; immo addunt nudorum primum, manibus calathum floribus plenum, ad Ver denotandum, gestare, secundum dextra falcem, ad messem Aestatis indicandam, tenere, tertium sinistra calathum fructibus onustum, ad monstrandum Autumnum, ferre, & quartum tandem indutum humeris bacculum, à quo pendet auis mortua baiulare, vt fortasis hyemem manifestaret. In numismatibus quibusdam conspicitur iuuenis coronatus cum tripode, dextra sagittas, læua citharam stringit, & immanis serpens ad pedes iacet; ibi quoq; cernitur laurus cum corno, sub quâ nonem puellæ sedent, vbi scatebra aquæ perennis est. Erizus his simulacris, Apollinẽ cũ Musis in monte Parnaso apud fontẽ Castalium repræsentari arbitratur. Quamuis simulacrũ Apollinis in aliis nummis aliter effigietur. Siquidem interdum conspicitur iuuenis stans sinistra lyram tenens, vbi vir nudus arbori est allegatus, de cuius ramis fistula pendet: ficen im Marsiam ab Apolline fuisse superatum demonstrabant. Erizus monstrat iuuenem baiulantem Arietem, & Mercurium esse autumat. Sed aliter figuratur in numismate Hadriani, vbi icon iuuenis altera manu caduceum, altera verò Imperatorem apprehendit, cum inscriptione: FÆLICITAS AVGVSTI. At in nummo æneo Vitelii icon viri cum virga, & serpente, &

Quatuor anni tẽpora indicantur.

Apollo cum Musis.

Mercurij icõ varia.

noctua ad pedes, Aeſculapium ſignificat. Aliter vir ſtans, & adhærens baculo, A Serpente circumdato denotat Aeſculapium, vbi conſpicitur icon mulieris ſerpentem pertractantis, quæ Higiam, ſiue Deam ſalutis denotabat. Hæ autem imagines iuxta ſententiam Erizi, cuſæ fuerunt ad denotandum, veram totius Orbis ſalutem eſſe illum Principem, cuius imago in altera parte numiſmatis conſpiciebatur.

Poſteaquam in virorum icones incidimus, licet conſpicari in nummis Domitiani iconem venerandi viri, qui dextram tribus mulieribus extra templum genuflexis porrigere videtur: ſic enim arrogantia Domitiani oſtenditur, qui ex ſententia Erizi, tanquam Deus adorari voluit. Hic obiter notandum eſt, quod ante dictaturam C. Iulij Cæſaris, in numiſmatibus, nonniſi Deorum effigies imprimebatur, & præcipuè illorum, quos Antiquitas ſingulari quodam honore afficiebat. In nummo argenteo Auli Poſthumi eſt cælatura viri, ante aram, manum dextram ad taurum porrigentis: hac ratione Veteres Sacerdotem Dianæ ſacrificantem demonſtrabant. Quando verò viri tres veſte Sacerdotis induti, ad quorum pedes multæ animantes iacent, ante aram viſuntur, ex ſententia Erizi, Imperatorem ſacra feciſſe oſtendunt. Alioquin vir indutus veſtibus Sacerdotis ſcropham in templum ducens denotat Conſulem, qui de Victoria relata, meritas Dianæ agit gratias: quemadmodũ vnuſquiſq; in numiſmate æneo Marcelli contemplari poteſt.

Domitiani arrogantia. A

Imperator ſacra faciẽs quomodo pingeretur.

Non deſunt in numiſmatibus icones virorum armis munitorum, quæ varios ſortiuntur ſignificatus: nam iuxta ſententiam Erizi vir armatus in nummo dextra adhærens clypeo, & ſiniſtra iaculo humi fixo, Martem Deum ſignificat. & quando in B alijs nummis vir clypeo, & iaculo armatus veluti gradiens conſpicitur, ex eodẽmet authore, Mars propugnator denotatur. Alioquin licet intueri in nummo argenteo Caracallæ, virum galea, lorica, ochreis, clypeo, & haſta munitum, qui Martem vltorem oſtentat: cum idem ſimulacrum in nummo æneo Mameæ & in nummo argenteo Hadriani conſpiciatur. Aliter in nummo æneo Vitelij apparet vir armatus galea, lorica, & ochreis, ſiniſtra clauam, & dextra Victoriam alatam tenens, qui Martem victorem, ſecundùm aliquos, oſtendit: quamuis in moneta ænea Antonini Pij, eamdem iconem cum pugione, & tropheo poſſimus intueri.

Martem variis modis figurabatur.

Verùm quando numiſmatum ſimulacra exhibent virum galea tectũ, armaris cruribus, cum ſceptro in dextra, & haſta in ſiniſtra, necnon pede dextro teſtudinẽ premens; iuxta ſententiam Chouli, Honorem manifeſtat, qui Author tale ſimulacrum in nummo æneo Vitelij ſe vidiſſe fatetur. Etenim vir dextra haſtam, & ſiniſtra orbem tenens Imperatorem Mundi Dominum oſtendit. Nam quando idem ſimulacrum ſecùs pedes habet captiuum nudum manibus vinctis, ad mentem Erizi, Tyrannum ab Imperatore fuiſſe profligatum intelligere debemus. Et quando idem vir armatus cum haſta in dextra, & ſceptro in ſiniſtra, pede ſiniſtro hominẽ humi ſtratum premit, & ab vtraq. parte homines cum vaſis, è quibus aquæ effluant: tunc Erizus, Imperatorem, fuſis hoſtibus, Armeniam, Meſopotamiam, & Parthiam occupaſſe ſignificat, nam per vaſa aquam effundentia, Araxis, & Euphrates flumina intelligenda ſunt. Alioquin idem ſimulacrum in nummis premens virum humi ſtratũ cum vrna, Erizus eſſe Imperatorem Germaniam debellantem monſtrat. Immo idem Author ponderans in numiſmatibus virum armatum, qui ſiniſtra pilum tenet, & dextra hominem armis, & ſpolijs onuſtum coronare videtur, vbi duo captiui ſecus pedes D conſpiciuntur, inquit inde coniectandũ eſſe, victoriam de Germania fuiſſe relatam.

Honoris icõ. C

Italia reſtituta quomodo pingeretur.

Pariter vir ſtans, ſiniſtra haſtam tenens, & dextram mulieri genuflexæ porrigẽs, quæ orbem manibus tenere videtur, Italiam ab Imperatore reſtituꝛ fuiſſe indicat; cum Erizus, icone viri, Imperatorem, & icone mulieris, Italiam deſignet. Inſuper vir adhærens haſtæ, cum icone mulieris dextra nauis clauum, & ſiniſtra cornucopiæ tenentis, vbi quoq; ſit icon alterius mulieris dextra virum coronantis, ex mente Erizi, Fortunam, & Victoriam Imperatoris denotat.

Fortuna, & Victoria.

Quandò autem vir armatus ſiniſtra premit haſtam, & in ſuggeſtu plures homines armatos alloquitur, veluti videre licet in nummo æneo Commodi Imperatoris, tũc, vt ſcripſit Choulius, Fides ſignificatur. Aliter in numiſmatibus quibuſdam alienando apparẽt homines armati, veluti tot milites intentis auribus aſtantes, cum inſcriptione. ADLOCVTIO. Nam, quid agendum eſſet, ſignificare volebant; ſiquidem auſcul-

auscultatio est quoddam indicium operis, quod homo aggressurus est. Verùm effigies viri supra spolia, clypeos, & arma sedentis, manu sub genu adhibita, secundùm Erizon, Regem Daciæ ab Imperatore superatum fuisse indicat. Propterea quod imago hominis sagittam iaculantis in nummo Darij Persarum Regis cusa fuit.

Iam ad icones supra equos cælatas accedemus; etenim per virum armatũ in equo sedentem, hasta, & flagello munitum, Erizus Martem designat. Neptunus verò in moneta Tarentina argentea sic figuratur, vt voluit Choulus. Cælabatur vir nudus galeatus equitans, cum panno ab humeris pendente, & à ventis agitato, item cum iaculo in dextra, & duobus in sinistra. Alioquin vir equo adhærens, cum iaculo in sinistra, & icone stellæ capiti impendentis, Castorem Deum manifestat. Erizus tamen hoc simulacro, Prouinciam Parthorum ostendit. Quando verò inturbimur virum supra equũ alatũ, qui telũ in bestiã capite leonis, & draconis integrã iaculatur, Persea cum Chimera præliantem intelligere poterimus, vt significauit Erizus: quamuis alij dixerint iuuenem in equo alato sedentem esse Belerophontẽ, sed tamẽ hic cũ Perseo coincidit, cũ nomen Belerophontis virũ probũ, & prudentem ostendat. Aliter vir in equo currens, & hasta percutiens leonem, iuxta Erizi sententiam, significat illũ, qui in publico spectaculo cũ Feris dimicauerit. Verùm duo viri equitantes, & brachium dextrum extendentes, quemadmodum in nummo argẽteo Philippi licet conspicari, ex mente Chouli, virtutem significant. Quando autem in numismatibus est vir armatus equitans, quem vir armatus pedester antecedat, & plures armati subsequantur, tunc Erizus expeditionem Imperatoris ad bellum intelligit. Quemadmodum etiam vir equestris currens clauã munitũ Imperatorẽ ad bellum properare indicat. Sed si equitans hasta alium virum humi stratum percutiat, tunc, vt opinatur Erizus, Imperatorem Sarmatas, & Gothos debellasse pronũciandum est: Et quando equitantem pedester cum trophęis præcedit, & alius cum Insignibus militaribus subsequitur, tunc Erizus victoriam de Parthis relatam diuulgat. Et si accidat, vt in monetis vir pedester Insignia militaria sinistra ferens equitãtem præcedat, tunc dissipatis hostibus, & occupata Prouincia, Imperatoris reditum intelligere debemus. Demum numismata ærea Traiani cum iconibus duarum Prouinciarum sunt rara, & potissimum illa, in quibus eius simulacrum equitans conspicitur.

Icones virorũ equitantium.

Castor Deꝰ.

Expeditio imperatoris ad bellum.

Humana simulacra absq; vestimentis aliquando in numismatibus conspiciuntur. Nam numisma argenteum L. Lentuli, & C. Marcelli exhibet figuram viri nudi dextra fulmen, & læua aquilam tenentis cum ara, & stella, vt denotet rem diuinã Ioui peractam, postea quam templum Iouis Capitolini fulminatum fuit. Vir seminudus in eminenti loco sedens manu dextra ad aquilam porrecta, cum curru Solis, & Lunæ cusus fuit in nummo æneo Alexandri, vt Iupiter Olympius significaretur. Etenim Iupiter victor icone hominis seminudi in cathedra sedentis cum hasta in sinistra; & victoria alata in dextra demonstratur, quod simulacrum in nummo æneo Domitiani possumus intueri. Alioquin in numismate æneo Neronis homo pariter seminudus in cathedra locatus cum fulmine in dextra, & hasta in sinistra conspicitur, ad Iouem custodem indicandum. Quamus, ex aliorum mente, in nummo argenteo Vespasiani, icone viri nudi in sinistra hastam tenentis, & dextra aram ardentem, Iupiter custos demonstretur. Verùm Choulus virum nudum cum hasta in dextra, & fulmine in sinistra in nummo argenteo Gordiani contemplatur, & hac ratione Iouem victorem significari asseuerat. Quamquam Erizus virum nudum dextra fulmen iaculantem, & auem sinistra tenentem obseruans, Iouem fulminantem denotari autumat.

Simulacra nuda in monetis.

Homo seminudus vbi.

Cæterum in exprimendo Ioue seruatore, authores inter se sententijs diffident. Nam Choulus in nummo argenteo Domitiani monstrat virum nudum dextra fulmen tenentem, & sinistrum brachium attollentem, & hoc simulacrum Ioui seruatori assignat. Idem author exhibet nummum argenteum Antonini Pij, in quo vir nudus tenens in dextra hastam, & in sinistra fulmen obseruatur, & hoc modo Iouem pariter seruatorem exprimit. Sed in nummo æneo, & argenteo Gordiani; nec non in moneta argentea Maximiani, vir quidem nudus apparet panno ad dorsum proiecto cum

Simulacrũ Iouis seruatoris quale.

cum fulmine in dextra, & hasta in sinistra, ad cuius pedes homuncio apparet; hac ratione Iouem seruatorem nõnnunc, nam per hominem parum ab hoc numismate sculptum, Imperatorem à Ioue seruatum intelligunt. Quando verò in nummo argenteo Alexandri Seueri conspicamur hominem nudum, panno ab humeris pẽdente, dextra fulmen iaculantem, & sinistra aquilam tenentem, Iouem propugnatorem intelligere debemus; sed ũ aliquando in eodem nummo conspicimus virũ nudum dextra hastam, & sinistra fulmen tenentem, Iouem statorem apprehẽdere debemus. Choulus tamen, ad significandum Iouem statorem in nummo argenteo Diocletiani, virum nudum panno ab humero sinistro pendente, dextra orbem cum victoria tenentem, & cum aquila obseruat.

Iupiter propugnator.

Iupiter Stator.

A

Hactenus de Ioue, modò ad Neptunum sermo conuerratur: etenim Choulus in nummo argenteo Augusti, & Vespasiani virum nudum tridente armatũ, & orbem pede sinistro prementẽ obseruat, quod simulacrũ fuit cusum postea quam Deo Neptuno, post reditum à bello nauali, gratiæ habitæ fuerunt. Pariter vir nudus, cum panno ab humeris pendente ventis agitato in cymba à duobus equis tracta in nummo argenteo M. Agrippæ cusus Neptunum significat. Item in nũmo argenteo Pompeij obseruatur turris in naui, cuius fastigium vir nudus tridente armatus occupat, quo simulacro Neptunus pacificus demonstratur. Alioquin in eodem nummo, vir pubetenus in duas caudas piscium desinens, ambabus manibus clauum nauis stringens, Neptunum iratum ostentat. Demum in nummo argenteo Demetrij, vir nudus tridente quasi percussurus videtur, & hac icone Neptunũ exprimunt cũ in parte oppositâ numismatis conspiciatur prora nauis, cum victoria alata, quæ dextra coronam, & sinistra palmam gestat, vt victoria naualis designetur.

Neptuni simulacrum.

Victoria nauis quomodo pingeretur.

B

Iam properandũ est ad alia simulacra, quibus alia Priscorũ Numina significantur. Nam Erizus in nũmis aliquando contemplatur duos homines nudos stantes, quorũ alter clauã adhæret, alter caduceo, cũ talaribus ad pedes, per hunc, Mercurius, & per illum, Hercules est intelligendus, quæ duæ icones, ad manifestandã sapientiam, & fortitudinem Imperatoris, in numismatibus cusæ fuerunt. Aliter solus vir nudus clauã, & leonina pelle munitus in nummis, Herculem denotat, quam imaginem Erizus, ad indicandam virtutem Imperatoris, in numismate cælatam fuisse autumat. Quando autem idem vir nudus dextra attollit clauam, Draconem arbori pomiferæ adhærentem percussurus, brachiumq; sinistrum pelle leonina tectum habet, iuxta sententiam Erizi, indicat Herculem, qui poma aurea ex hortis Hesperidum eripit.

Hercules simulacrũ eripiens poma.

C

Si prosequamur meditantes numismata, in quibus icones hominum nudæ conspiciuntur, in nullum aureum Aureliani incidemus, qui exhibet virum nudũ radijs coronatum, panno ab humeris pendente, orbem dextra tenentem cum captiuo ad pedes, quo simulacro, ex sententia multorũ, Solem orientem significabant. In nummo etiam æreo Constantini vir nudus conspicitur, pudendis panno tectis, cornucopiæ est in sinistra, & patera in dextra pendens aram, & per hanc iconem Genium Populi Romani intelligebant. At vir seminudus sinistra tenens orbem, & dextra tria capita, insinuabat æternitatẽ; nã per simulacrũ triceps, tempus præsens, præteritum, & futurum notabatur, hocq; simulacro æternitatem Imperatori precabantur. Aliter vir seminudus galeatus, cum hasta in dextra, & cornucopiæ in læua, conspicitur in nummo æreo M. Aurelij, quæ imago ex mente Chouli, Honorem ostentabat. Demũ in nũmo M. Herennj cælatus est vir nudus sinistro humero senẽ baiulans, quo simulacro, Choulus pietatem significat. Pariter in nummo argenteo Iulij Cæsaris, vir nudus baiulans senem conspicitur, sinistra verò tenens mulierẽ galea, & hasta munitam, quod simulacrum, vt voluit Choulus, Aeneam ferentem Anchisem, & Palladem significat.

Sol orieus quomodo in dicaretur.

D

Pietatis simulacrum.

Numismata plerunq; icones hominum in curru exhibent; propterea Erizus scribit, si aliquando contingat, vt in monetis conspiciatur vir in curru à quatuor elephantis tracto, cum ramo laureo in dextra, & sceptro aquila decorato in sinistra, tunc Imperatorem, debellata aliqua prouincia, triumphantẽ intelligere debemus. Alioquin, ex mente eiusdem Authoris, vir dextra tenens ramum, & sinistra quid similc clauæ, vbi icon Cameli, & Struthionis sit, Arabiam ab Imperatore superatam esse

Arabiæ superatæ icon.

esse significat quamuis alij velint, per virum in curru triumphali à quatuor equis tractum, semper intelligendum esse Imperatorem, qui, superata aliqua Natione, triumphum agat. Quando verò idem vir in curru sedens à quadrigis tracto, manu sinistra Insignia militaria gestat, tunc Erizus Victoriam de Armenis & Parthis relatam demonstrat. Aliter si virum flagello armatum in curru spectemus, hunc Erizus Martem cognominat. *Martis simulacrum.*

Icones hominum in nummis sedentes aliquando apparent, & propterea Erizus hominem super Tauro sedentem, in nummis Iouem appellat. Figura etiam humana sedens, manu exporrecta, pollice submisso, in moneta M. Catonis Prætoris
E cernitur, quæ victoriam consilio partam significare potest. Et quando in nummo effigiatur vir sedens dextra orbem tenens, qui à muliere alata coronatur, Erizus insinuat hunc esse Imperatorem, qui, ob relatam de Britanis victoriam, coronam promeruit. Immò, vt sentit idem Erizus, quotiescunq; in numismatibus apparet figura Victoriæ virum coronantis; tunc id factum fuisse insinuat, vt singularis honor Imperatori decerneretur, cuius imago in altera nummi parte apparet. Interdum vir sedens in eminenti cathedra coronatus à Victoria, cum icone mulieris spicas porrigentis, exhibetur ab aliquo numismate: vnde Erizus elicit indicari Imperatorem, qui propria munificentia populum à penuria liberauit. Idcirco in nummis T. Vespasiani Cæsaris cernitur vir tenens dextra iconem mulieris, quæ libello, & cornucopiæ est munita, vbi quoq; simulacrum nauis cum calatho, & spicis apparet, vt ostendatur Imperator, qui summa industria annonam procurauit: icon enim mulieris, ad
F mentem Valeriani, propter spicas annonam designat. *Victoria eò filio parta.* *Imperator summa industria annonam procurans quomodo pingeretur.*

In nummis Tarentinorum vir sedens supra Delphinum conspicitur: hinc Tarentum ab Hercule fuisse conditum conijciunt: quamuis in alijs monetis, per hoc simulacrum, vt voluit Pausanias, Phalantum Lacedemonem intelligant: immo aliqui, hoc eodem simulacro, Telemachum Vlyssis filium ostendunt. Cum autem numismata exhibent iconem viri stantis, & manum mulieri genuflexæ porrigentis, tunc Authores Restitutorem Reipublicæ intelligunt; & eò magis adducimur, vt id credamus, cum in nummo simulacrum Imperatoris quemdam genuflexum subleuantis obseruauerimus, cum his litteris. RESTITVTORI GALLIÆ. Sin vir stans post terga habeat multa arma, mulierq; ibi mæsta sedeat, cum arbore Palmæ, tunc hæc numismata, ex sententia Chouli, post Iudeam captam cusa fuerunt. Quamquam hoc
G simulacrum in varijs numismatibus variè exlatum conspiciatur. Deniq; vir stans si auem intueatur, ab Erizo Imperator augurium captans exponitur. *Restitutoris Reipublicæ pictura.*

Iam ad varios manuum gestus in monetis obseruatos accedamus. Namq; in nummo Alexandri Augusti simulacrum humanum est læua hastæ innixum, dextrâ porrigens, digitis demissis, & pollice pendente, cum his litteris. RESTITVTOR. In nummo, qui inscribitur. TRAIANVS HADRIANVS. Conspicitur figura Imperatoris iungentes dextram manum dextræ cuiusdam Dei sedentis. Inferior pars monetæ his litteris est exarata. ADVENTVS AVG. Sed si in nummis appareat figura viri iungentis dextram alterius dextræ, muliere armata præsente, tunc Erizus, hoc simulacro, Imperatorem alteri Imperium tradere, Roma assentiente, declarat. Alioquin vir genuflexus dextram dextræ Imperatoris copulans, secundùm
H aliquos, denotat Phrygiam Prouinciam Imperatori gratulantem. Aliter viri duo dextras iungentes, secundùm Eriztm, concordiam duorum Principum significant. Sin horum duorum virorum alter toga, & alter pallio indutus sit, quæ simulacra in nummo C. Egnatij videntur, cum oppositum nummi latus Cupidinem alatum exhibeat, tunc, his iconibus, exprimitur Concordia, quæ inter litteras, & arma esse debet: etenim Gabriel Simeon, icone hominis togati, pacem, & icone pallio indutj, bellum intelligit. Licèt alij, ad designandam Concordiam, & Fidem, addant iconem columnæ, quod simulacrum in nummo quodam Hadriani conspici solet. Simulacrum humanum dextram expansam porrigens, & læua donarium in ara ponens, in nummo Antonini intueri possumus. Idem simulacrum in nummo aureo L. Aelij Cæsaris apparet, cum inscriptione. PIETAS. Et in nummo Gordiani Pij est simulacrum humanum passas hinc inde manus ad Cœlum tollens, cum inscriptione, PIETAS AVGVST. Demùm in nummo Iuliæ Piæ cernitur Veneris simulacrum, dextra expansa, *Phrygia Imperatori gratulans.* *In lib. de illustr. antiq. epitaph.*

Venus cur genetrix.

pansa, cum læua haſtæ innitatur, inſcriptio eſt. VENVS GENETRIX. Quandoquidem Romani, & potiſſimum gens Iulia à Venere genus ſuum trahere aſſeuerabant. & hæc moneta ad explicandam partus fælicitatem cuſa fuiſſe perhibetur.

Numiſmata rara quæ

Cum infinita ferè numiſmatum ſint genera, modò rariora ſunt recenſenda ideo notandum eſt monetas aureas, & argenteas Othonis eſſe raras, cum tamen monetæ æreæ antiquæ eſſe non videantur. Item raræ ſunt monetæ argenteæ Auguſti, & potiſſimum quæ in altera parte coronam quernam referunt, immò raræ, quæ ſtatuam Auguſti equitantem repræſentant. Numiſmata ærea Veſpaſiani ſunt rara, & potiſſimum illa, quæ Iudeæ captæ imaginem exhibent. Monetæ æreæ Tiberij raræ ſunt tantummodò illæ, quarum alterum latus effigiem templi cælatam habet. Pariter rara ſunt numiſmata ærea cum effigie Auguſti, quorum oppoſitum latus corona roſtrata eſt inſignitum. Sunt quidem raræ monetæ æreæ Caligulæ, ſed potiſſimum illæ, quarum pars oppoſita ſimulacro Deæ pietatis eſt decorata. Numiſmata ærea Claudij, illa ſunt rara quorum inuerſum latus gemino cornucopiæ eſt referrum. Neronis nummi ærei illi ſunt rari, quorum pars oppoſita nauem roſtratam exhibet, & rariſſimi ſunt illi, qui effigiem Popeæ eius vxoris cælatam habent. Galbæ nummi rari ſunt ærei, qui ſtatuam Victoriæ exhibent. Seueri monetæ ſunt raræ, in quibus duo apparent capita, & rariſſimæ in quibus eſt icon templi. A

Rariſſima numiſmata.

Commodi numiſmata ſunt rara, in quibus eſt mater Deorũ, rariſſima, in quibus quatuor anni tempora, & quatuor pueri conſpiciuntur. Reperiuntur quidem plura numiſmata Antonini, ſed rariſſima ſunt, quæ iconem Italiæ cum Aenea Anchiſem baiulante oſtendunt. Hadriani rari ſunt nummi, in quibus plures figuræ apparent. Rara quoq; ſunt numiſmata L. Veri, quæ plures habent icones, necnon illa, quæ ſtatuam Imperatoris à Roma coronatam repræſentant. M. Aurelij monetæ ſunt raræ, quæ pluribus figuris ſunt refertæ, immò rariores, quæ ſimulacrum templi Dianæ Epheſiæ oſtendunt. Monetæ Domitiani referentes ſtatuam Imperatoris equitantis ſunt rariſsimæ. Item nummi Neruæ, cum effigie Romæ renaſcentis, non reperiuntur. B

Numiſma Getæ cũ tribus figuris.

Caracalæ nummi ſunt rari, in quibus ſimulacrum Herculis conſpicitur, immo rariſsimi iconem Herculis Hydram necantis referentes. Numiſmata Getæ cũ tribus figuris equitantibus ſunt rara, item numiſmata Alexandri, in quibus propria effigies cum icone Mameæ Matris conſpiciuntur. Pariter numiſmata Gordiani iunioris cum multis figuris ſupra pontem ſunt rara, immò cũ ſimulacro Herculis, & Mercurij rariora. Monetæ Philippi cũ propria effigie, & eius filij ſunt rariſsimæ: quemadmodum nummi Martiæ cum imaginibus Philippum, nempe mariti, & filij rari ſunt. Demùm numiſmata Vitelij, cum rariſsima, ſint magni æſtimantur. C

Deniq, quoad effigies proprias, numiſmata rara ſunt Caligulæ, Neronis, Claudij, Germanici, Druſi, Galbæ, Titi, Neruæ, Paulini, Lucillæ, Criſpinæ, Seueri, Getæ, Caracalæ, Iuliæ Piæ, Iuliæ Mameæ, Maximi, Maximini, Papieni, Balbini, Philippi iunioris, Decii iunioris, Treboniani, Voluſiani, Valeriani ſenioris, & Galieni, & hæc de monetis figuram humanam repræſentantibus dicta ſufficiant.

SIMVLACRA. D

In lib. de fort. litter. notis.

CVM fictæ imagines hoc in loco recenſendæ, vel aliquam partium humanarum iconem, vel integram hominis figuram referre debeant primò nonnulla ad partes ſpectantia litterarum monimentis mandare decreuimus, vt deinceps diuina, & prophana Ethnicorũ ſimulacra breuiter percurramus. Itaq; iuxta opinionem Ioannis Baptiſtæ Portæ, pictura capitis deiecti, demiſsionem animi, veluti capitis ſupini arrogantiã deſignat, quando verò ita effigiatur caput, vt in latus ſit pronum, tunc languorem ſignificat. Caput humanum capillis ſerpentinis munitum, referens caput Meduſæ olim in ſepulcrorum lapidibus figurabatur, vel vt violatoribus tumulorum terror incu-

incuteretur, vt scripsit Iacobonius, vel secundùm alios, vt homines inde percipérent, inani scientiæ, & opum persuasione non esse intumescendũ, neq; luxui indulgendũ, cũ Medusa, ob aureorũ venustatẽ capillorũ, graues pœnas dederit, veluti in Rubrica Metamorphosim explicatum fuit. Item ex eodem Iacobonio, Prisci in saxis tumulorum, duo capita humana effigiabant, virile alterum, & fœmineũ alterum, idq; factum esse scripsit Author, ad sepulcri custodiã, vel ad indicandas laruas, quas sepulcrorum tutelares Antiquitas esse existimauit. Caput quinis frontibus repræsentauit Manassem, qui apud Hæbreos regnauit: quandoquidem posteaquã sustulit Isaiam prophetam, quinquplici facie delineari voluit, vt longe plura se prospicere indicaret, quàm Propheræ, qui videntes ab hominibus appellabantur. Demum humanum cranium, quod ad pedes imaginis Christi crucifixi pingitur, ex Nucleto id factum esse dicitur, quoniam Adam ibi sepultus esse fertur, vbi Crux Domini Nostri in expiationem humani generis locata fuit.

In Ap. de prisc. Cas. gent. cap. 10. Cap. 14.

Craniũ humanum cur ad pedes Christi crucifixi.

Aliquando Prisci figuram cordis in saxo tumulorum pingebant, vel vt indicarent ex ore defuncti nihil simulati fuisse prolatum, sed ea tantùm edidisse, quæ ex corde, & animi sinceritate prodibant, vel vt cunctis manifestarent consanguineos, & affines ex corde parentasse, vel vt significarent virum tumulatum vitam affinium abstulisse, quæ in corde propriam sedem habere dicitur, vel denique, vt cunctis patefieret, ob virtutes tumulati necem, viuentium cor curis vexatum esse: ita enim Iulius Iacobonius exposuit. Alioquin figura cordis, apud Chymistas, quemadmodum, & nomen cordis aurum significat, vt in Lexico Paracelsi legitur; cum tamen Ioannes Garlandius, pictura cordis, in chymica facultate, ignem designare conetur.

In appẽd. de prisc. Cas. gent. c. 16.

Quandoq; icon digiti in tumulo fuit conspecta: namq; inter Megapolim, & Messeniam, in Regione Maonia nuncupata, digitus lapideus tumulo erat superpositus. Pausanias tamen non alia de causa id factum fuisse testatur, nisi quia Orestes Furijs agitatus vnum propriæ manus digitum abroserit; quocirca tali simulacro rem monumentis mandari voluerunt.

Iam ad integras hominis icones accedendum est, quibus variè figuratis, infinita pene significantur. Aegyptij, referente Cartario, rerum omnium Creatorem sic exprimebant, virum cærulei coloris, cum circulo stellis ornato in dextra, cũ sceptro penna decorato in sinistra, cum ouo excludente puellum in ore pingebant. Siquidem penna difficultas monstratur, sceptro, regia maiestas, ex motu circuli, vita mundi hauritur, per ouum intelligendus est mundus, & per puellum Vulcanus illius caloris symbolum, qui cunctis rebus vitam impertitur. Rursus iuxta mentem eiusdem Cartarij, ad exprimendum Deum rerum omnium authorem, delineabant puerum in ramis Loti arboris sedentem, cum folia, & fructus huius arboris rotunda; igneũ Dei imperium designent, cum actio mentis circulari motu absoluatur. Ante Christi Aduentum veritas mysticæ in Deo Trinitatis Ethnicis fuit insinuata: nam Deũ Sabinorum, sanctum Fidum, & sempatrem nuncupatum triplici facie pinxerunt, & illum in vrbem detulerunt, nomine triplicem, & re ipsa vnum attestantes, tantiq; hoc triplex simulacrum fecerunt, vt summam in iusiurandis authoritatem obtinuerit, sub cuius facie trinus vnica potestate Deus intelligebatur. Quamuis alij referant in vetustissimo marmore, apud Romanos, simulacrum Fidij fuisse visum facie imberbi; sed matura ætate, cum hoc titulo. HONOR. hæc imago Veritati vultus virginei manum porrigebat, in medio stabat puer amorem referens: his enim tribus simulacris Fides describebatur, quippe quæ veritate, fide, & amore nitatur.

Icon creatoris rerũ omnium.

Trinitas Ethnicis infinuata.

Vana Ethnicorũ simulacra ab ipsis diuina nũcupata olim variis hominũ figuris repræsentabãtur: nihilominus cũ ab omni veritatis tramite recedãt, sic canere possumus.

Iupiter, Orta freto, Bacchus, Saturnus, Apollo,
Mercurius, Pallas, Iuno, Diana, Ceres,
Neptunus, Pluto, Ianus, Mars, atq; Cupido,
Numina sunt falsis annumeranda Dijs.

Illorum tamen simulacra paruper ponderate licebit, vt varias hominum figuras contemplemur, quibus Antiquitas, in his significandis, vsa est. Primò, vt Saturni iconem referrent, senem aperto capite, cum falce in dextra, & nescioquid pannis inuolutum in sinistra, pinxerunt; imago tamen quatuor puerorum secus pedes

Saturni simulacrum quale.

des apparet. Delineabatur ſenex, quia primus omnium Deus fuerat, detecto capite, quia in prima ætate veritas omnibus erat manifeſta, falx denotat cuncta tempore reſcindi, & aboleri; deinde ſenex ille deuoraturus illud pannis inuolutum, cuncta tractu temporis conſumi ſignificat. Demum per quatuor pueros quatuor elementa denotantur. Alij repræſentarunt Saturnum pingentes ſenem ſeminudum, cum figura ſerpentis inſtar circuli in dextra, capite panno viridi tecto, quod ſimulacrum lento gradu incedere videbatur: per ſerpentem, annum, per vellus viride Ver, per canitiem ſenectutis niues, & pruinas hyemis, per gradum lentum tardam reuolutionem ſphæræ Saturni intelligebant. Alij, ex mente Cartarij, pinxerunt Saturnum cum ſerpente in capite, cum capite apri in dextra, & capite leonis in ſiniſtra: ſiquidem figura trium capitum, tempus præteritum, præſens, & futurum ſignificabant. A

Alia Saturni ſimulacra.

Ad Iouem ſi accedamus, hic deſignabatur figura hominis nudi, iuxta partem ſuperiam, & veſtibus tecti, iuxta partem infernam, habentis in ſiniſtra ſceptrum, & in dextra aquilam. Quandoquidem ex Cartario pars ſuperior ſimulacri nuda Deum ſupernis intelligentijs ſe manifeſtare indicabat: pars verò inferior induta, Deum ab hominibus in terra verſantibus minime videri poſſe denotabat. Alioquin vir ſedens in tribunali in dextra fulmen, & in ſiniſtra haſtam tenens Iouem cuſtodem referebat: quamuis Cartarius hoc ſimulacrum alio modo pictum, nempe virum ſupra duos tauros ſedentem exhibuerit: cum vir nudus ſtans haſta, & fulgure munitus Iouem ſtatorem oſtendat: immo ambabus manibus tenens fulmen Iouem ſcelerum vltorem deſignat. Ideo huc reſpiciens Poeta, quandoq; cecinit. B

Iouis ſimulacra.

Si quatties peccant homines, ſua fulmina mittat
Iupiter, exiguo tempore inermis erit.

Aliter ſimulacro viri nudi, cum fulmine in dextra, & pelle caprina in ſiniſtra, Iupiter iuxta merita puniens oſtenditur, quia in pelle illa omnes humanæ actiones deſcribi dicebantur.

Quando verò, ſimulacro Iouis, Palladis ortus ſignificatur, tunc Cartarius pingit virum ſtantem, & ſecuri aperientem caput viri ſeminudi ſedentis ſupra florulentum collem, cum aquila, ex cuius vulnere virgo armata exit, namq; per virum ſtantem, Vulcanum, per ſedentem Iouem, & per virginem à vulnere capitis exilientem Mineruam intellexit. Interdum pictura hominis bilancem auream manutenentis, & modò hanc, modò illam declinantis Iupiter ſignificabatur, qui, iuxta ſententiam Cartarij, vel bonum, vel malum, vt lubet, alicui impertitur. Alioquin vir in dextra, & mulier in ſiniſtra, qui dextras puſioni medium occupanti præbent, ex eodē Cartario, Iupiter Fidius exprimitur: namq; vir honorem, mulier veritatem, & puer ſeruatam fidem oſtentant, cuius ſimulacri paulò ante meminimus. C

Minerua virgo qualis

Cæterùm notandum eſt Iouem, apud varias Nationes, varijs etiam modis fuiſſe deſignatum. Cartarius apud Eleos, pro exprimendo Ioue, exhibet virum ex auro, & ebore fabricatum in ſede Regia locatum ſertis ex oliua redimitum, cum Victoria in dextra, & ſceptro in ſiniſtra, cuius faſtigium aquila occupat, palla ſimulacri eſt aurea, varijs animalium, & florum figuris intertexta. Alioquin apud Leontinos, ad exprimendum Iouem, virum cum aquila in ſiniſtra, & iaculo in dextra pingebatur. Immo Cartarius Iouem, apud Arcades, pictura iuuenis nudi, cum patera in ſiniſtra, & thyrſo in dextra, cuius ſummitatem occupat aquila, pampinis coronati oſtendit. In Creta olim ſimulacrum humanum abſq; auribus viſebatur, & illud Iouis fuiſſe ferebatur, quo monebant eum, qui cæteris iura eſt daturus, vt neminem vnquam priuatim auſcultaret, ſed omnibus publicè conſulere deberet. Inſuper Cartarius, apud Lacedemones, ſimulacrum viri quatuor auribus referti, pro Ioue demonſtrat: hac enim ratione Principis prudentiam inſinuabant, qui quicquid de eo loquuntur populi, patienter audire debet. Quamuis alij hoc ſimulacrum tribus oculis inſignitum repræſentauerint, vt naturam cuiuſcumq; Principis manifeſtarent, quæ talis eſſe debet, vt omnia intueatur. Sed rectius, & ſatius eſt aſſerere, iuxta mentem Cartarij, hoc ſimulacrum Iouis tribus oculis fuiſſe figuratum, vt cunctis tria regna Cœli, Terræ, & Maris innoteſcant. Deniq; apud alios pictura hominis cum aue in dextra, & fulmine in læua varijs coronati floribus Iouem quoq; demonſtrat. D

Iupiter apud Eleos quomodo pictus.

Iupiter qua tuor auribus.

Iupiter tribus oculis.

Non

Non deſunt ſimulacra Apollinem referentia: nam Antiquitas aliquando pinxit virum venuſta facie, capillis aureis, pallio ex purpura, & auro intexto ornatum, cum clypeo in dextra, & face in ſiniſtra, & hoc modo Apollinem oſtentauit. Alioquin apud Achæos, pro Apolline, vir nudus, pedibus tamen indutis, horum altero caluariam bouis premens pingebatur. Immo apud Lacedemonios, pro Apolline humanum ſimulacrum quatuor manibus, & totidem auribus inſignitum oſtentabatur, qua icone, ſapientia ſignificabatur, cuius Apollo ſymbolum eſſe dicitur, quam nemo niſi multarum rerum auſcultatione, & multis operibus ſibi comparare poteſt. Item apud alios Apollo galeatus, & triginta cubitos altus, cum arcu, & haſta effigiabatur: quamuis Cartarius hæc potius ad prærogatiuas Martis ſpectare exiſtimet. *Apollinis varia icones.*

Licèt icon viri tenentis arcum, & ſagitta lacertam percuſſurus, Apollinem, nempe Solem demonſtret, quoniam, vt voluit Cartarius, Sol radijs ſuis terrã exſiccando, talia animalcula ex putredine generari non permittit. Quemadmodum etiam effigies viri pede murem prementis, Apollinem, nimirum Solem ſignificat: namq; Sol radijs ſuis putredini terræ reſiſtens, murium generationem prohibet. Quando autem vir altera parte capitis abraſa, & dextra capillata, pingebatur, tunc ſimulacrum Solis intelligebatur, nã per capillos, pars anni dies habens longiores denotabatur, & per partem capitis abraſam, ex mente Cartarij, dies breuiores, & hyemales manifeſtabantur. Quamuis Valerianus, pictura viri cum pudendo erecto, & calatho ſupra caput, Oſyridem, nimirum Solem exprimat: etenim, effigie pudendi erecti, generationem à Sole fieri, & figura calathi beneficium educationis indicat. Aliter, ex Cartario, vir nudus duplici refertus cornu, & ſagitta aliquem veluti percuſſurus, locum, vel potius Solem radios in terram diffundentem ſignificat. Tandem vir nudus ſupra quadratum lapidem facie caput leonis referens, cum cornu bouino in vtraq; manu indicat Solem, quem Perſæ Mithram vocatum venerabantur. *Apollo, vel Sol.* *Oſyris, & Sol.*

Poſteaquàm Apollinem Iouis, & Latonæ filium eodemq; partu cum Diana, ſiue Luna genitum Antiqui retulerint, & propterea illam Phœbem, nimirum Phœbi ſororem appellauerint; iure optimo poſt iconiſmum Phœbi, nimirum Solis, ad iconiſmum Phœbes ponderandum deſcendemus. Cartarius enim figura hominis nudi, capite accipitris vnà cum Priſcis Lunam deſignat à Sole lumen recipientem, cum accipiter Solis ſymbolum eſſe diceretur. Alioquin idem author, effigie hominis nudi, capite Arietis, eãdem Lunam demonſtrat, quoniam hæc Soli in ſigno Arietis copulata maiorem humiditatem influat. At, iuxta mentem interpretis Heſiodi, ſimulacro hominis tricipitis, Phœbe oſtenditur, quæ in Cœlo Luna, in terris Diana, & in partibus infernis Proſerpina nuncupatur. Aliter hac imagine tempus præſens, præteritum, & futurum denotatur, & apud Latinos triplex menſis diuiſio in Calendas, Nonas, & Idus exponitur. Alij hac eadem icone, demonſtrant Gerionem, alij hanc figuram Hiſpaniæ ſymbolum eſſe aſſeuerant, vel quia, vt notat Valerianus, Geriones ex Hiſpania ortum duxerint, vel quia Hiſpania tripartita eſſe videatur. Alioquin figura hominis tricipitis pluribus oculis, & manibus referti exponitur ille, qui in peragendis negotijs multorum conſilio, & opera vtitur. *Phœbe eſt Luna.* *Phœbe cur tricep.*

Qui Mercurij iconiſmum videre deſiderant, ad Cartarium confugiant, qui exhibet venuſtum caput tectum galero, quem duæ ſerpentum figuræ circumdant. Quamuis idem author pro Mercurio pingat iuuenem nudũ galero duobus alis munito tectum, cuius partes inferiores in quadratum lapidem deſinunt: namq; illa quadrata figura, Veteres Mercurium Grammaticæ, Muſicæ, Geometriæ, & Paleſtræ inuentorẽ fuiſſe inſinuabant, cum vulgare Mercurij ſimulacrum à figura iuuenis cum caduceo, & talaribus ad pedes repræſentetur. *Iconiſmus Mercurij.*

Vir cataphractus haſta, & flagello munitus, aliquando equeſtris, & interdum in curru ab equis tracto Martem Deũ ſignificat. Verùm aduertendum eſt, quòd pictura famæ alas excutiens ſimulacrum Martis præcedit, & identidem hic Martis currus à quatuor equis ignem ſpirantibus trahi fingitur. *Martis ſimulacrum.*

Ab icone Martis ad effigiem Cupidinis tranſeamus, cum hic Martis, & Veneris filius eſſe crederetur. Euſtathius quandoq; expreſſit Cupidinem, delineans puſionem nudum pedibus alatis ſupra auratum currum, cum face accenſa in dextra, & arcu in ſiniſtra, vtrinq; nudi enſis figuram locat, & circa ſimulacrum innumeræ gentes

Cupidinis pictura.

cuiuſcunq; ſexus, conditionis, & ætatis delineantur, ſed inter has gentes mulier alba, & mulier nigra conſpiciuntur: hæc Cupidinis imago contra viros arma, contra mulieres facem, aduerſus Feras arcum, & alas propter aues geſtat, & demũ nudus pingitur, vt aquas ſubire poſſit; illæ verò mulieres, quarum altera alba, & altera nigra pingitur, diem, atq; noctem ſignificant. Hodie tamen Pictores ad Cupidinem exprimendum, nudum puſionem luminibus caſſum ſagittis, & arcu munitum effigiant, & ipſum Deum amoris cognominant. Cæterùm quidam Poeta meritò dubitat, cur Amor cæcus vocetur, atq; pingatur, cum tamen admodum ſit oculatus: præterquamquod oculos in amore duces eſſe alias declarauimus, propterea his carminibus ſuam profert ſententiam: ſcilicet hoc inde naſci, quia Cupido alios cæcos efficiat. A

Cæcus an ille fuit, cæcum qui finxit Amorem?
Cæcus Amor non eſt, lynceus ille nimis.
Nam vigiles ſunt illi oculi, petitq; truceſq;
Quos collimatos ad ſcelus omne parat.
Hic blandè illecijs nunc vtitur, hicq; tribunal
Imperij primum deligit eſſe ſui.
Excubat vnus in his, & ab his ſua ſpicula torquet;
Siue homines, ſeuiet, ſiue ferire Deos.
His oculos, pellis malè cauti figit amantis;
Mox miſer, accepto vulnere, cæcus abit. B
Sic, quia forte facit cæcos ſua caſtra ſequentes,
Caſſus ob id duplici lumine fertur Amor.

Alia Cupidinis ſimulacra.

Non defuerunt præterea, qui, iuxta opinionem Cartarij, Cupidinem nudum alatum cum duplici claue pinxerunt, vt ipſum duplicis Cæli portæ cuſtodem conſtituerent, quarum alteram animæ in corpus deſcendenti, & alteram animæ à corpore in Cœlum aſcendenti patere, hancq; Deorum, illam verò hominum portam eſſe Antiqui pronunciarunt. Meminimus etiam vidiſſe, pro icone Cupidinis, puerũ nudum alatum, qui, arcu depoſito, lyram contrectabat. Aliter Cartarius ad ſignificandum Cupidinem, & Anterotem, exprimit duos pueros nudos alatos pharetra munitos, & inter ſe ita dimicantes, vt alter ab altero palmæ ramum eripere velle videatur: quandoquidem vbi amor reciprocus verſatur, proculdubio hinc inde certatur, vt alter alterum in amando vincat. Aliter ex eodemmet Cartario, icon Cupidinis læthei, nimirum obliuione amorem delentis, exprimitur figura pueri alati nudi, & pharetra armati, qui facem accenſam in fluuio extinguere conatur. C

Cupido lætheus qui.

Modò tempus accedit effigiandi Bacchum, qui icone puſionis nudi ſupra ſaxum ſedentis, & ambabus manibus botrum vuæ tenentis repræſentatur. Aliter, ex Cartario, vir prolixa barba, cum longa veſte, in antro vitibus circumdato iacens, & manu poculum porrigens pro Baccho pingitur. In Inſigni Ciuitatis Heracliæ, cuius Bacchus erat Deus tutelaris, ſic pingebatur. vir cum patera in dextra, & racemis vuę in ſiniſtra. Quamuis alii ad repræſentandum Bacchum vſi ſint ſimulacro viri nudi, cum botro in dextra, & pelle tygridis in ſiniſtra. Apud alios, pro Baccho, vir imberbis hedera coronatus viſus eſt. Demùm Priſcorum nonnulli Bacchum vuis coronatum cum ferula in dextra, & capitibus papauerum in ſiniſtra effigiarunt: ſic enim figura papaueris, poſt potum, conciliari ſomnum innuebant, & ſimulacro ferulæ, bibaces pœnas promereri ſignificabant, quæ ſententia exprimitur hoc diſticho. D

Bacchi Icones varia.

Scilicet, vt vino plenus dea corpora ſomno,
Poſtridiè pœnas ſe meruiſſe ſciat.

Neptunus olim ſic pingebatur.

Inter hæc ſimulacra Neptunus connumeratur, pingebatur enim, ex Cartario, vir capillis cæruleis cum tridente, & buccina ſtans in marina concha tracta à duobus equis, iuxta partem poſticam, in piſces deſinentibus. Veteres Neptuno tridentem aſſignarunt, propter tria maria, vel ad indicanda tria aquarum diſcrimina, nimirum maris, fontis, & lacus, quibus omnibus hic Deus præeſſe ferebatur. Alioquin apud eumdem Authorem, pictura viri nudi, cum tribus corigijs in dextra, & panno ab humeris pendente, Neptunum quoq; ſignificat. Alij in exprimenda Neptuni effigie, virum nudum altero pede proram nauis prementem, cum Delphino in dextra, & tri-

& tridente in sinistra pinxerunt. Quando autem idem simulacrum conspicitur in concha marina à quatuor equis marinis tracta, cum venusta muliere, & pusione supra Delphinum sedente, tunc Cartarius Neptunum cum Amphitrite, & puero Palemone esse autumat: quemadmodum si conspiciatur vir nudus corona regia redimitus, qui dextra tridentem, & sinistra situam premat, tunc denotatur commoditas aquæ, qua humanum genus iuuatur, non admodum absimilis vtilitati, quam humanum genus ex terra percipit. *Neptunus cũ Amphitrite, & Palemone.*

Ex altera parte, si vir pictus capillis apio palustri similibus insignitus, squamis tectus, oculis viridibus refertus, & circa ventrem pinnulas instar delphini habeat, & deniq; iuxta partes inferiores in piscem degeneret, iuxta sententiam Cartarij, Tritonem, designat. Veluti etiam pictura hominis cana, & prolixa barba referti cum capillis passis ad humeros, cibijs hispidis, simulq; copulatis, & pectore viridanti musco tecto, & cætera piscis Glaucum Deum marinum denotat. Verùm quando obseruatur pictura senis, cum annosa muliere in curru per mare à duobus cætis tracto, quem Tritones præcedunt, & plurimæ nymphæ cum grege piscium sub vno custode concomitantur, tunc per virum, Neptunum, per mulierem, Tethidem, per nymphas, flumina in mare se exonerantia, & per currum, Oceanum terram circumdare intelligere debemus: siquidem rotæ currus rotunditatem terræ demonstrant, iuxtà Ouidij assertum. *Glaucus Deus marinus.*

Tera pilę similis nullo fulcimine nixa,
Aere subtecto tam grane pendet onus.

Aesculapius Apollinis filius sic figurabatur. Iuuenis pallio indutus, cum fructu pinus in dextra, & baculo & serpente in sinistra singebatur. Alioquin iuuenis sinistra limbum vestis tenens cum varijs fructibus, qui dextra duos gallos gestat, vt voluit Cartarius Deum Aesculapium ostendit. Alij, pro simulacro Aesculapij, virum barbatum cum galero in capite, pallio tectum, habentem in dextra iconem puellæ alatæ, in sinistra baculum serpente circumdatum, cum gallina, & noctua fœcus pedes figurarunt: quandoquidem, imagine puellæ, valetudinem, gallina, victum ægroto conuenientem, noctua, dolores noctu grauiores, barba prolixa, medicum senem significabant. Fingebant quoq; nonnulli Aesculapium barbigerum fuisse natum. Alij autem ex imberbi statim fuisse factum, vt facile Medicis persuaderent, momento horæ faciem morbi mutari posse, ideoq; occasionem non esse dimittendam, cum Hippocrates in prima aphorismorum fronte occasionem præcipitem esse prædicauerit. *Icon Aesculapij.* *Alia Icones Aesculapij.*

Si Dei Panos simulacrum quis intelligere desiderat, scire oportet vrbem Panos olim in Aegypto fuisse, vbi imago huius Dei, erectis pudendis, visebatur, qui flagellum in Lunam ad dextram simulacri siram attollebat; addebant Lunam huic simulacro, quia cuncta humano vsui necessaria à Luna suppeditari existimabant. Alioquin communis pictura huius simulacri est imago viri coronati pineæ coronâ redimiti, auriculis caprinis, facie ignea, barba ad pectus vsq; promissa, pelle Pardi maculosa tecti, cum pedo in sinistra, & fistula ex septem cannis compacta in dextra, sed partes inferiores caprinam figuram referunt: hæc enim ratione Antiquitas vniuersum significabat, non solum quia Pan apud Græcos omne denotat, sed etiam quia cornua huius simulacri radios Solis, & Lunæ indicant, facies rubicunda ignẽ elementarem, barba prolixa aerem, & pellis maculosa octauam sphæram stellis ornatã demonstrat. Sed pedum propter obliquitatem, annum, fistula ex septẽ tabulis integrata, septem planetarum orbes significat, & tandem pedes caprini terram arboribus, fruticibus, & herbis hispidam manifestant. *Panis varia simulacra.*

Cum prædicto simulacrò Priapus maximam videtur habere affinitatem. Nam quamuis Cartarius, ad exprimendum Priapum, pingat pusionem crassum, & deformem, cum pudendo erecto, tam amplo vt totum pusionis corpus adæquare videatur: nihilominus, apud Aegyptios, fuit simulacrum humana effigie; Priapi nomine, quod læua penem arectum contrectabat, & dextra scepterum disco, & pennis decoratum gestabat: sic enim virtutem Solis demonstrare posse opinabantur: namq; per genitale erectum, abdita in terræ visceribus semina, & herbas, virtute Solis tandem erumpere demonstrabant: etenim ad rem eadem Ouidius. *Priapi simulacra.*

Herbaq; quæ latuit cereæ libras obruta falcis
Exeris è tepido molle cacumen humo.

Per ſceptrum, imperium Solis in Cœlo, & in Terra demonſtratur, diſcus indicat orbem, & tandem pennæ velocitatem manifeſtant: cum Sol quotidie ſpatio horarum viginti quatuor totum Cœlum circumdet. Non eſt igitur mirandum ſi Antiquitas

Tutela Hortorũ qualis.

ſimulacrum pudendi virilis in hortis locauerint, & Priapum appellauerint. Quamquàm poſtea hanc conſuetudinem receptam fuiſſe ſcripſerit Varro, quia hortos ad tutelam Veneris referrent, quæ totius generationis Dea eſſe perhibebatur. Hoc ſimulacrum, nimirum, membri virilis, in ſacris Cereris Eleuſinæ adhibebatur multis faſcijs inuolutum; & antequam detegeretur, multis ceremonijs vtebantur: in primis diu ante fores ſacelli morabantur, & multa alia circa ſilentium, & veſtes peragebant, quæ Apuleius ſigillatim recenſet: ſed quod magis ignominioſum erat, Principes, Philoſophi, & ipſi romanarum rerum Domini, leuitate quadam ducti, ad fædum hoc ſimulacrum detectum conſpiciendum accedebant. A

Iani Imago

Antiquitas iconem Iani duobus capitibus inſignibat, vt indicaret prudentiam ad illum ſpectantem, qui præterita ſcire, & futura præuidere profitetur. Quamuis alij ſcripſerint Ianum hac figura formatum fuiſſe, vt initium, & finis anni ſignificaretur; cum Ianus in medio collocatus vtrumq; intueatur. Alij Ianum quadricipitem figurarunt, vel quia rerum omnium principia, fines, introitus, & exitus illi eſſent conſecrata, vel vt quatuor anni tempora indicarentur. Quamquam alij quadricipitem figuram Iano aſſignauerint, vt quatuor eius filias ſignificarent, quæ dolore in-

Ianus quadriceps cur.

teritus patris ædæ, laqueo vitam terminarunt: quandoquidem nonnulli ruſtici vino à Iano inuento donati, & facti temulenti, illudq; venenum eſſe rati, Ianum lapidarunt. B

Canopi Dei Imago.

Canopus Deus, qui nauis Menelai fuit rector ſic pingitur à Cartario, nimirũ vir craſſus, & penè rotundus, collo obliquo, & tibijs breuiſſimis. Quamuis Goropius in Hieroglyphicis, pro Canopo Deo, deſcribat puerum velato capite auribus magnis extantibus, & brachijs ita decuſſatim figuratis ſub veſte, vt manus dextra in ſiniſtro latere, & ſiniſtra in dextro conſpiciatur, reliquum poſtea corpus baſi quadrangula terminatur, in qua litteræ heiroglyphicè exaratæ ſunt, dextra manus A. cũ funiculo tenere, & ſiniſtra falcem geſtare videtur. Quare poſito in illa ætate eſt conſtitutus, in qua pueri alphabetum diſcere ſolent.

Lib. 5. hieregl.

Harpocratem pingebant Priſcorum nonnulli puerum digito ori appoſito, vt humanæ menti inſinuarent nihil eſſe magis neceſſarium hominum ſaluti, quàm habere aliquem indicem, qui rationes omnes vitæ rudibus puerorum animis imprimeret, & quoniam hoc digito ſilentium indicatur: quapropter, hoc ſimulacro, ſapientes admonebant, ſapientiam longa taciturnitate diſcendam eſſe. Quamuis Goropius alibi pro Deo Harpocrate, pinxerit puſionem ſedentem ſupra baſim circularem, dextra os prementem, & ſiniſtra facem accenſam tenentem, dextro brachio guttur galli gallinacei prementem, & ſiniſtro humero pharetram ſagittis plenam geſtantem; deinde faſtigium capitis huius ſimulacri aure aſini exornatur, & frons icone Lunæ decorarur. C

Harpocratis varia ſimulacra.

Apud Aegyptios, hoc Harpocratis ſimulacrum fuit notiſſimum, nimirum digito indice labijs impreſſo, vt ſilentium de Dijs immortalibus habendum eſſe manifeſtarent. D

Silentij ſimulacrum quale.

Apud Romanos, quædam effigies obſignato ore, ſub nomine Angerones, conſpiciebatur: ſic enim ſilentio prætereundum eſſe ſignificabant: hoc ſimulacrum in ſacello Volupiæ erat locatum, & ita appellatum, quia angores, & animi ſolicitudines expellere crederetur. Alioquin, pro ſilenij ſimulacro, Cartarius iuuenẽ imberbem, & nudum indice manus dextræ ori applicato delineat. Quamuis alij, ex eodemmet authore, iuuenem aſtomum pelle lupi tectum cum galero in capite pinxerint; deinde toti ſimulacro infinitos oculos, & aures addiderũt; ſiquidem per tot oculos, & aures, ſignificabant multa audienda, & videnda eſſe, ſed ſilentio inuoluenda, quoniam ſimulacrum ſine ore fingebatur; galerus quoq; ſimulacri libertatem tacendi, ſed non loquendi denotabat, pelle etiam lupi ſilentium indicabatur, cum, viſo lupo, vox adimatur.

Jam peruenimus ad ſimulacrum Herculis, quod vt plurimum pictura viri nudi ſtantis,

stantis, cũ tropheo in sinistra, & clava in dextra mõstrabatur. Quãuis alij designantes virum nudũ cũ clava, & pelle leonis in sinistra, & ramo lauri in dextra, Herculem se ostendisse existimauerint. Alij pro Hercule, virũ nudum, cum tribus pilis in dextra, & clava in sinistra figurarunt. Alij virum nudum cum clava, & pelle leonis in sinistra, & dextra duos tauros stimulantem finxerunt. Quando autem conspicitur figura hominis robusti, qui iuuenem poculum porrigentem pugno percutit, tunc significatur Hercules, qui Ciathum iuuenem necauit, cum indecenter Pincernæ munus obierit. Pariter quando conspicitur icon viri magni, & robusti scyphum manu gestantis, ex Cartario, Hercules potator intelligitur, cum huiusmodi vas potorium ab Apolline dono acceperit. At quando apparet vir magnus clava, & pharetra armatus, Hercules pro Thebanis aduersus Mineos præliaturus ostenditur. *Herculis varia pictura.*

Cæterùm si contingat intueri iconismum, in quo sint infrascriptæ figuræ, nimirum vir pelle leonis indutus cum clava in sinistra, qui dextra ad se tripodem trahere conatur, quem ex altera parte iuuenis imberbis eripere nititur; deinde sint icones mulierum quarum prima arcu, & pharetra munitur, altera matrona esse videtur, tertia est galeata, & loricata, cum hasta, & clypeo Gorgonis capite insignito. Mulier armata Palladem, alia pharetra, & arcu munita Dianam, & matrona Latonam significat. Vir pelle leonina indutus tripodem trahens denotat Herculem à templo Apollinis tripodem auferentem, cum oraculum sibi fauens ad libitum audire non potuerit. Aliter apud Gallos olim simulacrum hominis senis fuisse referunt, quem ratione spolij leonis, & clauæ Herculem esse intellexerunt: hoc tamen simulacrum faciem in humeros conuersam ad numerosam hominum multitudinem illud concomitantem habere videbatur, sed omnium aures catenæ singulæ aureæ connectebãt, quæ mox veluti in fasciculum collectæ perforatæ simulacri linguæ inferebantur: liquidé, hoc simulacro eloquentiæ vim exprimere conabantur. Demùm per virum robustum à terra subleuantem, & collidentem gigantem, intelligendus est Hercules, qui Antheum terræ filium compressione necauit. *Hercules tripodem de templo Apollinis eripiens.*

Si pingatur, vir claudus, turpis, nigra facie, plerumq; nudus, vel seminudus, pileo cæruleo tectus, interdum cum malleo, & incude, à Cartario Vulcanus Deus significatur. Vir ex omni specie metallorum, & lignorum conflatus, & ita magnus, vt, extensis manibus, vtrumq; templi latus attingat, à Cartario pro Deo Serapi apud Alexandrinos Aegypti exprimitur. Alioquin apud eumdem Authorem, vir canino capite, cum caduceo in sinistra, & ramo palmæ viridis in dextra, Deum Anubim denotat; cum, capite canino, sagacitas Mercurij denotetur, quem Deus Anubis repræsentat. Verùm si cernatur iconismus senis curui, pallidi, aperto ore, & baculo terram percutientis, Deum Momum, ex Cartario, manifestat. Sed quando pingitur iuuenis floribus coronatus, rubicundæ faciei, cum hasta in sinistra, & face ardenti in dextra, cithara de manibus quasi cadente, per rimas ostij thalami introspiciens Comum Deum repræsentat. *Volcani Dei imago quæ.* *Momus Deus.* *Comus Deus*

Alioquin iuuenis nudus capillis circa frontem longis, caluo occipitio, cum nouacula in manu, & talaribus ad pedes supra rotundum lapidem locatus Cerum Deum ostendit, qui à Latinis occasio nuncupatur, quapropter Poeta canebat. *Cerus Deus qui.*

Fronte capillata post hæc occasio calua

Si pictura Dei Genij desideratur, confugiendum est ad gentes Eleorum, qui ad exprimendum Deum Sospolim, siue Genium, pingebant puerum indutum veste variorum colorum, & stellis ornata, manu cornucopiæ porrigentem. Alioquin Cartarius, pictura iuuenis, cum funiculo in sinistra, & patera in dextra, quæ supra altare floribus ornato effunditur, Genium bonum manifestat, & vicissim figura hominis fusci, aspectu horribilis, & pelle lupina induti, Genium malum significat. *Genierum Icones.*

Inter simulacra Ethnicorum, duo iuuenes armis induti cum pilo in dextra visebantur, & Deos penetralia domus custodientes indicabant. Post Penates succedebant Lares, qui exprimebantur icone duorum iuuenũ pellibus caninis indutorum, cum figura canis ad pedes: namq; aliter etiam, iuxta mentem Cartarij, pingebantur, nempe duo iuuenes induti pannis sub axilla dextra pendentibus, & supra sinistrum humerum nodatis. *Penates.* *Lares.*

Si meditemur icones mulierum, primò se se offert mulier armata cum lancea in

dextra, & noctua in ſiniſtra, quæ Palladem, vel Mineruam repræſentat iuxta illud.

Nocte vigent ſenſus, hinc eſt ſacrata Minerua
Noctua, quę triplici lumine nocte videt.

Minerua. Ante ſacellum Mineruæ in Capitolio locatum, tria ſimulacra genibus flexis olim viſebantur, quæ à nonnullis Nixidia appellabantur, quia nixibus, & doloribus parturientium præſtò eſſe crederentur. Conſultò omittentes iconem Veneris, quæ figura mulieris venuſtæ cum columbis, & ſimulacrum Iunonis, quod icone mulieris cum pauonibus exprimebantur, accedemus ad ponderandam imaginem venerandę mulieris cum cingulo in manu, quam Priſci Viriplacam indigitabant, quia coniuges agreſti odio inter ſe diſſidentes conciliare dicebatur; immò maritus, & vxor ſtatim, conceptis inter ſe odijs, ad ſimulacrum Viriplacæ confugiebant. A

Viriplaca qualis Dea.

Inſuper tres icones nudæ puellarum mutuò ſe amplectentium, ſub nomine Aglaiæ, Euphroſines, & Thaliæ, ſimulacrum trium Gratiarum repræſentabant. His addebant tres fœminarum effigies, quas Priſci Deas fatales, nimirum Parcas cognominarunt, quia nemini mortalium parcerent; de his ſic canitur.

Parcæ tres.

Suſtinet ipſa colum Clotho, trahit altera ſtamen,
Perrumpit virę tertia fila ſoror.

Hinc paulatim ad tartareas peruenimus ſedes, vbi vir coloris fuſci e beno coronatus in tribunali ſedens, cum tricipite cane ad pedes conſpici dicebatur, quo ſimulacro, Cartarius Plutonem exprimit. Aliter ſimulacrum Plutonis pingebatur cum virga, vel claua in manu, aliquando cum muliere in alio tribunali ſedente cum clauę in dextra. Vir ſignificat Plutonem partium infernarum regem, mulier denotat Proſerpinam, canis cuſtodiam animarum ſignificat, canis triceps terrorem animabus incutere dicebatur, ne ab Inferis egrederentur, aut potius indicat terram, quæ carnes tumulatorum deuorare videtur; quemadmodũ canis ille triceps animas exitum quærentes deuorare credebatur. Alioquin, ex ſententia Valeriani, figura duorum humanorum capitum in tumulis expreſſa, cum his litteris D. M. Deos Manes manifeſtabant in quorum tutela defuncti eſſe perhibebantur. B

Plutonis Iconiſmus.

Manes.

Apud Inferos etiam pingebant ſenem horrido aſpectu, oculis flammeis, barba longa, & implicita, veſtibus indutum laceris, & Charontem cognominabant, vbi quoq; icon viri in aqua oretenus merſi cum arboribus fructiferis circa ripas Tantalum indicat. Non deſunt alia ſimulacra explananda, nam ſignificaturi Orpheum figurabant virum veſte philoſophica indutum, citharam pulſantem, cum multitudine variorum animalium, necnon arborum, quæ ad ipſum audiendum properare videntur. Quamuis Coſtalius huiuſmodi ſimulacro vſus fuerit, ad vim eloquentiæ demonſtrandam, quam Euripides Reginam, & Ennius Flexanimam cognominauit. C

Tantalus.

Gigantum ſimulacra ab Antiquis patefiebant iconibus virorum magnæ ſtaturę, capillis per humeros diffuſis, barba ad pectus vſq; promiſſa, & cruribus ſerpentinis. Inter hos homines vaſtæ molis Typhonem admirabantur pennis tectum, ore magno, & flammas ſpirante, capite ſydera tangente, altera manu ad orientem, & altera ad occidentem porrecta. At icon iuuenis manu premens genitale Typhonis ſignificat Horum, qui Typhonem ſuperauit, quamuis eum non occiderit; cum transfiguratus in Crocodilum abierit. Demùm ſi conſpiciantur figuræ Nympharum, quarum aliæ galeam, aliæ talaria iuueni porrigant, Perſeum ad necem Meduſæ ſe præparantem demonſtrant. D

Gigantum pictura.

His addamus tanquam coronidem quoddam ſimulacrum Aegyptiorum, quod, effigie hominis, & Feræ figurabatur, & ſphinx nuncupatum in veſtibulis templorum locabatur: etenim hoc tanquam ſacrum ſymbolum combinationis duarum virtutum, nimirum Prudentiæ, & Fortitudinis venerabantur: namq; per imaginem Feræ, robur, & per iconem hominis prudentiam intelligebant, quibus copulatis, vnũquodq; inexpugnabile eſſe arbitrabantur. Clemens quoq; Alexandrinus ſcriptis mandauit, quòd in æde ſacra, quæ vocabatur Pylon in vrbe Dioſpoli, viſebatur puellus, ſenex, accipiter, piſcis, & crocodilus, cũ hac inſcriptione. O QVI NASCIMINI, ET INTERITIS, DEVS ODIO HABET IMPVDENTIAM. Siquidem per puellum,

L. 5. Strom.

lum, ortum, per ſenẽ, interitum, per accipitrem, Deum, per piſcem, odium, & per crocodilum impudentiam intelligebant.

Iam ad ſimulacra inanimatorum ponderanda accedemus, in quibus tamen humanæ effigies conſpiciuntur. Namq; Cartarius, in figurando Mundo, vtitur icone viri pedibus obliquis multicolore veſtimento induti, & capite magnam pilam ſuſtinentis. Pila enim Mundi rotunditatem, pedes repandi nullam loci mutationem, & veſtis multicolor variam ſtellarum naturam ſignificant. Quid plura? ad exprimendos etiam ventos, Priſci figura humana vſi ſunt. Nam ſimulacrum Boreæ erat vir malis tumidis, capillis niue tectis, caudis ſerpentinis, & alis cruribus annexis. Ventus huic oppoſitus nimirum Notus, ſiue Auſter, iuxta ſententiam Cartarij oſtendebatur figura virilalati facie obſcura, & fronte nebuloſa, capillis. & barba madidis: ſiquidem Ouidius de hoc vento verba faciens, pluuiam illi attribuebat.

Iconiſmus Mundi.

Ventorũ ſimulacra.

E

——— *contraria tellus* *L. 1. metam.*

Nubibus aſſiduis, pluuioq; madeſcit ab Auſtro.

Si ventum ab orientali plaga venientem deſcribere voluiſſent, pingebant virum nigri coloris alatum cum icone Solis ignei ſupra caput: ſic enim Eurum ventum deſignabant: ſiquidem Sol oriens ignei coloris, Eurum ſequenti die flaturum indicat. Verùm delineantes iuuenem molli facie, nudum, & alatum, floribuſq; coronatum, Zephirum ventum intelligebant: etenim hic ventus Ver, & annum aperiens ab Antiquitate maritus Deæ Floræ conſtituebatur.

F Menſium ſimulacra non ſunt prætermittenda quæ, iuxta opinionẽ Euſtathij philoſophi, variè figurantur: nam quamuis homo bifrons Ianuarium menſem deſignet, quia hic Menſis præcedentis anni finem principio ſequentis copulet; nihilominus Euſtathius pingit iuuenem indutum, ſiniſtram attollentem, & dextra canibus blandientem, quaſi illos ad venationem incitaturum, cum, Menſe Ianuario, homines ad Ferarum venatum incumbant. Pro Februario ſignificando, ſenẽ pellibus indutum, pedibus nudis, penès loculentum caminum figurat. Vt Martius exprimatur ab eodem authore, miles caraphractus, haſta, & clypeo munitus pingitur: alludit enim ad nomen Menſis, qui ideo Martius nuncupatus eſt, quia Marti eſſet conſecratus, vel quia milites, poſtquam hyemauerint, rurſus hoc Menſe ad prælium ſe accingant.

Menſium ſimulacra.

Ianuarius.

Februarius

Martius.

G Aprilis exprimitur icone Paſtoris cum capra, & hædis nuper natis; ſic enim alludit ad talem Menſem, quo animalia paſſim multiplicantur. Sed ſi iuuenis venuſtæ faciei, crinibus per humeros difuſis, & coronatus roſis in prato floruleto depingatur, tunc Maium Menſem, ad mentem Euſtathij, ſignificabit. Alioquin homo ruſticis indutus veſtibus, brachijs, & pedibus nudis, corona ex lini floribus redimitus, & cum falce deſignatus Iunium denotabit, quo tempore, linum, & fœnum perfectam maturitatem adipiſcuntur. Sed homo pileo tectus totus ferè nudus in campis triticum metens ſignificat Iulium, quo tempore, Meſſores in ſpicilegium incumbunt. Aliter homo nudus cum poculo in dextra, & ſiniſtra pannis pudenda tegens ante balneum, Auguſtum demonſtrat, cum hoc tempore homines vino, & balneis vtantur.

Aprilis.

Maius.

Iunius.

Iulius.

Auguſtus.

H September autem declaratur figura hominis crinibus per humeros ſparſis, & pedibus nudis, qui dextra vitem premat, & ſiniſtra racemos demat. Quando autem icon iuuenis cum caueis auium, & pedicis in prato conſpicitur, October intelligitur, cum hoc tempore homines aucupio delectentur. Siquidem homo indutus, pileo tectus cum bobus, & aratro Nouembrem ſignificat. Et quando talis figura cum calatho ſeminibus pleno conſpicitur Decembrem indicabit.

September.

October.

November,

December.

Alij, ad ſingulum Menſem exprimendum, iuxta agricolarum mentem, figuris quidem humanis vtuntur, addentes figuram illius inſtrumenti, quod ruricolæ, ſingulis menſibus, adhibent. Alij, & fortè rectius, vt vnumquemq; Menſem repræſentarent, pinxerunt iuuenem manu oſtendentem illud ſignum Zodiaci, in quod, ſingulo Menſe, Sol ingredi ſolet, quemadmodum exprimitur his verſibus.

Martius, atq; Aries producent tempora Veris,
Aprilis ſecum terni fert cornua Tauri,

Floribus

Floribus adducit Geminorum sydera Maius,
Solstitium astivum Cancri fert Iunius axe,
Quintilem mensem Leo feruidus igne peruris,
Augusto messes secum trahit aurea Virgo,
Aequat September noctes examine Libra,
Scorpius Octobrem pugnax iubet ire minacem,
Exerit Arcitenens medio sua signa Nouembri,
Solstitiumq; affers hyemis Capricorne Decembri,
In medio Iani maduis stat sydus Aquarij,
Procedunt duplices in februa tempora pisces. A

Ripa autem in sua Iconologia quando singulos menses repræsentat, semper figuris iuuenum vtitur, nec præter rationem, cum tempus in horas, dies, menses, & annos distribuatur: namq; iure optimo horæ constituendæ erunt in ætate puerili, dies in adolescentia, menses in iuuentute, anni in virilitate, & tandem tempus in senectute erit reponendum. Huius temporis diuisio sic se habet.

Absoluit cursum duodenis mensibus annus,
Quatuor hebdomadas mensis completi tenet vnus
Hebdomada est septem rursus distincta diebus,
Quaq; dies constat viginti quatuor horis
Nec tamen integris numeratus partibus annus.
Ter centum cum sexaginta quinq; diebus B
Perficitur, si sex tamen addas insuper horas,
Integer inde dies quarto fit quolibet anno,
Hinc bissextilis tum dentq; nascitur annus.

Cum igitur hæc diuisio germanam assequatur veritatem, nulla debemus teneri admiratione, si Doctissimus Ripa in figurandis mensibus, tot elegantes iuuenes pinxerit.

Fluuiorum simulacra. Tyberis.

Cæterùm si aliquando incidamus in simulacrum senis nudi humi strati, passis capillis, barba promissa, cum cornibus, & magnæ vrnæ adhærentis, ex qua copiosa scaturiat aqua, iconem alicuius fluminis esse pronunciabimus: propterea quod Cartarius, quando exprimit Tyberim, pingit senem frondibus, & fructibus coronatum, humi iacentem cum arundine in manu: sic enim fertiles campos à Tybere irrigatos demonstrat; cum agricolæ illarum regionum lætamine non vtantur, immo illius quodcumq; genus in amnem proijciunt. Pariter figura senis nudi, cornuti, & humi C

Padus.

iacentis brachio adhærentis vrnæ aquam fundentis designat Padum fluuium, cornibus enim, ripæ fluuiorum obliquæ significantur, vel, vt alij volunt, ad denotandum aquarum murmur, quod mugitui boum assimilari solet.

Nilus.

Tandem senex sedens supra Crocodilum, vel Hippopotamum, brachijs adhærens vrnæ aquam emittentis, vbi circa simulacrum sexdecim pusiones diuagari videntur, Nilum Fluuium denotat, & per effigies sexdecim pusionum, augmentū Fluuij sexdecim cubitos excedere non debere significant.

His intellectis de fluuijs, ad alia, & varia examinanda simulacra properabimus.

Matrimonium.

Etenim Cartarius pingens virum cum iugo, & compedibus, matrimonium significat. Figura viri Elephantem equitantis, æternitatem demonstrat: quapropter An- D

Aeternitas.

tiquitas Imperatorem in curru ab Elephantis tracto pingebat, vt ipsum Deorum numero adscriptum esse cunctis insinuarent. Quando autem duos pusiones in lecto

Seculi felicitas.

colludentes figurabant, fælicitatē seculi exprimere credebant. Pictura iuuenis elegantj veste ornati cum patera in dextra, & spica, necnon papauere in sinistra, ex Cartarij mente, bonum euentum significabat: quemadmodum figura iuuenis cæci, & alati pedibus supra rotam firmatis fauorem denotabat.

Fauor.

Item pusio purpura indutus laureo serto coronatus à Cupidine ad Deam virtutem

Honor.

ductus, simulacrum Honoris insinuat. Quies verò designabatur simulacro hominis, qui pedem supra pedem poneret: quocirca huiusmodi simulacrum in lapide tumulorum cælatur, ad requiem significandam: quamuis nonnulli arbitrentur. Tali simulacro interdum otium, & aliquando meditationem demōstrari. Demùm quando icon

Pietas.

mulieris duorum virorum iungere dextras videtur, simulacrum pietatis esse iudicabimus.

Ad

Ad finem, pro simulacro Furoris, Cartarius depingit virum aspectu horridum, facie sanguinolenta supra galeas, clypeos, & enses sedentem, manibusq; post terga reuinctis. Idem author, ad significandum Terrorem, ab Antiquis Mineruæ socium nuncupatum, quia in quocumq; bello semper adsit, figurauit, ad mentem Priscorum, puerum minacem varia facie, quam ad libitum mutat, & pluribus manibus insignitum. Quamuis alij, pro Terrore, puerum capite leonino pingendum esse existimauerint; alij autem puerum facie, & habitu muliebri, sed aspectu horribilem finxerunt. *Terroris icon.*

His tanquam coronidem addendum est Fortunæ simulacrum: erat enim icon fœ-
E minæ oculis captæ, nudæ, pennigeræ, dimidium barbæ habentis, & pedibus supra globum consistentis, cum cornu aureo in sinistra, & sceptro in dextra: cuncta autem in hoc simulacro contenta his elegantissimis versibus exponuntur. *Fortunæ icō elegans.*

Visa tibi pictor Fortuna est fœmina: visa est.
Cur? quia fœmineo lubrica more fluit.
An Dea, dic, fodes? Dea nota vtcumq; per orbem,
Cur globulo insistis? labilis instar aquæ est.
Cur oculis captam pinxisti? non videt illa,
Vel quibus aspirat, vel quibus ipsa nocet.
Cur pars vna vacat, pars plena est altera barbæ?
Eius quòd subsit sexus vterq; pedi.
F *Cur nudam? quod quicquid habet putreq; seniq;*
Inconsulta etiam donet adusq; cutem.
Et cur pennigeram? vehitur quicumq; fauore
Illius, ex humili scandit ad astra loco.
Fundamenta pedes Handi at cur dempseris? hæc q;
Quæ ferat haud vllas sint habilita bas.
Cur cornu Lena auriscomum, cur dextera sceptrum
Gestat? opes illud signat, id imperium.
Sit tibi mens quidnis pingendi libera; nam cum
Fortunam appellas, esse Chimera potest.

Qui plura in hoc genere scire desiderat, iconologiam Ripæ viri in litteris summi adeat, vbi simulacra Mundi, Elementorum, Fluminum, Ventorum, quatuor anni
G temporum, quatuor mundi partium, & plagarum, immò anni, mensium, dierum, horarum, ætatum, temperamentorum, dignitatum, triumphorum, scientiarum, facultatum, artium omnium, necnon musarum, item virtutum, & vitiorum, quinq; corporis sensuum, variarum animi affectionum, & tandem ortus vitæ, & interitus, summa cum voluptate intuebitur.

SIMVLACRA COELESTIA.

H VPERSVNT modò ponderandæ illæ icones, quæ inter sydera, iuxta mentem Astronomorum, humanam figuram repræsentare videntur, & quoniam constellationes humanam effigiem referentes, inter alias cælestes brutorum, & inanimatorum icones, permixtæ, & implicitæ apparent: quapropter ex omnibus enumeratis, nostræ historiæ famulantes eliciendæ erunt. Hic igitur est stellarum ordo, in quo Vrsæ duplices auersis caudis inuicem sibi aduersantur, inter quas obliquus Draco dilabitur: sub vnius pede est Serpentarius, cuius Serpentarij pedes frontem scorpionis tangũt: à latere stat Arctophilax, & sub pedibus eius Virgo cum spica in manibus apparet. *Constellationũ series, & ordo.* Retrò eius vestigia iacet Leo, & medio æstiuo solstitio Cancer, & Gemini. Agitatoris genua caput Geminorum tangunt, & pedes eius cornibus Tauri iunguntur. Hædi maiori Vrsæ sunt proximi, quæ à dextris, iuxta coronam, serpentem in manibus serpentarij habet, necnõ Herculẽ, qui sinistro pede Draconis septẽtrionalis verticem

ticem calcat, & alterum brachium Libræ, & alterum Coronæ porrigere videtur. Et ad minorem Vrsam vltimus pes Cephei tendit, qui Cygnum manu dextra apprehendit, super cuius ala sequus extendit pedem & super equum Aquarius extollitur, iuxta quem Capricornus est. Sub Aquarij pedibus Piscis magnus australis apparet. Ante Cepheum est Cassiopea, & post tergum Herculis Perseus pedem extendit, & super Persei caput Cassiopea properare videtur. Inter Cygnum, & Genuflexum constituitur Lyra, in quorum medio, iuxta Orientem, Delphinus conspicitur, sub cuius cauda est aquila, & hæc de ordine aquilonari Constellationum.

Pars australis Cæli.

Iuxta ordinem australem, sub aculeo Scorpionis ara est constituta, & sub eius corpore pars anterior Centauri videtur. Immò pes sagittarij ex alia parte sub circulo australi cernitur, & propè Centaurum cauda Hydræ, & Corvus locantur. Iuxta genua Virginis Vrna est posita, nimirum iuxta sinistram partem Orionis, sub cuius pedibus Padus, siue Eridanus fluere videtur, vbi quoq; Lepus resplendet, & retrò pedes canis refulget, post cuius caudam nauis est cõstituta. Ad Tauri pedem manus orionis extenditur. Anticanis siue Procyon est super caput Arietis. Et non longè à pedibus Andromedæ Deltoton est collocatum, & tandem sub Ariete, & Piscibus Cætus coruscat. Verùm quoniam Ausonius nonnullis versibus has omnes constellationes complexus est, non piguit illos recensere, vtinde facilius figuras humanas ex stellis repræsentatas eliciamus.

A

Manilij versus.

Ad Borea partes Arietis iungunturq; & Aquis,
Post has Arctophylax, parsterq; Corona, Genuq; B
Prolapsus, Lyra, Auis, Cepheus, ac Cassiopea;
Auriga, & Perseus, Deltoton, & Andromedæ astrum,
Pegasus, & Delphin, Telum, Aquila, Anguis mensq;
Signifer inde subest bis sex, & sydera complent,
Hic Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraq; Scorpius, Arcitenens, Capricornus, & Vrnam
Qui tenet, & Pisces. Hesperijs in partibus Austri
Orion, Procyon, Lepus, ardens Sirius, Argo,
Hydrus, Chiron, Thuribulum quoq; Piscis, & ingens
Hunc sequitur Piscis simul Eridanijq; fluenta
Acarnar, Coruiq; Lupus, Crater, Corona.

Arctophylax. Arcturus.

Inter figuras enumeratas, quarta, nempe Bootes, siue Bubulcus, & iuxta Græcos Arctophylax, mirum custos Vrsæ humanæ esse videtur. Hunc referût fuisse filiũ Helices, quę olim puella Calisto nomine filia Lycaonis in Vrsã mutata esse fertur: viginti duabus stellis hoc sydus integratur, inter cuius fœmora Arcturus celebris apud Poetas stella rutilat, quoniam autẽ hæc constellatio est tardi motus, itaut neq; oriri, neq; occidere videatur: ideirco de hac sic canitur. C

Vrsæ tarda sequens vestigia, nomina sumpsi,
Arctuus qui seruat dicitur Arctophylax.

Geniculator

Quinta constellatio humana vocatur Hercules, Engonasin, Geniculator, Saltator, & ab Ausonio Genuprolapsus dicitur, qui dextra manu clauam quasi pugnaturus stringit, & stellis viginti octo constituitur.

Cepheus.

Nona figura Septentrionalis humana est: repræsentat enim Cepheum olim Regem Aethiopum maritum Cassiopeæ filiæ Andromedæ, quam expositam Cæto marino devorandam Perseus liberauit, & vxorem duxit stellis duodecim insignitur, & sic loquens introducitur. D

Aspice cole, dedit hoc timidi mihi bellua Ponti;
Aspice me vtridum fors mala læta fuit.

Cassiopea.

Cassiopea sedet in via lactea stellis tredecim spectabilis, quæ est decima constellatio borealis, hæc autem sic loquitur.

Obliquo licet ore, tamen torquemur ab axe
Sydereo, facies non nocet atq; nocet.

Perseus.

Succedit undecima constellatio, quæ repræsentat Perseum Andromedæ liberatorem, qui dextra manu macheram, & sinistra caput Gorgonis, seu Medusæ, & iuxta nupcros Astrologos, caput Algol gestat, stellas sex supra viginti, & tres informes

formes complectitur, sicq. fari videtur.

Non genus, aut sanguis, sed me super æthera virtus
Sustulit, hæc homines, hæc facit esse Deos.

Pro duodecima constellatione humanæ effigiei Andromeda catenis vincta conspicitur, quæ ex stellis tribus supra viginti integratur. *Andromeda.*

Quarta decima figura Septentriona lis est humana, quam esse Bellerophontē nonnulli referunt: sed, iuxta mentem Pausaniæ, est castus Hippolyrus filius Theseï. Verum pleriq; authores in hanc descendun sententiam ab hoc cæleſti sydere Eniochum Athenienſem artis aurigandi inuentorem repræsentari, quem postea alij Erichthonium, alij Vectorem, alij Agitatorem nuncupant: quapropter sic introducitur loquens. *Auriga.*

Arruoces, ars prodesti, amiſi fulmine vitam
Hæc, petij radijs hac ego sydereis.

Vigesimam cōstellationem borealem, Ophiucum, Anguitenētem, Anguigerū, vel Serpentarium appellant, quia hæc imago serpentem tenere videatur, & ab hac Aesculapium medicum celeberimum referri asseuerant, & vigintiquatuor stellis ornatum esse pronunciant. Orion est prima constellatio austrina octo stellis supra triginta integrata, in huius humero dextro magna stella bellatrix nuncupata conspicitur, huic similis in pede sinistro refulget. Romanis veteribus hoc sydus Iugula cognominabatur: quamobrem seruulus apud Plautum immobilitatē Cœli admiratus, dixit neq; iugula, neq; Vesperuginem, nimirum Hesperum, neq; Virgilias occidere. Referunt igitur Orionem in Bœotia fuisse Principem ab Atlante astronomiā edoctum: ideo; ob huius facultatis excellentiam, post obitum, domicilia cæleſtia promeruisse pronunciarunt: idcirco Orion hanc in modum canere dicitur. *Anguitenēs quis fuerit.* *Orion.*

Inuidæ flammis me perdere terra parauit,
Aeternum at reddens, me tulit ad Superos.

Succedunt ponderandi Gemini, quibus tertium Zodiaci signum figuratur. Delineatur autem duplex humana effigies, quia Sole hoc signum ingrediente, cuncta terræ nascentia vegetant, & augentur. Prisci Castorem, & Pollucem vnico partu editos, & inter sydera collocatos esse prædicant: De his igitur sic canitur. *Gemini.* *Castor, & Pollux.*

Sum frater, frater iuncti mihi creditur vnus,
Est vnus, nostrum Laudat vterq; duos.
Vnus amor, mens vna simul, duo pectora seruant,
Qui dubitat, fratrem non amat ille suum.

Sic contemplemur cætera Zodiaci signa, duo adhuc humanam referentia formam inueniemus: nam sextum Zodiaci locum occupat Virgo, quæ olim filia Icari, & soror Penelopes fuisse perhibetur, quæ, ob necem patris à rusticis ebrijs perēpti, tam grauiaffecta est mœrore, vt semetipsam suspenderit: ideoq; à Dijs in hoc cæleſte signum fuit transfigurata. Referunt igitur Astrologi, quòd quemadmodum Virgo est fœmina sterilis, pariter Sole hoc signum peruagante, terra sterilitatem nanciscitur, cum nullum fructum deinceps producat; de hoc signo sic canitur. *Virgo.*

Erigone, Fortuna, Ceres, vel filia Phabi
Nuncupor, hoc lucis nomina dant tenebræ.

Postremò, in loco vndecimo Zodiaci Aquarius reponitur figuram humanam referens, quoniam hunc Ganimedem fuisse asseuerant, quiraptus à Ioue inter sydera fuit collocatus, sed nomen Aquarij sibi vendicauit, quia vrnam aqua plenam effundere videatur; id autem hoc disticho exponitur. *Aquarius.*

Errant, qui dicunt me Cecropa, sum puer, axes
Raptus ad æthereos ecce Iouis patera.

Astrologi tamen huic signo nomen Aquarij ab effectu assignarunt: quandoquidem Sol hoc signum illustrans pluuiæ copiam progignere soleat. Non defuerunt tamen Authores, qui effigiantes humana simulacra, singulorum Zodiaci signorum facies repræsentare conati sunt. Etenim Ioannes Angelus in Astrolabio plano figurans caput hominis in homine, primum signum Zodiaci designauit, & figura viri cum ense euaginato in dextra, primam faciem arietis indicauit: quemadmodum vir stans, & toga indutus secundam faciem eiusdem signi significat: sicq; in alijs faciebus *Etymum Aquarij.*

bus huius signi manifestandis humanum conspicitur simulacrum. Quando autẽ apud eumdem authorem, cernitur imago viri stiuam aratri prementis, cum tabella abecedaria, qua prima facies Tauri significatur, & sic deinceps de alijs faciebus huius signi videndum est. Verùm si conspiciatur vir stans, cum manu dextra porrecta, & sinistra cingulo adhærente, prima facies Geminorum ostenditur; sicq; in reliquis faciebus huius signi exprimendis humanum simulacrum vario gestu accommodatum obseruatur. Immo vir vtraq; manu mutilus decimum septimum gradum huius signi ostendit; propterea quod, iuxta sententiam Astrologorum, qui, hac facie ascendente, nascitur, inutilis, ignauus, & segnis esse perhibetur.

Signorũ Zodiaci facies.

Sequitur Cancer quod signum, ex mente Georgij Veneti, figurato humano pectore, manifestatur: attamen Ioannes Angelus in Astrolabio plano, figura viri, & mulieris, manibus iunctis, primum Cancri gradum significabat, & sic deinceps, in alijs gradibus huius signi exprimendis, humano simulacro vtitur. Idem author, icone viri Leonem equitantis, primam Leonis faciem demonstrat, & effigie rustici triticum serentis primum gradum Virginis patefacit. Præterea pingit virum togatum sedentem, & multos libros apertos intuentem, vt primam faciem Libræ denotaret. Item figurans duos viros præliantes, primam faciem Scorpij monstrauit, & simulacro viri stantis cum gladio in sinistra, primam partem Sagittarij intellexit. Immò pictura viri pallio tecti, in actu gradiendi constituti, cum crumena in sinistra, primam faciem Capricorni docuit. Et quando pinxit virum cum aue in vtraq; manu, primam Aquarij partem patefecit: demum, effigie viri geruli baculo bifurco adhærentis, primam Piscium faciem ostendit: quamuis ex sententia Georgij Veneti, figura pedum humanorum, hoc postremum Zodiaci signum repræsentetur.

Cancer signũ cæleste. A

Leo.

Virgo.

Libra.

Scorpius.

Sagittarius.

Capricorn.

Aquarius.

Pisces. B

STATVÆ.

PRISCI bifariam solicitati statuas insigni opificio fabricatas erexerunt. Primò in æternum illius monumentum, quem singulari afficiendum honore existimabant: immò, iuxta Valeriani mentem, statuæ, quæ olim maiores esse alijs visebantur, illorum Heroum memoriam testabantur, quos viuentes immodici honoris titulo cuncti prosequebantur. Deinde aliæ statuæ olim cælabantur, vt, ratione numeri, ratione loci, & ratione varij manuum, & digitorum gestus, intuentibus aliquid indicarent. De his igitur prima facie differendum esse censuimus. Itaq; Græci non solum, vt honoribus Demetrium Phalereum cumularent, statuas sexaginta supra trecentum erexerunt, sed etiam vt annum significarent, qui tunc temporis, teste Plinio, prædictum dierum numerum non excedebat. Alioquin ad eumdem annum significandum, authore Valeriano, vna tantummodo statua incidebatur cum dextra exporrecta, in qua digitus medius, annularis, & minimus versus volam inflexi erant, reliquis digitis extantibus, cum sinistra ita accommodata, vt vnguis pollicis ab indice premeretur, & digitus medius versus palmam curuaretur. Hæc quidem statua Ianum anni Diurn repræsentabat, sed varijs digitorum gestibus trecentum, & sexaginta quinq; dies anni manifestabantur: nam digiti dextræ manus statuæ trecentum, & digiti sinistræ sexaginta quinq; indicabant.

Cur statuarũ varietas. C

Statuarum cur varij gestus. D

Ratione loci, Veteres multas statuas venustam mulierem nimirum Venerem repræsentantes in quibusdam antris erexerunt, quibus singularem hominum verecundiam, in Venere exercenda, patefaciebant, cum cæteræ animantes palam congrediantur, & homines clanculum, & potissimum nocte liberis operam dare consueuerint. Quamobrem Pausanias cuiusdam sacelli Veneri nigræ dicati apud Maliastas meminit.

Statuæ in antris.

Lib. 8.

Antequam descendamus ad illas statuas quæ vario manuum, & digitorum gestu multa significare dicebantur, de Capite, atq; oculis nonnulla publicare decreuimus. Nam Manasses Rex Iudæorum, vt legitur in sacris Biblijs, cum Isaiam Prophetam inte-

interemisset, statuam quinq; capitibus decoratam sibi erigi iussit: hac enim ratione cunctis insinuare profitebatur se plus vidisse, quàm Prophetas, qui videntes à cūctis appellabantur. Pariter statua Iani duplici capite cælabatur, vt tempus præteritum, & futurum demonstraretur. Item Iouis statuam tribus oculis insignem in subdiali ara fuisse Pausanias tradit, ad quam Priamus, capta Troia, confugisse perhibetur, quæ postea à Sthenelco Capanei filio Argos fuit translata. Hac igitur statua triplici lumine sculpta, triplicem Iouis prouidentiam ostendebant, quà, cælestia, terrestria, & inferna regere ferebatur. Aliquando Prisci statuas Principum cælarunt oculos auersos habentes, vt Iustitiam à donis alienam esse debere significarent, cum Principes munera subditorum aspernari debeant. *Statua Iani* *Statua oculis auersis.*

E

Si gestus manuum statuarum ponderetur: statua M. Aurelij ex ære fabricata equo insidens ante ædes lateranas dextram porrigit resupinam aliquantulum inclinatam, digitis disiunctis, pollice deorsum verso, qui gestus in statuis Pacificatores indicare solebat. Item statua T. Liuij Patauini supra fores Prætorij Patriæ cum digito indice ori admoto conspicitur, quo gestu fortè significatur, quod hic author scribendo tam multa complexus est, vt alijs scriptoribus silentium insinuare videatur. Tharsi quoq; olim visa est statua Sardanapali, manibus ita cælatis, vt se se complodere videretur, qui gestus lætitiæ signum esse dicebatur. *Statua T. Liuij.* *Statua Sardanapali.*

Modò de statuis absq; manibus fabricatis nonnihil dicendum est. Quandoquidem apud Veteres, statua Iani erat quidem biceps, sed manibus, atq; pedibus carebat: hac enim cælatuta, vim Dei in pedibus, atq; manibus non consistere indicabāt; cum Deus rerum omnium opifex, solo nutu, totum terrarum orbem perterrefacere possit. Immò apud Athenienses, statuæ Mercurij sinè manibus visebantur: quamobrem Mercurius Cyllenius fuit nuncupatus: Græci enim homines sine manibus ἀχείρας cognominant: siquidem hac ratione sermonem sine gestu vi pollere significabant. Verùm cum apud Aristotelem duplex sermo haberetur, nimirum primæ, & secundæ intentionis, proculdubio sermo per hanc statuam Mercurij significatus ad primam intentionem referendus est, quasi sit sermo mente tantum conceptus: cum sermo secundæ intentionis instrumentis postea nimirum voce, & manibus indigeat, vt auditoribus aliquid persuadere possit. Insuper Mycerinus Rex Aegyptiorum viginti statuas ancillarum circa cadauer filiæ manibus truncis erexit, vt ostenderet pœnam, qua eius vxor famulas viuentes affecit, quia adulterij tam nefarij ministræ fuerunt, dum operatæ fuerant, vt pater complexu filiæ abuteretur. Amplius Thebis omnes Iudicum statuæ sine manibus cælabantur, quia fortè indicabant munera à Iudicibus non esse sumenda. Immò apud has statuas alia sine oculis repræsentans Principem cernebatur, vt Principem nullo affectu animi solicitandum esse demonstraret; cum æquitatem tantummodo intueri debeat. *Statua sine manibus.* *Statua virginis Ancillarum.* *Statua absq; oculis.*

F

G

Si meditemur varios gestus digitorum, qui in manibus statuarum obseruantur; hi erunt penè innumeri; nihilominus in præsentia potiores tantùm notabimus. Meminit Valerianus cuiusdam statuæ ornatu barbarico, gestu saltatorio cælatæ, cum digitis supra caput, veluti aliquid argutum crepitantibus, qua effœminata, & perdita mollities denotabatur. Præterea in aliquibus statuis manus dextra tenens fasces obseruabatur, cum sinistra ita accommodata, vt digitus minimus quasi in circulum conuersus medium volæ tangeret, quo gestu, vnitas notabatur: sic enim demōstrare volebant illum, cuius erat statua, semel tantum dignitatem consulatus obiuisse. Et quando in statua, digitus minimus, & annularis manus sinistræ inflexi erant, vt paulò ante fuit exaratum, bis significabant: immò si talis gestus digitorum erat in dextra ducenties ostendebat. Deinde si digitus minimus, annularis, & medius sinistræ manus simul inflexi fuissent, ternarium numerum indicabant, sed talis gestus in dextra manu trecenties insinuabat. Verùm digitus medius, & annularis ad palmā curui, cæteris extantibus, in sinistra quatuor, & in dextra quadringenties manifestabant. Sed digitus medius tantummodo inflexus sinistræ manus, reliquis exporrectis, quinq; & in dextra quingenties denotabat. Digitus annularis sinistræ solus curuatus, cæteris extensis, sex, & in dextra sexcenties ostendebat. Digitus minimus sinistræ ita inflexus, vt infimum volæ tuberculum tangeret, septem, & in dextra septingenties significabat. Annularis, & minimus sinistræ manus in postremam vo- *Statuarūm variæ gestus.* *Varij numeri ex gestu digitorum.*

H

læ partem flexi, octo, & in dextra octingenties aperiebant. Digitus minimus annularis, & medius lævæ ita cutui ad extremam partem volæ, vt illam tegerent, nouem, sed in dextra nouingenties recludebant.

Quando digitus index lævæ ita curuabatur, vt extremitatem vnguis in primam suffraginem pollicis figeret, decem, & iuxta dextrā manū, mille indicabat. Et quando index sinistræ ita accommodatus erat, vt retulimus, & minimus digitus ita inflexus, quemadmodum si vnitatem significaret, vndecim demonstrabat, cum tamen in dextra decem supra centum denotentur. Deinde digito indice ita accommodato, vt dictum fuit, & minimus cum annulari sint ita inflexi, vt duo significent, duodecim designant, qui gestus in dextra manu, viginti supra centum denotat. Rursus indice ita dispositio, vt descriptum fuit, & minimus, annularis, & medius inflectantur ad denotandum numerum ternarium, tredecim monstrant, quo gestu, in dextra obseruato, triginta supra centum intelliguntur. Denuò indice figurato, vt supra, sed tamen annularis, & medius curuentur ad denotandum quatuor, quatuordecim, & in dextra, quadraginta supra centum intelliguntur. Iterum indice sic dispositio, si medius sit inflexus pro numero quinario, quindecim, & in dextra quinquaginta supra centum ostenduntur. Et sic deinceps indice eodem modo figurato, & annulari ad significandum sex inflexo, sexdecim, in dextra tamen manu sexaginta supra centum signantur. Similiter indice, vt supra effigiato, & annulari curuo pro nota septenarij, decem, & septem, & in dextra septuaginta supra centum significantur.

Alij gestus manuum.

A

Verum si digitus index sinistræ ita curuabatur vt eius vnguis radicē pollicis tangeret, nonaginta, & in sinistra nouem millia demonstrabat. Immò curuato vngue indicis ad infimam pollicis suffraginem, medio inflexo, & annulari, & minimo porrectis nonaginta quinq. intelligebantur, cui numero si addebatur index dextræ manus ad primam suffraginem sui pollicis oppressus, significabātur mille, ex ambabus manibus ita dispositis, mille, & nonaginta quinq; resultabant, qui numerus apud Antiquitatem taciturnitatis symbolum esse dicebatur; hocq; inde colligebant, quia nisi puer spatio trium annorum loquebatur, qui anni mille, & nonaginta quinq. diebus constituuntur, hinc non amplius locuturum præsagiebant.

Numerus symbolū taciturnitatis qualis fuerit.

B

Quando autem digitus pollex extremitatem vnguis in postremam suffraginem indicis figebat (loquendo tamen de sinistra manu) viginti significabat: cum tamen id gestus in dextra manu duo millia denotaret. Sed si pollex, & index blando contactu vngues iungebant, in sinistra manu triginta, & in dextra tria millia aperiebāt. Item pollice, & indice blando contactu iunctis, annulari, & minimo sinistræ inflexis, triginta duo notantur. Verum suffragine pollicis supra mediam partem indicis locata, itaut crux constituatur, in sinistra manu quadraginta, & in dextra quatuor millia intelliguntur. Rursus digito pollice sinistrę ad palmam passam inflexo, ad instar litteræ græcæ Γ. in sinistra quinquaginta, & in dextra quinq millia notantur. Iterum pollice inclinato, & indice supra eius mediam partem locato, in sinistra manu sexaginta, & in dextra sex millia manifestantur. Rursum pollice sinistræ ita exporrecto, vt medio indicis adhæreat, septuaginta, sed in dextra septem millia patefiunt. Denum pollice inter indicem, & medium porrecto, itaut index circumflectatur, in sinistra octuaginta, & in dextra octo millia notantur.

Sequuntur gestus ad numeros indicandos.

C

Hactenus de manu, modò de pedibus statuarum aliquid etiam dicendum est. Quandoquidem in multis Priscorum statuis, pes sinister porrectus fuit obseruatus, quogestu, aggressionem indicare volebant; siquidem talis gestus ad incedendum magis aptus esse videbatur.

Gestus variȳ pedū statuarum.

D

Cum de statuis gestu manuum, & pedum aliquid significantibus sermo habitus sit, nonnihil etiam differendum est de illis, quę cum armis, vexillis, clypeis, & alijs quoq; animantium simulacris cælabantur. Sed vna instar omnium sit illa Hermansal nuncupata, quam Goropius in saxonibus descripsit: hæc referebat virum armatum, dextra vexillum militare cum effigie rosæ tenentem, sinistra libram, pectore inermi, Leone in clypeo sculpto penes hanc erat Vrsus, statua in campo florulento erat erecta, vexillum ex multis fascijs hastæ alligatis integrabatur: hac statua indicari asseuerabat Goropius, nullam patere talem esse, quin arma in promptu semper esse debeant: per inerme pectus, animus imperterritus erat intelligendus: per Vrsum

Statua Hermansal.

ciuibus

ciuibus fœditas insinuabatur, qua aduersus hostes referri esse debebant; Leo in clypeo sculptus magnum animũ, & regium denotabat, vexillum multis vittis hastæ alligatis continuato, ciues vnanimes esse debere significabat: rosa in vexillo ficta ciues ad amicitiam paratos horrabatur: siquidem rosa Veneri sacrata ad amorẽ inuitare ferebatur.

Cum hactenus de illis statuis verba facta sint, quæ ob variam manuum, & cæterorum membrorum cælaturam aliquid intuentibus significabant, modò breuiter illas complectemur, sed tantùm potiores, quæ in præmium doctrinæ, & virtutis fuerunt erectæ. Sesostris Rex Aegypti bellica virtute strenuus statuam adeptus est. Arsstogitoni, & Armodio statuæ ab Atheniensibus fuerunt erectæ. Astylo Crotoniatæ statua fuit locata. Autolycus pancraciastes statuam habuit. M. Portius Cato, Demetrius Phalereus, Epinomus Locrensis, Verius Flaccus grammaticus, M. Claudius Marcellus, Mutius Scæuola, Homerus, Oppianus Poeta, Horatius Coclites, & Pausanias Cleombroti filius, ob virtutes, multis cumulari honoribus, statuas meruerunt. Immò Phryné meretrix, ob venustatem, statuam habuit. Iosephus Iudæus propter libros de captiuitate Iudaica conscriptos, statuam Romæ obtinuit. Chelia Virgo Romana quia armata, & equo insidens ad declinandam vim Porsenæ Regis Hetruscorum se contulit, statuam est adepta. Iosiper vt Claudio Secundo Romanorum Imperatori, Epicuro Atheniensi Philosopho, Manutio Augurino, Trebio, Numæ, Platoni, Phocioni Atheniensium Principi præstantissimos decernerent honores, insigni cælatura statuas erexerunt. Lucullus à Chersonensibus, Demosthenes ab Atheniensibus statua donatus fuit. Coronì Atheniensium Duci, & Eunagoræ statuæ fuerunt positæ. Polydamas fortitudine insignis statua non caruit. Cylon ab Atheniensibus statuam sibi comparauit. Octauianum Oratorem Romani statua decorarunt. Archias Hybleus statuam meruit. Claudianus poeta Alexandrinus in foro Traiani statuam habuit. In monumentum Iunij rustici Philosophi M. Antonius Imperator statuam cælari iussit. Mantuani Virgilium statua honestarunt. Berosò Athenienses statuam posuerunt. In æternam Antonij Musæ Medici memoriam Romana ciuitas statuam Aesculapij statuæ proximam locauit. Caia Tarquinij vxor statuam in templo erectam promeruit, & sic deinceps per infinitas alias statuas huius generis progredi possemus; nam olim Romæ tantus erat statuarum numerus, vt alter populus lapideus esse videretur; sed quoniam, tractu temporis, innumeræ sunt dirutæ, in præsentia illas breuiter enumerabimus, quæ nostra ætate adhuc Romæ visuntur.

Qui Statuã ob virtutes promeruerunt.

Virgilius Poeta à quibus Statua donatus.

Populus lapideus vbi.

Alexandri Magni statua cum Bucephalo insigne opus Praxitelis ante ædes Cardinalis Ferrerij visitur. Item Alexandri Magni miles vulgò Pasquinus ante ædes Cardinalis Caraphæ Neapolitani. Egregia Apollinis statua est in viridario Magni Ducis Hetruriæ. Marmoream Aesculapij statuam ante ædes Cardinalis Caraphæ, & aliam eiusdem Aesculapij aliter cælatam in viridario Magni Ducis Hetruriæ licet intueri. Adonidis simulacrum marmoreum cum apro in ædibus Episcopi Aquinatis conspicitur. Augusti statua marmorea, necnon alia Armeniæ Regis captiui in Capitolio visuntur. Deinde statua Atreî in nouo Palatio Farnesiorum, statua Amazonis pulcherrima in villa Iulij Tertij Pontificis Maximi, statua Agrippinæ M. Agrippæ filiæ in villa Burghesia, & statua Anchyrones in hortis Cardinalis Carpensis conspiciuntur.

Statuæ quæ hodie Romæ visuntur.

Cum antiquitùs Dijs potissimum statuæ decernerentur, non est mirandũ si hodie Romani statuam Bacchi in Viridario Cæsarinorum, & aliam eiusdem in Valle, nec non statuam marmoream Bacchæ nimirum mulieris olim Baccho sacrificãtis in ædibus vallensibus, immò Bellopã marmoream in ædibus Burghesij admirentur. Item mira Cereris statua in Capitolio, alia eiusdem in villa Iulij Tertij Pontificis Maximi, & demùm alia in hortis Cardinalis Ferrariæ conspicitur. Pariter statuam Cupidinis in Musæo Garimberti, aliam Castoris, & Pollucis in ædibus Fabij Bauerij, Co. Iulij Cæsaris simulacrum marmoreum in Capitolio, Colossum celebrem, cui Dacia capta subest in hortis Cardinalis Cæsis, statuam Consulis in hortis Cardinalis Ferrariæ, & Cleopatram marmoream in Palatio Belueder nuncupato Romani conspicantur.

Bacchi Statua. Cereris. Cupidinis.

Cleopatra.

Tanti fecerunt Ethnici sua Idola, vt cuicunq; non vnum, sed etiam plura simula-

Fauni. Flora. era marmorea confecrauerint, nam Fauni ſtatua in ædibus Cardinalis Burgheſij, & Deæ Floræ in ædibus Farneſiorum, & Ganimedis in viridario Magni Ducis Hetruriæ ab omnibus cernitur. Verùm Herculis ſtatuæ multæ ſunt: ſiquidem Romani æneo Herculis ſimulacro excellentis artificis manu fabricato in Capitolio gaudẽt, deinde Herculem marmoreum cum pomis in hortis Cardinalis Carpenſis, aliam eiuſdem ſtatuam in hortis Cardinalis Ferrariæ, vbi eſt alia ſtatua incognita, Herculem cum Leone colluctantem, in viridario Magni Ducis Hetruriæ, Herculẽ marmoreum in Muſæo Garimberti, immo in villa Iulij Tertij Pontificis Maximi, necnon in Palatio nouo Farneſiorum, & demùm Herculem adhuc puerum cum anguibus in ædibus Albertonij cernunt. *Herculis varia Statuæ.* A

Prædictis addantur Laocoontis elegantiſſima ſtatua in viridario Pontificio, Ledę ſimulacrum in villa Burgheſia, vbi eſt etiam Memnoſinæ Mineruæ ſtatua in Capitolio, vbi etiam Marcus Aurelius, Antonius Auguſtus lapideus conſpicitur. Nili ſtatuæ multæ ab Antiquis fuerunt fabricatæ, quarum vna in horto Vaticano, altera in hortis Cardinalis Cæſis eſt locata. Naturæ, vel Terræ ſtatua eſt in Muſæo Garimberti, & quædam nymphæ ſtatua in horto Carpenſi. Statua Paſtoris, & Pſiches villam Iulii Tertii Pontificis Maximi exornat, quemadmodum Pomona lapidea villam Burgheſiam, & Parthorũ Rex captiuus ædes Farneſianas, necnon alter Parthorum Rex captiuus ex nigro lapide fabrefactus ædes Cæſianas decorat. *Statua fluuiorum.* *Pomona.*

Statua Regionis Sinarum.



Romam

Romam in lapide porphirite cælatam, capite tamen, brachiis, & pedibus æneis villa Iulii Tertii Pontificis Maximi admiratur. In eadem villa locata eſt ſtatua Deæ incognitæ, necnõ ſtatua Spei. In ædibus Capranicæ, Sabinæ ſtatua marmorea conſpicitur, vbi quoq; eſt Semele marmorea. Sabinæ alia ſtatua exornat ædes Farneſianas, immõ alia ædes Epiſcopi Aquinatis, & alia hortos Cardinalis Carpenſis, & Silenus villam Burgheſiam. Sybilla cum libris ſybillinis hortos Magni Ducis Heturiæ. Satyrus puerum docens ædes Cæſianas venuſtat. Tandem ſtatua ænea miro artificio elaborata in Capitolio; ſtatua incognita in villa Margheritæ de Auſtria, & alia ſtatua incognita in ædibus Hieronymi de Cupis, propè templum S. Mariæ de
E Anima, conſpiciuntur.

Semele.

Sybillę Statua.

Tyberis Fluuij ſtatua in horto Vaticano cernitur: immõ antiquã Tygridis Fluuij marmoream ſtatuam in Capitolio nuperi ſtatuarii Tyberi fluuio accommodarunt. Thalia marmorea, & Tyro Herculis vxor in horto Carpenſi locantur. Veſtalis Dea in marmore nigro cælata, manibus tamen, & pedibus ex marmore candido fabrefactis villam Iulij Tertij Pontificis Maximi exornat, ibidemq; ſimulacrum Veneris marmoreum refulget. Poſtremò ſtatuam Zeti, & Amphionis, qui Dircem cornibus Tauri crinibus alligatam in fontem præcipitarunt, propter lapidis magnitudinem, & ſingulare artificium, in Palatio Farneſiorum cuncti admirantur: hanc hiſtoriam Apollodorus de Origine Deorum conſcripſit. Prædictis tanquam coronidem addamus ſtatuas coloſſeas Regionis Sinarum: etenim Incolæ ex lapide tam eminen-
F tes fabricant, & ſuis idolis conſecratas in loco aperto, & conſpicuo erigunt, vt per multa milliaria à viatoribus conſpici poſſint; quarum icon ſubijcitur.

Dea veſtalis.

Statua Zeti, & Amphionis.

INSIGNIA GENTILITIA.

CVM ſimulacris, & ſtatuis gentilitia ſtemmata quamdam affinitatem habere videntur: propterea quod in his interdum partes humani corporis figurantur, & aliquando integra hominis ſimulacra vario modo delineata cognomentis familiarum plerumq; conformia imprimuntur. Siquidem multæ ſunt Bononienſium ciuium ſtirpes, quarũ ſtemmata effigies humani capitis decorat, cum in aliquibus caput puſionis, in aliis caput iuuenis cincinnati, in aliis caput vittatum, in aliis caput humanum inter ptiores Leonis pedes, & in aliis caput muliebre inter ramos arboris figuratum conſpiciatur. Immõ, capitis puellæ icone, Illuſtriſſimum Bolognetorum ſtemma venuſtatur, in qua familia hodie Celeberrimi Doctores, & Senatores refulgent. Aliæ cognationes figuris duorum capitum calluorum, aliæ duobus capitibus circa verticem tonſis, pro inſigni gentilitio, delectantur. Pariter aliæ ab iconibus duorum capitum Aethiopis non abhorrent. His addantur effigies triplicis vittati capitis, triplicis capitis Aethiopis, necnon triplicis capitis cum pileo turcico, quod poſtremum ſtemma ſtirpi de Turcis competit.

G

Capitis humani figura in ſtemate.

Bolognetorũ mentis.

H Si manus ponderentur, comperiemus ciuium ſtirpem, quæ vnam manum, quæ duas, quæ tres, & quæ pingendo quatuor, ſibi proprium ſtemma comparet. Cæterùm aliquando picturam manus cum arbore, cum roſis, vel cum vexillo, vel cum racemo vuæ, vel cum ramo oliuæ, vel cum figura crucis delineatas in ſtemmatibus conſpiciemus. Attamen in gentilitio Inſigni gentis Albanorum manus librum apertum ſuſtinens figuratur, in qua familia hodie Doctores medicæ inſtitutionis, & Iuris prudentiæ floruerunt, & adhuc florent: immõ inter hos ſplendeſcit Dominicus Albanus Cauſidicus Excellentiſſimus, Iuris vtriuſq; ſcientiſſimus, & de omnibus diſciplinis, quàm optimè meritus.

Effigies manũ in ſtematibus.

Quid? plures ſunt ciuium Bononienſium agnationes, quæ humanum brachiũ pro ſtemmate pictum gerunt; aliquod tamen diſcrimen in hac brachij pictura obſeruatur: dum aliud brachium cum palma, aliud cum arbore, aliud cum lilijs, aliud cum roſis, aliud cum falcula, & aliud cum manipulo auenæ effigiatur. Interdum in his

Figura brachij in ſtematibus.

ſtemmatibus duo, & tria brachia figurata cernuntur: ſed inter has ſtirpes nobiliſſima de Deſignis Familia, icone brachij extenſi, & quaſi ad conſecrationem proni delectatur.

Tandem omiſſis illis gentibus, quarum ſtemmata picturam crurum, & pedum repræſentant, breuiter accedemus ad illas, in quarum gentilitio Inſigni integra hominis ſimulacra refulgent. Quandoquidem nonnullæ ſtirpes icone iuuenis, aliæ ſenis, aliæ hominis ſylueſtris, aliæ mulieris fortunam referentis delectantur. Aliæ effigie hominis veſte teutonica induti, aliæ, pictura Peregrini, clarum ſtemma proprio genere addunt. Sunt quæ, delineato homine cataphracto, proprium ſtemma decorãt, & muniunt, veluti familia de Ferris, cui nuper Gaſpar Medicus celeberrimus plurimum ſplendoris, & dignitatis adiecit, & nunc etiam Iulianus filius philoſophicæ inſtitutionis Doctor, bonarum litterarum longè peritiſſimus, & ædium Sanctæ Mariæ Maioris optimis Canonicis inſtructarum Antiſtes, hanc familiã illuſtriorem reddit. Deniq; non deſunt ciuium Bononienſium cognationes, quæ in ſtemmate gentilitio duorum hominum ſe mutuo complectentium icones pingant, & aliæ duas manus copulatas ſymbolum Fidei repræſentantes figurant, & ſic deinceps ſexcenta poſſemus recenſere ſtemmata, quæ figuras partium hominis, & integram eiuſdem picturam exhibent, ſed de his hactenus.

Icon hominis in Inſignibus.

Familia de Ferris.

A

SIGNATVRÆ PARTIVM

B

Humani corporis in plantis.

OMnes herbæ, arbores, & frutices, necnon horum frondes, & flores ſunt tanquam tot libri ab immenſa ſuperni opificis benignitate generi humano donati, per quos quicumq; induſtrius indagator ad veræ medicinæ cognitionem penetrare poteſt. Siquidem Deus omnipotens cuicumq; plantæ ſuum proditorem affignauit, vt genuinæ earum virtutes abditæ, per externas ſignaturas, nimirum per ſimilitudinem formæ, atq; figuræ partibus humani corporis conformem prodirentur, & patefierent. Etenim plantæ ſignaturis, tanquam tot linguis proprias hominibus vires inſinuant. Profeſſores igitur botanicę facultatis non modò in variis herbarum nomenclaturis dignoſcendis, & explorandis diligentes eſſe debent; verum quoq; vtiliora diuinitùs in plantis impreſſa veſtigia rimentur, vt occultas earum prærogatiuas ab externæ faciei inſpectione apprehendant.

C

Itaq; inchoando à capite notandum eſt, quòd Polytricon Apulei, Adiantum, & Tricomanes nonnullis cincinnorum inuolucris humanos capillos exprimunt: quare hæ plantæ crines denſos, criſpos, & pulchros reddunt. Thapſia tenui fronde humanã æmulatur capillamenta; propterea, author Auicenna, in crine reſtituendo, alopecia vexatis, nulli medicamento cedit. Vt omittamus oblongum muſcum arboribus adhærentem, & herbas in paluſtribus naſcentes, quæ, quoad formam, capillares ſunt, & propterea earum decoctiones in caſu capillorum commendantur.

Capillorum ſignaturę.

D

Nux, ſiue iuglans integram capitis ſignaturam poſſidet: hæc enim herbaceo, & exteriori inuolucro, pericranium, cortice duriori, cranium, pellicula nucleũ veſtiente, piam cerebri meningem, & tandem, nucleo, cerebri figuram affabrè repræſentat. Quid mirum igitur, ſi herbacei corticis decoctione, capilli denigrantur, & ab eodem ſal extractus vulneribus pericranii medeatur, & demùm ſi nuclei venenum profligantes, cerebro conferant, & extrinſecus applicati idem roborent? Nux indica ſua magnitudine humanum caput quaſi adæquat, & eius oleum in vitijs capitis vtiliter adhibetur. Scylla quoq; capitis figuræ conſimilis, in epilepſia, & alijs affectibus huius generis ſuas prærogatiuas exercet. Folliculus floris Poeoniæ concluſus non modò capitis, ſed eius futurarum typum exhibet; ideo in ægritudinibus cerebri

Capitis ſignatura. Nux Indica

Scylla. Paeonia.

rebri flores, semina, & radices huius plantæ præscribuntur. Betonica, & stœchas in orbe glomerato capitis æmulo flores, & semina producunt: quare à medicinis caput respicientibus meritò non excluduntur. Papauer capitatum, mala cydonia, cucurbitæ, & melones sunt fructus ad instar capitis formati, quapropter capitis doloribus miram vtilitatem afferunt; vt omittamus alias huius generis, & præcipuè Antirrhinum syluestre, quod flore, & semine caluariam humanam refert. *Betonica.* *Papauer.* *Antirrhinũ syluestre.*

Caltha, Anthemis, Buphthalmus, Abrotonum fœmina, Aconitum Pardalianches, Helenium, Aster Atticus, Argemone, Anemone, & Hieracium, quo accipiter oculorum hebetudinem discutit, suis floribus, iconem oculi exprimunt, ideirco oculorum affectibus non modico sunt adiumento. Semperuiuum maius, alijs Zoophthalmon, & Romanis oculus Iouis nuncupatur, foliis in plantæ ambitu oculorum simulacra ostendit, & Dioscorides hac planta in oculorum inflãmationibus vtitur. Grana herbæ Paris pupillæ habent signaturam, ex his arte chymica oleũ elicitur, quod à Chymistis anima oculorum nominatur, estq; aduersus oculorum affectus efficacissimum. Immò flos Potentillæ pupillam in oculo repræsentat, & huius aqua chymicis organis sublimata in oculis vexatis est admodum singularis. Consultò omittemus Euphragiam, quam omnes Botanici à signatura, & ab effectu ophthalmicam indigitarunt. *Signaturã oculorum.* *Herba Paris* *Potentilla.*

Nasus perelegantè à folio menthæ aquaticæ refertur, huius ergo Extractũ amissionem odoratus restituit. Aures à foliis Asari exprimuntur, ideo conferunt ex floribus huius plantæ paratæ auditui confert. Sigbatura gingiuarum à sedo minorimuris adherente ostenditur, & succus ab hac herbâ expressus in scorbuto, & alijs gingiuarum vitijs commendatur. *Nasus.* *Aures.* *Gingiuæ.*

Acini malorum punicorum dentes ostendunt, sic gingiuis læsas emẽdant, & dentes firmant. Viola dentaria, & aliæ species dentariæ radicem miro naturæ artificio compactam proferunt, nam quadam serie quammarum dentes æmulantur. Siliqua Hyosciami figuram dentis maxillaris habet, & huius oleum, vel radicis, aut seminis decoctio parata in aceto, in odontalgia præstantissimum remedium præbent. Demũ nuclei pinei dentes incisorios, & radices Pseudohermodactyli caninos mentiuntur, qua de re folia Pini in aceto feruefacta dolores dentium mulcent. Radices Vulnerariæ, Cruciatæ, & Scrophulariæ effigiem glandum gutturis referunt; ideò strumosis non sunt infrugiferæ. *Signatura dentium.*

Pulmonaria saxis, & arboribus adhærens, & Pulmonaria altera maculis albicantibus insignita, quæ substantiam pulmonum exprimere videtur, in ægritudine pulmonum non improbantur. Anacardi fructus figura & colore cordi sunt similes, sicq; labentes sensus reuocant. Radices Anthoræ, & Nardi montanæ duo ostẽdunt corcula, fructus Citri cor æmulantur, Melissæ folia, & Trifolij acetosi, cordis effigiem habent, ideoq; horum omnium eximiæ dotes, in roborando corde, celebrantur. Solanum vesicarium repens in vesicis semina nigra profert, sed nigredo seminũ albam humani cordis effigiem exhibet: quamobrem multi hęc semina ad cor valere retulerunt. Immò mulieres Siculæ hanc plantam, natura duce, Concordiam appellant, quoniam maritos cum vxoribus fixantes conciliet. Consultò omittamus mala persica, & alios fructus huius generis, qui affabrè cor mentiri videntur. *Pulmonis, et cordis signatura.* *Solanũ vesicarium.* *Concordia herba quæ.*

Manuum simulacra in foliis Ficus, & Ricini, necnon in radice Palmæ Christi inueri licet, propterea Mesue his plantis humores ad articulos fluentes vim purgandi attribuebat. Imaginem digitorum referunt radices Hermodactyli, in quibus vnguium etiam rudimenta conspiciuntur, & hæ radices, ex sentẽtia Serapionis, chiragræ opitulantur. Gramen quoq; in parietibus nascens in quinos furculos tanquam in quinq; digitos cacumen distribuit, Ischemon nonnulli appellant, & vtilitatẽ immensam digiti, & vngues ex hac planta accipiunt. *Signatura manuũ, & digitorum.*

Figuram intestinorum in calamo aromatico, & cassia fistula obseruamus, veluti formam vmbilici in Cotyledone, seu vmbilico Veneris cõspicamur; idcirco Dioscorides hanc plantam ad amatoria valere prodidit; cum nonnulli vmbilicum lucem luxuriæ appellent.

Lienis formam in Scolopendra, seu Cetrach, necnon in Lingua ceruina, seu Phyllitide conspicari poterimus, quæ plantæ lienosis plurimum prosunt. Folia Hepaticæ

Signatura lienis, & hepatis.

ticæ pinnulas hepatis repræsentant, &, in hepate refrigerando, æquale non habent medicamentum. Radix fumariæ bulbosæ, quæ Capnos phragmitis appellatur, Icoris formam æmulatur, ideo hæc scyro heparis laborantibus, iuxta mentem Aetij, non parum vtilitatis est allatura, consulto omittentes Pyra, quæ quodāmodo signaturam icoris præbent, & icori magno etiam sunt adiumento.

Signatura renum, & vesicæ.

Signatura Renum in Portulaca obseruatur; quare hæc herba affectis renibus non mediocriter conducit. Verùm Alkakengi, seu Halicacabum, item solanum vesicarium repens, staphilodendron, & Colutea vesicaria, producunt vesicas humanæ vesicæ æmulas; quamobrem affectibus vesicæ laborantes ex his plantis ampliſſimum fructum consequuntur. A

Signatura vteri.

Vteri figura in radice Aristolochiæ rotundæ obseruatur, ideo hæc radix puerperis mirum in modum opitulatur. Cyclamini radix, & Leontopetali figuram vteri referunt, quocirca Theophrastus, & Dioscorides has radices ad amatoria trahebant. Macis nucem myristicam amplectitur, veluti matrix fœtum inuoluit; hinc macis, & nux myristica sunt affectibus vterinis remedium salutare. Nymphæa habet signaturam secundinæ, & viridis cortex interior Betulæ, necnon sabina figuram matricis venis sanguineis insignitæ referunt, ideo tartarum in his partibus concretum dissoluunt, veluti medicamina ex nymphæa parata secundinam expellunt. Silentio Pisa inuoluuntur, quæ & ipsa vteri signaturam habere feruntur.

Pudendorũ signatura.

Arone integrum generationis instrumentum demonstratur, à Fabis perfecta pudendorum, & colis glandis anatomia exprimitur; hinc harum farina affectis pudendis adhibetur. Fructus Pini figuram glandis penis exhibet, & in Venere stimulanda est ex vsu. Cicorium, erecto pistillo, penem exprimit; ideo ex huius decoctione intrinsecus, & extrinsecus adhibita, in affectu pudendorum incredibilis vtilitas recipitur. Prætermissis cicere, & lupino, à quibus etiam mentulæ figura repræsentatur. B

Vtriusq; sexus signatura.

Omnes species Orchidum manifestam testium signaturam habent, quæ in sopita Venere primum locum occupant. Immò Tragorchis, seu illa Satyrij species, quæ redolet hircum, inter cæteras, homines ad Venerem magis pronos reddit, cum hircus omnium animalium sit luxuriosissimus. Radix Dracunculi maioris, instar testiculi, bulbosa, Venerem prouocare dicitur. Item Porrum simile scroto Venerem excitare traditur. Immò Phallus humanam mentulam referens ab Hadriano Iunio in vsum venereum trahitur. Demùm vuarum acini vtriusq; sexus signaturam præbent; hinc Prisci optimo iure Venerem sine Baccho frigere tetulerunt. C

Signatura porrorum cutis.

Multæ sunt plantæ, quæ radicibus hæmorrhoidales venas æmulantur, vt Chelidonium minus, filipendula, & multæ Ranunculorum species, quæ omnes hemorrhoidibus fructum non parum afferent. Præterea aliarum venarum signaturam Lapathum sanguineum possidet. His addatur Plantago quæ neruorum figuram exprimit; quemadmodũ Equisetum, & filix fœmina spinam dorsi æmulantur, cum decoctio ex his in aqua, & vino parata prædictæ parti magno sit adminiculo. Folia Hypericonis cum sint perforata porrorum cutis signaturam exhibent, quare in pellendo sudore, & auferenda obstructione commendantur. Geranium habet signaturam offis tibiæ; idcirco huius puluis in fractis ossibus non parùm habet momenti. Denique tanquam coronidem addamus plantas integram hominis figuram referentes, cuius rudimentum in radicibus Mandragoræ, & Bryoniæ conspicitur, præterquamquòd in nemorosis locis quędam satyrij species crescit florem humanę effigiei producens; hac de re nonnulli Botanici hoc satyrium Anthropophoron appellarunt. D

VSVS IN CIBIS.

MVLTI hoc admodum demirari non desinent, quòd humanæ carnes humano esui famolentur: nihil hominus Gaspar Balbus meminit nonnullorum regnum Dacim incolentium, qui lingua vernacula Batachi nuncupantur: apud hos publica consuetudine receptum est, vt vicissim incolentes non tenui apparatu excipiantur, quando consanguinei senio confecti, & mactati deuorandi sunt. Immo Rex Regionis omnes reos morti addictos Batachis donat: quemadmodum olim Romani capitali pœna dignos ad Bestias condemnabant: itaq; Batachi ad Reos accedentes præsentibus omnibus aulicis, capite, & pedibus truncatis, carnem incisam sale, & pipere conditâ crudam, vorant: cum in Regno Dacim magna piperis quantitas gignatur. Rursus idem author memorat insulam Carnalcubar cognominatam, quam feri homines colunt, & humanis carnibus vescuntur: sed aduertendum est, quòd hi se inuicem non comedunt, sed homines alterius insulę deuorandos venantur: alioquin piscibus plerumq; victitant. *In Itiner. India orien.* *Batachi qui* *Loco cit.*

In horum confirmationē recitat Petrus martyr Cānibales humanis quidem carnibus, sed præcipuè carnibus pusionum vesci: quapropter pueros comprehensos eunuchant, deinde, ob castraturam, pinguefactos in insigni epularum apparatu coquunt: quare in captiuis pusionibus eumdem præstant ritum, quē nos in gallis gallinaceis, suibus, & arietibus seruamus, vt tales bestię ad esum pinguiores euadant. Adultos autem homines ad ipsorum manus peruenientes, confestim perimunt, & eorum intestina adhuc recentia cum extremitatibus epulantur, cętera autem membra sale condita, tanquam tot pernæ sustię, ad tempus seruantur. Cæterùm mulieres cōprehensas non comedunt, quia apud ipsos obscœnum, & nefas est, muliebri carne vesci: cum hæ tanquam gallinæ oues, & iuuencæ ad sobolem procreandam alantur, idcirco cui mirum non videbitur, si Petrus martyr referat in coquinis Cannibalorū carnes humanas ad instructam epularum magnificentiam, cum carnibus Psitacorum, & Anserum elixari, & assari. Hodie igitur grauem deponemus admirationem si intellexerimus apud nos fuisse aliquem, qui inscius humanam carnem comederit: hæc enim ad mentem Galeni gustui grata, & carnibus suillis similis esse perhibetur. Audiamus igitur Galenum sic loquentem: *Decad. 1. lib. 1.* *Canibalorū mores.* *Lib. 10. de simp. med. fac.*

Carnes Suum humanis sunt similes; comperi sunt hospites, & coqui complures, qui humanas carnes pro suillis venderent: tametsi, qui eas edissent nullum omnino discrimen percepere. Quin & ipse narrantes audiui viros fide dignos, se se in Diuersorio publico ius esitasse delicatū, cū carnibus suauissimis: cęterùm, cum iam penè saturi essent, inuenisse digiti partem anteriorem, qua videlicet ad unguem est: quo perculsi, & metuentes ees, qui agebant in diuersorio, ne scilicet se quoq; vorarent, ceu ei rei assueti, protinus illinc exiere, & vomitu redditis, quæ ederant, ita iter denuò ingressi sunt. *Digiti partis.*

VSVS IN MEDICINA.

NVllam in humano corpore eſſe partem, nullumq; progignit excrementũ arbitramur, ex quibus, pro ægrotis, medicus nõ modicam frugem demetere poſſit: quandoquidem ſi reſpiciamus caput, habemus apud Sextiũ philoſophum, quòd capilli primùm à puſionũ capite tonſi ad podagrã ſeruantur; ſiquidem circumligati fluxionis impetum coercere dicũtur. A

Capillorum virtus. Capilli verò adultorum morſibus canis exaceto medentur, & combuſti vulnera capitis ex oleo, & vino ſanant. At ſi in teſta concrementur, oculorum ſcabiẽ, & prurigĩnem emendant. Sin fuerint capilli mulieris, & adurantur, horum nidore ſerpentes fugantur, ſed rectius eodem odore mulieres vteri ſtrangulatu, & procidentia laborantes adiuuantur.

Ossa humana. L. 5. de ſecr. Cranium humanum combuſtum in multis affectibus adhibetur: ideo huius cinis iuuat, quia humorem, & cauſam morbi exſiccãdo abſumit: namq; oſſa combuſta formã ſubſtantiæ amittunt, & non niſi elementares qualitates ſuperſunt, & quamuis oſſa humana ægrotis in aliquo liquore propinanda exhibere abominandum eſſe videatur, nihilominus non deſunt authores, qui illa præſcribunt. In primis Vuecherus B abradit os caluariæ hominis circa comiſſuram ſincipitis, & huius drachmam, cum iure, aut vino patientibus paſſionem colicam, aut internum aliquod apoſtema propinat. Pariter, ex mente Vuecherj, pilulæ epilepticę componuntur, quę raſuram humani cranij recipiunt. Item cranij humani puluerẽ cum miſtura puluerum caput *Li. 2. Antid. ſpec.* caleficientium, & exſiccantium reponit. Crollius verò cranium inter medicamenta podagrica recenſet: immo idem Author oleum ex oſſibus hominis morte violenta *Balſamum podagricum* perempti paratum, balſamum podagricum appellat. Inſuper oleum ex caluaria vel cranio humano chymicis organis ſublimatum, epilepticis præcipuam affert vtilitatem. Conficitur etiam apud Quercetanũ Extractum cranij humani, quod tanquam *Lib. 1. pharmac. c. 25.* theſaurum pretioſiſſimum aduerſus epilepſiam prædicat, immò ex cranio ſal extrahit, quem antiepilepticum appellat; vt omittamus aquam, & magiſterium cranij, C quæ omnia apud nos etiam parantur. Antequam à cranio diſcedamus, neceſſe eſt meminiſſe cuiuſdam vnguenti armarij nuncupati, quod olim Paracelſus tanquam *Vnguentum armarium quale.* expertum Maximiliano Cęſari dono dedit, quo ferrum, quod ſauciauit, aut lignum ſanguine vulnerati madidum, ſi linibatur, patiens etiam abſens ſanabatur. Hoc igitur vnguentum, præter humanũ adipem, mumiam, ſanguinem humanum, oleum lini, terebenthinam, & bolum, vſneam quoq; ſeu muſcum in humana caluaria aeri expoſita natum recipiebat.

A cranio ad dentes accedemus: quandoquidem primi dens pueri, qui ceciderit, maximam prærogatiuam habere perhibetur, ſi, antequam terram attingat, in dextrocherio includatur, nam mulieres hoc munitę doloribus vterinis minimè corripi creduntur. Antequam ad virtutes aliarum partium pondetanũas properemus, nonnihil de cęteris oſſibus paucis verbis complectemur. Haubertus, iuxta mentem Ga- D leni, oſſa humana in cinerem redigit, & ad podagram conſeruis capitalibus permiſcet. Crollius autem rectius operatur, dum oſſa humana in fornace vitraria prius *Pulvis dyſentericus.* cremata puluerizandam admiſcet, quem poſtea dyſentericis non vulgariter prodeſſe aſſeuerat. Chirurgi noſtræ ætatis in vlceribus diſpuloticis polline oſſium humanorum propter ſympathiam vtuntur, & præcipuè in oſſibus detectis, vt, carie ablata, citius carne cooperiantur. Animaduertunt tamen in vlceribus tibiæ, puluerem tibiæ, in vlceribus pectoris, puluerem coſtarum, & ſic deinceps eſſe adhibendum. *Lib. de ſecr. Li. 1. Antid ſpec.* Euonimus ex humanis oſſibus chymica arte oleũ parat, quod in ſedãdis articulorum doloribus maximopere iuuat. Prędictis addit Vuecherius portionẽ oſſis brachij, cũ ſumitate alæ anſeris geſtatam laboranti quartana febre non mediocriter conducere.

Virtus vmbilici humani. Vmbilicus humanus ſuis non caret virtutibus: nam portio illius à puero naſcente præ-

Præcisa in annulo argenteo gestatur, vt carnem contangat: siquidem Cardanus hoc præsidio patienti dolorem colicum sanitatem pollicetur.

Pinguedo humana antequam ad vsum medicum trahatur, prius, ritu pinguedinis aliorum animantium, præparanda est, deinde in officinis medicorum est seruanda, nam ad neruos roborandos, propter aduersam valetudinem debilitatos, incredibili quadam sympathia commendatur. Præterea hic adeps pretiosum vnguentum Vuecherij ingreditur, ex cuius vsu laborantes pleuritide, & podagra amplissimum fructum suot consecuturi. *Li. 2. Antid spec.*

Succedant humani sanguinis virtutes examinandæ. In primis laborantes elephantiasi ex hoc multum adiumenti percipiunt: ideirco quando Reges Aegyptij hoc morbo vexabantur, eorum soliæ in balneis humano sanguine madefiebant. Item Orpicus, & Archelaus humanum sanguinem non infrugiferum præsidium in angina existimant: dumnodo pars affecta sæpè liniatur. Epileptici virtute humani sanguinis à paroxismo liberantur; immò non amplius illum incurrent, si tres guttæ sanguinis ex interfecapilio patientis scarificatione elicitntur, & vná cum ouo corui in fine paroxismi ægroto exhibeantur. Alioquin alij ad liberandum à paroxismo epilepticum, pollices pedum incidunt, & sanguine inde manante faciem patientis inspergunt. Vuecherius in hoc casu sanguine humano labia patientis humectat, & statim paroxismum arcere profitetur. Quamuis alij, vt prorsus morbum comitialem exterminent, sanguinem humanum ægrotantibus propinant. *Sanguis in epilepsia.* *Li. 1. Antid. spec.*

Clarissimus Faloppius humanum sanguinem septies arte chymica distillat, donec omnis aqua euanuerit, deinde hac materia in resolutione neruorum vtitur. Euonimus ex humano sanguine, ouis, & carnibus quintam extrahit naturam, quam Chymistæ quintam essentiam appellant. Item, ex mente Alberti Magni, vitreis organis aquam ex sanguine humano sublimant, quam in omni genere ægritudinum, tam internarum, quàm externarum, magnificant. Aliter aquam humani sanguinis Crollius inter medicamenta ophthalmica recenset. Alij hanc aquam, in concinnando emplastro ad herniam, vsurpant: quamuis Galenus, pro humano sanguine, suillum substituat. Nostra ætatem officinis Medicorum, pro hernia, ceratum de pelle arietina paratur, quod pœnè onem sanguinis humani recipit. *In Basil. chym.* *L. 3. de Alim*

Oleum quoq; humani sanguinis in officinis Chymistarum fabricatur, sed Gordonius ex sanguine hominis rubicundi, & agentis annum vigesimum quintum miro artificio sublimat oleum, quod vinum appellat, quia plurimas ægritudines pellat, & homines in secunda valetudine seruet. Cæterum de simplici distillatione humani sanguinis, legendus est Brasauolus in libro germanico distillationum. Tandem Vuecherius meminit salis ex humano sanguine parati, qui dolores sedare perhibetur. Præterea addatur Elixir vitæ à Chymistis paratum, quod sanguinem humanum recipit, deinde in febribus mali moris, & in virium imbecillitate adhibetur. Quid plura? Sanguis ipse humanus hæmorrhagiæ sanguinis medetur: si sanguis à naribus fluens supra ferrum ignitum exiccetur, deinde pulvis per calamum in nares insudetur. *L. 2. Antid. spec.*

His notatis de virtute partium, modò ad vim totius ponderandam accedendum est. Sunt quædam gentes, vt populi Psilli, & Marsi, qui toto corpore prodesse possunt, nam tactu percussos à Serpentibus liberant, vt in Historia Serpentum explicauimus. Item ex mente Cornelij Agrippæ, masculus septimus absq; fœmella intermedia natus, tactu, sanandi strumas vim possidet. *Remedium Strumarum*

Medici nostræ ætatis in varijs morbis profligandis, humano corpore exsiccato vtuntur, & Mumiam Antiquorum esse opinantur. Quandoquidem Mumia est vox arabica, quæ apud Rhasim, & Auicennam, Pissasphaltum significat. Isaac tamen scriptis mandauit Mumiam esse vocem persicam denotantem quoddam liquamen in illis sepulcris inuentum, in quibus cadauera hominum aromatibus condita multos annos seruata fuerunt. Hæc mumia nonnullis Cetops nuncupatur, fortassis, iuxta sententiam Rhodei, quia ceræ consistentiam habeat: reperiebatur autem in sepulcris Regum, & Heroum Aegyptiorum, qui quamdam futuræ resurrectionis cognitionem habentes, vt corpus humanum diutissimè incorruptum seruarent, myrrha, cinnamomo, aloe, gummi Cedri, alijsq; pluribus aromatis cõdiebãt. Verùm multos *Mumia quæ sit.*

post

Conditura cadauerum Aegyptiorũ.

post annos omnibus bello vastatis, & Sepulcris funditus euersis, in quibusdam liquorem instar mellis densum, & odoratum inuenerunt, quem Medici Aegyptii eximiis pollere virtutibus arbitrati, in multis affectibus adhibitum, tanquam mirabilem comprobarunt: quamobrem facti audaciores hanc cadauerum condituram in tumulis aliorum Magnatũ quæsiuerunt, quibus exhaustis, tandem ad tumulos etiam hominum infimæ sortis accesserunt, in quibus liquamen multò deterius compertum est: hoc tamen sumptum mumiam appellabant, & in varijs morbis adhibebant. Hinc colligendum est non esse veram, & legitimam Aegyptiorum mumiam carnem exsiccatam illorum cadauerum, quæ in arena Arabiæ desertæ inuẽta in diuersas regiones pro medicinis transmittuntur. Quamobrem ex dictis veram mumiam in nostris officinis minime seruari attestabimur. Et quamuis hodie nonnulli componant balsamum, vt humana cadauera à corruptione intacta seruent: nihilominus hoc balsamum à conditura Priscorum maximè discrepat. A

Vera mumia nõ habetur.

Lib. 4. Magnat.

Hodie, ex mente Portæ, cadauer aperto latere exenteratur, & caluaria dissecta, cerebrum eximitur, abiectis etiam pupillis, spinali medulla, & testibus, & spatio quatuor horarum, ex pedibus suspenditur, mox aceto destillato, & aqua ardenti lauatur; postmodum exsiccatum calce viua, alumine, & sale aspergitur, & biduo supra fumum myrrhi, lauri, rosmarini, & cupressi suspensum seruatur. Tandem condimentum ex calce viua, alumine combusto, sale, aloe, myrrha, ligno aloes, oleo nardino, & cineribus rosmarini viridis, æris combusti, & cupressi, tartari, necnon ex croco, seminibus colochintidis, puluere antimonii, moscо, & ambra paratur, & hoc condimento per triduum corpus in loco aperto confricatur, & hæc de hodierna conditura sufficiant. B

Conditura Nupterum

Sin Antiquorum liquamen, ad cadauera condienda, adhibitum intelligere desideramus, confugiendum est ad Herodotum, & Diodorum Siculum, qui de hac materia verba fecerunt. Itaq; ex horum mente, tres homines hoc munus absoluebant. Primus circa ilia cadaueris humi strati locum incisionis designabat, deinde accedebat qui lapide æthiopico locum aperiens, illicò aufugiebat, ob metum circumstantium, qui interdum talem operarium lapidibus insectari solebant. Tertiò Pollinctores, eductis per locum apertum interaneis, præter cor, & renes, vino odorifero cadauer lauabant, & lotum vnguentis ex cedro, & aliis simplicibus pretiosis, spatio triginta dierum, linibant, deinceps myrrha, & cinnamomo inspergebant, vt odoriferum redderetur, tuncq; cadauer ita paratum, & conditum consanguineis tradebatur, pilis superciliorum, & palpebrarum ita accommodatis, vt tanquam homo dormiens repræsentaretur, & hic est primus modus, qui ad mentẽ Herodoti, in cadaueribus condiendis, ab Antiquitate seruabatur. Secundus modus erat, dum corporibus minimè dissectis, per clysterem ex vnguine cedrino paratum, & in aluum iniectum, intestina educebant, deinde diebus septuaginta, corpus salsebant. Tertius modus in egenis seruabatur, dum eorum ventrem lotionibus abstergebant, deinde spatio dierum septuaginta, sale corpus arefactum reponebant. Iudæi, teste Strabone, in condiendis cadaueribus, asphalto, siue bitumine vtebantur, verum melior conditura erat apud Aegyptios, de qua paulo ante verba fecimus. Hodie tamen ad condimentum cadaueris, puluerem myrrhaceum nuncupatum adhibẽt, qui quodammodo vires condituræ Aegyptiorum æmulari videtur. Huius pulueris multiplex apud Authores descriptio legitur, propterea libet in præsentia vnam addere. Sumunt copiam salis, alumen cum myrrha, & aloe fusum, absynthium, cinnamomum, caryophillos, piper, cuminum, siler montanum, & omnia in crassiorem puluerem redigunt, cum modici aceti inspersione, hoc puluere aluum cadaueris implẽt, & cera circumlitum feretro plumbeo includunt. Cum igitur ex dictis vera Antiquorum mumia, vel Aegyptiorum conditura haberi nequeat, Crollius tincturam mumiæ hoc modo parat. Sumit cadauer hominis rufi ætatis annorum vigintiquatuor suspensi, puluere myrrhæ, & aloes aspergit, deinde aliquot dies, spiritu vini macerat, & frusta in aere suspensa exsiccat, & tandem spiritu vini tincturam rubicundissimam extrahit, quam in exterminanda peste, & in expugnandis venenis, mirandũ in modum extollit. C

Primus modus cõdiẽdi cadauera apud Antiquos.

Secundus modus.

Tertius modus.

Lib. 16.

In Basil. thym.

Tinctura mumiæ.

Reliquum est, vt virtutes excrementorum hominis examinemus, sed quoniam excremen- D

crementorum hominis alia vtilia, & alia inutilia in ſcholis Medicorum eſſe perhibentur: primùm de vtilibus, nimirum de lacte, & ſpermate verba fient. Itaq; lac humanum inter alia lactis genera in variis morbis propter ſympathiã maximopere commendatur. Igitur lac humanum ſtomachi roſionibus conducit, pulmonum incommodis confert, affectibus oculorum ab ictu benignum, & ſalutare eſt præſidium, & tandem qui lacte matris, & filiæ perlinitus fuerit, oculorum metu tota vita liberari perhibetur. In vitijs aurium lac cum modico oleo præſcribitur, & cum ſucco cicutæ vel cum modico opii podagricis vtilitatem affert. Poſtremò ſi quis potu hyoſciami dementiam, incurrat, à copia humani lactis hauriendà abhorrere non debet. Præterea ſpermati humano nonnulli vim delendi impetigines, ſedandi dolorem podagræ, & dealbandi cicatrices aſsignat. *Virtutes humani lactis* *Vis ſperma tis.*

Si dirigamus animum ad excrementa humani corporis inutilia ita à Medicis appellata, nempè ad ſaliuam, ſudorem, fæces, & vrinam, hæc admodum vtilia in vſu medico comperiemus. Primitùs ſaliua hominis potiſſimum ieiuni in exterminando multiplici affectu miris gaudet prærogatiuis: nam omne puſtularum genus abſtergit, lichenas, mentagram, & impetiginem delet, ad rem igitur canebat Quintus Serenus hunc in modum. *Virtutes ſaliuæ.*

Si verò vitium eſt, quod ducit ab impete nomen,
Hoc matutina poteris cohibere ſaliua.

Inſuper vulnus à crabronibus, ſcarabeis, & araneis inflictum, humana ſaliua emendatur, quandoquidem, ex mente Auicennæ, hæc ſaliua ſcorpiones interimit, immo Scolopendras marinas, & alias beſtias venenatas conficit, idq; præſtare ſaliua dicitur ob quandam qualitatem venenatam, quam partim à ſordibus dentium, partim à vitioſis humoribus contrahit, nam ad os, & fauces aſſidui quidam fumi aſcendentes ſputum praua quadam qualitate inficiunt: hinc fit, quòd ſputum quandoq; ſaporem amarum, quandoq; acidum, & quandoq. ſubdulcem participet. Amplius ſaliua humana vi digerendi, & concoquendi potitur; idcircò ruſtici mandunt triticum, vt cum ſaliua miſceatur, haeq; ratione paratum, inſtar emplaſtri furunculis imponunt, eoſq; celerimè digerunt, alioquin triticum in aqua maceratum concoctionem non ita celerem moliretur: optima igitur de cauſa nutrices panem mandunt, deinde inſtar emplaſtri, membris puerorum ſugillatis applicant, quia ob virtutem ſaliuæ breui temporis ſpatio diſcutitur ſugillatio. Demum ſaliuam mulieris ieiunæ, & præcipuè, ſi pridie à cibo, atq; vino ſe abſtinuerit, ad oculos cruentatos valere nonnulli aſſeuerant. *Triticum cum ſaliua quod remedium.*

Sordes aurium hominis ab vſu medico non ſunt arcendæ, cum ex his laborantes hemicrania, perculſi humano morſu, & icti à ſcorpionibus, & ſerpentibus incredibilem vtilitatem ſint recepturi. Quid plura? ſudor etiam humanus inter medicamenta locum habet: ſiquidem olim in paleſtris ſudor puluere mixtus, & in balneis ſtrigmenta colligebantur, non ſolum, ſecundùm Plinium, ad linienda vlcera, & ambuſta, ſed etiam, ſecundùm Galenum, ad tumores præter naturam diſcutiendos, & ad diſſoluẽdam lac in mammis concreſcens: immò quando huiuſmodi Athletarum ſordes ſudoribus mixtæ erant ficciores, oleo roſaceo molliores reddebantur: audiamus igitur Galenum ſic loquentem. *Porrò ſudor etiam in paleſtris exercentium miſcetur ſordibus, conferq; vt tumores præter naturam per halitum digerat; nam illaplus repercutiunt, minus autem digerunt, at poſt aduentum exercentium ſudorem, acquirunt multum facultatis digerentis; ergo in phlegmonat uberum ſolę hæ ſordes impoſita efficaciores ſunt remedio. Sin ficciores videbuntur, cyprinum addito, & ſi non adſit cyprinum, roſaceum bonum miſcuiſſe ſufficit.* *Sordes humani corporis.* *Lib. 10. de ſymp. med. fac.*

Vrina humana non eſt prætermittenda, cum Medici in multis affectibus hãc non infrugiferam inuenerint. Primitùs hæc nitro admixta, & impoſita, capitis furfures, & corporis exulcerationes emendat. Sextius philoſophus eruum in hac macerat, & hoc medicamine maculas faciei à quacumq; cauſa ortas delet. Immò addit ſi vtina humana mulieri puerperæ deguſtanda præbeatur, ſecundinam illicò eiicit. Inſuper vrinam podagris mederi multi autumant, exemplo fullonum, quos tali morbo vexari negant. Amplius hæc vrina ſcabiei, & lepræ medetur, cocta cum modico mali punici, & in aures infuſa iuxta mentem Sextii philoſophi, pus abſtergit, & vermes *Vrinæ humanæ vires.*

abigit. Deinde idem author eam non solum in morsu viperarum, sed etiam inictibus aliorum venenatorum animantium commendat.

Vrina pusionum.

Cæterùm sunt nonnulli, qui in medico vsu vrinam quidem humanam non abhorrent, sed illam tantummodo probant, quam pusiones, & virgines reddunt: hanc igitur difficulter spirantibus, & potissimum orthopnoicis propinant. Item hanc cum melle in vase æreo decocta cicatrices emendant, & albugines oculorum delent. Immò hac cum aqua mellis, vel cum iure ciceris præscripta, lacteritiam tollere profitentur.

Lib. 10. de simp. fac.

Galenus de vrina humana hæc habet. *Cæterùm vrina hominum, vt si quid aliud, extergendi vim obtinet: quòd cum alij multi satis indicant, tum maximè Fullones, qui sordida vestium ea expurgant atq; extergunt. Hanc eius virtutem cum medici conspexissent, scabies, & lepras ea detergunt, perfundunt q; vlcera tum multa humiditate, tum sordibus, & impuritate scatentia, ac multò magis vbi putridum quiddam obtinent. Quin & achoras, & furfures ea curant, capitis identidem perfundentes.* Quæ verba Galeni in medium protulisse libuit, vt quæ hactenus de vrinæ humanæ virtutibus sunt dicta, stabilirentur. Crollius verò non vrina, sed calculo per vrinam ejectò vtitur, dum ex hoc salem artificialem componit, vt lithiasi medeatur.

Sal pro lithiasi.

Tandem fæces humanæ & ipsæ hominum valetudini conducunt. Quamuis stercus humanum, & propter abominationem, & propter fœtorem ab omnibus medicinis arcendum esse videatur; nihilominus non desunt authores, qui intrinsecus, & extrinsecus illud adhibuerint. Sextius philosophus hoc stercus comburit, cuius cinere vlcera cancerosa inspergit. Vuecherius hoc, instar emplastri, anginæ superponit. Immò alij hoc stercus siccatum cum melle, aut vino præscripserunt illis, qui febribus typicis afflictantur. Vuecherius commendat quidem stercus humanũ cum melle attico tanquam præstantissimum in columellæ inflammationibus, sed illud solum probat, quod puer reddiderit, qui biduo lupinis cum optimo pane fuerit nutritus: nam q; tertio die redditum excrementum, ad prædictum vsum exsiccari iubet.

Li. 1. Antid. spec.

Li. 4. de fecr.

Galen. l. 10. de simp. med fac.

Verum hoc nobis non videtur arcanum nemini reuelandum: cum Galenus apertis verbis id exposuerit hunc in modum. *Erat autem stercus pueri siccum cum melle attico ad lauorem tritum. Vtebatur autem puer, cuius stercus acceperus erat, vt ipse, qui medicamentum dederat, ostendit, lupinis, illis videlicet, qui ex more edi solent, cum pane bene coctis in clybano, modicum salem, & fermentum habente. Præbebat autem bibendum vinum puero in mediocri tamen quantitate, vt perfectè omnia in stomacho concoquerentur. Itaq; cum primo die eo vti non esset vsus, postero tamen die nondum stercus capiebat, sed in eo quoq; die rursum eodem alebat vtẽtur, & tertio demũ sumebat ad vsum.* Hinc postea Chymiatri edocti, ex humano stercore aquam sublimant, quam Cardanus in bubonibus, & morbis gulæ præstantissimam prædicat. Sed alij hac aqua fistulas sanari, vlcera difficilia curari, cancros, & tineam auferri, cicatrices dealbari, oculorum leucomata aboleri promittunt. Insuper epilepticis hanc propinant, in lithiasi hanc adhibent, & in hydrope hanc præscribunt, & demum tanquam mirabile antidotum, aduersus morsum canis rabidi, & aliorum venenatorum prædicant. Chymicis organis aqua ex humanis fæcibus educta tandem oleum distillat, quod Euonimus in fistulis, arq; cancris fælici cum successu adhibendum esse asseuerat.

Aqua ad bubones, & fistulas.

In lib. de fecr.

Postremò non defuerunt homines, qui humana etiam verba, & cantiones in morbis depellendis maximam vim possidere protulerint; quod minimè credendum esse asseueramus, & præcipuè, cum Quintus Serenus vir alioqui insignis verba faciens de typo febris quotidianæ declinando, cecinerit hunc in modum.

Verba quid polleant.

Multaq; præterea verborum monstra fatebo.
Nam febrem vario depelli carmine posse
Vana superstitio credit.

Qui plura de medicamentis ex humano corpore decerptis scire desiderat, quæ ferè sunt infinita, confugiat ad Quercetanum, ad Crolium, ad Milium, ad Renodeum, ad Clauem medicam, & alios authores huius generis, qui varia magisteria ex partibus hominis chymica arte parata descripserunt.

VSVS IN SACRIFICIIS.

E ADEO cæca fuit Antiquitas, vt prætextu Religionis, & suggestu Dæmonum ducta ad nefarias etiam hominum cædes præceps rueret: dum Ioui, Saturno, Baccho, & alijs numinibus falsis victimas humanas litabat. Etenim inolcuit nefanda consuetudo apud Phœnices, vt infantes Magnatum sorte ducti, & regio induti vestimento Saturno sacrificarentur: immo illos morti subtrahere nemini licebat: idcirco copiosis ciuili lacrymis, & funeta, & sacrificia humectabantur. Quamobrem quando Aspar fuit imolandus, mater eius nempe vxor Annibalis apud Silium sic conquerebatur. *L.4. Punic.*

Quo perro hæc pietas delubra aspergere tabe?
Heu prima sceleris causa mortalibus ægris
Naturam nescire Deum; iniqua ire precari
Thure pio, cadisq; feros auertere ritus
Mite, & cognatum est homini Deus hostibus ergo
Sit satis aut aras casos vidisse iuuencos.

F Produnt etiam Historiæ Aristomenem Messenium Ioui, quem Ithomaten appellabat, trecentos homines, inter quos fuit Theopompus, vnica vice litasse. Sed quod magis admirandum est, Romani olim toti imperantes orbi, in hæc etiam errata inciderunt: nam, apud ipsos, Saturnus, & Iupiter Latialis humana hostia placabatur: immo inter sacrificandũ Numinis simulacrũ humano sanguine aspergebatur: donec Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Crasso Consulibus, S. C. cautum fuit, ne hominem immolare, aut humano sanguine litare nemini imposterum liceret. Bacchus apud Græcos, in celebritate anniuersaria, humana victima delectabatur: immo vir immolandus, seu immolatus maximam probitatis, & religionis gloriã apud cæteros reportabat. Rursus in Chio, & Salamine per multas aetates, penetrauit consuetudo homines Dionysio sacrificandi. Huius Dionysij templum in Arcadia fuit, vbi puellæ penes aram ad necem vsq; flagellabãtur. Mars ab huiusmodi sacrificijs non G abhorruit: nam quidam ethnici à prælio redeuntes, captiuos per centurias distribuebant, & ex singulis centurijs vnum iugulatum Marti consecrabant. Immò scripsit Procopius, apud Incolas Thulæ insulæ, etate Iustiniani Imperatoris, victimam fuisse hominem, quem in prælio primum comprehendebant, hunc q. Martimactatum dedicabant. *Victima humana quibus Dijs immolaretur.* *Martis sacrificium quale.*

Quid enumina etiam fœminea humanis victimis fuisse delectata historiæ referunt. In Asia Laodicæi Virginem Minervæ immolabant, quemadmodum Iupiter Lyceus apud Arcades litatione pueri gaudebat. Apud Tauros Scythiæ populos solemnis erat consuetudo, vt aduenas, & præsertim naufragos tanquam tot hostias Dianæ sacrificarent. Quemadmodum Sparthæ penès aram Dianæ Orthiæ pusiones flagellis percussos sacrificabant. Demum olim Larundæ, nimirum Maniæ Larum matri H in compitis humana capita dedicabantur: donec Iunius Brutus Consul hoc sacrificij genus horrificum, atq; abominandum abhorrens, loco humani capitis, papauerum capita deinceps immolanda esse decreuit: quapropter multi hac ratione ducti, plantam papaueris Lacundæ dicatam fuisse existimarunt. Postremò Thraces Zamolxin, quem maximum Deum putabant, non alia ratione propitium fieri arbitrabantur, quàm si homo, penès aram, ictu lanceæ rum concideret. *Aduenæ sibi sacrificabãtur.* *Capita papaueris vbi immolata.*

Indiuitæ Nasones hoc sacrificij genere vsi sunt: nam, iuxta Borysthenem, homines pro victimis offerebantur, & in sacrificio humanis ossibus adolere solebant. Licuit etiam Celtis caput hostis captiui purgare, & caluariam auro celare: siquidem illa tanquam poculum in celebritatibus adhibebatur. Lusitani antiquitùs intestina cæsorum hominum diligenter intuebantur, vt inde vaticinia captarent, & abscissas captiuorum dextras, tanquam munera Diis litabant. Galatæ, & Massagetæ nõ aliter Deos consuli posse putabant, quàm apud aras, iugulato homine, ex cuius casu,

Vel motu membrorum, vel ſanguinis fluxu, futura diuinare profitebantur. Itē Galli olim grauioribus morbis, aut periculis affecti, ad placanda Numina, vel homines immolabant, aut ſe immolaturos vouebant. Cymbri ſontes homines ſudibus affixos proprijs Dijs, tanquam victimas conſecrabant. Albani hominem ſacris initiatum, ſanctitate probum, & impensè ſaginatum, cum alijs victimis, apud aras adolebant. Leucadij, ad arcendam Deorum iram, hominem de montis cacumine in mare præcipitem dabant. Senones, cæſo homine, ſtatis quibuſdam diebus, infanda ſacrificia celebrabant, & hac ratione omnia delicta expiari credebant. Perſæ, ad habendas Dijs gratias, iuuenes adhuc ſpirantes terra obruebant. Brittannis mos quidam antiquus inoleuit, vt nurus, & coniuges nudæ, & quodam herbarum ſucco diA linitæ in templo ſupplicarent, & ſanguine captiuorum Dijs litarent. Sed quid per antiquos vagamur ritus? legimus in hiſtorijs de inſula Carolina nuper ab Hiſpanis orbem luſtrantibus inuenta; quòd ſtatuæ æneæ ſuorum Numinum intrinſecus cauæ, frequentes ibi viſuntur, in quibus, tempore ſacrificij puſiones incluſos, igne ſubiecto Dijs adolebant: quamobrem demirari non debemus ſi legitur in ſacris litteris, Deut. c. 10. Omnes abominationes, quas auerſatur Dominus, fecerunt, Dijs ſuis offerrentes filios, & filias, & igni comburentes. Interpretes igitur, illa ſimulacra, ex ære cyprio, & alijs metallis confiata fuiſſe tradunt. Prædictis tanquam coronidem addamus ritum Mexicanorum, qui in templo, coram Deorum ſimulacris, viros, & fœminas iugulabant: præterea Sacerdotes ſumptis arundinum cuſpidibus, varias corporis partes ſauciabant, & effluentem inde ſanguinem Dijs offerrebant. B

Sacrificia olim in Gallia qualia.

VSVS IN SPECTACVLIS.

HAEC rubrica cum præcedenti maximam habet conuenientiam: propterea quod, ſi ibi homines ad aras, coram circumſtantibus mactabantur; aſſimiliter hic, homines, coram populo, à Feris dilaniantur. Nam pro veteri conſuetudine, Romani tria ſpectaculorum genera exercere ſolebant. In primo Feræ cum Feris, in altero homines cum homiC nibus, & in tertio homines cum beſtijs prælijabantur. Id confirmat Plinius, quando dixit Elephantes in Circo, Claudij Pulchri ædilitate curruli, aduerſus tauros pugnauerunt; & de ſecundo genere ſic ſcripſit: Nauali prælio in monte Cælio, defoſſo lacu, biremes, triremes, & quatriremes Tyriæ, & Aegyptiæ claſſis, magno pugnantium numero conflixerunt, ad quæ ſpectacula tot vndiq; homines confluxerunt, vt pleriq; aduenæ, inter vias, tabernaculis locatis manerent, & ſæpè, præ turba, plures exanimati fuerunt. De tertio ſpectaculorum genere retulit, Domitij Aenobarbi Aedilitate curruli, Vrſos Numidicos centum, & totidem venatores Aethiopicos in Circo, magna hominum cæde, dimicaſſe. Idcirco Caſſiodorus, qui hæc vidit, & ſcripſit, hoc certaminis genus tanquam horrificum, & infælix deteſtatus eſt: cum inuenirentur homines, tam audaces, qui vnica tantum ſpe decipiendi animalis ſiſi, D cum feris contendere vellent, qui niſi Feram effugiſſent, nec ſepulturam interdum inuenire poterant, quoniam cadauer à Feris truculentiſſimè abſumebatur.

Spectacula Romanorū tria erant.

Prælia hominum cum beſtijs.

Non defuerunt tamen, teſte eodem Caſſiodoro, aliqui auari ſanguinem habentes venalem, qui theatrum ingredientes pertica tantùm muniti, Vrſo, aut Leoni beſtijs in id maceratis obuiam irent, & flexibili adminiculo ligni beſtiam in eos irruentem tranſuolarent, quæ poſtea tanquam pudore quodam ſuperata, victores ſuos vltra impetere negligebat. Alij, pugnæ cum beſtijs committendæ cauſa, ſcuto ex cannis contexto, quo cum redemptoribus erant pacti, armabantur, & in ſpectaculum læti prodibant, vbi Feram è caueis in illos emiſſam, illicò in terram proſtrati, & cannarum inuolucro tecti deterrebant, quæ beſtia eos denuò impetere non audebat: quamobrem, referente Caſſiodoro, non ſecus, quàm ſpinæ ericium in orbem collectum, debilis cannarum munitio hos ſeruabat. Alij labenti vtentes rota, Feras iſ-

Qua ratione Feras euitarent.

ruentes

ruentes motus celeritate fallebant. Sunt verò hæc spectacula ex his, quæ Cicero ad Marcum Marium scribit hunc in modum: sed quæ potest esse homini politico delectatio, cum aut homo imbecillus à valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia venabulo transverberatur? quam sententiam Ciceronis secutus Seneca, & huiusmodi spectacula detestatus, hæc prodidit. Nuper in ludo Bestiariorum vnus è Germanis cum ad matutina spectacula pararetur, secessit ad exonerandum ventrem, nullum enim aliud illi dabatur sine custode secretum, ibi lignum illud, quod ad emundādum obscœna, adhærens spongiæ positum est, totum in gulam farsit, & ibi præclusis faucibus, spiritum elisit, & infra. Cum adutheretur nuper quidam inter custodias, ad
E matutinum spectaculum missus, tanquam somno premente nutaret caput, eò vsq; dimisit, donec radijs infereret, & tandiu in sedili se tenuit, donec ceruicem circumactu rotæ frangeret. Secundo naumachiæ spectaculo vnus è Barbaris lanceā, quam in aduersarios acceperat, totam iugulo suo mersit. Quocirca nostra ætate Principes Christiani populis interdixerunt, ne spectacula huius generis celebrarentur, & horum loco Troiæ lusum, & Belli simulacra instituerunt.

VSVS IN BELLO.

F

PRINCIPES statimatq; ad martium certamen prouocantur, vel quando alteri bellum inferre volunt, hominum multitudinem congregantes, eos milites conscribunt, qui excellentes pugnas edere possint. Deinde ex his disciplina militari claros, & rei maritimæ peritissimos eligunt, vt alijs imperium classis demandent, alios in præfecturam deligant, & demum alios agmini equitatus præficiant. Hi postea cunctos milites centuriant, exercitū recensent, & cohortes plenissimas ducunt. Amplius pro copijs tutissimū locū eligunt. alijs imperāt, vt vigilias noctis circumeant, & aliquos ad excubias tentandas ponunt: hoc igitur modo, constituta acie, producendo copias prælium prius tentant, postmodum, tota acie, manum cum hoste conserere ni-
G tuntur. Immo, data occasione, exercitum augent, & auxilia multiplicare conantur, donec hostem, vel fundant, vel intercludant, vel penitus perdant. Interdum homines ad explorandum alicuius vrbis situm mittunt, inde ad vrbem castra admouentes, & obsidione cingentes illam oppugnant, quandoq; struendo insidias cuniculos aduersus ciuitatem agunt, & præstò sunt illi, qui arces, & portas præsidijs firmatas occupare audent. Non defuerunt etiam mulieres bellicosæ, vt Cleopatra Aegyptia, Artemisia Regina Cariæ, & Amazones, quæ olim intrepidæ certarunt.

Varia militum munia.

Mulieres quæ militauerint.

Amplius, præter belli Imperatores, & ordinarios milites, in prælio sunt homines
H signiferi, equestres, pedites, antesignani, metatores, equites leuis armaturæ, tubicenes, tympanotribæ, mensores, velites, peltati, cataphracti, hastati, scutati, ferentarij, nempe eminus dimicantes, sagittarij, chiliarchi tyrones, rorarij, qui quadam leui pugna prælium ineunt, gregarij, triarij, omnium fortissimi, qui postremam exercitus partem occupant, dimarchæ, nempe duplici genere pugnæ certantes, mucronigeri, cultelliferi, sclopigeri, spiculiferi, scorpionarij, qui, machinis scorpionibus nuncupatis, vtuntur, balistarij, fundibalarij, qui funda lapides iaculantur, colubrinarii, pyrobolarii, qui glandes ignitas in aduersarios vibrant. Cæterùm qui scire desiderat ordinem velitum, numerum Hastatorum, prærogatiuas Tribunorum militum, & Centurionum, diuisionem equitum, numerum manipulorum, situm turmarum, & munia præfectorum, adeat Iustum Lipsium, qui in libro de militia romana, hæc omnia diligentissime pertractauit. Placuit tamen vsum hominum in bello apud exteras nationes admiratione dignum tanquam coronidem prædictis annectere. Principes Regionis Cumanæ, pro scuto, hominibus vtebantur, dum quatuor Indi Principem semper præcedentes, ne violaretur, sua corpora iaculis hostium opponebant, & quando eorum quis perculsus cadebat, illicò alius substituebatur.

Nomina militū ab officijs, quibus fungūtur.

Mos Principis Cumana

VSVS IN VARIIS.

IN variis variæ hominum partes adhibentur: quandoquidem ſanguis humanus, in vndecimo experimento Artephii, vt in ſcholiis Paracelſi legitur, locum habet, dum ſimulacra virorum, & fœminarum fictilia humano ſanguine liniuntur circa caput, & capita vacua ſeminibus papaueris implentur, quæ ſtatuæ poſtea in terram proiectæ tot hominum, & fœminarum ſimulacra repræſentare feruntur, quot ſemina papauerum in capitibus includebantur, quæ nugamenta non ad ſpectaculum, ſed, ad aliquid ſignificandum, in arte chymica proponuntur. A

Cum ex ſanguine, iuxta Medicorum mentem, pinguedo generetur, ad vſum humanæ pinguedinis accedemus. Referunt igitur teſte Vuecherio, candellam ex humano ſebo paratam, & delatam in locum, vbi theſauri reconditi eſſe perhibentur, ſtrepitu illos detegere, & theſauris proximam extingui: quocirca nonnulli ex ſympathia quadam contingere arbitrantur, cum pinguedo ex ſanguine ortum trahat, & ex ſanguine ſpiritus inſtrumenta animæ dimanent, quæ in homine viuente deſiderio auri, & argenti irretitur. Inſuper dira cupido mentes hominum adeo inuaſit, vt quæ natura mortalium commoditati largita eſt, abutantur: quandoquidem, ex multis horum coaceruatis, lamiæ componunt vnguentum, cui ipſæ plurimum ſuperſtitionis admiſcent, nihilominus naturali virtute deſideratum ab ipſis effectum parere poteſt. Pinguedinem puſionum aeneo vaſe coquunt, addendo apium, aconitum, ſolia populi, ſuliginem, ſanguinem veſpertilionum, ſolanum ſomniferum, mandragoram, lolium, fabam inuerſam, hyoſciamum, papauer, opium, & alia huius generis, quæ profundum ſomnum concitare ſolent. Idcirco Vuecherius, poſt corpus inunctum prædicto linimento, mirabilia videri narrat: referunt enim tales maleficæ mulieres, ſe intueri per quietem, theatra cænas, viridaria, formoſos iuuenes, & cætera huius generis, quibus ſummopere delectantur. Neq; id demirari debemus, quoniam ſimplicia vnguen deſcriptum componentia, ſomniorum violentorum cauſæ eſſe feruntur. Præterea aliud vnguentum huius generis Vuecherius in Antidotario deſcripſit. B C

Dentes potiſſimum puerorum ab hoc vſu non arcentur: quandoquidem, ex ſententia Sextii philoſophi, dens pueri ſeptennis incluſus in dextrocherio, & delatus à muliere, conceptionem adimere dicitur. Quamuis Albertus dentes puerorum in prima ætate cadentes colligendos eſſe pronunciet, antequam terram contangant, quiargento incluſi, & de collo mulieris ſuſpenſi ſterilitatem procreare ferantur: quamuis hæc omnia inter fabulas aniles recenſenda eſſe exiſtimemus.

Si dirigatur animus ad vſum cæterorſi oſſium, habemus ex Petro Martyre, apud Canibales in angulis ædium, multa humana oſſa, & præcipuè brachiorum, & tibiarum reperiri, cum illis, ad cuſpides ſagittarum conficiendas, vtantur: cum illæ regiones ferro careant. Braſiliani quoq; ex oſſibus hoſtium in bello cæſorum fiſtulas parant, vt in itinere comitum animos recreent, & in bello, militum mentes ad perdendos hoſtes excitent. D

Ex humana vrina, & cupro idoneum auri ferrumen conficitur: præterquamquod aurifices ad aurum detergendum hac vtuntur. Immò lamina argentea ſupra vas vrina plenum locata talem contrahit rubiginem, quæ colorem lapidis lazuli æmulatur, qua pictores pro cæruleo tranſmarino vti poſſunt. Præterea Chymiſtæ vrinam humanam diſtillatam, ad quædam metalla ſoluenda, adhibent. Vitium ægrotantium præſidium eſt cinis ſarmentitius, & quercinus, cum aceto circa truncum aſperſus, ſed Vuecherius ſatius, & rectius eſſe putat, ſi vrina humana circa radices vitis fundatur.

Lib. 10. de ſecr.

Theſauri inuentio.

Puſionum pinguedo.

Lib. 15. de ſecr.

Li. 2. Antid. ſpec.

Li. 2. prima Dec.

Vſus oſſiũ.

Vſus vrinę humanę.

L. 9. de ſecr

Tan-

Tandem saliua humana ingreditur vnguentum, quòd secundum Vuecherium auctionem capillorum coercet. Item saliua humana hydrargyrum facile dissoluitur, ex quo postea Pharmacopœi vnguentum ad pediculos parant. Præterea saliuæ hanc attribuunt prærogatiuam, vt si aliquem pœniteat ictus eminus, vel cominus manu illati, & confestim expuat in volam manus, quæ percussit, tunc dolore percussus leuatur. His addamus quod in Labra Iouis Gnidij fonte, anguillæ manibus vescebantur, & idem contingere cuidam fonti Mesopotamiæ retulerunt. *Li.3.Antid. spec.*

E

DE MONSTRO IN GENERE

Caput II.

ÆQVIVOCA.

F

ESTVS cum omnia naturæ modum excedentia monstra appellauerit, proculdubio multa in genere monstrorũ constituentur, quãdo quidem Natura mirandum in modum in conformandis animaliũ conceptibus, in fingendis plantarum formis, & in rerum inanimatarum figuris, identidem ludit, dum monstrosas, & peregrinas conformationes rebus imprimit. Verùm, ne ambiguitas nominis legentes ludificet, placuit prima facie æquiuocationem explanare. Etenim monstrum quandoq; pro monstratione vsurpatur, quam significationem expressit Virgilius libro tertio Aeneidos, quando inquit. *Monstra Deum refero.* Item Præcentiones citharœdorum, quas experientes temperantiam chordarum, etiam iuxta congruam harmoniæ rationem extensarum, edunt, monstra appellantur. Immò si contra vsitatum morem, aliquid in Mundo contingat, monstrum vocatur, & in hoc intellectu locutus G est Horatius, quando pluuiæ abundantiam recenset, quæ in diluuio vniuersali iuga montium superauit, sic. *Mõstra pro monstratione.*

Li.1.Carm. od.2.

Terruit gentes, grauo ne rediret
Seculum pyrrhe noua monstra questa.

Quamuis alij fuerint huius opinionis, per monstra hoc in loco esse exponenda nuncia marore plena; propterea Cicero scribens ad Atticum, hæc retulit. *Venerat duabus horis ante Cherippus mera monstra nuncians.* Vbi quidam interpretes, per mera monstra, aduersam Quinti valetudinem exponunt: licèt monstra etiam ad res incredibiles, & ad prodigiosa mendacia referantur, ideircò Quintus Serenus monstra nuncupauit illa verba, quæ ad exterminandos morbos à nonnullis proferuntur, his versibus. *Li.4 ep.76.*

Monstra pro mendacijs.

H

Multaq; præterea verborum monstra fidebo,
Nam febrem variis depelli carmine posse
Vana superstitio credit.

Amplius res intellectu difficiles, veluti latebrosa, & cæca quædam aenigmata monstra dicuntur, quem intellectum secutus Seneca libro primo Thebaidos sic ait. *Quis tanta monstra explicabit?* Rursus quando viri, vel mulieris adeo decora, & spectabilis forma cõspicitur, vt nil venustius à natura fingi possit, à vulgo monstrum pulchritudinis appellatur: quare ad rem Franciscus Petrarcha De venustate Lauræ sic canebat.

O delle donne altero, e raro mostro

Quemadmodũ ex aduerso vir deformitatis speculum, monstrum quoq; nominatur. Legitur enim in Vita Aesopi, quod vxor Xanthi tantam noui, mancipij nempe Aesopi deformitatem admirata, increpans maritum dixit. *Vnde mihi hoc monstrum attulisti?* *Monstrum pro pulchritudine & deformitate.*

solitis? Immo vir supra humanum modum viribus pollens; & tanquam singulare fortitudinis specimen, monstrum cognominatur; propterea veteres Herculem in hoc sensu monstrum indigitarunt, cum huius viri fortia facta, in cæteris domandis monstris, per totum terrarum orbem celebrentur.

Præterea cum monstrum dicatur, quod ordinem sui generis magna omnium admiratione, excedit, proculdubio virũ non vulgari ingenij dexteritate conspicuum, tanquam monstrum manifestabimus. Quare, iuxta hunc intellectum, Diuum Thomam Aquinatem, cuius ingenio nil præstantius fuit, ingeniosum monstrum meritò appellarunt. Ex altera parte hominẽ omniũ, quos terra sustinet, impijssimum, omniq; scelerum genere contaminatum, tanquam monstrum nominant, & pro genuino huius typo Neronem verum humani generis portentum, & monstrum ostendunt: pariter Cicero in Catilinam, in hoc sensu loquens, monstrum hominis se dicturum esse attestatur. Petrus etiam Crinitus homines illos tanquã monstra monstrat, qui volumina aduersus rectam religionem, & Christum composuerunt; vbi inter alia flagitia, quæcumq; de Christo à priscis vatibus præsagita, de alijs quoq; intelligi potuisse tradiderunt, quæ opiniones postea à Diuo Augustino, Origene, & Cypriano mira facilitate exploduntur.

Monstrum pro singulari ingenio.

Lib. 9. de honest. discip. c. 10

Sed, præter has animi ferinas actiones, homines aliquando vixerunt, qui monstra merito fuerunt nuncupati, qui corporeas brutorum operationes imitantur. Narrat enim Ioannes Langius medicus celeberrimus fuisse in Austria homines, qui latratu, & pernicitate cursus, cum canibus contendebant: immo cum illis in sylua illæsi assidue venabantur. Quid pluraẽ vitium ipsum optimo iure monstrum vocitatur: siquidem ibi monstrum nutriri asseueramus, vbi aliquod crimen latibulari significamus, sumpta fortè metaphora à veris mõstris, quæ, ob pudorem, in locis abditis aluntur. Demum monstrosum hominem licet appellari illum, cui omnia benè, & prosperè accidunt, iuxta monostichon trochaichum.

Vitium dicitur Monstrum.

Monstrosa res homo, vnquam cui nihil male accidit.

At quãdo, p quietẽ, horrifica aliquibus spectra, & deuia somnia apparẽt, hæc somni mõstra sũmis rationibus cognominãtur. Et à nomine mõstri nõ sunt segreganda illa formidabilia simulacra, quę Dæmones, ad horrificãdos viros, Deo dicatos, repręsẽtãr. Immò ipse Diabolus monstri vocabulo cohonestandus esse videtur, dum ex varijs cunctorum animantium partibus propriam figuram aliquando integrat; ideo Diuus Hieronymus optima de causa Diabolum monstrum monstrorum nominauit.

Diabolus dicitur Monstrum.

Insuper monstra ad miracula referri videntur, dum Ouidius, de transfiguratione sororum Phætontis in populos, verba faciens, huic miraculo Cygnum Sthenelei filium interfuisse recitat his verbis.

Lib. 2. Metam.

Affuit huic monstro proles Stheneleia Cygnus.

Nouercę amor Monstrum.

Huic non absimile miraculum, seu monstrum erit, si accidat, vt Nouerca alioquin immitis sęua, & monstrifera ab authoribus appellata, priuignum singulari pietate, & charitate complectatur; quod in quadam ciuitate aduena admiratus obseruans, id tanquam monstrosum notauit: quem admodum etiam si contingat, vt pater à filijs prodatur: hac de re Ouidius Scyllæ proditionem monstrum nuncupauit.

Lib. 8. Metam.

Pariter absurda quæcumq; monstra dicenda erunt, dummodo naturæ ordinem superent: etenim conuersio fœminæ in marem, & viciſſim maris in fœminam huc referenda esse videtur; siquidem canit Ausonius hunc in modum.

Cunctí admirantur monstrum, dum molliter agna
Attritis in teneram de grege versa marem.

Absurdum quoq; & similiter monstrosum est, si vir nubat viro: ideo Iuuenalis taxans sanctitudinem simulatorum, qui tamen ad improborum genus hominum referendi sunt, meminit præsertim eorum, qui inuicem, præter naturæ ordinem, ritu mulierum, nupserunt, & hoc monstrum valde absurdum appellauit.

Satyr. 2.

Scilicet horreres, mater aq; monstra putares
Si mulier vitulum, vel si bos ederet agnum.

Et paulò inferius.

Vicit & hoc monstrum tunicata fuscina Gracchis.

Præterea medicina suis non caret monstris; quandoquidem morbus, vel cognitu difficí-

difficilis, vel alicui Regioni peculiaris, apud cæteras Nationes monstrum nominatur. Vnus instar omnium sit Plica morbus Polonis familiaris, qui nil aliud est nisi pilorum glutinatio ita indissolubilis, vt pili tenaci glutine iuncti esse videantur. Prodit hic affectus à substantia viscida, & glutinosa, qualis autem sit hæc materia, vbi, & quando generetur, & cur in has partes potius, quam in alias transmittatur, non est præsentis loci explicare. Hoc vnum est Bononiæ annis nuper elapsis mulierem Polonam hoc affectu laborantem fuisse, ad quam spectandam tanquam ad monstrum multi confluebant. *Plica qualis Morbus.*

E Rursus in medicina monstrum appellari licet, quando aliquis pernicioso, maligno, & lethali morbo afflictatus, & à Medicis tanquã deploratus relinquitur, nihilominus, præter omnium expectationem, conualescit: quocirca non sine ratione canebat Ouidius. *Mõstrum in Medicina*

Sæpè aliquem seleri Medicorum cura reliquit;
Nec tamen hic, vena deficiente, perit.

Monstra quoq; ad humana excrementa referri possunt: namq; in hominibus tẽperaturæ melancholicæ tales humores, & ita ab aliorum natura recedentes generantur, vt monstra prorsus esse videantur: quapropter Galenus in Libro de Melancholia scriptum reliquit fuisse nonnullos melancholicos, qui aliquod noxium se deuorasse existimarunt, cum quædam abominanda, & monstrosa euomerent. *Excrementa mõstrosa*

Succedunt commentitia, & imaginaria Poetarum monstra, quæ aliquã animaF duersione indigent. Retulerunt enim Cassiopeam Cephei vxorem tanto venustatis fulgore elatam, vt se Nereidibus pulchriorem iactauerit: hinc Nymphas indignatas à Neptuno impetrasse tradiderũt, vt maritimũ monstrũ Aethiopiã deuastaret, neq; Numina Nereidũ placari posse, nisi Andromeda Cassiopeæ filia mõstroſę belluæ exponeretur. Huius generis fuerunt monstra, in quæ socij Pici Regis à Circe fuerunt transmutati, de quibus canit Ouidius hunc in modum. *Lib. 14. Metam.*

Illa nocens spargit virus, succosq; veneni
Cuius ab attactu, variarum monstra Ferarum
In iuuenes venere, nulli sua manſit imago.

Similia monstra recenset Homerus memorans Cyclopem in vasto speleo habitantem, carnibus humanis vescentem, & lac pro vino potantem his verbibus. *Lib. 9. Odyss.*

G αὐτὰρ ὁ πὰρ Κύκλωψ μυχάλιμα δώματα ναῖεν
ἀνδρόμεα κρέ' ἔδων, καὶ ἰνᾶ ἀκήρατον γάλα πίνων.

Ideſt.

Cæterum pallquam Cyclops magnum impleuerat ventrem
Humanas carnes comedens, & ad hæc merum lac bibens.

Hinc postea alij Poetæ Cacum montis Aventini monstrum igneum spirans halitum, & vicina loca deuastans finxerunt, cuius sic meminit Ouidius. *Lib. 1. Fast.*

Cacus Auentina timor, atq; infamia ſylua
Non leue finitimis, hoſpitibuſq; malum.
Dira viro facies, vires pro corpore corpus
Grande; pater monſtri mulcter huius erat.

His dictis de Poetarum monstris, accedemus ad ponderandos homines, qui iustã H staturæ humanæ mensuram, vel magnitudine, vel paruitate non seruantes, inter monstra recensentur. Hi sunt Gigantes vastæ molis proportione membrorum, & recta eorundem conformatione referti, quos olim à terra genitos Poetæ fingebãt: qua de causa Horatius sic canebat. *Monſtroſa ſtatura*

Inieſta monſtris terra dolet ſuis, *Lib. 3. Car. Od. 4.*
Maretq; partus fulmine luctdum
Miſſos ad Orcum, &c.

Similiter Pygmei, Pumiliones, & Nani, ratione exiguæ staturæ, in genere monstrorum à nonnullis collocantur. Hanc æquiuocationem Gibbi, Claudi, macrocephali, & similes non effugiunt: quamuis rarò non generentur, & quandoque à natura parẽtum non valde recedant. Quemadmodum à natura consanguineorum non multum declinare videntur plures partus ad effigiem canis, bouis, & aliorum brutorum accedentes; cum tamen prædictorum animantium caput prorsus; non *Pumiliones inter mõſtra.*

æmulentur, sed tantummodò prædictorum brutorum quædam referunt rudimenta, & lineamenta, ex quibus postea Physiognomi varios hominum mores elicere possunt, quæ doctrina in Physiognonomicis Aristotelis continetur.

Aliquando in rebus etiam inanimatis, quædam ex causis abditis prodeuntia cõtingunt, quæ monstri æquiuocationem incurrunt: veluti spectra hominum in aere digladiantium, & brutorum simulacra in nubibus apparentia: quæ muis hæc potius portenta, & prodigia, quam monstra dici debeant. Quamobrem olim Iudæi in ciuitate Hierosolimæ, cum, spatio quadraginta dierum, varias equitum hastis munitorum, & stolis aureis indutorum turmas in aere vidissent, & sonitum clypeorum audissent, monstra in bonum conuerti assidue rogabant: nam Iosephus hebreus, hæc portenta, ante deletam Hierosolimam, apparuisse tradidit. Similia monstra, seu potius prodigia memorauit Virgilius canens.

Monstra celestia. A

Lib. 2. Aeneid.

Nec dubijs ea signa dabit Tritonia monstris.

Nomen etiam monstri sortiri videntur illa animantia, quæ cum sint vnius naturæ in suo genere, & perfectæ constitutionis; nihilominus ex fœmina alterius speciei prodeunt: veluti si mulier ranam, aut serpentem enitatur; quod olim in Vmbria accidisse historiographi referunt: quapropter Lucanus hoc respiciens quandoque canebat

——Matremq; suus conterruit infans.

In var. hist. Similiter in pascuis Nicippi, authore Aeliano, Ouis Leonem peperit, & ex annalibus Colmarensibus, anno septuagesimo sexto supra millesimum, & ducentesimum, in Turego, Lupa domestica duos lupos rufos, & nonnullos canes maculosos enixa est. Hæc autem non monstra, sed quasi monstra aliqui indigitant, cum ortum tantummodo monstrosum, non autem substantiam habeant. His non absimiles sunt partus albi ex nigris parentibus prodeuntes, & vicissim nigri ex genitoribus candidis in lucem venientes, quamopinionem Pareus sectari videtur. Verum, & hi fœtus quasi monstra appellari possunt, quoniam nullam intuentibus admirationem nisi in comparatione ad suos genitores, afferunt. B

Monstra quasi monstra quæ.

Tandem aduertendum est, quod veluti in singulis gentibus quædam hominum monstra oriuntur: assimiliter in vniuerso genere humano quædam sunt monstra gẽtium, vt Monoculi, Cynocephali, & similes, qui in Africa habitare feruntur. Sed neq; tales veri monstri nomen sibi vindicant; cum ex similibus parentibus oriantur: possunt quidem nobis monstra appellari, incolis tamen monstra non dicuntur, cum illis nullam admirationem pariant. Id quod de hominibus huius generis exaratur, de brutis quoq; intelligendum esse promulgamus: nam pisces repertos esse humana facie Historici tecitant, & Alexander ab Alexandro hominis marini meminit. Fulgosius quoq; memorat piscem humana effigie pelle anguillæ tectum. Immò Cardanus, & Belloniis in quodam lacu Pomeranæ, post inundationes, & sæuas maris tempestates, piscem mulierem captum fuisse diuulgarunt. De his animantibus superius in primo capite, & in Rubrica differentiarum sigillatim pertractatum fuit. His addamus, ex historia indica, anguillas cauda capræ, quæ ab indicis latebris prodeuntes, fluuijs exundantibus, ad mare confluunt: quamuis alij Authores has in mari indico nasci, ibiq; ali prodidetint. Hæc igitur licet rarò conspiciantur, attamen vera monstra nuncupari nequeũt, cum à proprio genere non degenerent. C

Pisces humana facie

Lib. 3

Descriptio animalis de formis Africanis

Hic igitur in gratiam lectoris iconem animalis Africani admodum deformis exhibemus, rotundo corporis ambitu instar testudinis, cuius dorsum duæ lineæ flauæ ad angulos rectos se se intersecantes condecorant, in quatum singula extremitate singuli oculi, & singulæ aures affixæ visuntur: itaut hoc animal quatuor oculis intueatur, & totidem auribus audiat: vnicum tamen os, & ventrem habet, sed plures pedes globosum corpus adeo cingunt, vt in quamcumq; partem se vertere possit; cauda est longa, & in extremitate valde villosa. Hoc non discrepabit valdè ab animali tetracephalo Ramusij, quod quatuor capita tali ordine disposita habebat, vt quatuor mundi plagas spectaret, & quò gressu, horum vnum capitum se dirigebat, illicò, nulla conuersione, reliquum corpus sequebatur. D

ANI-

Animal Africanum deforme.



Demum inter volatiles animantes, iconem galli indici auriti tridactyli repræsentamus, qui prima facie nobis monstrum esse videtur, & tamen à suo genere minime degenerans nullam admirationem incolis Indiarum affert. Mira est galli species, & nulli volucrum generi pulchritudine inferior. Rostrum reliquorum gallorum est dissimillimum, sed psitacorum rostris respondens: est enim aduncum in superioti parte, & totum rubrum. Caput totum, pectus, & venter colore roseo diluto: cristis insignitur duabus, primum carnea more nostrorum gallorum, quæ propè rostrum est; Altera crista pennis constat luteis; oculorũ pupilla est nigra iris lutea, cũ cilijs pariter nigris. Aures magnæ, & erectæ asininis non absimiles, quas quispiam ficitias iudicaret, & tamen minime monstrosæ sunt, sub mento pennæ quædam viridis

Descriptio galli indici.

Gallus Indicus auritus tridactylus.



rides dependent, veluti barbæ figuram æmulantes: ex collo superiori, & vropygio, quæ viridia sunt, pennæ cæruleæ albis calamis ornatæ deorsum pendent. Alæ diuersi admodum coloris sunt: nam primæ earum pennæ obscuræ virent, sed ita sunt dispositæ, vt squamulas quodammodo efficere videantur, & harum medium linea alba percurrit, quæ sequuntur intensè admodum virent, sed in extremitate albæ sunt; harum tamen tres inferiores cæruleæ sunt, sed circum circa subuirides. Extremæ deniq; remiges luteæ sunt, & omnium costæ albæ: inferior autem alarum pars colore est subcæruleo ad viridem tendens superior verò roseo, & costæ omnes itidem albæ. Cauda est duplex, prior exigua & quinque tantum pennis intexta, ijsq; rubicundis, & admodum breuibus, si secundæ caudæ comparentur. Secunda cauda nouem longissimis pennis constat, quarum aliæ alijs longiores sunt, & diuersum colorem sortiuntur. Maiores sunt ferruginæ, pennulis tenuissimis oblongis fuscis hincinde depēdētibus cōstantes, in extremitate ceu oculos quales rubicundos, & circumcirca cæruleos obtinent. Pedes rubri tribus digitis distincti, vngues cum calcaneo albi:

Caudę galli Indici descriptio.

Itaq; monstra propriè dicta erunt illa, de quibus primo loco in præsentia disseremus, mox de alijs quoq; verba facturi. Hæc sunt animantia aliquid humani habentia suis genitoribus valde dissimilia, & rarò contingentia, veluti homines trimani, fœtus semicanes, & similes animantes inusitatam structuram præ se ferentes.

SYNONIMA, ET ETYMVM.

MONSTRVM, ex mente Isidori, ita nuncupatur, quia aliquid futurum monstrando, homines moneat: quapropter nonnulli hac ratione ducti monstrum quasi monestrum appellarunt, vel quia monendo, aliquod mysterium diuinæ vltionis prēmonstret, vel quia tanquam aliquod singulare à singulis obseruetur, & propter admirationem digito monstretur, quæ postrema etymologia magis arridere potest: cum prima ab Isidoro allata non prorsus quadret; primò quoniam multa in multis regionibus monstra oriuntur, ex quibus nullum præsagium elici potest. Possumus quidem attestari his aliquando summum Deum posse hominibus futuram calamitatem indicare, nihilo minus pleruncq; his monstris propriè dictis non vtitur; cum in sacris paginis nullum monstrum huius generis à Deo procreatum legerimus, & tamen multa alia prodigia patrauit. Præterquamquod talia monstra in solitudine Africæ nasci authores asseuerant, vbi nulli monendi homines diuagantur. Alioquin monstra ab alijs miracula physica vocitantur, quæ contingunt, quotiescunq; Natura non iuxta consuetam legem in conformationibus fœtuum operatur.

Lib. 11. Orig.

Miracula physica quæ

Alij monstrum appellarunt Ostentum; cum hoc nomen multò plura, quam monstrum amplectatur: siquidem ostentum est, quod, præter naturæ ordinem, nascitur, vt fœtus tripes, & vnimanus; deinde omnia illa prodigiosa comprehendit, quę Græci φάσματα nominant. Alioquin ab alijs mōstrum dicitur etiam Portentum, quia, iuxta primam etymologiam, aliquid futurum portendat. A' quibusdā monstrū nomine prodigij circumfertur, cum monstrum sit quasi Porrodigium, quia porrò dicat, & aliquid venturum præsignificet, quam significationem ex auspicijs haurire videntur. Nihilominus hæc nomina sępissimè confunduntur, & alterum pro altero ab Authoribus vsurpatur: quamobrē Cicero libro primo de Diuinatione optimè scribebat monstra, ostenta, portenta, & prodigia appellari, quoniam mōstrent, ostendant, portendant, & prædicent.

Ostenta, portenta, prodigia, & mōstra quę

Si ad Græcos animum conuertamus, pariter in hanc nominum confusionem incidemus. Etenim Aristoteles aliquando τὰ τέρατα ἁμαρτήματα τῆς φύσεως appellauit, nimirum monstra errata naturæ: vbi Theodorus Gaza portenta reddidit, nec fortè præter rationem, cum τέρας scilicet monstrum παρὰ τὸ τήρειν deducatur, nempe à nuncio tanquam monstrum sit signum, quo summus Deus ad aliquod nunciandū

Lib. 4. de Gen. An. c. 4

Synonima græca

vtatur: quãuis Niphus in Commentarijs portenta non esse in hoc genere astruat. Siquidem, φάσμα, iuxta sententiam eiusdem Aristotelis, in meteorologicis, propriè monstris cœlestibus, nempe portentis, & prodigijs competit: nihilominus hoc etiam vocabulum nonnulli authores pro monstro vsurparunt. Aliter apud Græcos τέλωρ exponitur quidem monstrum, sed potius id, quod ingentem, & immanem, molem præ se ferat, quasi τέλας ὄρους ὃν τῷ μεγέθει, quoniam sua magnitudine montem ferè adæquet. Idcirco Apollonius in Argonauticis aliquando, in nominandis Gigantibus, hoc vocabulo vsus est: quamuis postea idem author alibi, ad indicandum partum monstrosum, eandem vocem adhibuerit. Alij Græci μῶστρα ἀτερπόλια indigitarunt, quasi quod hæc vox ἀτερπόλιος rem monstrosam, & prodigiosam significet, sed tamen plerumq; aliquid vanum, & irritum denotat: quapropter ova illa auium proprie dicuntur ἀτερπόλια, quæ sterilitate non carent, cum tamen hoc vocabulum partus etiam degeneres comprehendat.

Lib. 1.

Lib. 2. Argon.

A

Cap. 13.

Monstrum hebraicè, vt habetur in Deuteronomio, vocatur Mopeth à verbo Haphah, nimirum illuxit, vel à verbo Pathah persuasit, quoniam monstra, & portenta homines, quibus ventura prædicunt mala, ad meliorem mentem reuocent. Germanicè E in vuunderging, E in vnnaturlich. Hispanicè Milagro, Gallicè monstre, Italicè mostro nominatur.

DIFFERENTIÆ.

B

Lib. 4. c. 3.

Libr. 11. Orig.

MONSTRORVM Differentiæ ita cognitu sunt difficiles, vt sybilla interprete indigere videantur. Quandoquidem tot authores in illis exarandis, tot sententias in medium protulerunt, Aristoteles, in historia generationis animalium, has ad tria præcipua capita, nempe ad abundantiam, & defectum partium, necnon ad præposterum, & peruersum naturæ ordinem in situ earumdẽ reduxit. Auerroes in Commentarijs ad eundem locum Aristotelis partus monstrificri quatuor constituit species, dũ harũ alias in numero, alias in quantitate, alias in qualitate, & alias in situ discrepantes prædicat. Isidorus primùm considerat monstra magnitudinis, & paruitatis corporeæ, sicq; Gigantes, & Nanos complectitur, deinde, ratione magnitudinis, & paruitatis membrorum, fœtus cum magnis, vel paruis partibus natos non excludit. Tertiò superfluitatem, & defectum partium respicit, vt infantes trimanos, vel sine manibus, & alijs partibus huius generis, comprehendat. Quartò meditatur monstra secundùm partem transformata veluti partum cum capite canis natum, vel transfigurata in alienam naturam, veluti serpentem ex muliere ortum. Quintò mutationem situs partium, veluti oculum in pectore, & iecur in sinistrò hyppocondrio contemplatur. Sextò præcocem partium creationem, vt infantem cum dentibus, vel barba, vel capillis canis, ab vtero exeuntem admiratur. Septimò in arenam adducit complicationem plurium differentiarum monstrificarum, quam fœtus cum capite leonis, & pedibus vituli repræsentare potest. Octauò tandem affert permixtionẽ generis, vel sexus, quam differentiam hermaphroditi constituunt.

C

Præcox genesis partiũ

D

In comment. ad probl. Arist.

Clarissimus Septalius ad triplex genus humana monstra reducit; cum aliquid fieri extra intentionem, & facultatem naturæ, & à parentibus discrepare trifariam contingat. Primò quoad substantiã facti, & quoad id, quod fit, quod est maximum, deinde quoad id, in quo fit, quod est longè minus, & tertiò quoad modum, & ordinem faciendi, quod adhuc minus excedit, & minus est dissimile. Ad primum genus illa refert monstra, quæ secundùm totum, vel secundùm partes, nempe quoad modum, & ad id, in quo fit, & quantum ad id, quod fit, & ad substantiã facti, à facultate naturæ, & à similitudine parentum recedunt, & hæc monstra supremum gradum occupãt, quia nunquam ratio nem finis subeunt; veluti quando in humana specie, monstra figuram bruti, vel in toto, vel in aliqua parte gestant; quoniam parte s bruti non solum eo modo, in quo fiunt, facere vellet, sed nec etiam in

Monstra tri fariam discrepant.

humanã

humana specie operari vllo modo vellet, quod spectat ad substantiam facti: quocirca dissimilitudinem non solum accidentalem, & individualem, verum quoq; specificam à parentibus habent. Ad secundum genus trahit illa monstra, quæ superfluis integrata membris in lucem exeunt; cum natura, illas quidem partes procreare vellet, sed non tamen in eo, in quo fiunt, nec eo modo; quamobrem duplici ratione à parentibus discrepant. Tertiò, & postremo generi Septalius illa monstra assignat, quæ partibus non rectè dispositis constant: siquidem natura illas quidem vult formare, sed non tamen eo modo, & ordine: hinc neq; quantum ad id, quod fit, neq; quantum ad id, in quo fit, sed solum in modo erratum contingit.

E Ioannes Georgius Schenchius, in opusculo de monstris, iuxta abundantiam, & inopiam materiæ, nec non iuxta malam qualitatem eiusdem, & imaginationem genitorum, varias monstrorum differentias discriminat. Quandoquidem ad luxuriem materiæ, gemellos connatos, bicipites, quadrimanos, tripedes, gigantes, & hermaphroditos reducit; deinde ad eiusdem materiæ defectum, nanos, acephalos, vnimanos, & apodes refert. Deniq; prauæ qualitati materiæ, & imaginationi parentum cæteras turpes, & absurdas hominum, & aliorum brutorum conformationes assignat. *Differentia ex Schēchio*

Vir musarum, charitumq; munificentia ornatissimus Vlysses Aldrouandus in quodam Catologo suorum operum, quatuor monstrorum differentias constituit, in quarum prima monstra ob excessum, & defectionem reponuntur, in secunda
F sunt, quæ ex congressu animalium diuersæ speciei prodeunt, in tertia locantur, quorum causæ ad imaginationē referuntur, & deniq; quartam differentiam constituunt illa monstra, quæ à causis non sublunaribus dimanant.

Benedictus Pererius multò plures monstrorum differentias assignare videtur, dum inquit multa esse monstrorum genera, cum monstrum multifariam effici possit, nimirum in sexu, vt si fuerit aut incerti sexus, aut habuerit vtrumq; cuiusmodi est Hermaphroditus, Secundò propter aliquam qualitatem, veluti si habeat nimiam crassitiem, aut tenuitatem, aut aliam quampiam notabilem, & inusitatam qualitatem. Tertiò in excessu, aut defectu magnitudinis, veluti si membra fuerint iustò maiora, vel minora. Quartò in situ, veluti si partes præter naturalem consuetudinem sint transpositæ. Quintò in figura, veluti si homo sit figura non recta, sed prona, more quadrupedum, vel si homo habeat faciem, aut aliam partem non humanā,
G sed ferinam. Sextò in victu, & moribus. Etenim qui humanis carnibus vescuntur, veluti Anthropophagi inter monstra, & portenta Humanæ naturæ recensenda sunt. Septimò in numero, veluti si homo biceps nascatur, vel cum senis digitis, aut sit monoculus, vel vnipes. Cæterum, vt nostra fert opinio, Pererius, in assignandis his differentijs, à cæteris non multum dissentire videtur: nam præcitati Authores, in enumerandis his differentijs, per generica capita progressi sunt; cum ipse ad differentias magis specificas accesserit, ad quas non commodè reduci possunt differentiæ monstrorum ratione temporis, veluti infans cum barba vel dentibus natus, de quo suo loco verba fient. *Lib 7. de princip. nat.* *Differentiā à tempore sumptam nō recenset. Li. 4 pract. cap. 7.*

Alexander Mussarias vir non vulgariter eruditus monstra esse quidem errata naturæ statuit, sed hęc omnia errata, minime recedēs à doctrina Galeni, ad affectus
H in mala compositione reducit. Siquidem Galenus, expeditis morborum partium similarium differentijs, alterius generis morbi partium instrumentalium meminit, quod mala constitutio, vel praua membrorum compositio nuncupatur. Harum igitur partium affectiones vel sunt simplices, vel compositæ, his postpositis, ad quatuor affectus simplices partium organicarum accedit, quorum primus est turpis conformatio, vel forma corrupta; secundus est magnitudo vitiata, Tertius numerus partium deprauatus, Quartus demum est situs earumdem partium vitiosus. Forma in primis trifariam deterior redditur, vel propter naturale vitium figuræ in vtero contractum: nam Galenus in Arte medicinali, obseruasse fatetur ventriculum, vesicam, & hepar, ob inatæ conformationis vitium, sua munia perperam obiuisse. Deinde forma partium corrumpitur propter aduentitium, & externum figurę vitiū, quod post natiuitatem contingit, huius exemplum luxatio, & fractura malè curata esse potest, & hæc monstra arte parata reduci possunt. Tertio forma turpis redditur, *In Lib. de morb. caus. cap. 7.* *Forma trifariam vitiatur*

amiſſis cauitatibs, & meatibus, quos natura alicui parti valde patentes deſtinauit. Id accidit quando meatus fiunt magis paruli, quando coalescunt, quando conſtipantur, & a parte proximiori comprimuntur, & demum quando concidunt, contrahuntur, & ab humoribus craſſis, & viſcidis obſtruuntur. Tertiò, & poſtremò figura a leuitate, & aſperitate partium vitiatur, quę natura ſua vel leues, vel aſperæ eſſe deberent, & nihilominus oppoſitam naturam ſortiuntur, & huc referenda eſſent illa monſtra, quæ in cuti aſperitates, & leuitates quaſdam præter naturam poſſident. Pariter magnitudo partium, vel ante, vel poſt natiuitatem, vitium auctionis, & diminutionis contrahere poteſt: item numerus, vitio defectus, & abundantiæ, ſiue naturali, ſiue non naturali premitur: nimirum quando quis cum ſex digitis, vel cum quatuor tantùm in lucem emergit, & poſt ortum id contingit veluti ſi pterigium in oculo creſcens viſionem obtenebret, aut quando partes mutilantur, vel radicitus auferuntur, idq; monſtro artificiali competere poteſt. Deniq; ſitus partium labem contrahit, veluti ſi lien dextrum hyppocondrium occupauerit, & poſt natiuitatem quando inteſtina deſcendentia hernias conſtituerint: hæc igitur fuit opinio clariſſimi Maſſariæ, quæ vt noſtra fert ſententia, a veritate minime recedit.

Magnitudo quomodo, & quando lædatur

A

Alij, ratione ſubiecti, monſtrum in hominem, in brutum, & in plantam diuiſerunt. Alij hanc diuiſionem a materiali principio hauſerunt, ratione variæ conſtitutionis, & deformitatis membrorum corporis, quæ vitiantur, dum monſtra generantur. Alij conſiderant fœtum in animali degenerantem ſecundùm ſe totum, vt legitur apud Ioſephum Hebreum, de vacca agnum pariente, vel degenerantem tantummodo ſecundùm partes, quia ſint inutiles, ob defectum motus, vel quia deficiant propter magnitudinem, & paruitatem, vel propter ſitum, vel propter figuram; quemadmodum paulò ante ad mentem Galeni exaratum eſt. Demum ratione temporis, Aliqui monſtra diſcriminant, cum alia in vtero materno, & alia extra vterum procreentur: quamobrem Cardanus affert exemplum de quodam infante in ſyluis expoſito, qui vna cum lacte non ſolum mores ferinos, ſed etiam vultum, vngues, & caudam eſt adeptus, quod monſtrum in Myſnia comprehenſum fuit. Habemus quoque in ſacris paginis exemplum Regis Nabuchodonoſoris, qui per ſeptennium in nemoribus degens, creſcentibus capillis, & vnguibus, & eſu fœni, Feram prorſus æmulabatur, ſed hoc ſupra vim naturæ accidiſſe credendum eſt.

L. 7 de bell. Iudaic.

Lib. 18. de Subtil.

B

Fortunius Licetus multiformi eruditionis ſuppelectile inſtructus, qui hodie Philoſophiam in ſede eminenti Bononienſis Archigymnaſij profitetur, in ſua monſtrorum hiſtoria, magis ſcientificam diuiſionem molitur, dum ratione eſſentialis monſtrorum formæ, nimirum corporis partium compoſitionis vitiatæ, monſtrum in vniforme, & multiforme diſtribuit. Vniforme vocat illud, quod habet partes repræſentantes membra vnius ſpeciei viuentis, & multiforme appellat, quod integratur ex partibus æmulantibus membra viuentium diuerſæ ſpeciei. Poſtmodum vniforme monſtrum diuidit in mutilum, veluti eſt fœtus ſine manibus, & in excedens, quemadmodum eſt infans biceps, & in monſtrum ancipitis naturæ, veluti eſſet fœtus duplici capite refertus, & carens pedibus. His addit monſtrum diforme, vti partum cum membris tranſpoſitis, necnon monſtrum informe, vti puellum rotundum, & demum enorme, quod genus monſtri a fœtu ſemilapideo repræſentatur.

C

Monſtrum vniforme, & multiforme.

Omnes igitur prædictæ diſtinctiones, & differentiæ doctæ ſunt, & eruditæ, ſed cum noſtra interſit in præſentia monſtrorum genera multo plura comprehendere, & explicare, prædictas diuiſiones ampliabimus; & monſtrum iuxta ſubiectum hominis, bruti, plantæ, & rei inanimatę, in quatuor ſuprema genera diſtribuemus. Ratione rei inanimatæ bifariam monſtrum conſideratur, vel quatenus generatur in aere, & ſic meteora extraordinaria comprehendit, de quibus in poſtremo capite huius operis verba fient. Vel producitur in terris, & eſt duplex, nimirum naturale & artificiale. Naturale eſt aliquod ſimulacrum a natura in ſaxis delineatum vel cęlatum. Narrat enim Euſebius Ieſuita reperiri, in inſula Mona, ſaxum humano fœmori conforme, cui inſita virtus eſt, vt ſpatio quantolibet aſportatum proxima per ſe nocte reuertatur. Ex eodem authore, in Dominici præſepij Aquilonari latere interiori conſpicitur lapis venerandum ſenem barba oblonga repræſentans, quam effigiem natura laudibunda lineis nigricantibus tanto artificio expreſſit, vt omnibus

D

Diuiſio ampliar.

Lib. 2. de mirac. nat. Europę

indeſtrię

industriè depicta videatur. Sunt qui miraculo rem adscribant, & Diui Hieronymi iconem exprimi putent. Referente eodem authore, in loco vbi Sanctus Stephanus lapidibus fuit obrutus, eius imago saxo impressa conspicitur. Immò ex eodē, in saxo quodam Cedronis, aut Vallis Iosaphat, expressa videntur signa manuum, & pedum Christi Domini, qui vinctus, & violenter tractus super illam ruperem cecidit. Idem narrat, saxum quod Eliæ Prophetæ quondam pro lecto fuit, eiusdem effigiē repræsentare. Hæc supra vim naturæ esse concedamus, & alia huius generis admentem Olai Magni referamus, qui in Regione Ostrogothorum saxa in quodam flumine esse prodidit quorum aliqua humanas manus, alia pedes, alia brachia, & E alia caput referunt: ideo Incolæ huiusmodi spectaculis assueti nulla admiratione detinentur. Quid plura? in quibusdam Torrentibus nostræ Regionis saxa aliquando inueniuntur, quæ ita industriè à natura sunt cælata, vt panes, caseos, pyra, & etiā animalia exprimant. Meminimus vidisse magnum frustum venæ miniariæ in fodinis inuentum, quod Acathem, Chrystallum, Smaragdum, & Ametistum præ se ferebat, id animali monstroso ex partibus diuersæ speciei integrato assimilari poterat. Monstrum similiter artificiale in rebus inanimatis obseruatur, dum cælator ob inscitiam in saxo monstrum sculpit, dum pedem vnius animantis, & aures alterius in cælatura fingit, id præstat etiam Pictor imperitus, qui sæpè animalia, quorum effigiem, & lineamenta ignorat, cum omnium admiratione, monstrifera depingit.

Figura varia in saxis

Saxa à natura sculpta

Monstra artificialia in rebus inanimatis.

Si res animatas contemplemur, & primum plantas, in his pariter monstrum naturale, & artificiale procreatur. Naturale est, quādo herba mōstrifica à natura generatur, artificiosum monstrum est, quando fructum alicuius plantæ crescentem ad F formam alicuius vasis reducimus, & cucumeres crescentes vinculorum angustijs ad formam anguium producimus.

Monstra artificialia in plantis.

Si consideremus bruta his etiam monstra naturalia, & artificialia contingunt. Naturalia plerumq; sunt bigenera, quæ ex congressu brutorum diuersæ speciei oriuntur: vnde de mula hoc ænigma legitur.

Dissimilis patri, & matris diuersa figura
Confusi generis generi non apta propago,
Ex alijs nascor, nec quisquam nascitur ex me.

Et cętera huius generis, veluti Canes Indici ab Epirotarum Rege Alexandro Magno dono dati, qui ex Canibus, & Tigribus progeniti esse ferebantur: necnon G Thoes, iuxta mentem Oppiani Poetæ, quæ animantes ex Panthera, & Lupo, aut iuxta sententiam Pollucis, ex Vulpe, & Lupo prodibant, quoniam hæc animalia vocem Vulpis æmulabantur. Præterea Aristoteles in Historia Animalium, has procreationes adulterinas in auibus quoq; & piscibus admittebat, Hac de re idem Philosophus in eadem Historia hæc verba protulit. Semper enim aliquid noui Africa afferre dicitur, quoniam diuersa Animalium genera congrediantur, ob aquæ penuriam terræ illius, cum ad loca rigua ibi pauca multa animalia conueniant: vnde, ex mente Aristotelis, animalium bigenerum generationes non improbantur. *Lib. 2. c. 5.* Nos igitur possumus tantum reijcere illos fœtus adulterinos, quos nonnulli, ex animalibus natura, temperamento, & magnitudine discrepantibus prodire affirmant.

Artificiosa quoq; monstra in brutis parantur, quemadmodum si canis recenter H natipedes anteriores amputentur, nam cito vulnere curato, pedibus posterioribus progredi cogitur. Hæc monstra vel fiunt statim post ortum, vel tractu temporis: nouimus enim Circumforaneum, qui insolentis cuiusdam cynocephali pedes anteriores ira percitus truncauit; nihilominus bestia curata conualuit, & semper erecta pedibus posterioribus gradiebatur.

Monstra artificialia in brutis.

Si conuertamus animum ad hominem, adhuc in monstra naturalia, & artificialia incidemus, hæcq; artificiosè parata iuxta tempus differunt, siquidem vel fiunt monstra statim ab vtero, vt obseruamus in illis, qui Phasim habitant, caput valde acutum habentibus, nam eorum caput statim post ortum adhuc tenerum, & molle manu obstetricis fastigiatur: cum olim illa gens caput acutum ad gentem generosissimam spectare existimaret, & nulla alia natio tali capite referta esse videtur. Deinde tractu temporis in hominibus etiam adultis, ob partes mutilatas, vel prorsus truncatas monstra contingunt: etenim sæpè milites mutilatis brachijs, & resectis pedi-

Monstrum artificiale in genere humano est duplex.

bus ex bello redeuntes conſpiciuntur.

Si monſtrum ſit naturale ab humano vtero emergens, aduertendum eſt, quòd diſcrepabit ab effluxionibus, & à Molis, quæ pariter ab humano vtero prodeunt. Nam Mola, iuxta ſententiam Ariſtotelis, eſt caro in vtero mulieris concepta, & Ariſtoteli Galenus multis in locis adſtipulatur; ſed ambo hi clariſſimi viri hanc ſententiam ab Hippocrate hauſerunt, qui in lib. de Morbis mulierum, & in libro de ſterilitate, molam improbum, & vitioſum conceptum appellat, carnemq; eſſe confirmat. Hinc poſtea Aetius, & Paulus Aegineta anſam dicendi arripuerunt, molã eſſe carnem informem in tunicis vteri conſiſtentem, quæ, inſtar conceptus, in lucẽ egrediẽ. Vocatur autẽ mola, quia inſtar lapidis molaris difficulter mouetur, & à medicis ad morbum in numero reducitur; ſed dicitur informis, non quia omni planè forma careat; habet enim mola figuram variam, & maiori ex parte rotundam: ideo Leuinus Lemnius medicus inſignis narrat ſe nouiſſe mulierem quandam in vtero geſtantem, quæ poſt ſpatium nouem menſium edidit maſſam informem rotundam, cui vtrinq; duæ anſæ erant annexæ. Nuncupatur ergo mola informis, quoniam à figura humana ſit aliena. Nichilominus in muſæo Illuſtriſſimi Senatus Bononienſis iconem molæ cum rudimentis humanæ formæ inuenimus (cum nomine hoc. Mola anthropo morphos) quam in gratiam lectoris hic dare non piguit; hæc fortè non erit abſimilis partui cuiuſdam mulieris Auguſtæ Vindeleciorum, quæ anno trigeſimo primo ſupra ſeſquimilleſimum, caput humanum multis inuolutum membranis enixa eſt.

L. 4. de Gen. Anim. c. 7.
L. 14. de vſu part. cap. 7. & lib. 14. meth. c. 13.
Mola Etymum.

A

B

Mola anthropomorphos.



D

Differentiæ molarum

Hic autem eſt notandum ſecundum nonnullos, quod molarum aliæ ſenſu, & motu carent, aliæ aliquot horis ſentiunt, & mouentur, aliæ ſunt planè informes, aliæ aliquam formam ſortiuntur, vt illa mola anſis decorata à Leuino Lemnio memorata, quæ cum palpitatione ab vtero exiuit. Hæ poſtremæ molæ potius ad monſtra, quàm ad molas reducendæ ſunt; harum cauſam ſi quis inquirat, petat Hippocratẽ, qui in lib. de morbis mulierũ docebat copioſos menſes morboſum ſemen excipiẽtes ad morborum cauſas eſſe referendos. Præterquamquod habemus aſſertum Auerrois in Comment. ad Ariſtotelem, qui tradebat molarum potiſſimam cauſam eſſe, quia natura inter ſemina, ratione qualitatis, & quantitatis, non concordat.

L. 4. de gen. An. cap. 7.

Poſt effluxiones, molas, & abortus, fœtus ſtatuto tempore ab vtero egrediens diſſimilis genitoribus erit monſtrum naturale, quod erit, vel ſimplex, vel bicorpor, & vtrumq;

& vtrumq; iuxta variam discrepantiam internarum, & externarum partium erit varium: namq; vel differet in vna, vel duobus, vel in maiori numero partium vt contingit in monstris raræ, & insolentis speciei, de quibus in Rubrica præfagiorũ agetur. Vel partes etiam conformes partibus genitorum erunt plures, vel pauciores, vel deturpatæ, vel extra propriam sedem locatæ, vel ratione figuræ curuæ, vt fetus, ritu quadrupedis, gradi cogatur. Aut fœtus in sexu erit vtriq; genitori similis, vt hermaphroditus, aut à genitoribus secundum totum discrepabit: quemadmodum si animal diuersi generis in lucem edatur, quod accidit mulieri canem, aut serpentem parienti. Deniq; partus in ortu parentibus erit similis, sed tractu temporis cum debitam hominis staturam non adæquet, erit Nanus, & si staturam consuetã excedat, fiet Gigas. Cæterùm huiusmodi monstrorum species raró simplices, & plerumq; complicatæ inueniuntur veluti suo loco obseruabitur.

Monstrana paralia quæ

DEFINITIO.

IN examinanda interna monstri natura, & definitione, consulendus est Aristoteles plurib⁹ in locis. Siquidem in historia generationis animalium, monstrum esse statuit oblæsionem rei, præter eius naturam, in his, quæ non semper, sed vt plurimum agunt eodem modo. Idem Aristoteles in physica Auscultatione hæc habet verba. *Fit autem, & in hisce peccatum, quæ per artes conficiuntur: scripsit enim Grammaticus non rectè, & potionem medicus non rectè porrexit. Quare patet, & in hisce fieri posse quæ natura conficiantur. Quod si aliqua sint in arte, in quibus tam quod rectè fit alicuius efficitur gratia; in ijs autem, quæ peccantur gratia quidem alicuius ars aggreditur facere, sed non assequitur illud, similiter, & in naturalibus erit, & monstra peccata erunt illius, quod alicuius gratia fuit. Rectis igitur compositionibus, ea, quæ partim ex hominis partibus, partim ex bouis constabant, si non ad aliquem terminum, finemq; poterant peruenire, aliquo sane principio perinde, atq; nunc semine labefactato corrupto vt fiebant.* Hinc decreuit monstrum esse naturæ vitium, finem destinatum non assequentis, propter aliquod impedimentum quemadmodum in rebus etiam artificiosis contingere solet: nimirũ quando artifex' conceptum iam in mente finem assequi minime valet. Cum igitur ad mentem Philosophi natura in procreandis monstris quodammodo à proprio genere degeneret, non erit asserendum homines auritos in Oceano septentrionali habitantes, & alios huius generis, de quibus, in primo capite, verba fecimus, inter monstra esse collocandos, quoniam in suo ortu à proprio genere non recedunt. Itaque cum definitio, authore Aristotele, ex proximo genere rei definiendæ, & differentijs essentialibus integretur, & monstra admirabili deformitate suam naturam constituant, non præter rationem clarissimus Licetus, in suo monstrorum opere, asseuerabat, monstrum esse subcœleste viuens, enormi membrorũ constitutione horrorẽ cum admiratione intuentibus incutiens, raró admodum nascens, & secundariò naturæ instituto genitum propter impedimentum in principijs suæ conformationis. Siquidem quando natura perfectissimum opus moliri nequit, imperfectum efficit; propterea statuẽdum est monstra ex secundario naturæ instituto, propter aliquod impedimentum prodire. Verùm hoc genus monstri non solùm speciem humanã, sed brutorum, & itiam complectitur: præterea hac definitione monstra tantummodo propria comprehenduntur, cum quædam res apud vulgum monstrosæ excludantur. Item bruta ex muliere orta non vera monstra nuncupantur, cum nullam admirationem, nisi in comparatione ad genitores, intuentibus afferãt; licẽt eorum origo monstrosa fuerit.

Lib. 4. c. 4.

Li. 2. Phys. text. 82.

Definitio adæquata.

Quæ vera monstra non sint.

Nos autem in præsentia iuxta diuisionem monstrorum superius allatam, possumus sectari opinionem Donati, qui monstrum omne præter naturam appellabat, sicque definitionem adeo dilatare poterimus, vt multò plura comprehẽdat, asserentes monstrum esse quodcumque sublunare non iuxta consuetam naturæ normam fabricatũ,

quod

quod propterea aſpicientes magna afficiat admiratione. Etenim ſi ad mentem Ariſtotelis, monſtrum eſt peccatum naturæ, dum finem, aliquo principio corrupto, aſſequi non poteſt; hinc proculdubio colligendum eſt, monſtra in omni genere rerum naturalium, præterquam in elementis, contingere poſſe, cum cunctis pateat, naturam interdum à ſuo fine deuiare, ſed hoc erratum naturæ in rebus inanimatis eſt obſcurius, & magis ignotum, quia minus obſeruatum, in animalibus autem, & plantis manifeſtius, ſed poſtea in animantibus frequentius, propter duplicem rationem: primò quoniam ſemen animalium mollius, & humidius eſt, quàm ſemen plantarum, ideoq; cuilibet alterationi, & corruptioni magis obnoxium, & ad quaſlibet affectiones recipiendas magis idoneum eſſe perhibetur: deinde quoniam generatio animalium multo difficilior eſt, quam procreatio plantarum, & pluribus indiget, quibus deficientibus, animal monſtrificum gigni eſt neceſſarium.

Monſtra cõtinguntin omni genere rerum naturalium

A

NATVRA.

SI in præſentia monſtrorum mores inueſtigentur, hoc ab inſtituto noſtro non eſſe alienum arbitramur: propterea quod id non in monſtris brutorum, ſed in monſtris humanis tantummodo inquiritur, & eò magis, quoniam monſtrificus homo moderatis moribus eſſe non poteſt; & præſertim cum Ariſtoteles de phyſionomia verba faciens, ad Alexandrum ſcripſerit, quod albedo liuida, vel flaua ad hominem fallacem ſpectat, & ſi prædictis effigies monſtrifera addatur, tunc homininem, & natura, & mente diminutum prædicat. Idcirco ab homine huius generis, ſeu aliqua parte mutilo, tanquam ab inimico pertinaci cauendum eſſe promulgauit. Itaq; homines monſtroſi, deformes, & mutilati, iuxta doctrinam Ariſtotelis, temeritate redundant, cuncta abſq; iudicio proferunt, & deniq. verbis ſuis intempeſtiuè laſciuire ſolent. Nec præter rationem, cum vulgatum adagium doceat, pedibus claudicantem, animo quoq; claudicare: hodie dicimus homines turpibus notis à Deo inſignitos eminus eſſe ſalutandos. Quandoquidem Gibbi, Strumoſi, & alijs vitijs corporeis referti exteros facilè circumueniunt, verba dant, impoſturas faciunt, & deniq; ad mouendum aliorum animum, technis, præſtigijs, & vaframentis agunt: conſtat enim quod vitioſum corpus vitioſæ naturæ certiſſimum ſit ſimulacrum. Id totum ſtabiluit Homerus in ſuo Therſite, quo alter turpior, & Seditioſior inueniri non potuit; de quo diſtichon græcum ſic latine ſonat.

Vitioſum corpus eſt vitioſæ naturæ.

B

C

Vt pede, ſic animo es claudus, namq; extera membra
Interna mentis ſunt ſimulacra tua.

Quid autem de moribus monſtrorum alterius generis dicendum ſit in præſentia non ſuppetit, ſolummodo memoriæ mandandum eſt, quòd monſtra ijs erunt imbuta moribus, qui à dominio partium pendere poſſunt.

D

DENOMINATA.

VNT quædam nomina adiectiua à monſtro deducta, vt monſtroſus, & monſtroſiſſimus, quæ quodcumq; præter naturam ſignificant: quêadmodum monſtrifer, & monſtrificus, quæ nomina aliquid monſtri referens indicant. Quamuis aliquando per translationem monſtroſus homo pro vitioſo, & fabula monſtroſa pro turpi vſurpetur. Pariter apud Græcos τερατώδης, τερατικὸς, & τεράστιος monſtroſus dicitur; hinc τερατεία pro narratione monſtroſa ſumitur. Alioquin τερατοφόρος ad monſtriferum refertur, & τερατωπὸς eſt aſpectu monſtroſus, & portentoſus. Cum τερατοσκοπος ex ponã-

Monſtroſus pro turpi

exponatur ille, qui portenta intuens, aliquid inter prætatur, vel quiex facie monstrorum, futura præsagit. Aliter τερατολόγος vocatur, qui de monstris sermonem habet, aut qui prodigiosa narrat, aut qui verbis monstrosis vtitur: hinc dimanat τερατολογία, quæ monstrosam, & prodigiosam narrationē significat, quamuis etiam hoc vocabulū ad historiam monstrorum trahi possit, in qua de monstris perfecta narratio habetur.

Historia mōstrorum quomodo græcè vocetur

Cæterum τερατουργός appellatur homo, qui monstrosa, & nunquam visa præstat, veluti est prælligiator; hinc τερατουργία effectus prodigiosi operis appellatur: vnde etiam τερθρευτὴς, quasi τερατευτὴς, nimirum præstigiator, & impostor deducitur. De-
B niq; ad rem nostram spectat τερατοτόκος nomen fœminini generis; sic enim appellatur, quæ monstra parit; vnde postmodum τερατοτοκία nimirum partus monstrosus nascitur.

EPITHETA.

E VM monstrum, ob rei nouitatem, & insolentiam formæ, grauiadmiratione humanam inuadat mentem, iure optimo mirabile appellarūt. Deinde informe, turpe, deforme, & enorme dixerunt, quoniam à natura perperam fuerit figuratum: hinc, iuxta deformitatem, quia horrorem aspicientibus incutiat, horrificum, horribile, horrendum, & terrificum cognominarunt, sed iuxta hunc sensum, Homerus vocauit πελώριον δῖνον scilicet monstrum terribile, & formidabile: veluti in Odyssea δεινὸν horrificū, & horribile. At Theocritus in Idilijs monstrum vocitat ἀμυλίκτον, quoniam mulcerinon queat, cum asperum, & rigidum, sit, sed ibi monstrum sumitur in sensu diuerso à nostra significatione, quemadmodum etiam Oppianus in Alieuticis, qui monstrum πολυδήριον contentiosum, & controuersum indigitauit. Hoc quidem exploratum, & certum est, quòd monstrum ab enormi alicuius membri magnitudine vel multitudine membrosum dicitur, iuxta carmen Mantuani.

L. 2. Illiad.

Vidimus ingentes laruas, membrosaq; monstra

G Cæterum si talis deformitas ad caput attineat, capitosum appellari poterit, iuxta aliud carmen.

Monstrum cur membrosum

Quod genuit proprio capitosum sanguine monstrum.

Itaq; si aliquando contingat, vt Authores monstrum grande, immane, & ingens vocitent, tunc staturam gigānteam respiciunt; sed quando monstra exitialia, fatalia, & minacia appellant, tunc monstra tanquam portenta, & prodigia contemplantur, quatenus aliquid prædicere possunt; iuxta assertum Valerij Flacci.

Interea augurijs, monstrisq; minacibus vrbem
Territat.

Verùm quando apud Poetas monstrum rabidum, efferum, infame, trux, ferum, furiale, dirum, pestiferum & impium legitur, sciendum est, quod tunc sermo habetur
H de monstro sumpto in diuerso intellectu ab illo, de quo in præsentia loquimur. Satius esset, iuxta nostrum significatum vti vocabulo, quod adhibet Hesychius, scilicet ὑπερφυὲς, quæ vox quid naturæ modum excedens, vel quid admirandum significat, & vtrumquè in monstro obseruatur; quemadmodum in definitione superius allata fuit explanatum.

SIMV-

SIMVLACRA.

Semones qui.

VISSE monſtrifica illa Ethnicorum ſimulacra nonnulli aſtruunt, quibus ipſi Semones, aut Semihemones, nempe ſemihomines exprimere conabantur; cum olim hominem Hemonem cognominarent, monſtroſi igitur hi fuiſſe videntur, quia partim ex membris humanis, partim ex membris Ferarum integrarentur. Verum id nequaquam aſſerendum eſt, quia Deos minores hos ſemihomines Antiquitas vocabat, non ſolum quia circa leues operationes occuparentur, ſed etiam quia naturam hominis, & naturam Deorum maiorum participarent. Hoc quidem certum, & exploratum eſt Fortunam monſtroſam, nimirum duplici facie priori hilari, & poſteriori meſta ab Ethnicis fuiſſe depictam. Quapropter Gunthius poeta libro primo de Geſtis Friderici fortunam monſtrum biforme his verſibus nuncupauit. A

Fortuna dicitur biformis.

Atq; tibi toties conatum illudere frustra
Fortunam, vulgare parem monstriq; biformis
Ambiguos vultus.

Apelles quoq; egregius pictor talem fortunam ſic ſed ſedentē figurare ſolebat, & de hoc interrogatus reſpondebat: quia non ſtat. Poſteaquam de ſimulacro bicipiti verba fiunt, non erit ab re in memoriam reuocare monſtrificam iconem duobus inſignitam capitibus à Ripa effigiatam, vt Prudentiam demonſtraret: cum vir prudentiæ virtute præſtantiſſimus memoriam præteritorum obliuione non delear, & futura præuidere nitatur. Immó, exeodem authore, Theologia ſimulacro bicipiti declaratur, cuius altera facies iuuenilis cœlum, & altera ſenilis terram intuetur. Hæ facies, referente Diuo Auguſtino ad Volufianum, nobis inſinuant Theologiam in aſſidua meditatione, & amore Dei, & Proximi conſiſtere. Et quoniam hominis biciptis caput alterum, non niſi altero deflexo, attolli poteſt, hinc coniectandum eſt, quod Theologi intellectus ad tam ſublimia non eſt ferendus, vt humanæ conditionis obliuiſcatur, quæ facilè in errata poteſt incidere. Apud eumdem authorem, bicipitis mulieris icon, pedibus aquilinis, & cauda ſcorpionis, Fraudem publicat: ſic enim fallacia multifarijs paranda modis oſtenditur. B

Prudentia Icon qualis

Fraudis icō C

In promptuario Numiſmatum, icon monſtriferi capitis obſeruatur aſſignata Melluſinæ Gotfredi matri, quæ in Gallia, regnante Philippo Roberti filio, vixit, idq; inde originem traxiſſe referunt, quoniam infernæ huius mulieris partes eſſent monſtriferæ: quamuis alij hoc potius monſtrificum caput ad decorandum mulieris gentilitium ſtemma inuentum fuiſſe arbitrentur. Monſtroſum etiam ſimulacrū hominis cum facie leonis Ripa repræſentauit, vt Terrorem exprimeret, cum propriū ſit Leonis primo aſpectu graui metu intuentes afficere. Pariter monſtroſus homo, capite aſinino, apud Ripam cernitur, quo ſimulacro, Ignorantia manifeſtatur: nam veluti aſinus terram aſſiduè intuetur, Inſcius quoq; & Imperitus nunquam oculos ad Solem virtutis attolit. Idem, in pate facienda Gaſtrimargia, monſtroſæ mulieris icone vtitur: hæc enim eſt ventricoſa, & collo ita longo prædita, vt collum Gruis æmuletur: ſiquidem magnitudo ventris ad ganeam ſpectat, & homines gulæediti gruis collum habere deſiderant, vt diuturniore ciborum delectatione fruantur. Monſtrifer etiam iuuenis cœlum meditās apud Ripam viſitur, è cuius capite tanquā à cute orti ſerpentes inter capillos pendent: ſic enim diuinus afflatus exprimitur, quoniam capilli cogitationum ſymbola inter ſerpentes mixti indicant, quòd Peccans, honeſtate poſtpoſita, & inter crimina verſans, cogitationibus nonniſi abominandis redundare poteſt. Hinc Diuus Gregorius in Commentarijs ad primum Regum ſcripſit. *Cogitationes turpes euitare non potest, qui honestatem non habet.* D

In 3. part. icon.

Ignorantia icon.

In 3. part. Icon.

Si monſtroſa ſimulacra multitudine, & forma aurium admiranda, & conſpicienda ſunt, confugiendum eſt ad Ripam, qui iuuenem quadrimanum, & quatuor auribus refertum pingit, vt humana ſapientia demonſtretur; cum olim Lacedemones

non

non solum contemplationem, sed etiam vsum, & praxim homini sapienti necessariam esse existimauerint, propterea hoc in loco praxis, figura plurium manuum, & aliena consilia figura plurium aurium exponuntur. Conspicitur etiam monstrosus homo leporinis auribus insignitus, quem Ripa, in figurando Furto, adhibet: etenim fur timidum leporem æmulatur, dum leui causa ductus semper suspicatur, ne furtū quamprimum detegatur. Idem author, pro Arrogantia, mulierem auribus asininis pingit, cum asinus animal stolidum ignorantię symbolum esse perh beatur: quandoquidem Arrogantia refertus etiam ad munia inhabilis, publica officia affectare non cessat: idcirco Diuus Thomas optimis rationibus eum arrogantem esse asserebat, qui sibi attribuit, quod non habet,

Sapientiæ simulacrū.

Secūda sec. quæst. 22. art. 1.

Insuper Ripa alio in loco iuuenem pariter auribus asininis decoratum cum ligone, & scopa in manu effigiauit, vt vulgus indoctus, & ignobilis intelligeretur, qui bonum à malo non discriminat, & identidem sententiam mutat. Ab hoc dissimile est aliud simulacrum mulieris multis auribus munitæ, quo Curiositatem ostendebat; quoniam curiosus multis eget auribus, vt innumeras nouitates apprehēdere valeat. Quocirca Diuus Bernardus curiosum monachum describens dicebat. *Si videris monachum vagari, caput erectum, & aures portare suspensas, curiosum cognosces.* Præterea icones humanæ cum alis capiti adhærentibus multæ apud Ripam conspiciuntur, dum, in exprimenda Inuentione, in describendo Furore poetico, & in pictura Scientiæ, his vtitur.

Parte 3. icō.

Curiositatis Icon.

Monstrosa simulacra ratione linguæ non sunt omittenda. Nam Ripa monstrificam pingit mulierem cum linguis exomni parte corporis pendentibus, vt mendacium exprimeret: nam variæ hæ linguæ inconstantiam mendacis demonstrant, qui in loquendo à veritate recedit, & apparentiam tantùm veritatis in singulis rebus describit. Item pingitur mulier cū lingua in sincipite, vt Persuasio intelligatur, cum lingua sit instrumentum persuasorium, & apud Aegyptios hieroglyphicum verborum esse ferebatur.

Parte 1. icō.

Si monstrificas manus simulacrorum consideremus: Operatio manifesta declaratur ic one mulieris expansis palmis, in quarum vtraq; figura oculi conspicitur: siquidem ex Priscorum mente manus hieroglyphicum operationis erat, deinde oculus qualitatem operationis demonstrabat, quæ semper manifesta esse debet. Quadrimanum, & bicipitem licet intueri hominem apud Ripam, qui cunctis obligationem manifestat: homo enim obligatus, & deuinctus duplicem induit personam, dum sibi, & alteri satisfacere debeat.

Operationis Icon.

Parte 2. Icon.

Si progrediamur circa inferiores partes monstrificas simulacrorū examinandas, incidemus in picturam mulieris pube tenus, cuius crura ad formandum eticulum supra caput curuantur: sic enim Aeternitas principio, & fine carens à Ripa demōstratur. Alioquin apud eumdem, simulacrum humanum alibi visitur, cuius fœmora in caudas serpentinas terminantur, vt Fallacia exprimatur: etenim qui fucum facit, specie probitatis velata illecebra, hominem in fraudem ducit, siquidem hoc simulacrum supernas partes habet humanas, cum deinceps in serpentes desinat. Similiter, in designanda Hypocrisi, macilenta mulier pedibus Lupinis depingitur cum simulatores extrinsecam agni benignitatem præ se ferant, & postea mentem moribus rapacis lupi imbutam habeant. Tandem Ripa, vt Mundum repræsentaret, effigie hominis cornuti, pedibus caprinis vsus est, de quo monstroso simulacro in Rubrica Hieroglyphicorum verba fient.

In 1. parte Icon.

Hypocrisis Icon. Par. 2. icō.

Posteaquàm in capræ sermonē incidimus, non erit à re nostra alienum monstrosæ chymeræ meminisse, quam Hesiodus monstrum triforme descripsit his verbis.

Ante Leo, retroq; Draco, mediumq; capella est.

Immò etiam Ouidius in Transmutationibus describens hoc monstrum sic canebat.

Lib. 6. metā.

Quoq; chimæra iugo medijs in partibus hircum,
Pectus, & ora lea, caudam serpentis habebat.

Hinc posteà pictores his Poetarum figmentis nixi monstrificum Chymæræ simulacrum expartibus Leonis, Capræ, & Draconis integratum delinearunt. Nos tamen hic damus iconem depromptam ex statua quadam litteris hetruscis exarata, quæ fortè ad Chymæram repræsentandam hunc in modum fuit cælata.

Icon

Icon Monſtroſæ cuiuſdam Chimæræ.



Alioquin iuxtà veritatem historicam, Chymæra mons Lyciæ igniuomus fuisse perhibetur, in cuius fastigio leones versabantur, mediam montis partem pascuam capræ colebant, & demum circa radices montis serpentes nidulabantur. Hinc factus est fabulæ locus, chymæram fuisse monstrum, cuius pars antica erat leonina, media caprina, & postica serpentina; & quoniam Bellerophontes Glauci filius summa diligentia hunc montem habitabilem reddidit: propterea Prisci hoc immane, & efferum monstrum à Bellerophonte mactatum fuisse monimentis mandarunt.

Præterea extat quædam Bembi tabula, cuius titulus est. Typus vetustissimæ tabulæ eneæ hieroglyphicis, nimirum sacris Aegyptiorum litteris exaratæ, in qua, E ad publicam vtilitatem, monstrificæ animantes expressę conspiciuntur, quæ non modò monstrosæ, sed etiam, vt nostra fert opinio, fabulosæ esse videntur: cum ibi multa cernantur animalium simulacra, quæ partim ex lineamentis autum, partim ex lineamentis quadrupedum integrantur. Libuit autem isthæc hoc in loco spectanda proponere, vt nihil nostræ monstrorum historiæ deesset. Primùs hæc tabula quatuor Harpyarum species referre videtur. Quandoquidem ἅρπυιαι rapaces quædam Deæ ab Antiquis esse credebantur, deducto nomine à verbo ἁρπάζω rapio. Sed Hesiodus in Theogonia scriptum reliquit Harpyas fuisse Dæmonia ala-

Tabula Bembi.

Harpyequa fuerint.

Harpyæ prima icon.



ta, quæ homines violentia raperent: idcirco ſi quis ex hominum oculis abreptus fuiſſet, ab Harpyis dilaniatus eſſe dicebatur. Alij Thaumantis, & Electrę filias eſſe ſtatuerunt. Alii Terræ, & Ponti filias crediderunt; qua de re Seruius has Pelagi volucres appellauit, nec immeritò cum Priſcorum multi Harpyas Neptuni filias nominauerint; quia olim Oceanum cunctorum ferè prodigiorum patrem conſtituebant. Virgilius tamen de his loquitur hunc in modum.

Lib. 3. Aeneid.

Triſtius haud illis monſtrum, nec ſæuior vlla
Peſtis, & iratæ Deum Stygijs ſe ſe extulit vndis
Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris
Proluuies, vncæ manus, & pallida ſemper
Ora fame.

A

Vtcumq; ſit, hæc monſtroſa Poetarum nugamenta eſſe arbitramur. Iam accedemus ad primam tabulæ iconem, quæ refert picturam auis, præter faciem, quæ humana eſt, capite cincinnatis capillamentis decorato, pedibus nigris, & ſquamis quibuſdam partes alarum tegentibus: quapropter ex primo aſpectu hanc imaginē Sirenem, vel potius Harpyam Aegyptiorum fuiſſe coniectandum eſt.

Harpya icō qualis

Iam ad ſecundam iconem accedamus, quæ pariter fabuloſam harpyam refert; habet quidem faciem humanam, cum cætera ad auem pertinere videantur.

Tertia refert faciem mulieris cum vaſe apud pedes, ex quo erumpit planta, quæ Palmam repræſentare videtur.

Harpyæ ſecunda icon.



Harpyæ tertia icon.



Prædictis ex tabula Bembi addenda eſt quarta Harpyæ icon, humana facie, cæteris partibus ad auem attinentibus, quam vnà cum alijs ornithanthropon appellare poterimus. Sunt nonnulli, qui Harpyam ſecundo loco conſtitutam quadrialam cognominant: vnde coniectamus hoc animal monſtroſum, prorſus eſſe fabuloſum; cum animalia quatuor alis integrata, & duobus pedibus nixa in rerum natura non reperiantur: eſſent enim contra Doctrinam Ariſtotelis; etenim hæc quatuor alarum prærogatiua nonniſi animantibus exanguibus competit, & tamen Harpyæ inter animalia ſanguinea locabantur.


Harpyæ quarta icon.



Prædictis additur Harpya carcinoformis; & hoc animal, ſi in rerum natura verſaretur, omnes in ſui admirationem traheret: ſiquidem tria animantium genera æmularetur, primò refert caput mulieris cum fronte cincinnata. Deinde duas habet chelas, & octo pedes, ſcilicet vtrimq; quatuor, ritu cancrorum, corpore oblongo, cortice reticulato, in cuius medio duæ lineæ percurrunt, inter quas lineolæ ſunt ductæ ſcalæ gradus referentes, cauda Scorpionis æmula, ſicut in figura ſubiecta licet intueri.

Harpya

Harpya carcinoformis.



Inter monſtrifica Aegypti ſimulacra, animantes corpus Leonis alas, & faciem Aquilæ habentes recenſentur, qui Gryphes nuncupantur: equis vehementer infeſti, ideo non eſt mirum, ſi ab aliquibus Hippogryphes appellentur. Mandauilla tamẽ in ſuo itinerario has beſtias deſcribere videtur tanquam naturales animantes, ex quarum vnguibus pocula parari, & ex pennarum coſtis arcus fabrefieri retulit, ſed fides penes authorẽ maneat. Nos in præſentia ex tabula Bẽbi, horum tria ſimulacra inter ſe diſcrepantia, & vt opinamur fabuloſa, proponemus. Prima icon habet caput Aquilæ, alas ingentes, & cætera membra Leonis, dextro pede quoddam inſtar veru geſtat, & poſterioribus pedibus anguem Aeſculapij calcat: propterea quòd Aegyptij hoc ſimulacro Apollinem indicare ſolebant: hinc veteres Poetæ currum Apollinis à Gryphibus trahi finxerunt, & Phœbum gryphinum cognominarunt: hac de cauſa in numiſmatibus Galieni, Gryphis conſpicitur icon cum titulo. APOLLINI CONS. AVG. *Hippogryphes quę animalia.*

Gryphis prima icon.



Succedit alia icon cuiuſdam monſtrifici animalis in Bembi tabula expreſſi; quod Hippogryphi figuram quodammodo æmulatur: faciem habet humanam cum appẽdice quadam capillari mentum exornante, & cincinno ſupra frontem; deinde ſimulacrum alis auium, & membris cæteris digitati quadrupedis integratur, vt in figura licet conſpicari.

Gryphis ſecunda icon.



Prædi-

Prædicto Gryphonon diſſimile animal expreſſum habetur in eadem tabula; vnde duplici natura conſtare videtur, cum partim effigiem volucris, partim quadrupedis repræſentet. Roſtrum quidem habet auis, ſed caput auribus, & oculis carens, icone Stellæ, & Lunæ decoratur. Cauda quadrupedis inſignitur, cum collo nigro ad pectus vſq; quemadmodum præſens figura oſtendit.

Gryphis tertia icon.



Demum ex eadem tabula monſtroſam habemus iconem, quam libuit Ornithanthropon indigitare, cum, capite auem, & cæteris membris, hominem repræſentet. Habet præterea alas dorſo annexas, & Lunæ figuram ſupra caput: quapropter Lector id totum in ſubſequenti figura meditari poterit.

Orni-

Ornithanthropos.



Inſuper tabula Bembi monſtrificam nobis præbet figuram, cum caput quadrupedis humanum corpus integrer. Hoc ſimulacrum conſpicitur genuflexum, & cum capat lupinum æmuletur, placuit Lycanthropon nominare.

Lycanthropos.



poſtre-

Poſtremò in hac tabula Torquati Bembi aliæ monſtrificæ icones obſeruantur quas huic hiſtoriæ addere libuit, vt nihil illi deſit, quod Lector poſſit deſiderare. Auis quædam ibi conſpicitur, quæ figuram anſeris refert, & penès caput, circa principium colli, duos oblongos habet cincinnos, circa initium ventris cernitur faculus, ſeu ingluuies, more Onocrotali, cum figura dimidiatę Lunæ ſupra caput: quemadmodum icon oſtendit.

Auis Anſeriformis.



Prætera eadem tabula exhibet iconem cuiuſdam auis, alis tam amplis vt magnitudinem totius corporis excedant, quarum vna verſus pedes pendebat, pectore albo punctis nigricantibus maculato, roſtro admodum paruo, & hoc mirandum eſt quia proportioni alarum non reſpondet, prætereaquamquod nulla oculorum figura in capite auis obſeruatur, & pedibus ſupra quemdam circulum quieſcere obſeruatur: veluti in propoſita pictura cernere licet.


Auis

Auis monſtrifera.



Ad finem picturam Arietis bicipitis ſpectandam proponimus, qualis in tabula Bembea obſeruatur. Habet hoc monſtroſum animal in medio duorum capitum duas appendices fortè laneas, quæ flammam ignis referunt, & cauda animalis eſt admodum breuis. Et hæc ſunt illa ſimulacra monſtrifera, quæ in tabula Torquati Bembi ſculpta, atq; expreſſa videntur, cuius typum ex muſæo eiuſdem Bembi ad publicam vtilitatem Aeneas Vicus Parmenſis in lucem edidit, anno Domini quinquageſimo nono ſupra ſeſquimilleſimum, & Imperatori Cæſari Ferdinãdo P.I. Perpet. Aug. Ger. P. Pann. Boem. Dal. Croat. Illyr. Regi, & optimo Principi conſecrauit.

Aries Biceps.



HIEROGLYPHICA.

TACITVS aliquando monimentis mandauit veteres Aegyptios, per figuras animalium, mentis sensus effinxisse, sed satius fuisset, si dixisset, per figuras monstrificas, animi intentionem expressisse; cum in tabula Bembi, cuius in antecedenti Rubrica meminimus, monstrosæ tantummodo animantium effigies conspiciantur. Præterquamquòd obseruamus apud Valerianum (si inchoemus à capite) simulacrum biceps brachijs, & pedibus carens, & hoc hieroglyphicum firmitudinis, & stabilitatis benè consultorum constituit: nam quæ maturo fiunt consilio, stabilitatem adipisci solent; sed simulacrum absq; manibus, & pedibus fuit delineatum, vt diuina virtus exprimeretur, cui his adoperandum non est opus. Deinde simulacrum triceps apud Antiquos visebatur, & hoc tricipitium ex capite Leonis, canis, & lupi constabat: etenim capite leonis, tempus præsens indicabatur, quoniam eius conditio inter præteritum, & futurum sit feruens, capite lupi, tanquam obliuioſi animalis, tempus præteritum designabatur, & tandem effigie capitis canini, tempus futurum intelligebatur, quia hoc animal homini blandiens spem insinuat, quæ ad tempus futurum semper attinere videtur. Aliud tricipitium intueri licet apud Valerianum, quo Hispaniam tripartitò diuisam significari asseuerat: quamuis Interpres Hesiodi hoc Lunæ hieroglyphicum esse voluerit, cuius dominium in Cœlo, Terra, & locis subterraneis exerceri Antiquitas credebat. Idq; magis possumus stabilire, cum Pierius alibi hoc monstrosum tricipitium ex humana tamen, canina, & equina facie integratum Dianæ assignauerit, quæ apud Priscos eadem cum Luna esse ferebatur. In confirmationem addamus, quod Deo Anubi tricipiti eamdem vim Aegyptij attribuebant, qua Hecatem, siue Dianam, vel Lunã Græci pollere promulgabant.

Lib. 32. Hierogl.

Tricipitiũ.

Lib. 32. Hierogl.

Lib. 5. Hierogl.

Mensis diuinus.

Nisi

Niſi velimus cum alijs, hoc tricipitio, tripartitam menſis diuiſionem in Calendas, Nonas, & Idus intelligere. Prædictis addatur ſimulacrum ſepticeps, quod Valerianus hieroglyphicum multiſcij appellauit: nam Aſtrologi ſimilem iconem in quinto decimo gradu Geminorum figurarunt, inde præſagientes multiſcios fore, qui ſub eo gradu in auras vitales exierint.

Lib. 32. Hieroglyphicorum.

Hactenus de multitudine capitum, iam ad brutorum capita penicillo humanis truncis inſerta accedamus. Apud Pierium, homo capite canino pingitur, & pro hieroglyphico Impudentiæ vſurpatur: quamobrem Helena apud Homerum ſe tãquam canem accuſauit, quia abominandam tot malis anſam præbuerit: immo apud Pollucem, ille oculum canis habere dicitur, qui notis impudentiæ eſt refertus. Rurſus homo capite accipitrino, pro hieroglyphico Dei, apud Valerianum figuratur, quoniam Aegyptij accipitrem ob genituram fœcundiſſimum Soli æquiparabant: cum rerum naturalium ſcrutatores in hoc genere animalis τρίσρχυ, nempè accipitrem tribus refertum teſtibus recenſeant. His addatur icon hominis capite aſinino, quem Pierius aſellicipitem vocauit, quo hieroglyphico, Aegyptij ſacerdotes hominem imperitum, & locorum ignarum ſignificabant, cum aſinorum talis ſit natura, vt longius peregrinari non ſoleant, & tamen equi, & muli longiora itinera peragunt, ſed aſini per illam tantum prouinciam, in qua ſunt nati, vagantur: niſi dicamus quod aſini ſunt ita ſtolidi, vt de homine imperito abierit in prouerbium. *Aſinus ad lyram.* Demum Pierius effigiem hominis auribus aſininis referti, & dormientis, pro ſeruitutis hieroglyphico, exhibet; ſed hoc ridiculum eſſe videtur cum ſuam ſententiam Onirocritorum nugamentis ſtabiliat, qui ſomniantibus ſe aures aſininas habere, ſeruitutem præſagire ſolent.

Lib. 5. Hieroglyphicorum.

Lib. 21. Hieroglyphicorum.

Trierchis quis.

Lib. 33. Hieroglyphicorum.

Monſtrifica ob multitudinem manuum ſimulacra à hieroglyphicis non arcentur: quandoquidem Pierius humanam iconem multis brachijs: & manibus delineatam, tanquam hieroglyphicum Veris, Hyemis, & Solis exhibet. Etenim multi, per Briareum centimanum, tempus vernum intellexerunt, ob copiam herbarum floſu, & frondium, quibus hoc anni tempus redundat. Deinde alij, per Gygem centimanum, Hyemem ſignificarunt, ob multa, quæ ad varios vſus, in hoc tempus congeruntur. Demum Homerus Solem centimanum nuncupauit, ob infinita munia, quæ in ſublunari mundo in dies obit. Additur aliud ſimulacrum hominis quadrimani, & quatuor auribus inſigniti, quo Lacedemonij Apollinem demonſtrantes, hieroglyphi cum Sapientiæ, cuius Apollo erat ſymbolum, cunctis infinuare videbantur, quoniam ille verè ſapiens non appellatur, qui multorum cognitionem, & vſum non habeat. Deniq; Valerianus monſtrificam delineauit iconem humanæ faciei ore patulo, lingua exerta, naſo obliquo, labijs tortuoſis, & oculis toruis, vt hieroglyphicũ Aduerſarij contradicentis exprimeret; cum huiuſmodi monſtroſum ſimulacrum in decimo Scorpij gradu ab Aſtrologis fingatur.

Lib. 35. Hieroglyphicorum.

Lib. 32. Hieroglyphicorum.

Accedendum eſt ad ponderandas icones monſtrificas, quæ partes ſuperiores humanas, & inferiores belluinas referunt. Quandoquidem Pierius Leænam facie virginea deſignans, hac ratione mores meretricios affabrè deſcribere exiſtimat, nixus aſſertis cuiuſdam Michaelis Byzantij, qui meretrices quaſdam ex Megara, Sphynges appellatas fuiſſe tradidit: nam tales beſtiæ humano capite manſuetudinẽ quandam præ ſe ferre ſolent, ſed reliquo corpore leonino, rapacitatem, & imperium oſtentant, quas conditiones, & proprietates meretrix in amantes exercet: quamobrem in turpiſſimum dedecus meretrices olim megaricæ ſphynges nuncupari ſolebant, & huic adagio ſordidi Megarenſium mores ab omnibus damnati anſam dederunt. Amplius ex Valeriano habemus virgineam effigiem pube tenus, & deinceps in caudas piſcium, & pedes gallinaceos deſinentem, quo monſtroſo ſimulacro Sirenas, ſimulque perditionem rerum exprimere conatur: tunc enim homines blandis Sirenarum illecebris irretiri dicuntur, quando voluptatum luto hæſitantes fœdiſſimè computreſcunt. Iterum ex eodem Pierio habetur pictura hominis pube tenus, & deinceps caprinam formam induentis, quod monſtrum pro hieroglyphico occultæ diuinitatis publicatur: hac monſtrifera imagine, Sileni ex genere Satyrorum repræſentantur, erant autem Sileni, iuxta mentem Alcibiadis platonici, quædã icones ita concinnatæ, vt facilè complicari, & explicari poſſent: hæ igitur complicatæ

Meretrix Megarica quæ.

Lib. 34. Hieroglyphicorum.

Diuinitatis occultæ Hieroglyphicum.

catæ ridiculam, & monstrosam tibicinis effigiem ostentabant, sed explicatæ quod- Lib. 4. Hie-
dam venerandum numen præ se ferebant. Iterum Pierius pictura hominis in equi- rogl.
nam formam desinentis, hieroglyphicum humanæ vitæ fugacis, & præcipitis expo-
nere nititur, quoniam terminus humanæ vitæ in pernici cursu consistit.

Prætermisso monstro capripede, quod alibi pro hieroglyphico vniuersæ Mundi machinæ expressum fuit, descendemus ad hieroglyphica, quæ à monstrosis bestijs referuntur. Pierius aliquando Gruem bicipitem tanquam hieroglyphicum feracitatis pingebat, propterea quod, Grue bicipite quondam apparente, eo anno vberrima in Aegypto fuit annona. Quamuis hoc monstro bicipiti ver, & hyemem ali- L. 17. Hie-
E qui demonstrare potuerint: siquidem, Grue adueniente, tempus vernum homi- rogl.
nes lætificat, & Grue abeunte, hyems ingruit. Ibidem pingitur à Pierio equus alatus potius ad famam, quàm ad celeritatem indicandam: nam tale monstrum, cum Fama qua-
ex cæde Medusæ natum esse perhibeatur, significat, quòd virtus, profligato ter- lis
rore, famam generat, & hieroglyphicum terroris erat caput Medusæ, & fama stimatq; est genita, illicò per ora hominum volitat. Ad finem tanquam coronidem L. 14. Hie-
addamus monstrum mirabile à Valeriano depictum, nimirum serpentem alatum cũ rogl.
capite accipitris, quo hieroglyphico, Aegyptij Diuinitatẽ demonstrare conabantur.

MIRACVLA.

E

NON est in dubium reuocandum illa monstra, quæ ad aliquid præsagiendum in lucem sunt egressa, ad miraculorum narrationem esse referenda: nihilominus hoc in loco miracula monstrorum manifestiora, deinceps in Rubrica Præsagiorum minus aperta recensere decreuimus. Primum legatur in historia Indiæ Lusitanicæ, quòd in Regio- Parte 4.
ne Iaponica iam multi Ethnici christiana sacra susceperunt, quando contigit, vt omnes filij cuiusdam Neophyti perirent: ideirco, rursus impendente vxoris partu, quidam Ethnicorum huius mulieris affinis marito blandis verbis à Demone suppeditatis persuasit, vt, arrepta necis filiorum occasione, se se à republica christiana se-
G gregaret: quapropter ille verbis consanguinei motus, consestim, cuiginato pugione, quamdam crucem transfixit, vt cunctis hoc peracto, se christianos ritus deferre manifestaret. Sed paulò post eius vxor doloribus partus agitata infantem Puellus sine
fine mento, & thorace ita paruo enixa est, vt omnia viscera puelli conspicerentur: naso oritur
quare huius monstrosi partus formidine perculsi omnes affines vnà cum marito ad cultum christianæ fidei reuersi sunt. Non dissimile miraculum accidit in Regione Fori Iulij anno Domini vigesimo quinto supra mille simum, & sexcente simum, vbi quædam nobilis mulier prolis auida mendicam duos gestantem puellos, & victum ostiatim quæritantem irridebat, quia de filijs interrogata, se eos legitimo matrimonio, marito tunc in Nosocomio ægrotante, peperisse affirmabat. Propterea mendica id egre ferens animo, talem notam fœtui mulieris nobilis ab Omnipoten-
H ti Deo imprimendam est imprecata, vt sui ipsius violata fama ab omnibus nosceretur. Accidit autem, vt nobilis mulier fœta infantem septicipitem enixeretur, & Infans se-
medium inter alia caput vno tantùm oculo, & auribus caprinis erat refertum. Ac- pticeps.
cidit quoq; Epidauri anno vigesimo supra millesimum, & sexcentesimum, vt mulier grauida duas gallinas alterius vicinæ absentis furaretur; ideireo hæc domum reuersa, & simile latrocinium suspicata, mulierem grauidam adiuit, & placidis verbis gallinas non inuentas repetebat. At grauida iure iurando se à simili crimine alienam esse affirmabat: immò à summo Deo imprecata est se duos Dæmones, parituram, si huius generis latrocinij fuisset conscia: nec secus accidit, nam tempore partionis monstrifici Dæmones dilaniatis matris visceribus in lucem prodeuntes vna cum matre perierunt.

Amplius, ex Polydoro Virgilio in historia Anglica, regnante Henrico Secun- L. 13. hist.
do, & Thoma Cantuariensi Pontificis Romani legato in illis regionibus versante Angl.

contigit vt ſupra vim naturæ infantes monſtrifici, nimirum cauda inſigniti naſcerẽtur. Quandoquidem cum Thomas Cantuarienſis vir iuſtus veniſſet Strodum, qui vicus ſitus eſt ad Meduciam fluuium Proceſtriam aluentem, tunc loci Accolæ, vt aliqua ignominia Thomam afficerent, caudam eius equi amputare non dubitarunt, vt proprio Regi morem gerent, qui ſæpè pronunciare ſolebat, ſe vnius ſacerdotis pacem in proprio regno conſequi non poſſe, & fidis amicis carere, qui hac moleſtia illum liberarent. Sed poſtea hæc infamiæ nota vna cum illis hominibus, qui peccarunt, deleta eſt.

Hactenus de miraculis ſupra vim naturæ in illis fœtibus patratis, qui monſtroſi, imperante Deo in lucem prodierunt. Reliquum eſt vt de illis infantibus verba faciamus, qui monſtrifici nati, paulò poſt ſupra naturæ ordinem venuſtam corporis formam ſortiti ſunt. At illud miraculum ſit inſtar omnium, quod Cæſarius Heiſterbacenſis narrat accidiſſe Godefrido in ædibus probationis, tyronum præceptori, qui olim dum Patræciam quamdam regeret, puellum monſtroſum, & connata circa latus mole carnea mirandum in modum deturpatum, ſacro fonte intinxit, ſed poſteaquam nomine ſanctiſſimæ Trinitatis inuocato, huiuſmodi ſacro latice monſtriferum infantem tertio abluit, tunc monſtroſa caro ſupra vim naturæ euanuit, vnde parentes, & circumſtantes virtutem Sacramenti Baptiſmatis prædicantes, immenſa gloria infinitam ſummi Opificis potentiam affecerunt.

Lib. 8. de mir. cap. 42.

A

B

PROBLEMATA.

PROPOSITIONIBVS interrogationem annexam habentibus monſtra non carent: ſiquidem prima fronte curioſus ſcire deſiderat cur monſtra à Natura producantur. Huius cauſam aſſignat Ariſtoteles in Phyſicis, dum inquit quod Natura ſemper producere conatur, quod melius, & perfectius eſt, ſed propter materiæ diſpoſitionẽ, vel prauam vteri conformationem, vel ob influxum ſyderum, non intentum operis finẽ aſſequens, quod poteſt tantummodo producit. Hinc ſecundum dimanat problema. An natura in monſtris producendis aliquem finem reſpiciat. Philoſophi affirmatiuè reſpondent: etenim ſi natura nullum finem ſpectaret, proculdubio fœtus eſſet informis, ſed non eſt ſemper informis, ideò iuxta mentem Ariſtotelis natura quando in generatione errat poſtea ſuum finem in proximo genere aſſequitur, dum fœminam loco maris, bipedem loco hominis, aut impedita, quadrupedẽ progignit: hinc colligendum eſt à natura errante piſces rariſſimè, & nunquam arbores generari. Quamuis Athenæus recitet, ex authoritate Hecatij, canem truncum vitis peperiſſe, hunc tamen parem multi fabuloſum prædicant. Et ſi quis ambigeret dicens, quòd natura errans aues potius bipedes, quàm aliud genus quadrupedis producere deberet: Reſpondet Cardanus quòd natura in aliquod genus intendens, neceſſariò etiam aliquam ſpeciem illius generis fingere conatur: quamobrem cum finem aliquem proprium aſſequi nequeat, proximiorem illi reſpicit, & quid in alio genere fabricare, nõ reluctante materia intendit. Qua de cauſa in materia diuerſarũ partium mõſtrũ multiforme, pdueit, ſed ex materia admodũ inutili mõſtrũ informe reſultabit.

Lib. 2. Phyſic.

Problema Secundum.

Lib. 2. Dypnos.

Monſtrum multi formæ quale

C

D

Rurſus Curioſi ſcitantur, cur monſtroſi fœtus in vtero viuant, & in lucem edita facilè pereant. Reſpondet Cardanus genita ab iiſdem cauſis ſeruari, à quibus pendent, & quæ adnata ſunt facilè etiam conuiuere, quoniam con genita eorum vitã participant, quibuſcum fuerunt genita. Cum autem difficilius ſit viuere, quàm conuiuere; hinc fit vt mõſtra in vtero viuant, deinde in vitales egreſſa auras facilè intereãt quia nata à propria natura remouentur, ſicq; imbecilliora, & inſalubria redduntur, & obeunt. Vetum alia reſponſio in medium afferri poteſt, nimirum monſtra, quãdo generari incipiunt, à generatione perfectorum parùm diſcrepare, ſed quia tractu temporis, dum abſoluuntur, à natura generantium valdè recedunt: idcirco monſtra quantò magis augentur, tantò maiorem imbecillitatem acquirunt, quia à

Viuere, & conuiuere quid.

naturali

naturali primordio magis degenerant. Monstra autem quæ superuiuunt, à naturali statu minus recedunt. Hinc emergit aliud problema, cur raræ sint monstrorum abortiones, si monstra, vt paulò ante explicatum fuit, in vtero etiam crescentia in dies maiorem debilitatem incurrant. Optimè respondet Cardanus, quoniam abortus vt plurimum sunt rari, monstra quoq; sunt rariora; vnde fit vt monstrorum abortiones sint rarissimæ. Demum inquirere solent, cur mulieres Aegyptiæ frequentius, quàm aliæ monstra enitantur. Responsio est Cardani hoc inde euenire, quoniã fœminæ Aegyptiæ vnica parritione plures infantes edere soleant: quocirca, vel ex imbecillitate, vel ex concussione fœtuum, à propria natura partus facile degenerãt. *Lib. 12. de rer. Subtil.*

E Deinde quæritur, cur quadrupedes non magnæ pleruncq; monstra enitantur: cũ tamen homini, & magnis animantibus id rarò contingat. Hoc problema dissoluit Aristoteles asserens hanc esse præcipuam causam, quoniam parua animantia vno & eodem tempore plures concipiunt fœtus, cum tamen grandiora vnum tantummodo concipiant, & pariant. Ibi autem monstra procreari solent, vbi plurima semina inter se confunduntur, & coalescunt, veluti in paruis animalibus plures fœtus concipientibus sæpè sæpius contingere solet. Insuper inuestigari solet, in quo genere animantium copiosiora monstra producantur. Multi respondent hoc aquatilibus competere, non solum quia multi sunt arbitrati formas cunctorum animantium in aere, & terra versantium, in aquis quoq; obseruari, sed etiam hoc aquatilibus conuenire putamus propter molliticm materiæ, & superfluam humiditatem, *Sect. 6. Probl. & lib. 4. de gen. Anim.*

F qua generatio, & animantis constitutio facile viciari, fœdari, & deformari potest. Verùm hæc monstra aquatilia nobis minus innotescunt; cum omnes species similium animalium, ob remotam à nostris sensibus habitationem, facile ignorentur. Libuit tamen in præsentia nonnullas monstrorum aquatilium icones ante oculos lectoris repræsentare, vt eorum sententia stabiliatur, qui in dies noua monstra in aquis inueniri asseuerant: hinc elicimus, quòd Physici iure merito monstrosas Harpyas Neptuni filias cognominarunt, cum Oceanum prodigiorum, & portentorum omnium parentem constituerent. Prima icon erit monstrosi Cyprini, quẽ referunt fuisse captum in flumine Austriæ, quod vocant Dielirs in Ditione Comitis Iulij de Hardegg, propè vrbem Retz, anno Domini quadragesimo quinto supra sesquimillesimum, mense Octobri. Erat autem Cyprinus monstrosus, quia non vt reliqui Cyprini, de quibus in Historia pisciũ actum fuit, effigiem, sed humanam præ se *Monstra aquatilia minus nota.* *Cyprini varietas*

G ferebat. Rete solus fuit comprehensus, & ob raritatem, & maximè quia senibus regionis erat ignotus, diu conseruatus, & veluti quoddam miraculum passim fuit circumlatus.

Secundò loco effigiem monstrosi Suis marini damus quem Gesnerus Hyænam cetaceam à similitudine Suis, siue Hyænæ quadrupedum appellauit, hic, referente Olao Magno, anno Domini trigesimo octauo supra sesquimillesimum, propè Thilem insulam septentrionalem fuit comprehensus, capite quidem suillo, sed reliquo corpore squamoso, cum figura veluti adolescentis Lunæ in dorso, & ternis in medio lateris vtriusq; oculis. Animal erat incredibilis ferè magnitudinis, quia longitudinem duorum, & septuaginta pedum, & altitudinem quatuordecim æquabat. Interstitium inter oculos erat septem pedum, & iccur habebat tam vastum, vt quinq; dolia impleuerit.

H Tertiò adduntur monstra Niliaca in confirmationem eorum quæ hactenus dicta fuerunt, quorum icones eràpt reponendæ pagina 26 huius libri, vbi horum meminimus: nam humana planè ad pubem vsq; effigie, facie ad grauitatem composita, cæsarie flaua, & canis aliquot pilis obsita, stomacho osseo, brachijs distinctis, & dearticulatis, sed deinceps monstrum hoc hominem æmulans in piscem desinebat. Aliud verò erat vultu muliebri, promissis capillis, tumentibus mammis; quemadmodum icon exprimit. Amplius, vt stabiliatur sententia eorum, qui plura in aquis, quàm in terris monstra constituunt, annectemus iconem monstri marinis referente Parco, capite, crinibus, & pectore equino, reliquo corpore pisciforme. Hoc in mari Oceano comprehensum, & Romam allatum, & summo Pontifici oblatum fuisse Gesnerus tradit. *Duo monstra maris, & fœmina.*

Monſtroſus Cyprinus.







Propterea valeant, qui in fabulis Antiquorum magna libertate equos marinos partim effigiem equinam, partim piscis repræsentantes constituerunt: vt quemadmodum Columbæ, Pauones, & Aquilæ suorum Numinum, scilicet Veneris, Iunonis, & Iouis currus trahere finxerunt: pariter in aquis Neptunum ab huiusmodi Hippopotamis duci voluerunt. Ideoq; iuxta Pictorum voluntatem in magnam spectantium admirationem illam equinam formam erant commenti, quæ potius cuiusdam Hippocampi, quàm Hippopotami esse videbatur. Non enim cauda Delphini in Hippopotamo vnquam fuit obseruata: neq. Romanis alius vnquam fluuialis equus visus est præter illum, de quo in Historia quadrupedum digitatorum verba fecimus. Quocirca multi asseuerarunt ambitionem Romanorum figuræ huius equi occasionem dedisse: nam, vt terræ, marisq; Dominium cunctis manifestarent, duo animalia vtriusq; elementi, scilicet equum, & Delphinum simul iunctos pingi curarunt. Hinc multi talem figuram admirantes, & vnum tantum animal esse existimantes simile monstrum, equum marinum nuncuparunt. Modo nulla admiratione teneri debemus, si icon proposita aliquam veritatem assequitur.

Neptuni equi quales

Origo equi Neptuni Antiquorum.

Adhuc prædictam sententiam stabiliemus si addiderimus iconem monstri aquatilis magis terrifici, quod memorat Gesnerus, & hanc imaginem pictori, qui id Antuerpiæ viuum viderat, acceptam refert. Caput monstri quid furiale præ se ferre videtur, nam cornu duplici est refertum, & auribus valdè prominentibus insignitum. Brachia verò humanis non absimilia erant: reliquum corpus piscis formam repræsentabat. Captum fuit in mari Illyrico, cum ab aquis ad litus positionem illic morantem rapturus accessisset. Quoniam piscatores ipsum obseruantes lapidibus vulnerarunt, sed monstrum fugiens lethali perculsum vulnere, paulò post in litus, à quo discesserat, reuersum expirauit. Itaque lineamenta huius monstri in icone spectanda proponuntur.

Monstrum hoc vbi Captum.


Monstrum aliud superiore multò mirabilius ad mentem Rondeletij subiungimus, cuius iconem accepit à Gisberto Germano medico, & ipse Amsterodamo cum litteris acceperat, quibus affirmabat, anno Domini trigesimo primo supra sesquimillesimum, in Polonia visum tale marinum monstrum, referens quodammodo rudimenta habitus episcopalis, & ad Poloniæ Regem delatum. Immò signis quibusdam indicare videbatur se ad mare regressum desiderare: vnde illò tandem deductum, in mare se conijcit. Quamobrem Rondeletius se plura omittere dixit, quæ de hoc monstro narranda essent, quia id fabulosum esse arbitratur, & addit se talem monstri iconem exhibere, qualem accepit, quæ postea vera sit, an non, nec prorsus affirmare, nec prorsus negare audet. In asserti confirmationem Bellonius hæc addit verba. Neq; hoc quoq; prætermittendum est, quod in Batauinis annalibus de pisce episcopo scriptum est, quem propè Poloniam anno millesimo quingentesimo trigesimo primo captum fuisse Cornelius Amsterodamus Gilberto Phisico Romæ scripsit, & Regi Poloniæ oblatum, cuius corporis magnitudo, facies, & cultus talis erat omnino, qualem videmus figuram alicuius Episcopi mitra, & reliquis suis ornamentis induti. Hactenus Bellonius.

Monstrum hoc vbi captum.

Bellonij opinio.

Cum igitur permulta sint naturæ in terris pro arbitrio iudentis miracula, sic etiã in mari, ob raritatem, & formæ varietatem, propè incredibilia eiusdem artificij monstra obseruantur. Etenim quis non admiratur Tritones, Sirenas, Nereides, & pleraq. alia huius generis monstra, quæ olim fabulosa esse multi putabant, & tamen talia aliquando visa esse superius fuit exaratum. Poterimus igitur meritò canere hoc distichon.

Aether non tot alit, nec tellus horrida monstra
In cryptis abdunt quot vada falsa suis.





 Monſtrum Marinum rudimenta habitus Epiſcopi referens.



Præterea quæritur, an monstrificus homo veluti bicorpor vna, vel duplici anima sit refertus. Respondet Aristoteles id ex corde eliciendum esse: quandoquidem vnum cor in tali monstro, vnum tantum animal, & duo corda duo animalia repræsentant. Modò difficultas est, qua ratione cognoscendum sit, nùm in simili monstro viuente vnum tantùm cor, vel duo corda contineantur. Niphus in Commentarijs ad Aristotelem scriptis mandauit, olim in Gallia de monstro huius generis diu à Theologis disputatum fuisse, vtrum hoc pro vno, vel pluribus, aqua sacri fontis esset Lustrandum, qui tandem ex differentia sensuum id percipiendum esse decreuerunt. Siquidem Albertus meminit cuiusdam monstri geminum hominẽ æmulantis, quo duos homines referri statuerunt, quia altero ita pereito, alter ridebat, & altero plorante alter iucunditatem præ se ferebat, & monstrum ad annum vsq; vigesimum, vitam traduxit, immò altero pereunte, alter eatenus superuixit, donec fœtore defuncti affectus è vita decessit. Medici autem in dirimenda hac quæstione, à sententia Aristotelis valde dissentiunt: non enim cor, vt Aristoteles, sed cerebrum tantummodò respiciunt, in quo rationis domicilium, & dignitas humanę formæ residet; & quamuis, à corde, caloris vitalis scatebra dimanet: nihilominus ratiocinatio, & discursus in capite tantummodò celebratur. Præterquamquòd in maiorem sententiæ medicorum stabilitatem, facultas formatrix cuncta delineans, in conceptione primitùs circa cerebrum versatur; cum Anatomici per dissectionem, caput in embryo cæteris partibus grandius obseruauerint: immò perpetua proportione singula membra minora inueniunt, quantò longius à capitis regione distant, donec partus typum perfectæ formationis fuerit assecutus.

lib. 4. de Gz. an. cap. 4.

loco citato

Medicorũ opinio de Monstris geminis.

Sedes rationis qua.

Item quæritur, quare monstra iuxta paruitatem, veluti Nanii in humano genere procreentur. Respondent id à duabus causis, nimirum à loco, & ab alimento prouenire; siquidem angustia loci, seu receptaculi efficit, vt fœtus minime dilatari possit, deinde paucitas alimenti prohibet, quominus ad perfectam staturam fœtus peruenire valeat. Inuestigant etiam, cur in rerum natura mulier monstrum appelletur. Huic quæstioni Aristoteles in *Physicis* satisfacit, quando asserit, omne per accidens genitum monstrum nuncupari, sed quia mulier quodammodo per accidẽs produci videtur, ergo iure optimo inter monstra erit collocanda: minor propositio huius rationis cunctis innotescit, quoniam Natura rem perfectiorem procreare semper intendit, sicq; proculdubio ad masculum semper generandum dirigetur; ideo aliquando fœminam, ob materiæ dispositionem, producit.

lib. 2. Phys.

Mulier cur monstrum dicatur.

Tandem percunctantur multi, an monstra in lucem egredientia, iuxta nominis etymum aliquid semper præmonstrent, vel præsagiant. Multi Authores fuerunt huius opinionis, ex monstrorum ortu semper aliquid esse præsagiendum: propterea Malanthon hanc sententiam stabilire videtur, natiuitate monstri ante bellum, quod Cæsar aduersus Romanos suscepit. Immò Sorbinus præcitato authori adstipulatur, dum in sua Teratologia, exemplis variorum Monstrorum, passim id confirmat.

lib. 2. Progym. nat.

Ad præsagia monstrorum homines non ita faciles, & proni esse debent: nam Diuus Augustinus hoc mirandum in modum damnat, dum inquit: viderint Coniectores monstrorum, & ostentorum, quàm ex illis sæpè fallantur, & noxię vanitatis rebus animos hominum implicẽt. Quamuis multa dicendo, aliquid veritatis quandoq; incurrant. Non igitur perperam locutus est Cardanus, quando asserit, monstrosos partus mala denotare, sicuti vrina cruda in morbis, quæ naturam aliò intentam esse, & à recto tramite aberrare demonstrat. Immò Pareus hoc perpendens, tandem scripsit: quoniam sine modo, sine lege, vel vago, aut nefando concubitu, vel quo tempore, Dei, & Ecclesiæ mandato abstinere decet, miscent se parentes: ideo sæpe nefanda, horrenda, & à naturæ communis regula deuia nascuntur: idcirco ad præsagitionem non est confugiendum. Verum quidem est, quod aliqua interdũ extraordinaria monstra aliquid præsagire possunt. Nam Martinus Vncinrichius scriptum reliquit in Pago quodam Galliæ infantem olim fuisse natum, in cuius ventre cuspis gladij eminens conspiciebatur, qui postea, facta paulatim suppuratione, extractus est, & bellum ciuile præsignificauit. Quandoquidem huius nulla causa physica reddi poterat. Huius monstri Iconem lector suo loco, nimi-

lib. 11. de Ciuit Dei cap. 8.

lib. 14. de Varietum. cap. vlt. Inl. Anat.

In lib. de Monst. c. 49

nimirum in Rubrica præſagiorum intuetur. Quandò igitur monſtra à naturali ſtatu non valdè recedunt, quidquam præſagire non videntur, quoniam apud Aegyptios hæc præſagitio eſſet admodum frequens, vbi frequentiora, quàm in alijs Regionibus monſtra huius generis naſcuntur.

MORALIA.

QVEMADMODVM in humana natura accidit, vt monſtra, nempe homines bicipites aliquando oriantur : pari ratione id in Eccleſia contingit, in qua monſtroſi homines verſantur qui varijs intentionibus, & affectibus muniti, bicipites in eodem tamen Eccleſiæ corpore vniformes nominantur. Veluti quando ſunt multi, qui vnum ratione intentionis ſimulant, ſed tamen iuſtis de cauſis duplices, & bicipites nuncupantur, quatenus pluribus intentionibus, & affectibus famulantes, in multa veluti capita diuiduntur. A

Bicipites in moral. doctrina quales.

Præterea ſi aliqua in lucem exeunt monſtra, quorum partes ſuperna hominẽ duplicem, & partes infernæ hominem ſimplicem referunt, tunc partes inferiores, quæ ſunt ſimplices, partes ſupernas duplices ſuſtinere, & ſuſtentare debent. Simile monſtrum in Eccleſia aliquando conſpicitur : nos igitur Chriſticolæ cum ſimus plures perſonæ, vnum tamen corpus in Eccleſia ijſdem pedibus, nimirum ijſdem fidei fundamentis ſuſtentamur : quocirca ſi contingat, vt aliquis vulnere læthalis criminis perculſus pereat, tunc cæteri talem, ob crimina defunctum, magno charitatis feruore ſuſtentare debent : cum ſcripſerit Apoſtolus ad Gallatas. Vos, qui ſpirituales eſtis, inſtruite hos in ſpiritu lenitatis, & alter altèrius onera portet. B

Monſtrum bicorpor.

Cap. 6.

SYMBOLA.

EX monſtrificis etiam animalibus viri eruditi ſchemata ſymbolica componere non dubitarunt. Etenim ex Syluestro Petraſancta, iconem monſtrificæ mulieris habemus quæ, Veterum Sirenem referre videtur, cum titulo. COMTEMNIT TVTA PROCELLAS. & hoc ſymbolum Hieronymo Columnæ Paliani Duci, & Copiarum Regis Ferdinandi Præfecto aſſignat, quo cunctis perſuadere nitebatur, ſe tam in ſecundis, quàm aduerſis rebus ſemper tranquillo animo agere, quod Sirena præſtare videtur, dum in turbato, & placido mari, tanquam in proprio domicilio ſemper quieſcit. Apud eundem authorem, aliud mirabile monſtrum conſpicitur, nempe caput equinum humano vultu decoratum, & barba in pectus promiſſa, cum pedibus gruis, & cauda galli gallinacei, additis his characteribus. FAB. adſcribitur hoc ſymbolum Fabiò Cunctatori, qui hac monſtrifica effigie, virtutes perfecti Ducis exprimebat : namq; capite equino, Præfectura, & Principatus in bello, vultu, barba, & pectore hominis, prudentia, pedibus gruis, cunctatio, & vigilantia, & demum cauda galli gallinacei, victoria ſignificatur. Poſtea quam in equum mõſtroſum incidimus, nõ eſt prætermittenda icon equi alati pedibus poſterioribus leonem conculcantis, quæ apud præcitatum authorem pingitur, cum epigraphe. PERENNITAS LAVDIS. hocq; ſchema ſymbolicum Henrici primi Regis Luſitaniæ fuiſſe memorat, qui hac ratione, omnes Africæ nationes quamtumuis barbaras ſe domiturum eſſe demonſtrabat. Verùm ſi in hoc ſymbolo equus alatus effigiatur, in alio etiam citati libri Teſtudo quoq; alata figuratur, cum epigraphe. AMOR ADDIDIT. Hoc ſymbolum Fælicis Salerni Principis fuiſſe author pronunciat, quo vtebatur, vt Regi amorem, fidem, & ad ſubita obſequia alacritatem, ſine mixtione temeritatis, aut improuidæ celeritatis inſinuaret. C

Li. 7 Symb. heroic.

Li. 6 Symb. heroic.

Equus alatus Leonem conculcans.

Teſtudo alata.

D

EMBLE-

EMBLEMATA.

NON possumus non mirari monstrosas etiam effigies argumentis emblematum famulari. Etenim Alciatus delineauit mulierem pedibus leoninis, & pennis auium tectam, cum epigraphe. SVBMOVENDAM IGNORANTIAM. Huius monstri pictura repræsentatur Sphinx Veterum, quæ ore virgineo pingebatur, & Thebanam Regionem infestare dicebatur, dum hominibus in præcipitium ductis ænigma soluendum proponebat, illudq; non explicantes de saxo eminenti præcipitabat. Aenigma erat tale: quodnam esset animal quadrupes, bipes, & tripes. Id totum expressit Ausonius his versibus. *Embl. 187.* *Aenigma Sphyngis.*

Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes, omnia solus
Terruit Aoniam volucris, Leo, virgo triformis,
Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Quare iure merito Lactantius in primum Thebaidos Sphingem monstrum, Harpyiarum instar, fuisse retulit. Diodorus Sphingem inter genera Simiarum recensuit. Albertus Magnus, & Solinus Sphingem simiam nuncuparunt. Sabellicus tamen credit fuisse hominem pernicioſum sphingem cognominatum, qui suis vaframentis multos peremerit. Sed his omissis, ad rem nostram tantummodo spectat, quod sphinx triformis pingitur, nimirum, facie puellæ, plumis auium, & pedibus leoninis, ad indicandam ingorantiam, quæ veluti sphinx in eminenti vitæ humanæ monte locata infinitam hominum multitudinem sua feritate opprimit, non alia de causa, nisi quia homines se se non agnoscunt, nempe se homines esse ignorant. Quandoquidem triplex huius monstri forma ad tres præcipuas, & efficientes ignorantiæ causas reducitur. Etenim virginea facies voluptatem ostendit, quæ homines aliquando ita excæcat, vt illos de humana in belluinam naturam facile transformet. Plumæ monstrum tegentes leuitatem, & inconstantiam animi significant, & leonini pedes superbiam, & arrogantiam declarant, quæ falsâ de rebus opinionem in scientiam vertit, & tunc homo existimat se scire quod nescit. Tres igitur erunt ignorantiæ causæ. Prima erit voluptas corporea, qua homo irretitus, ab omni vera disciplina penitus abhorret; Secunda est leuitas ingenij, vel temeritas, quæ non videt, quod deceat; tertia est animi elatio: qua de re Plutarchus varijs in locis tradidit olim pro foribus templi Apollinis Delphici, verba litteris aureis fuisse exarata huius tenoris γνῶθι σεαυτόν. ideſt. NOSCE TE IPSVM. De hoc Ausonius sic cecinit. *Ignorantia est mõstrũ triforme.* *Ignorantiæ causæ quot.*

Quamquam difficile est se nosse, γνῶθι σεαυτόν,
Quàm properè legimus, tam citò negligimus.

His sic notatis, & explicatis, modò carmina Alciati melius intelligentur quæ sic se habent.

Quod monstrum id? Sphinx est, cur candida virginis ora,
Et volucrum pennæ, crura leonis habet?
Hanc facies assumpsit rerum ignorantia: tanti
Scilicet est triplex causa, & origo mali.
Sunt quos ingentum leue, sunt quos blanda voluptas
Sunt, & quos faciunt corda superba rudes.
At quibus est vtrum, quid Delphica littera possit,
Præcipitis monstri guttura dira secant.
Namq; vir ipse bipesq; tripesq; & quadrupes idem est;
Primaq; prudentis laurea, nosce virum.

Idem Alciatus pinxit aliud monstrum, nempe bouem cum facie, & pectore humanis in vexillo his litteris decoratum. S. P. Q. R. cum titulo. NON VVLGANDA CONSILIA. Author alludit ad Minotaurum, quem Veteres monstrum ex *Embl. 12.*

Pasiphe,& Tauro procreatum fuisse finxerunt, quia superiori parte hominem,& inferiori taurum referebat. Hoc monstrum in labyrintho Cretæ inclusum fuisse Poetæ tradunt; sic enim canebat Ouidius.

Minotaurus

Dedalus eductis conceptum semine matris
Semibouemq; virum, semiuirumq; bouem.

Romani hanc Minotauri iconem, authore Festo in militaribus Insignibus figurabant, vt cunctis manifestarent non minus occulta esse debere Principum consilia, & potissimum de bellicis expeditionibus, quàm olim occultus Minotauri fuerit labyrinthus. Idcirco Dion asserebat, quod Tiberius Cæsar interrogatus, cur sua consilia minime communicaret ijs, quibus tutò fidere poterat, respondisse dicitur: aut nulli, aut paucis cognitum esse oportere Principis consilium. Quare Marcellinus ad rem retulit, olim apud Persas neminem consiliorum fuisse conscium, præter optimates taciturnos, & fidos, apud quos silentij Numen colebatur. Alciati igitur carmina sic se habent. A

Consilij cum sciũ qui apud Persas.

Limine quod caco, obscura, & caligine monstrum
Gnosiacis clausit Dedalus in latebris,
Depictum Romana phalanx in prælia gestat,
Semiuirogi nitens signa superba bone.
Nosq; monent, debere Ducum secreta latere
Consilia, auctori cognita techna nocet.

Embl. 5. Similiter Alciatus effigiat quoddam monstrum, cuius supernę partes hominẽ, & infernæ serpentem æmulantur, cum epigraphe. SAPIENTIA HVMANA STVLTITIA EST APVD DEVM. versus autem sunt huius tenoris. B

Quid dicam? quonam hoc compellem nomine monstrum
Biforme, quod non est homo, nec est Draco?
Sed sine vir pedibus, summis sine partibus anguis,
Vir anguipes dici, & homiceps anguis potest.
Anguem pedit homo, hominem erudiuit, & anguis:
Nec satis hominis est, tutium nec est fera.
Sic olim Cecrops dictis regnauit Athenis;
Sic, & Gigantes Terra mater protulit.
Hæc vafrum species, sed religione carentem
Terrena tantùm quiq; curet, indicat. C

Hominis bellui qui.

Hoc monstrum fictitium, quod nec prorsus formam humanam nec penitùs serpentinam refert sed duplici integratum natura potest significare illos, qui anima rationali præditi, terrena tantummodo sapiunt: quocirca humi repentes in naturam belluinam degenerant; nam hoc monstrum neq; in hominem, neq; in principium Feræ definit; cum homines Epicurei non meditentur finem, propter quem Deus rationem hominibus concesserit: quapropter hi vafri, & religionis expertes vocantur; siquidem res mundanas tantummodo curantes hominum appellatione non

Embl. 18. sunt digni. Postremò Alciatus delinauit monstrificum caput, nempe bicipitium, cum epigraphe PRVDENTES. Simili pictura olim Antiquitas, in Iano biforme, vel bicipite monstrando, vtebantur, vel quia hic fuerit homo, qui syluestrem hominum cultum ad ciuilem reduxerit, vel quia pater græcæ, & latinæ gentis fuerit D creditus, aut quia Solem, quem eumdem cum Iano esse volebant, figura bicipitij

Ianus cur biceps.

intellexerint, vt illum cælestis aulæ ianitorem significarent, cum Sol oriens Cæli ianuam recludere, & Occidens eamdem claudere diceretur. Hoc igitur mõstrosum Iani caput multi ad solertiam, & prudentiam Principis traxerunt; cum hominis prudentis præterita nosse, & futura multò ante præuidere interfit. Quapropter Romani hac ratione moti Anteuortam, & Postuortam tanquam diuinitatis comites colebãt. Huc spectat illud adagium græcum. πρόσω, καὶ ὀπίσω, nempe à

Anteuorta, & Postuorta quæ.

fronte, & à tergo. Hoc significat omnia diligenter perpendẽda esse, & præterita cũ præsentibus, & futuris conferenda. Carmina Alciati sic se habent;

Iane bifrons, qui tam transalta, futuraq; calles,
quiq; retro sannas, sicut, & ante vides.
Te tot cur oculis, cur fingunt vultibus unquod?
Circumspectum hominem forma fuisse docet?

PRAE-

PRAESAGIA.

E CLERVMQVE homines arte presaga, ex monstrorum natiuitatibus, varia ventura prę significant: nam si, temporibus Valentiniani, duo monstra in genere magnitudinis, & paruitatis apparuerunt, quorum alterum in Syria quamcumq; eminentem hominum staturam excedebat, & alterum in Aegypto, infra incredibilem humanæ naturæ breuitatem continebatur; proculdubio (atteslante Sorbino) futuras Orbis calamitates portenderunt: Siquidem hac antitheli prænonstrabatur non defuturum esse hominem, qui demisso natus loco, & abiectæ conditionis in caput, & vitam magni Imperatoris Valentiniani conspiraret. Is enim adhuc impubes ad Imperij dignitatem euectus, & subdolis Iustinæ matris artibus subornatus, tandē latenter seductus Arianæ impietati fauere cæpit. Prætereà non defuerunt multi, qui ex monstrorum natiuitate bellum fore existimarunt: iuxta Iambicum carmen. *Homo statura magnę & parua.*

Monstrorum omne belli tempore exstat crebrius.

F Homines igitur grauibus obstricti sceleribus, Dei quidem odium subeunt, sed postmodum se accusantes veniam consequuntur: sed quando ab institutis christianis pœnitùs abhorrent, neq; supplicem vnquam veniam exposcunt, Deum adeo irritant, vt illis identidem bello succenseat, quod monstris primùm prædici solet. Id quidam versus Iambicisic explanant.

Portendit iram quodlibet monstrum Dei.
Vbi monstra sunt, ibi ira non procul Dei est.

His sic se habentibus tradunt Authores ante bella Bruti, & Cassii tale monstrum apparuisse.

I Monstrum cornutum, & alatum instar Cacodęmonis, cuius hic figuram damus, ex muliere quadam fuisse natum autumant Appianus tamen aliter historiam narrat, scilicet Brutō, & Cassio cum copijs ex Abydo in Europam properantibus, anno ante Christum natum quadragesimo primo, prædictum monstrum, seu ostentum Bruto inter silentia noctis oblatum fuisse, corpore, mammis, & cornibus hirco simile, rictu canino, alis instar Vespertilionum, cauda vaccina, & pedibus auium rapacium. Sedebat autem Brutus in tabernaculo solus de euentu belli vehementer sollicitus, quando ad se quędam ingredi præsensit, & ad strepitum conuersus delineatam monstri imaginem adstare vidit: quamobrem horrendo commotus aspectu interrogauit, quis esset, & quid præterea sibi vellet: tunc phantasma submurmurans dixit: tuus malus Genius, Brute, in Philippis me videbis, & abijt. Deinde Brutus à famulis in tabernaculis versantibus sisitatus, an aliquem ad se venientē, vel exeuntem vidissent; illi negarunt; quare admiratione plenus dedit se quieti. Postridie, posteaquam diluculauit, Brutus hanc phantasmatis speciem Cassio narrauit, qui id tanquam inane aspernatus, iter in Europam solicitauit; deinde omnia, quæ inter Aenum, & Senum montem interiacent, perpetuo victoriæ cursu armis subegerunt. Interea Norbanus ab hostibus Poeni circumuentus præsidio decessit, & clades aliqua insignis fuisset accepta, nisi Antonius præsidō fuisset. Cæterum si per annorum seriem percurramus, nullum monstrum sine præsagitione natum esse multi Authores, & potissimum Sorbinus pro comperto affirmant. *Monstri descriptio.* *Annorum series.*

II Infans ore gemino, quatuor oculis, dentibus binis, barba, & duabus breuissimis auriculis natus anno Domini trecentesimo octauo apud Daphnem amœnum illud, & ambitiosum Antiochiæ suburbanum, Constantij Imperatoris temporibus, iuxta Marcellini sententiam, Rempublicam in statum deformem verti præsignificauit: propterea quod seculum huic natiuitati succedens, quàm obscœnis moribus fuerit deturpatum, omnes Historiæ vno ore testificantur. Tunc enim malapenè innumerabilia Ecclesiam Christi, sæuientibus vndiq; hominum perditorum insultibus, *Præsagia ex monstro descripto.*

I Monſtrum alatum, & cornutum inſtar Cacodæmonis.



II Infans gemino ore oculis quatuor, & barba natus.



mirandum in modum inualerunt: cum Imperator Conſtantius fraudulentis Arrianiſmi impoſturis illaqueatus, à vera pietate receſſerit. His addantur monſtra, quæ Mauritij ætate, nimirũ anno ſeptuageſimo octauo ſupra quingẽteſimũ, in lucem prodierunt. Nam inter alia, mulier quædam in Thracia venuſtum ſine brachijs infantem peperit, qui ab vmbilico deinceps in piſcem deſinebat. Cum præterea, & canis capite leonino, & fœtus quadrupes gentibus illius ſeculi admirationem attulerint: vnde quidam Præſagi, his monſtris, portentoſum, & infelicem Mahumetis aduentum fuiſſe præmonſtratum exiſtimarunt; qui, Mauritio imperante, audaci il-

Infans ſine brachijs.

III Partus humanus, & caninus.



Iecebra

lecebra, & vaniſſimis commentis, humanas mentes decipiens, terrā, mariq; dominari cæpit: quocirca illa monſtra partim terreſtria, partim aquatilia fuiſſe referunt. Inſuper fœtus humanus canino capite dies anni Domini noningenteſimi decimi quarti, ſummo mærore, obſcurauit: ſiquidem, authore Sorbino, mores Chriſticolarum illius ætatis prædicebat, qui aſſiduè rixantes mutuis morſibus ſe lacerabant: cum reliquiæ impiarum Hæreſum Anthropomorphitarum, & Manicheorum ad illam ætatem penetrauerint. *Puer capite canino.*

III Monſtrum bicorpor caninam participans naturam, quia ex homine, & cane erat integratum, in Epiro, nempe Albania ortum eſt anno Domini trigeſimo tertio
E ſupra milleſimum, & ducenteſimum: quemadmodum in icone conſpicitur, & eo tempore miſera montis Albani ciuitas caninis morſibus, & clandeſtinis proditionibus fuit vexata: nam illi homines (referente Sorbino) multis in rebus perfectionem, & pietatem præ ſe ferebant, poſtmodum à tergo Sacrilegi, à blaſphemia minimè alieni erant, & deniqi canum mordacium ritus æmulabantur. Quamuis circa finem Imperij Lotharingij, fœtus pariter humanus, & caninus à muliere quadam fuerit editus, nimirum corporibus dorſo conglutinatis, veluti figura oſtendit, & mors Imperatoris ſecuta eſt. *Præſagia ex hoc monſtro.*

Monſtrum etiam triceps apud Samnites, nempe in Abrucio, anno Domini quinquageſimo quinto ſupra milleſimum, & ducenteſimum, natum, & breui tempore extinctum eſt. Hinc multi tres Imperij Romani competitores præſagierunt. Rur-
F ſus vertente anno Domini nonageſimo tertio ſupra milleſimum, & ducenteſimum, & imperante Andronico vltimo, puer biceps, & quadrimanus Byzantij ortus eſt, quò nil aliud, vt notat Sorbinus, niſi ſubita Imperij Byzantini ruina, & pernicies præoſtendebatur. Etenim populus, cum olim vero fidei fundamento niteretur, per varias, & fallaces opiniones, magna Chriſtianæ pietatis iactura, vagari cæpit; quod paſſim Hiſtoriæ græcæ teſtificantur. *Monſtrum triceps.*

Pariter puellus quadrimanus, & quadrupes natus circa annum Domini octuageſimum nonum ſupra milleſimum, & trecenteſimum, improbos, & inquinatos multorum Chriſticolarum illius ætatis mores demonſtrabat; cuius nimis manifeſtum præbuit teſtimonium ſciſma Benedicti decimi tertij, qui antea Petrus Luna nominabatur: ſiquidem hæc peſſimi res exempli Chriſtianos mores fœdauit, & Eccleſiæ magnam noxam attulit. Item puer auribus leporinis natus eſt anno Domini nona-
G geſimo quinto ſupra milleſimum, & quadringenteſimum, quo tempore Fridericus Imperator cum Turcis obijt, & Cracouia, furente incendio, proſtrata eſt. Vnde Sorbinus monimentis mandauit, quòd Summus Deus, his monſtris tanquam tot monitis, homines à malis impendētibus abducere conabatur, cum paucos poſt dies in tot lepores degenerandos eſſe præſentiret. *Puer quadrimanus, quadrupes.*

IIII Amplius anno Domini nonageſimo ſexto ſupra milleſimum, & quadringenteſimum, monſtrum in Tyberi fluuio compertum fuit, corpore humano ſquamoſo, capite aſinino, cuius manus dextra erat humana, & ſiniſtra figuram pedis elephantini æmulabatur. Pes quoq; dexter vngues aquilinos, & ſiniſter bubulum pedem exprimebat. Venter erat fœmineus, mammis decoratus. Circa partes poſteriores ſimile caput barbatum habebat, & aliud præterea inſtar Draconis. Hinc
H Sorbinus occaſionem præſagij arripuit, dum ſcriptis mandauit varia membra hoc monſtrum integrantia denunciaſſe varias hæreſes, quæ calamitatem illius temporis conſtituebant. Huius monſtri caput fuit aſininum, quod frigiditatem, & pigritiam oſtendebat, qua Lutherus, & eius Aſſeclæ redundarunt: nam frigefacta omni charitate, varia belli ſemina ex Aſſeclis ſaltem erumpentia, Germaniæ, & multis Regnis perniciem attulerunt. *Monſtrum in Tyberi inuentum.*

V Præterea ſi per amplum ætatis præteritæ campum ſpatiemur, ad hucmagis horrida obſeruabimus monſtra. Etenim anno Domini duodecimo ſupra ſeſquimilleſimum, Rauennæ natum eſt monſtrum cum cornu in capite, pede rapacis auis, genu oculato, loco brachiorum, alis, & ſexu vtroq; erat refertum, cætera erant humana, vt in ſubiecta figura intueri licet. Eo autem tempore in lucem prodijt hoc monſtrum, quando Iulius Secundus Pontifex maximus vniuerſam Italiam & magnam Chriſtiani Orbis partem in Ludouicum Duodecimum Galliarum Regem

IIII Monſtrum capite aſinino.



V Monſtrum cornutum, & alatum cum pede rapacis auis.



Præſagitio monſtri.

concitauit: vnde poſtea die Reſurectionis Dominicæ, penès Rauennam, maximum bellum conflatum eſt. Alij verò, ex aſpectu huius monſtri, illud tempus varijs, & neſarijs hominum vitijs non carere ſunt vaticinati; nam per cornu monſtri, ſuperbiam, per alas, leuitatem, & inconſtantiam mentis; per defectum brachiorũ, nulla recta opera, per pedem rapacis auis, rapinam, vſuram, & auaritiam, per genu oculatum, ſolam hominum ad res mundanas propenſionem, & per vtrumq; ſexum, omnem turpiſſimi luxus ſpeciem expoſuerunt.

VI Monſtrum cornutum, & alatum aliud.



VI Non multum diſſimile monſtrum cornutum, & alatum aliud exhibemus: hoc habebat caput facie Satyri, cornu, & auribus deturpatum, brachiorum loco, alas inſtar auis, pedes duos, quorum dexter humano erat ſimilis, cum oculo in genu, & ſiniſter ſquamoſus in caudam piſcis definebat. In pectore huius monſtri tres litteræ, nimirum X Y & V expreſſæ cernebantur ſed V ſupra figuram Lunæ veluti adoleſcentis obſeruabatur. Hinc eruditi viri ad præſagia animum conuertentes, flagelli diuini declinandi rationem ex his tribus litteris didicerunt. Nam X Chriſti crucem, & Y Pithagoræ littera virtutem deſignat; ideoq; ſi homines pro arcenda Dei ira, ad Chriſti Crucem, & virtutes confugient, proculdubio virtutibus Cælum Lunæ penetrantes, ad ſedes uſq; empyreas peruenient. *Expoſitio litterarum.*

VII. Vitulomonachus Sorbini.



VII. Admi-

VII Admirari deinceps oportet monstrum horrificum, quod anno Domini vigesimo tertio supra sesquimillesimum, in quadam Germaniæ villa natum esse referunt. Quamuis alij, vt Iacobus Rufus, & Ambrosius Pareus in Sceeqner Saxoniæ pago ortum esse voluerint: vtcumq; sit, hoc monstrum ex muliere in lucem editũ, omnibus ferè partibus vitulum æmulabatur, præterquam in vertice, vbi tuberculum carneum rotundum conspiciebatur, quod affabrè verticem sacerdotis in orbem tonsum referebat, deinde carnea quædam substantia à collo in dorsum ita eleganter formata pendebat, vt cucullum monachicum repræsentaret. Non igitur præter rationem Sorbinus hoc monstrum meditans Vitulomonachum nuncupauit, & nefariam infamis Luteri prædicationem præsagisse tradit. Sed magis admirandum est, quòd monstrum hoc crura habebat lacera; quæ fortè indicabant pœnam, qua vndiq; maculosa criminosi Luteri infamia erat afficienda. Quamobrem Sorbinus infinitam Dei in humanum genus clementiam, & æquam iustitiam meditari non cessat, posteaquam hac ignominiosi, & terribilis monstri natiuitate, probrosi Luteri, & inhonestorum Assectarum defectionem à recta fide presignificauit.

Præsagium Luteri.

A

VIII Aliud magis formidabile monstrum natum est in Belgio ex parentibus non infimæ sortis, anno Domini quadragesimo tertio supra sesquimillesimum, vel iuxta sententiam Iacobi Rufi, & Cardani, ortum est in Cracouia. Hoc cauda erat refertum, loco nasi, promuscidem gestabat, oculis rotundis, & alatis auribus asininis, cum duobus alijs oculis supra vmbilicum, pedum, & manuum digiti quatuor accipitrinis vnguibus erant similes, quorum tres, more anseris, membrana quadã colligabantur. Cubitis, & genibus capita canum adhærebant, in loco mammarum, duo item capita, vel canum, vel simiarum eminebant, & tribus tantum horis vixit. Sorbinus igitur hoc monstrum contemplans in tanta canum, & simiarum multitudine perhorrescere videtur, quibus tot homines caninos corpus ecclesiæ tunc temporis dilaniantes indicari pronunciauit: idcirco grauis Dei vltio erat expectanda, quę caninos hominum mores puniret, quoniam, illa ætate, vesanis, & vagis tumultibus magna pars Germaniæ redundabat.

B

Huius Monstri præsagium.

Ad præsagitionem quoq; attinere possunt monstra, quæ à naturali ordine Ioon valdè recedunt, veluti illud Lutetiæ Parisiorum natum anno Domini septuagesimo supra sesquimillesimum mense Iulij, quod repræsentabat duos gemellos natum vnitate, & vnico pariter vmbilico copulatos, consequenterq; capitibus, brachijs, & pedibus oppositis. Hoc monstrum ex parentibus infimæ sortis, nimirum ex Petro Germano baiulo, & Matthea Pernella matre prodiuit, deinde Optimatibus, & populo passim monstratum fuit; hinc varij homines varia vaticinia protulerunt. Alij ex hac gemellorum vnitate pacem sanciendam esse præcinuerunt, quam tunc Pacificatores agitabant. Alij verò ex coniectura huius monstri spem pacis exclusam esse demonstrabant; cum horum gemellorum alter ambulare, & alter sedere non posset. Propterea nonnulla carmina in Pacis interpretes, quibus negocium concordiæ Rex mandauerat, fuerunt concinnata hunc in modum.

C

Præsagium Gemellorũ.

Quis dubitat, quin pax tam longo tempore tracta
Mox sit maiori corruitura malo?
Hoc non Pacifici portendunt omine fausto;
Claudicat hic pedibus, sed sedet ille malè.

D

Monstra quoq; huius generis olim, temporibus Augustini, Heronymi, & Pauli Diaconi conspecta fuisse non est in dubium reuocandum. Quandoquidem Diuus Augustinus monimentis mandauit, quòd sua ætate, infans supernis membris geminus in Oriente natus est. Et Paulus Diaconus memorat monstrum post obitum Theodosij natum, quod duobus capitibus, duplici pectore, & consequenter quatuor manibus erat integratum, in quo duplex sensus obseruabatur: nam altero dormiente, alterum caput vigilabat; immò in vigilia sæpè inter se rixabantur. Tandem monstrum eiusdem ferè speciei Liddæ conspectum fuisse Hieronymus fuit Author: quapropter duo monstri capita nil, nisi confusionem imperiorum, & rerum ferè omnium præostenderunt: tunc enim scissmata in rebus ecclesiasticis emerserunt, & nefariæ Donatistarum, & Pelagianorum hæreses ex tartareis locis eruperunt, & infinitæ aliæ calamitates humanum genus afflictare cœperunt, quas omnes recen-

Lib. 16. de ciuit. Dei cap. 8.

Lib. 1. de Imp. Theodorij.

Præsagia, ex descriptis monstris.

sere

VIII. Infans σεγαπόδων, cum promuscide, & capitibus animalium.



fere permolestum esset. Hoc eodem tempore Gothi, Vandali, & Hunni deuastantes passim regiones, solo illas pœnitùs adæquarunt, & Romanum Imperium tunc adeo debilitatum est, vt nulla spes pristinæ authoritatis recuperandæ superesset.

IX Monſtrum tetrachiron alatum capite humano aurito.



IX His obiter animaduerſis, ad ſeriem annorum reuertentes, incidemus in annum ſeptuageſimum ſeptimum ſupra ſeſquimilleſimum, quo, circa ripas Danubij, die duodecima menſis Februarij, propè Budam Hungariæ, magno incolarum damno, viſum eſt monſtrum alatum tetrachiron, ſcilicet quatuor manibus refertum, facie humana, auribus aſininis prædita: quare partes ſuperiores leues hominem, & inferiores admodum hirſutæ bouem æmulabantur: non iniuria igitur cum Ouidio canentes poterimus hoc monſtrum appellare.

Semi-

Semiuirumq; bouem semibouemq; virum.

Itaq; quatuor manibus lapides non paruos iaculabatur, quibus plures accolas occidebat. Vnde populi perterrefacti, congregata hominum armatorum multitudine, terga hostilis monstri, dato signo inuaserunt, & tandem, magna armatorum clade, monstrum immane strauerunt; ad quod postea in Forum delatum conspiciendum multæ gentes magna admiratione confluebant. Interea quot, & quantis calamitatibus, & assiduis æruminis illa Regio vexata fuerit Historiæ patefaciunt.

X. Monstrum triceps capite Vulpis, Draconis, & Aquilæ.



X Verum ſi hoc fuit immane, & exercrabile monſtrum, non minus ferum, & terrificum fuit illud, quod in Aegypto circa ripam Nili verſabatur tribus capitibus, nimirum Aquilæ, Draconis, & Vulpis refertum, corpore ſquamoſo, inſtar ſerpentis, ab vno latere brachium humanum cum manu, & ab altero aquilinum pedem extendebat. Deinde mammas habebat humanas, caudam Leoninam, pedes quatuor omnino diuerſos, ſcilicet leoninum vnum, humanos duos, & quartum anſerinum tribus digitis præditum. Hoc monſtrum erat amphibiæ naturæ, & homines, reliquaſq; animantes deuorabat. Huius iconem in Muſæo publico inuentam cunctis ſpectandam proponimus.

Monſtri deſcriptio.

Amplius inter præſagia proculdubio collocandus eſt ille infans, qui, anno Domini milleſimo ſexcentesimo vigeſimo primo, natus eſt ex aduenis, in Vrbe Auguſtarum Aquarum Aquitaniæ, quam Vulgus Baionam appellat, hic, quoad mẽbra erat benè conſtitutus, ſed multi oculi totum corpus deturpabant, quoniam fabuloſum Poetarum Argum imitabatur. Verùm ſi caput Argi totum erat oculatum, itaut ſcripſerit Ouidius. A

Li. 1. Metã.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.

Oculi huius monſtri non ſolum caput, ſed cæteras corporis partes illuſtrabant. Immò inter prodigia hic monſtroſus infans erat collocandus, quoniam, antequam expiraret (vixit enim quindecim dies) clara voce locutus eſt. Deinde augetur admiratio, quoniam in eadem ciuitate monſtra cœleſtia apparuerunt, dum equites per aerem ambulantes viſi ſunt.

Monſtrum oculatum.

B

Inſuper in Oſtrouizza, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, arce inſigni per decem milliaria à Sibinico Dalmatiæ diſtante, menſe Aprilis puellus monſtrificus ortus eſt, cum tribus cornibus, tribus pariter oculis, vnico naſi foramine, auribus aſininis, & pedibus inuerſis. Quamobrem, natiuitate huius monſtri diuulgata, Dynaſtę Regionis confeſtim congregarunt Diuinantes, vt ex hoc monſtroſo partu, quid futurum eſſet prodigioſum, prędiuinarent. Itaq; hi monſtrorum Coniectores, omnibus infantis partibus diligenter exploratis, per triplex cornu, triplicem Turcarum poteſtatem, in Aſia, Africa, & Europa ſunt atteſtati: per triplicem oculum, triplicem prædixerunt vigilantiam quam Turcarum Imperator adhibet, dum homines ſuæ poteſtati ſubiectos in triplici munio, nempe in militia, agricultura, & prole aſſiduè verſari curat. At per aures aſini, Turcas egregios bellatores denunciabant; cum aſinus viuens frequenti ruditu tubam bellicam æmuletur, & mortui pellis in fabricandis tympanis adhibeatur. Deniq; per inuerſos monſtri pedes, periculum diminutionis Turcarum dominij imminere hariolabantur.

Monſtri Præſagia

C

XI. Eodem anno ex litteris Bizantio acceptis intelleximus monſtroſum, & horrendum fœtum ab vxore Dynaſtæ Turcici exiuiſſe, magnò mulierum clinicarum terrore, quæ parturientis domum auxiliaturæ petierant. Caput erat aſininum. Pedes, & manus rapacium auium vngues imitabantur. Hinc varij Diuinantes varia ſunt vaticinati; ſed plures diuinam erga infideles iram, hiſce monſtris pręmonſtrari prænunciarunt: namq; malus Dæmon, Deo permittente, in aluo mulieris grauidæ partes conceptus in horrendam ſpeciem transformat, adiectis cornibus, cauda, & vnguibus rapacium auium, applicando actiua naturalia paſſiuis, & remouendo omne impedimentum, quod opus intentum prohibere poſſet. Sic enim intelligimus quandoq; monſtra adeo turpia naſci, vt Cacodæmonis effigiem repræſentent. Nam Cornelius Gemma monſtrum tertificum in vrbe Brabantiæ ex muliere natum fuiſſe teſtificatur, quod affabrè figuram Cacodæmonis referebat. In horum monſtrorum formatione, multi ad cauſas ſupernaturales confugiunt: quamuis alij in imaginationem parentum referant: nam ſi mulier cum viro laruam Dæmonis induto congrediatur, vel ſi mulier malefica incubum Dæmonem admittare ſit aſſueta; tunc monſtrum Dæmoniforme gigni poteſt. Etenim Dæmon, corpore aſſumpto, proliſicum alicuius hominis ſemen in vterum mulieris defert: quo circa mulier, virtute ſeminis, hominem concipit, & vi ſpectri in imaginatione impreſſa, Anthropodæmonem poſtea enititur. Sed de his inferius in Rubrica cauſarum verba fient.

Monſtra de mouiformia

D

XII Mon-

XI. Monſtrum capite aſinino, pedibus, manibuſq. vngue auium refertis.



XII Monſtrum quoq; mirabile fuit illud, cuius icon ex Regione Betica Hiſpaniæ miſſa fuit: hanc enim in Muſeo publico inuentam lectori conſpiciendam exhibemus, & nobis perſuademus, quòd natiuitas huius monſtri magnam ſpeculandi anſam Vatibus Hiſpanicis, ſeu Bæticis præbuerit. Pariter anno octuageſimo primo ſupra ſeſquamilleſimum, apud Sereniſſimum Principem, & Eminentiſſimum Cardinalem Mediceum Canis partibus monſtroſis, & capite ſerpentino conſpiciebatur. An poſtea aliquid monſtra ſemper præmonſtrent, videndum eſt in Rubrica Problematum. Cum Soleant multi ex natiuitate cuiuſcumq; monſtri aliquid per-

XII. Monſtrum ex Regione Betica Hiſpaniæ.



peram

peram præsagire: Nam si infans cum dentibus nascatur, penuriam annonæ vaticinantur. Si puellus sit multipes, aduentum hostium præsignificant. Si duo gemelli fuerint simul iuncti, bella ciuilia prædicunt. Id autem de intestinis discordijs non semper verum esse possumus attestari exemplo pueri cum gladio in ventre, ab vtero matris in lucem editi, quemadmodum in Icone XIII. ostenditur. Tradit igitur Marcus Frytschius in Meteorologicis Ante bellũ Germanicum, quod Carolus Quintus Imperator Duci Saxoniæ, & Fœderatis intulit, natum esse infantem in quodam Francorum pago, in cuius ventre cuspis cultri eminens conspiciebatur, qui

Præsagium dirum.

XIII Puer natus cum cultro in abdomine.



postea

Præſagium. poſtea, paulatim ſuppuratione procurata, tandem extractus eſt. Exijt in lucem hic puer monſtrificus anno Domini quadrageſimo ſexto ſupra ſeſquimilleſimum. Hinc Omnes bellum ciuile præſignificarunt, & mutuas ciuũ cædes prædixerũt, qui ciues tunc inter ſe præliantes, veluti in proprijs viſceribus ferrum occultare perhibentur. Verũ vt veritatem fateamur, hoc ad nimiam hominũ audaciam, & ſuperſtitionem attinere videtur. Poſſumus quidem atteſtari monſtra eſſe Dei monita, quibus ad emendationem criminum incitamur, vt deletis tandem peccatis, ad bonam frugem reuertamur, & hic ſenſus inter alios veritati magis eſt conſonus. Olim, vt recitat Alexander ab Alexandro, ſi inſoliti, & monſtroſi partus naſcebantur, in mare, vel flumen deijci iubebantur, & paulò inferius prodit; quòd apud Athenienſes, ſi monſtra naſcebantur, quæ expiatione egerent, Agys, ideſt veſtibularijs Dijs, in ſemitis viarum ſacra fiebant; quare Agyleus Apollo eximiè colebatur, vt ſi benè, & fæliciter caſurum eſſet, proſperos ſucceſſus darent, & promiſſa affirmarent, atq; admitterent; ſin aliquid mali inſtaret, aditu inhibito auerterent. Cælius quoq; Calcagninus tradit & ipſe hominem trimanum, vel quadrimanum, vel bicipitem natum apud Romanos, mandato Aruſpicum, expiationis cauſa, in mare proijci, vel in ſolitudinem deferri ſolitum. Deinde addit, ex Iulio Obſequente, puerum quatuor pedibus, manibus, oculis, auribus, ex ancilla natum, iſſu Aruſpicum concrematum, & cinerem in mare deiectum fuiſſe.

Lib. 5. gen. dier. cap. 25

In oper. de oct. & fig.

A

B

CAVSAE.

Cauſa triplex.

TRIPLICEM cauſam (loquendo de vniuerſalibus) Authores de Monſtrorum generatione aſſignare ſolent; primam vocant ſupernaturalem, quando ſummus Deus in vltionem alicuius commiſſi criminis, hominem deuenuſtat: quemadmodum de Nabucdonoſore Rege in ſacris litteris legitur. Altera cauſa conſiſtit infra naturam, quãdo malus Dæmon ſenſus humanos ludificat, vt quibuſdam hominibus in bruta per maleficium transfiguratis accidit. Tertia cauſa ad naturales cauſas reducitur, quãdo vitium aliquod principia naturalia generationi, & conformationi deſtinata corrumpit: quocirca Diuus Thomas in Commentarijs ad libros Analiticos Ariſtotelis, monſtrorum procreationem corruptioni alicuius principij attribuebat.

C

Sed aduertendum eſt, vt veritatem fateamur, monſtra determinatis cauſis carere, quoniam monſtra non ſunt effectus à natura intenti, ſed tantum per accidens procreantur: Quamobrem horum cauſæ potius imaginariæ, quàm legitimæ in cãpum erunt afferendæ. Itaq; dicendum eſt ad generationem monſtri cauſas intrinſecas, & extrinſecas concurrere; & inter cauſas extrinſecas Natura Regionis, & conſtitutio aeris reponuntur; cum frequentiores monſtrorum generationes in Africa, & in Aegypto, quàm in alijs regionibus fiant.

Cauſa intrinſeca quæ.

Ad cauſas intrinſecas virtus formatrix, materia Seminalis, receptaculum fœtus, membrana fœtum inuoluens, vel diſtinguens reducuntur. Nam formatrix facultas ad formandum animal minime idonea monſtrum gignit. Materia ob exceſſum, ob defectum, & ob mixtionem, monſtris famulatur. Exceſſus materiæ in monſtris plures partes extra ordinem naturæ habentibus conſpicitur; defectus eiuſdem materiæ in fœtibus abſq; manibus, vel pedibus apparet. Mixtio materiæ idem præſtare poteſt: nam Ariſtoteles aliquando ſcribebat in Africa ſæpe monſtra contingere, dum animalia diuerſæ ſpeciei propter inopiam aquarum ad fluuios confluunt ibi enim congrediuntur, & ex permixtione vtrij ſeminis monſtra emergunt.

D

Lib. 2. de Gen. An. c. 5

Membrana in ouis quid denot.

Ratione anguſtiæ receptaculi fœtus, monſtra naſcuntur, dum copia materiæ ad duplicem fœtum procreandum ibi confunditur; hinc oritur fœtus pluribus integratus partibus, quàm oporteat. Defectus etiam membranæ in ouis, quæ duobus vitelis redundant, eſt in cauſa generationis monſtri, quoniam materia confunditur, & pulli monſtroſi inde exiluæ ſolent. Ideo Authores hoc diligenter meditati, in

propo-

proponendis monstrorum causis, inter se sententijs variant: quandoquidem horũ alij monstrorum causas in prauam Parentum temperaturam referunt, alij ad absurdas imaginationes, alij ad iram diuinam, alij ad constellationes, & præcedentes syderum congressus, alij ad naturam transferentem vim multarum partium in vnum membrum, alij ad potestatem mali Dæmonis, alij deniq; has causas ad congressum animalium diuersæ speciei reducunt.

Nos igitur in præsentia monstra tanquam opera Naturæ contemplantes, eorũ originem ex quatuor summis causarum generibus haurire debemus, quæ ex causa materiali, finali efficiente, & formali constituuntur. Monstra materialem causam habere dicuntur, quoniam quicquid vel per se, vel per accidens à natura producitur, procul dubio ex præexistenti aliquo subiecto resultat. Finalem causam habent, quoniam natura nihil frustra operatur, sed omnia ad finem aliquem diriguntur. Habent causam efficientem, quoniam omne productum ab aliquo producente producitur. Habent deniq; causam formalem, quoniam omnia naturæ opera formam consequuntur. *quatuor causarum genera.*

Itaq; has peculiares monstrorum causas in præsentia exposituri, inter alias prima fronte causam materialẽ examinabimus; cum hæc prima omnium, iuxta verus etymum, nomen causæ sibi vendicauerit: cum causam à chaos, deductaaspiratione dictam esse voluerint; quoniam confusa illa materia primùm formas rerum omnium induerit. Preterquamquòd omnes Philosophi, & Medici materiæ seminali monstrorum omnium causas assignare videntur; quocirca Democritus frequentiores hominum congressus damnabat, quoniam ex hac seminis abundantia sæpè monstra prodire opinabatur. Empedocles propter copiam, & defectum seminis, aut eiusdem agitationem, partus monstrosos generari retulit.

Aristoteles quoq; monstrorum primam causam in materia collocat, dum natura, in partibus construendis à recto tramite recedit, propter excessum, aut defectum materiæ, aut propter translationem eiusdem in aliquam partem, & locum, vbi non erat opus: qua de re duæ partes vitiantur, dum altera defectum, altera excessum patitur. Immò si generentur duæ partes similes, & vna sit superflua, tunc id accidit ob materiam seminalem in vtero existentem, quæ, vel ob motum, vel propter flatum diuiditur: vnde materia generationi digitorum destinata segregatur, & aliò fertur, vbi autem quieuit, ibi pars superflua procreatur, & quamuis talis materia perueniat ad caput, non tamen in substantiam capitis transmutatur, sed in digitos, quia materia vim illius membri in se continet, à quo prius recessit. Ideo in dissectione humanorum cadauerum, sæpè plures renes, venæ emulgentes, nec non vasa spermatica, & genitalia duplicata obseruantur; idq. ob intempestiuam venerem contingit, quæ ab hominibus frequentius, quàm à brutis exercetur. *L. 4. de Gen. An. c. 3.*

Galenus sententiæ Empedoclis adhærens monstra nasci docet, si semen copiosum, vel paucum, si diuulsum, si motu immoderato immissum fuerit; aut quia additionem, vel diminutionem, aut quia transpositionem, vel inflammationem acquisiuerit. Addit præterea, iuxta nonnullorum Medicorum sententiam, prauam vteri conformationem. *In lib. de hiſt. philoſoph.*

Ioannes Grammaticus, in cõmentarijs ad animam, sententiæ Aristotelis adstipulatur. Cardanus causas monstrorum ad facilitatem, & dispositionem materiæ reducit: qua de causa frequentiora monstra in vilioribus, & imperfectis animalibus, quàm in perfectis obseruat: hinc à natura humana, & elephantina rariora monstra produci fatetur. Cum igitur Gunthcius Poeta viliores, & imperfectos animantes monstrosos sæpè nasci obseruasset, monstrorum causam fæculentæ rerum naturalium materiæ assignabat, quæ cum vim perfectæ creationis non possideat, monstriferos partus edit. Sic igitur canit. *Lib. 12 de ſubtil. L. 5. Auſtriad.*

Quod superest mundumq; ipsum, seriemq; fatigans
Respuitur passim, hinc hominum pecudumq; repente
Monstriferi partus.

Sed his reiectis tanquam Poetarum nugamentis, ad opinionem Alberti Magni accedemus, qui monstrorum causam in materia collocat, & in modo creationis eius, quod concipitur. Immò addit monstra contingere ob aliquem errorem operationis *L. 18. de An. cap. 6.*

nis naturæ, iuxta abundantiam, vel defectum, aut poſitionem, aut figuram membrorum. Alibi idem Author monſtra ad quatuor cauſas refert, nempe ad diminutionem materiæ, ad ſuperfluitatem eiuſdem, ad prauam qualitatum proportionem ratione materiæ, & demum ad malitiam continentis. Amplius addit monſtra trifariam fieri diminuta, vel iuxta diminutionem membrorum tantùm, & non iuxta numerum, deinde iuxta diminutionem, & numerum, tertiò iuxta numerum, & nõ iuxta magnitudinem. Rurſus addit monſtra, quæ fiunt propter diminutionem materiæ ſecundùm quantitatem magnitudinis, vel ſecundùm numerum, vel ſecundùm diminutionem fieri, vel ex diminutione materiæ, vel ex debilitate virtutis formatricis, quæ non poteſt formare niſi partem materiæ, & aliam reijcit, & ſic oppoſitũ dicendum eſt de ſuperfluitate materiæ.

Lib. 2. Phyſic. tract. 2. cap. 3.

In li. Anat.

Ambroſius Pareus de cauſa materiali monſtrorum verba faciens ſcribebat, Philoſophorum, qui de monſtris pertractarunt, hanc eſſe ſententiam, quòd ſi quando animal ſua natura vniparum, cuiuſmodi eſt homo, plus materiæ ſeminalis in congreſſu excreuerit, quàm neceſſe ſit ad vnius animalis generationem, fieri non poſſe, vt ex eo toto vnũ animal gignatur. Itaq; inde gemini, vel plures fœtus naſcuntur. Ex hac cauſa prodeunt Hermaphroditi, ſeu Androgyni, & fœtus multiplices. Vnde ad rem Martinus Cromerus memorat Margharitam nobilem Virboslai Comitis vxorem, quæ vnico partu ſex, & triginta fœtus edidit, & Ioannes Franciſcus Picus Mirandola meminit Dorotheæ Italæ, quæ gemino partu viginti liberos enixa eſt. Sed de his legendum eſt primum caput huius libri, in Rubrica partus. Neq; in hac multiplici ſobole confugiendum eſt ad multiplicitatem cellarum matricis; cum hoc veritati repugnet: nam anatomica inſpectio nullas in vtero cellas obſeruat. Reliquum eſt igitur, vt id in cauſam materialem copioſam referatur.

Li. 9. Hiſt. Polon.

Cellę an ſint in vtero.

In opere de monſtris.

Celſus Mancinus Rauennas vir eruditus huius cauſæ meminit, dum ortum mõſtrorum diminutæ, & copioſæ materiæ attribuit: nam ratione primi fœtus, aut ſtaturam admodum paruam, aut defectum alicuius partis ſortitur: ratione ſecundi, ſtaturam nimis grandem totius, vel partis, aut ſuperfluum in manibus digitum, & ſic deinceps naſcitur: immò, adiuuante vi formatrice, infans aliquando cum dentibus, & barba in lucem egreditur. Ad hanc cauſam Albertus Magnus refert illam puellam quæ mammas, inſtar mulieris adultæ, habebat, & menſes, referente eius matre, patiebatur. Item Albertus ad rem narrat ſe obſeruaſſe deforme monſtrum, quod vndecim buccis, & viginti quatuor labijs imperfectis redundabat. Hinc multi cauſam gemellorum eliciunt; quando ſcilicet materia ſeminalis in duas partes æquales diſtribuitur. Sed ſi accidat, vt materia in varias portiones ſegregetur, tunc ſuperflua membra, & non partus perfecti generantur.

Monſtrum multis labris referiũ

Regentes Pariſienſes, qui phyſicas circa doctrinam Ariſtotelis quæſtiones, iuxta mentem Scoti monimentis mandarunt, ad calcem ſecundi libri Phyſicorum, de cauſa materiali monſtrorum verba facientes, Alberti opinionem ſecuti, monſtra quadruplici de cauſa contingere tradiderunt. Primò propter diminutionem materiæ; & hoc trifariam, vel quia virtus formatrix non poſſit formare, niſi parum materiæ, & aliam partem materiæ reijciat, ex qua proles eſſet procreanda, & ſic ſæpe animalia abſq; brachijs, vel pedibus integris generantur, vel ex diminutione materiæ, & ita deſiciunt partes longè à corde diſtantes, ſicuti manus, & pedes, vel membra ita mollia redduntur, vt corpus ſuſtentare nequeant; aut ex vtroq; ſimul, & ita ſæpe contingit defectus in toto corpore, vel in partibus principalioribus quæ madmodum accidit cuidam puellæ, quæ ſine oculis, & naſo orta eſt. Secundò ex ſuperfluitate materiæ id contingit, & hoc trifariam, vel vitium eſt in ſolo numero, veluti quando homo cum ſex digitis, vel tribus pedibus naſcitur, vel in magnitudine ſola, veluti quando in aliquo animali eſt aliquod membrum non iuxta proportionem alia membra excedens, vel quando membra vnius animantis excedunt membra aliorum in numero, & in magnitudine ſimul.

Cauſa defectus.

Cauſa ſuperfluitatis

Formæ generationis monſtrorum ex cauſa materiali ſunt multifariæ, & prima eſt ſeminum mixtio, & confuſio, de qua Ambroſius Pareus verba faciens, monſtra ex confuſione ſeminum diuerſæ ſpeciei naſci aſſeuerabat. Idcirco Ludouicus Mercatus inſignis Medicus materiam, ad ſimilitudinem comparandam, ex ſimilitudine,

Li. 3. de Affect. mulier cap. 7.

& ine-

& inæqualitate substantiæ inepta fieri pronunciauit. Hæc autem forma est secundus modus procreationis monstrorum ex vitio materiæ, iuxta mentem Vuenrichij: retulit enim, quæ in vtero permiscentur semina, nisi familiaritate quadam fuerint copulata, aut nihil, aut monstrum procreare. *In lib. de mon. cap. 14.*

Item Regentes Parisienses in calce libri secundi Physicorum ad rem conscribunt contingere etiam ex diuersis seminibus monstra generari, quæ partim vnam naturam, & partim alteram participant; veluti quando animantia hýgenera nascuntur; vt mulus ex equo, & asino, & quando animal ex lupo, & cane prosilit: hoc autem accidere proferunt, quando semina diuersæ speciei animalium in qualitatibus
E conueniunt, & rarò id contingere, quando in qualitatibus discrepant; quemadmodum rarò vel nunquam monstra Empedoclis visa sunt, quæ partem supernam viri, & partem infernam equi repræsentabant. Verùm is Authores circa hæc monstra Empedoclis allucinantur, quoniam huiusmodi monstra non equi, & hominis, sed hominis, & bouis figuram referre dicebantur: quemadmodum in textu Aristotelis legitur. *Lib. 2 Phys. text. 83.*

Itaq; ad rem recitat Rhodiginus, apud Sybaritas fuisse pastorem nomine Crathim, qui in nimium solutus luxum, capellam omnium formosissimam deperibat, & hanc frequenter tanquam amicam ineibat; interim Hircus antesignanus, & Caprarũ ductor hæc animaduertens quadam zelotypia concitatus, & pastorem quandoq; dormientem conspicatus, maximo impetu struens, dormientis sinciput allisit
F quare pastori insigne monumentum structum est: nam de eius nomine fluuio coognomen fuit assignatum, & ex illo nefando concubitu natum tradunt infantem qui cruribus matrem, & facie patrem referebat. Neq; hoc mirandum est, quia habemus ex prima parte historiæ Peruanæ, quòd in quibusdam locis regionis, quædam simiæ grandes versantur, quibuscum tanquam cum mulieribus Incolæ quidam, suggestu Dæmonum, permiscentur; hinc oriri ferunt monstra capite, & pudendis humanis, manibus verò, & pedibus simiæ, reliquo corpore hirsuto, quæ non loquuntur, sed vlulando Dæmones quodammodo æmulantur. *Partus non Hirsutus capellæ,*

Secunda forma ortus monstrorum ratione materiæ vitiatæ, iuxta sententiam Ludouici Mercati, ex effusione seminis per vterum mulieris dependet; idq; eleganti, & perspicuo exemplo plumbi liquefacti explanat, quod si inæqualiter fusum fuerit, inæqualia etiam formantur simulacra: propterea, ob hoc vitium, ex semine
G deformes, & inæquales fœtũ partes resultant, quando in hominibus caput iustò crassius, & cæteras partes admodum deformes manifestè conspicamur; & hæc forma attinet ad septimum vitium materiæ Vuenrichij, vbi hic author materiam non continuam sed motu segregatam contemplatur; quod aliquando, ob situs obliquitatem accidere solet. Nam Ambrosius Pareus hoc respiciebat, quando scripsit, monstra à matris vitiosa, per totum grauiditatis tempus, collocatione producuntur: etenim quæ domi otiosæ sedent, quæ decussatis cruribus quæ curuo, & prono in genua corpore, telam acu pinguunt, vel suunt, quæ aliud onus subeunt, quæ ventrem fascijs, vel subligaculis, aut vestibus, arctius comprimunt, fœtus obstipos, repandos, gibbosos, pedibus, & alijs partibus distortos enituntur. *Lib. 2. Affect. mulier cap. 7. loco cit. Grauidarũ operationes inconcinnæ.*

Huic sententiæ Vuenrichius adstipulatur his verbis: considerandum esse mulieris prægnantis situm, quo aliquid in tenera, & molli massa peruerti potest. Id posthæc confirmatur à Leuino Lemnio, dum exemplo mulierum Belgicarum, & potissimùm maris accolarum id manifestat, quæ in concubitu, cum nimis mobiles, & inquietæ sint, deturpatos, & ineptos fœtus in lucem edunt. Huc referenda est angustia vteri: vnde Pareus ex loci angustia, monstra quandoq; originem ducere fassus est; quoniam pendentia ex arboribus poma, antequam debitam magnitudinẽ acquisierint, si angustis vasculis excipiantur, iustis incrementis prohibentur: nam cum ex Philosophorum sententia, locus sit forma locati, necesse est, vt ea, quæ loceis admodum arctis continentur, motionis suæ libertate priuentur: qua de re imminuta manca, & mutila euadunt. Ab hac sententia non recessit Vuenrichius, qui figuram vteri in auctione fœtus se minime dilatantis vasculis poma tenella excipientibus comparabat, quæ non aliam, nisi vasorum figuram accipiunt. *Lib. 1. de occul. nat. mir. c. 8. Lib. 3. de morb. mulier. cap. 7.*

Tertiam formam ortus monstrorum ex vitio materiæ pendentem Ludouicus Merca-

Mercatus proponit, quæ in crassitie, duritie, fluxibilitate, aut corruptione seminis, & sanguinis menstrui consistit: quapropter, quæ inde generantur, longè à parentum natura dissident: hunc modum Vuentrichius pro quinto vitio materiæ publicat, dum virtutem genitalem in crassiori spermate ita obrui fatetur, ne formationi fœtus commodè famulari possit. Hoc autem in sicca testium constitutione contingere solet: sicuti vicissim, semen aqueum incurrit hoc vitium, quod pro sexto vitio materiæ ab Vuentrichio prædicatur: hoc semen improbatur, quoniam cum liquidius sit, in neruos, venas, arterias, & sic deinceps in alias partes solidiores concrescere nequit.

Posteaquam sermo est habitus de recessu à natura parentum: hîc obiter obseruandum est monstra hæc à parentum natura trifariam dissidere. Primò dum materia seminis idonea est, non tamen ex toto superatur, nam tunc fiunt ea quibus potest assimilari, & id est vniuersale, & genericum, cum aliquid in specie, & in individuo simile non possit resultare. Fit igitur animal, cum homo fieri non possit, tendit enim natura ad id, quod melius est, & subsistit in eo, quod potest: itaq; generatur solum sensitiuum, in quo subsistit, vitio materiæ: nam cum semen illud potentiã habeat ad sensibile, id saltem consequitur, rationale verò non fit, neq; anima talis introducitur propter ineptitudinem materiæ, & fabricationis. Deinde hoc defectu nati à parentibus dissident, cum magis impediatur seminis facultas, itaut neq; animal generari possit, sed tantummodo quid informe inter viuentia, & non viuentia medium, veluti est genus molarum, quas mulieres aliquando eniituntur: de quibus superius in Rubrica Differentiarum egimus. Demum hoc defectu ineptæ redditur adeo materia, vt facultas agentis nullo modo ipsam immutare possit: vnde postea prodire dicitur illud, quod toto genere præter naturam Philosophi appellant quemadmodum si in vtero fœminarum calculi generentur.

Fœtus cur dissimiles à parentibus. A B

Quartam formam ortus monstrorum ratione materiæ affert Ambrosius Pareus pendentẽ ex vitio hæreditariæ materiæ, & hac ratione ex gibbis gibbosi, & ex strumosis strumosi oriuntur. Hanc sententiam stabiliebat Vuentrichius quando dicebat, quasdam in monstris deformitates, propter hæreditatem, esse obseruandas: cum ex nanis nanos nasci compertum sit, quamuis id euenire non semper necesse sit, neque in omnibus, nam quæuis monstra speciem non multiplicant.

Monstra speciem non multiplicant.

Quinta forma originem traxit ab aliquo extrinsecus mulieri prægnanti accidente, siue sit casus ab alto, siue contusio, siue vulnus, siue aliud huius generis, quod mulieri vtero gestanti nocumento esse possit. Vueinrichius id manifestat, quando de noxis grauidæ mulieris sermonem habet: immò suam sententiam authoritate Hippocratis confirmat, qui in libro de genitura, puerum in vtero mutilum aut contusum ex matris grauidæ plaga, aut lapsu vel aliquo alio violento affectu fieri pronunciabat, & qua parte mater contusionẽ vel vulnus accepit, ea etiam parte fœtum mutilari affirmabat. C

Sexta, & postrema forma natiuitatis monstrorum, ratione materiæ, pendet ab imaginatione, quæ vim possidet impediendi materiam seminis, quo minus genitoribus assimilari possit, & hanc etiam modum diligenter examinat Ludouicus Mercatus, quando inquit superesse aliud impedimentum, quo semen operari liberè nequeat, neq; filium parentibus assimilare possit, nimirum imaginationem vehementem, & variam, quæ non solum inter concipiendum, verùm etiam quæ toto formationis tempore concipitur, quoniam hæc formatio seminis eo modo dominatur, quo potentiæ inferiores superioribus obsequuntur. Quamobrem illa effigies potius per imaginationem vehementem comprehensa, quam patris idolum in fœtu imprimitur, his assentitur Diuus Thomas asserens imaginationem esse vim quamdam in organo corporeo, vnde ad speciem imaginatam mutatur spiritus corporeus, in quo vis formatiua firmatur, quæ operatur in semine: ideo interdum aliqua mutatio fit in prole, propter imaginationem parentis in congressu. Hinc constat quòd ille spiritus ab imaginatiua potentia modo prædicto motus efficacius suas vires exercet, & formationis effigiem delineat, quam ipsa formatrix, quæ ex natura membrorum parentis prodit.

Lib. 3. de morb. mulier. cap. 7. D

Quæst. 4. art. 8.

Tanta igitur est vis spiritus opificis plastici, vt ex vehementi imaginatione mirabiles

rabiles formæ producantur: hinc tot stigmata, nævi, & cliarácterismi fructuum, vini rubri, & carnium in partu impressi identidem resultare. Quandoquidem si in faciem, vel sinum mulieris vtero gestantis, vel cerasum, vel frágum, vel vinum projiciatur, vel infundatur, & mulier grauida id ægre tulerit animo, tunc rei nota in fœtu impressa videbitur. Pariter, tette Leuino Lemnio, idem accidet, si felis, vel mus, vel mustela, inopinatò mulierem grauidam insilierit; nam confestim nota fœtui imprimetur; nisi fortè mulier membrum ab animali contactum illicò manu abstergat, & eamdem manum posticæ corporis parti admoueat. Ad rem narrat Cornelius Gemma casũ, qui Louanij accidit grauidæ mulieri partui vicinæ, quam maritus hostili vultu stringens gladium aggressa est: hæc quamuis fuga salutem inuenerit; nihilominus illa pars caluariæ infantis, cui acies gladij imminebat, magnam, & talem continui solutionem contraxit, vt post partum inde tanta sanguinis portio dimanauerit, vt nullo remedio supprimi potuerit, sicq; infans protinus expirauit. Hinc colligant illi, qui negant in fœto grandiori nullam fieri impressionem, hoc esse absurdissimum.

Vis imaginationis.

Lib. 1. de occult. nat mirac. c. 4.

Quando igitur fuerunt mulieres, quæ aliquod animal, veluti canem, aut semicanem pepererunt, & cum canibus se congressas esse fatæ sunt; vt accidit In Hetruria, tempore Pij Tertij Pontificis maximi, cuidam mulieri, quæ canem enixa, cũ cane se permiscuisse protulit: hac de re, referente Volaterrano, expiationis gratia ad Summum Pontificem delata fuit, vel vt accidit alteri mulieri in Auenione, quæ pariens canem, canem iniuisse pronunciauit; ideoq; iussu Francisci Galliarũ Regis, vna cum cane concremata est. Dicendum est Hæc monstra ex semine canis minime prodire potuisse; cum doctrinæ Aristotelis repugnet, qui in Historia generationis Animalium ouem, aut canem ex homine generari posse negat, cum semina qualitate diffideant, & hęc animalia tempore gestationis vterinon conueniant: quare asserendum erit talia animalia, seu monstra aliquando fieri non ex semine bruti sed hominis cum talis forma frequenti mulieris cogitatione, & phantasia fœtui communicatur: nam etsi canis mulierem iniuerit, nihilominus ex illo semine nihil generatur, concepto autem humano semine, vi imaginationis, & cogitationis monstrum producitur, quoniam illa mulier ob illum nefandum congressum se canem patituram semper cogitat. Hac de causa Diuus Hieronymus narrat se libe-

Congressus nefarius.

Lib. 4. de gen. An. c. 3.

In quæst. ad Genes.

rasse mulierem adulterij suspitione laborantem, dum partum patri minime similem ediderit; cum pictura infanti non absimilis in mulieris domicilio suspensa fuerit.

Addit Vuierus, in assertorum confirmationem casum anni septuagesimi quinti supra sesquimillesimum, quo tempore quidam apud Geldros ita percitus coniugem vtero gestantem hunc in modum est allocutus. Tu infernalem gestas in vtero Dæmonem, quem gladio confodiam: non paulò post mulier filium peperit iuxta partẽ inferiorem eleganter formatum, sed pars superior liuoris rubicundis, & nigris erat fœdata, oculis in fronte locatis, ore tetro, auribus longis, instar canis venatici, & duobus in vertice cornibus.

Lib. 4. de Præstig. Dæm. c. 18.

Potest etiam spectrum Dæmoniforme insculpi animo mulieris audiendo, vel legendo, quę de natura, & turpitudine Dæmonis referuntur. Schenchius quoq; meminit cuiusdam, qui, Bachanaliorum tempore, laruam Dæmonis indutus vxorem ineuntem, se Dæmonium procreare velle asseruit, concepit mulier, & fœtum peperit ea forma, qualis Dæmones pingnntur. Hinc colligimus, quòd imaginatio matris afficiat effigiem aliquando infanti imprimit, & nulla ex parte patri similem. Quamobrẽ mulier quædam, cum extra legitimum thorum, se alteri viro prostituisset, metuens improuisum mariti aduentum, enixa est fœtum non adulteri, cuius furtiuo vsus erat concubitu, sed absentis mariti prorsus similem. De hoc extat lepidum epigramma apud Thomam Morum, quod quia huc spectat, adscribere non grauabimur.

Lib. 4. obser.

Dissimilitudo fœtus ut de.

Quos ante coniux quatuor
Natos Sabina protulit
Multum ecce dissimiles tui
Tres nec ipse deputas.
Sed quem tibi puellulum

Enixa iam nuperrimè eſt,
Solum tibi ſimillimum
Pro quatuor complecteris,
Adulterinos quatuor,
Vocas, repellis, abdicas,
Atq; graues tradunt ſophi,
Quocunq; matres interim
Imaginantur fortiter,
Dum liberis dant operam,
Eius latenter, & notas
Certas, & indelebiles,
Modoq; inexplicabiles
In ſemen ipſum congeri,
Quibus receptis intimè,
Simulq; concreſcentibus
A mente matris inſitam
Natus refert imaginem,
Quam tot abeſſes millibus,
Dum gignit vxor quatuor
Quòd eſſet admodum tui
Secura, diſſimiles parit.
Sed vnus omnium hic puta
Tui refert imaginem;
Quòd mater hunc dum concipit
Solicita de te plurimum
Te tota cogitauerat
Dum pertimeſcit anxia,
Ne tum Sabina incommodus
Velutq; lupus in fabulam
Superueniret interim.

Tanta igitur eſt virtus imaginationis mulierum grauidarum, vt quid animo conceperint, facilè concepto fœtui imprimant. Idq; experientia docuit, quando Carolus Quintus Imperator ex Hiſpania in Belgium inſtructiſſima claſſe munitus peruenit; nam amplo Procerum apparatu ſtipatus per illas oras gradiebatur, & mulieres Belgicæ tunc vtero geſtantes, ex Hiſpanorum intuitu, infantes ſupercilijs, & capillis nigris, & ciſpis peperierunt. Hocq; non ſolum mulieribus vulgaribus, ſed etiam probitatis, & incorruptæ pudicitiæ matronis accidit. Quid? nuper Nebulo quidam oppidatim ſpectandum deferebat infantem capite inuſitatæ magnitudinis, ideo huius effigiem cum grauida quædam mulier ſpectaſſet, puellum capite enormis magnitudinis enixa eſt. Propterea Soranus Medicinæ author ad rem narrat Dionyſium tyrannum, cum ipſe eſſet deformis, & tales filios procreare nollet, vxori in concubitu, formoſiſſimas puſionum icones præpoſuiſſe.

Intuitus virorum quid Mulieribus afferat incõmodi.

Itaq; pleni ſunt Philoſophorum libri imaginationem in conceptu magnam vim poſſidere, qua de re præcipiunt, vt elegantes, & formoſæ imagines circa lectum habeantur: quemadmodum icon pulcherrimæ Andromedæ, de qua verba faciens Ambroſius Pareus ſcribebat Petſinam Reginam Aethiopiæ ex marito etiã Aethiope filiam candidam genuiſſe, cum ſæpè iconem Andromedæ in thalamo collocatam itueretur. Neq; intueantur imagines Aethiopum, quod præſtitit illa matrona ab Hippocrate memorata, quæ ex marito candido filium nigrum concepit. Id magis confirmat Auicennas, qui hanc vim imaginationis in brutis etiam collocauit, dum narrat gallinam aſpectum Milui intuentẽ, & metuentem pullos capite miluino ab ouis excluſiſſe. Hanc ſententiam aliquo exemplo roborare licet.

Pulchræ icones in thalamis quid præſtent. L. 3. de An.

Ouum Gallinæ serpentis icone effigiatum.




G Hoc enim in loco iconem oui gallinæ collocamus, quod nobis dono dedit Petrus Vuettendellius Alemarianus Batauus Philosophicæ, & Medicæ institutionis Doctor inuentum Pisis die duodecima Februarij anno nonagesimo quarto supra sesquimillesimum, in cuius testa serpentis imago cernebatur: existimauit enim ille vir eruditus gallinam ex imaginatione hoc monstrificum ouum enixam, vel quia serpentem timuisset, vel quia auidius deuorasset, seu deuorare desiderasset. Nec mirum videri debet, quoniam varia in ouis monstrifica identidem cernuntur, & ab illis excluduntur, quemadmodum fuit Gallus ille monstrosus, cauda quodammodo serpentina, cuius iconem sequens exhibet pagina.

Hic viuus ante aliquot annos in aula sereniſſimi Magni Hetruriæ Ducis Francisci Medicei conspiciebatur, aspectus ita horrifici, vt intuentibus metum incuteret. Caput non crista carnea erat refertum nec palæ erant carneæ, sed vtrequ[e] ex plumis H constabant æmulantibus conos militum, quibus galeas exornare solent. Habebat in fronte duas pennas, seu potius pennarum calamos surrectos instar cornuum; itē duos alios ab vtraq; parte rostri propē nares, nec non alium in ceruice, color totius coporis erat subfuscus, & radices pennarum erant albæ, propè vropygium, vnde cauda exit, tuberculum habebat rotundum, & subalbidum. Cauda erat carnosa, & subcærulea pilis nuda, obliqua, instar serpentis, in extremitate tamen floccus erat. Tibię veluti ocreis erant indutæ. *Descriptio galli monstrifici.*

Pariter ab ouo gallinæ, vel vt alij asserunt ex ouo galli (si tamen galli talia oua edere possint, qua de re in Historia Serpentum actum fuit) iuxta Lucernam nobile oppidum Heluetiorum in villa quadam, cui Emmen nomen est, monstrum figura Genitalis viri est exclusū, vno testiculo, & capite quasi canino, & cristato insignitum. Hoc accidit, iuxta mentē licosthenis, anno Domini milleſimo quadringentesimo octuagesimo octauo: veluti figura ostendit.



Monſtrum figura genitalis viri.



Doctiſſimus Licetus in Hiſtoria monſtrorum refert, & ipſe gallinam domi quinque digitis refertam aluiſſe, quæ poſt multa ouа, vnum puſillum edidit ſine luteo, in cuius albumine Serpens veluti vermis compertus eſt, in quem oui vitellum fuiſſe transformatum optime eſt ſuſpicatus. Immo clariſſimum virum ab Aqua pendente teſtem citat, qui in luteo quoq; oui vermem ſatis magnum inter comedendum comperit, quibus facile aſſentimur, cum nobis anno elapſo monſtratus fuerit vermis formam quodammodo piſcis referens qui in ouo ſorbili inuentus fuit. Quid plura?

Monſtra in ouo ſorbili inuenta.

H Monſtrum in medio, & intimo ouo compertum narrat Ambroſius Pareus, facie quidem humana, ſed capite ſerpentibus vndiq; horrente, & ex mento tres item ſerpentes inſtar barbæ germinabant. Hoc accidit Auguſtodini, in ædibus Bancheronis Cauſidici, dum famula multa ouа butyro incoquenda frangeret, cuius oui monſtroſi albumen à fele voratum mortem ei intulit. Multi narrata monſtra ad cauſas diuinas referentes, ex hoc præſagierunt hæreſes, quæ in illa Regione ſerpebant.

ouа mẽſtrifica.

Huic non multum diſſimile fuit illud ouum anſerinum in Gallia repertum, ex quo fracto humanum caput fuit conſpectum, quod loco capillorum, & barbæ, colla anſerina cum roſtro, & oculis habebat, veluti appoſita icon oſtendit. Hæc ouа monſtri fera in memoriam reuocant caput Meduſæ fabuloſum, nec non Lædam, quæ duo ouа anſerina peperiſſe ferebatur, ex quorum altero Caſtorem, & Pollucem, ex altero autem Helenam, & Clytemneſtram emerſiſſe finxerunt.

Humana effigies monſtroſa in ouo anſerino.



Humana effigies in ouo, cum ſerpentibus ex caluaria, & mento germinantibus.

Monstra hæc partim ad imaginationem, partim ad voracitatem animantiũ referri possunt, cum notus sit Anserũ erga homines amor, de quo in Ornithologia verba fecimus, deinde liquidò constat gallinas esse talis conditionis, vt fœda quæq; immo semen, & sanguinem menstruum deuorent, neq; ab esu viuorum serpentum abstineant. Præterea gallinæ serpentibus quoq; succumbunt, quod Excellentissimus Liceros testificatur ex obseruatione famulæ, quæ non semel gallinam ab Aspide cõprimi vidit: nam hæc gallina, cum diluculabat, domo egrediens, & ad radicem annosæ quercus properans, crocitatu maritum serpentem euocabat; eius autem oua non pullos, sed paruos serpentes excluderunt. Pariter Licetus in recensendis causis
E materialibus proximam, & remotam memorat, hanc communem, & eandem constituit, quæ cunctis animantibus subcælestibus competit. Proximam verò monstrorum materiam corpus viuens subcæleste appellat: cum monstra non solum in humana natura, sed etiam in brutis, & in plantis contingant.

Si ad causam efficientem sermo conuertatur, multos Authores recensere poterimus, qui hanc causam, in malam qualitatum proportionem retulerunt: idcirco Albertus in recensendis quatuor causis monstrorum, hanc praua qualitatum proportionem memorat; immo addit quòd ætate sua natus est Androgynus, ità affabrè in vtroq; sexu formatus, vt dignosci non potuerit, in quo sexu esset validior, & hoc inde originem traxisse autumat, quoniam qualitates calidæ masculum progenituræ, & frigidæ fœminam producturæ, adeo simul copulatæ fuerunt, vt accedente valida formatrice, hermaphroditus facilè resultauerit. Hunc sensum Regentes
F Parisienses in quæstione peculiari ad secundũ librũ Physicorũ secuti, contingere monstra fieri retulerunt, propter inæqualem qualitatum proportionem; hoc q. ex parte agentis, aut ex parte patientis, vel ex parte vtriusque prodire scripserunt. Quam postea sententiam Eminentissimus Cardinalis Toletus, & Collegium Conimbricense in Commentarijs ad secundum librum Physicorum non exploderunt. Immò Cornelius Gemma id magis confirmat, quando inquit, illos rectè ratiocinari, qui in turbata proportione causam monstrorum vniuersam collocant: vbi, per turbatam proportionem, proculdubio mala quatuor qualitatum proportio intelligenda est.

Causa efficiens monstrorum.

Lib. 1. de diuin. nat. cha ract. c. 6.

Causa quoq; efficiens monstrorum, Agens naturale, aut virtus eiusdem formatrix appellantur; hæc enim cum fuerit valida, multa etiam non segreganda diuidit: hinc aliqui infantes cum sex digitis in manibus vel in pedibus oriuntur. Hæc
G aliquando erit adeo imbecilla, vt separanda minime disiungat: vnde aliqui fœtus in lucem prodeunt, qui omnes digitos coniunctos habent, etenim vidimus anno elapso egenum aduenam Bononiæ mendicantem, qui manus dextræ digitos continuo vngue copulatos habebat. Item Ludouicus Mercatus hoc respiciens scribebat facultatem formatricem, & virtutem naturalẽ Agentis non posse quandoq; materiam fœtuum moderari, vt opus esset; hinc postea iuxta maius, vel minus impedimentum agentis, monstra varia resultant. Quamobrem ratione Agentis, monstra generari non est dubitandum: nemo enim negabit in Agente imbecillitatem caloris naturalis, quæ naturam delineare, & iuxta necessitatem formare non potuerit. Sic enim testatus est Auerroes in Commentarijs ad Aristotelẽ. Præterquam-
H quod Albertus Magnus causam efficientem virtutem formatricem appellauit, dum asseruit monstra ex debilitate virtutis formatiuæ dimanare, quæ cum sit imbecilla, cum totam materiam formare non possit, portionem tantùm delineat, & aliam respuit.

Lib. 3. de morb. mulier. c. 7.

L. 4. de gen. an. c. 4.

Alij, pro causa efficiente monstrorum, cœlestes influxus celebrarunt, aduersus eorum opinionem, qui sibi persuadent, corpus nobilissimum, quale est Cœlum, nihil in his inferioribus operari, sed producere tantummodò lumen, & per lumen, calorem: cum tamen Aristoteles in Meteoris asseuerauerit cuncta hæc inferiora à Cœlorum virtute gubernari, & alibi hominem ab homine, & à Sole procreari; vnde fit, quòd multi effectus ex varijs cœlorum motibus, & astrorum aspectibus in his inferioribus producantur, & Cœli non solum lumine, & motu, sed etiam alijs occultis virtutibus agant; quæ virtutes postea influentiæ appellantur. Hæc fuit sententia Diui Thomæ, Alberti Magni, Conciliatoris, Pauli Veneti, Ioannis Gram-

Influxus cœlorum virtutis. L. 3. Cœli tex. 42.

Grammatici, & aliorum plurium, præter nonnullos ouperos, qui id abſq; vlla ratione negant. Itaq; Albertus Magnus aliquando prodidit eſſe quædam loca in Cœlo, ad quæ dum luminaria perueniunt, materiam in vtero exiſtentem quodammodo ineffacem reddunt, & impediunt, ne inde humana figura reſultare poſſit.

Manilius ab hac opinione non recedens, his carminibus ſuam mentem exponit.

——— Permiſcet ſæpe ferarum
Corpora cum membris hominum, non ſeminis illi
Partus erit, quid enim nobis commune, Ferisq;?
Quis nè in portenti noxam peccaret adulter?
Aſtra nouant formas, cœlumq; interſerta mouent. A

Quocirca monſtra tunc producuntur, quando determinatæ quædam conſtellationes in mundum ſublunarem influunt: quandoquidem, ætate Alberti, accidit, vt in quadam villa, Vacca vitulum humano capite ederet: qua de re Pagani hoc monſtrũ admirati, paſtorem quaſi tanti ſceleris conſcium, mox cum Vacca concremandum in iudicium duxerunt. Sed huic miſello præſtò fuit Albertus, qui facultatis Aſtronomicæ peritus, non humano aliquo ſcelere, ſed ſtellarum certæ conſtitutionis efficacia, id genus monſtri procreatum atteſtans, paſtorem ab extremo ſupplicio liberauit. Amplius alibi Albertus hanc veritatem aperuit, dum retulit conſtellationem quodam tempore ad ſues generandos dominari, & tunc contigit, vt infans ſuillo capite procrearetur. Hinc fortè accidere poteſt, quòd interdum humani fœtus cum vultu oblongo inſtar canis vel alterius animalis naſcantur. Hinc etiam B elicere poſſumus cauſam, propter quam in quibuſdam lapidibus quædam figuræ æmulantes humanam faciem, vel alterius animantis à natura delineatæ cernuntur: quemadmodum Albertus in libro de Mineralibus exarauit, cum id totum ab influxu cæleſti proueniat.

Septalius, in Commentarijs ad problemata Ariſtotelis, cauſam monſtrorum efficientem duplicem conſtituit, nempe primariam, & inſtrumentalem. Principalem ad facultatem formatricem ſemini inexiſtentem ſpectare dixit, alteram verò ad primas qualitates, coadiuuante poſtea imaginatione. His addit ſupremam cauſam nempe Deum optimum maximum, aut vim mali Dæmonis, & ab his malam qualitatum proportionem non arcet, de qua paulò ante ſermo eſt habitus, qui igitur ſupremam tantum cauſam intuentur, magis cum Deo, quàm cum Ethnicis ſapientibus

Cauſæ efficientes mõſtrorum ex mente Septalij.

philoſophantes, ſummo Opifici nihil prorſus fortuitum eſſe tradunt: cum diuina, C mens certo fine, & inſtrumentis, ceu medijs operans, recta via ſemper incedat, & natura mutationi, & alterationi obnoxia ſemper illi obtemperet.

Hæc Natura igitur, licet iuxta ſeriem mundi inferioris, à conſueta lege deflectere videatur, nihilominus eſt aduertendum, quod vi diuini ſpiritus rapitur. Ideò hac ratione nixi, monſtroſos partus, permittente Deo, ſæpè diuina flagella præcedere, ſeu prædicere promulgant, quemadmodum in Rubrica Præſagiorum explicauimus. Ad rem Dinothus in Aduerſarijs ſcriptum reliquit, quòd eo anno, quo Coriolanus in exilium actus fuit, multis prodigijs Vrbs fuit perterrefacta, dum monſtroſi, & vix credendi partus hominum, atq; pecudum in lucem prodierint; moxq; dira lues non ſolum homines, ſed etiam pecudes, maxima clade inuaſit.

Monſtra diuinitùs prouiſa.

Neq; ab hac ſententia valdè recedit Ambroſius Pareus, dum ſcribit monſtra aliqua D eſſe, quibus aliquid diuini ineſſe videtur, & hæc ex generali monſtrorum cauſa originem non ducunt; ſicq; cauſam monſtrorum aliquam peculiarem referre non poſſunt, quippequæ ab opera ſupremi Numinis dimanant.

Neq; hinc arcenda eſt vis Dæmonum, quam clariſſimus Licetus in cauſa decima tertia monſtrorum collocauit: ſiquidem in procreatione monſtrorum, poſſunt Dæmones varia animalium ſemina prolifica in vterum deferre, & turpiter inuicem illa permiſcere, nec non varias cauſas huic generationi neceſſarias ſimul copulare: nimirum applicando actiua naturalia paſſuis naturalibus, & arcendo quæcumq; hanc actionem, & paſſionem impedire poſſunt.

L. 2. Phyſ. tract. 2. c. 3.

Ad prædictam cauſam efficientem nonnulli cauſam inſtrumentalem referunt, quam Albertus Magnus malitiam continentis appellauit. Id poſtea à Regentibus Pariſienſibus in quæſtionibus ad ſecundum librum Phyſicorum explanatum fuit, his

his verbis. Est autem continens pellis quædam fœtum inuoluens, quæ secundina appellatur: vnde hac disrupta, fœtus cum duobus capitibus, & vno tantùm corpore, vel Gemelli in dorso connexi nascuntur.

Causa efficiens.

Hanc deniq; causam efficientem monstrorum Licetus in suo opere de monstris speculationum copia exuberante diligenter, & eleganter explicat, dum hanc, in remotam, & proximam distribuit, & remotam adhuc subdiuidit, nimirum in omniũ primam, quæ est Sũmus rerum Opifex, qui cum Agentibus naturalibus, ad omnes effectus producendos concurrit: Secundam verò causam remotam appellat Cœlum, quod perenni suo motu, & lumine inferiora regit. Deinde efficientem proximam
E instrumentalem calorem materni visceris vocat, secundariam verò, & proximam, vterum indigitat. Cæterùm primariam monstrorum causam efficientem adhuc distribuit in principium, quod agit, quod à Philosophis adæquatum nuncupatur, & est portio illa seminis, ex qua fœcunditas prodit: amplius hanc distribuit in principium, quo agens adæquatum agit, & est vis, & anima seminis illi à parentibus cõmunicata, quatenus est facultas constitutiua fabricæ corporis viuentis, non absolute, sed impedita, ne finem intentum perfectè assequi possit. Hinc elicimus Efficiens proprium monstrorum esse virtutem formatricem partium corporis viuentis.

Anima seminis quæ.

Si ad finalem causam nosmet conuertamus, hanc in doctrina Aristotelis non inueniemus: quandoquidem cum monstra sint puræ priuationes, à Natura non intenduntur, neq; intelliguntur: hac igitur ratione monstra finali causa carebunt. Di-
F uus tamen Augustinus, theologicè loquendo, causam hanc finalem monstrorum assignare nititur, dum hæc habet. Deus enim Creator est omnium, qui vbi, & quãdo creari quid oporteat, vel oportuerit, ipse nouit, sciens vniuersitatis pulchritudinem, quarum partium vel similitudine, vel diuersitate contexat. Sed qui totum inspicere non potest, hoc tanquam deformitate partis offenditur, quoniam cui competat, & quomodo referatur, protinus ignorat. Ideo ex his Diui Augustini verbis, hanc monstrorum finalem causam esse decorem, & pulchritudinem vniuersi haurire possumus. Ab hac sententia non multùm recedit Ambrosius Pareus, qui id ponderans dicebat monstrorum plures esse causas, sed primam esse Dei gloriam, quatenus scilicet, his restitutis, quæ fiunt præter naturam, eius immensa potentia cunctis innotescat: sic enim in Euangelio legitur de cœco nato, cui Christus supra vim
G naturæ visionem restituit: nam Discipuli inuestigantes causam, propter quam ille homo cæcus esset natus, num quia ille, vel eius parentes peccauerint; respondit Dominus, id propter crimina illi non contigisse, sed tantùm, vt Dei gloria per illũ manifestaretur. Deinde addit Pareus in hunc finem quandoq; creata fuisse monstra, vt Deus hominum scelera, vel vlcisceretur, vel impendentis vltionis signa præmonstraret: etenim dum homines sine modo, absq; lege, & nefando, & vago congressu permiscentur, hinc nefaria, & horrifica, necnon à naturæ norma recedentia monstra quandoq; nascuntur. Immò Abulensis prædictis addit contingere interdum tales defectus ex voluntate Dei, ad euitanda mala eius, qui huiusmodi defectum patitur, qui alioquin prauus fieret, si integro corpore fuisset constitutus. Sed animaduertendum est hanc esse causam particularem, quæ ad omnia monstra attinere non potest.

Causa finalis qualis.

In Matth. c. 19. q. 88.

H Vuicirchius, & ipse hoc respiciens duas causas memoratas, nempe Dei gloriam, & eiusdem erga mortales iracundiam pro causa finali monstrorum ostendere conatur; & addit tertiam causam, quæ est libera voluntas potentiæ diuinæ, dum nullo modo legibus naturę adstringitur, cum aliquando neque Cœlo pepercerit. Verum Licetus breuiter ab hac causa se expedit, hanc duplicem constituens, nimirum communem, & propriam, & communem in perpetuitate specierum constituit: cum individua perennare non possint, & hic finis omni animantium generi competit. Præterea proprium finem declarat, si tamen prius intellexerimus monstra esse errata Naturæ in operatione impeditæ, ne finem intentum assequi possit: ideo cum non possit, quod vellet, præstat tamen, quod valet, & producit animatum in constitutione partium sibi simile. His sic constitutis, causa finalis monstrorum erit portio, seu pars finis perfectorum animantium: cum Natura integrum finem perfectorũ animantium assequi nequeat.

In lib. de mõstr. c. 59.

Causa finalis.

Demum

Demum tanquam coronidem, ex eodem Authore, cauſam formalem monſtrorum duplicem annectemus, quarum prima cunctis animantibus eſt communis, propria verò, & ſpecifica monſtrorum forma nulla alia erit, niſi praua corporis conſtitutio, ſeu deformis monſtrorum fabricatio, & vitiata partium conformatio. Hæc autem ſententia eſt conformis doctinæ Ariſtotelis, qui monſtra ad peccata naturæ referebat, quæ ſententia eſt veriſſima, & quaſi ex Apollinis oraculo profecta videtur: vnde modò obſeruamus Vueinrichium à germana veritate non receſſiſſe, quando traddit, quod malum, & vitiatum eſt, formam propriè habere non videtur, cum ſit formæ priuatio, aut potius depranatio. Monſtra tamen habent quidem formas ſed alienas quæ poſtea in eorum differentijs manifeſtantur. Hac de cauſa nec etiam finem in monſtris aſſignare poterimus, quoniam, cum omnes ſpecies in natura ſuas formas habeant, eas ſi in ortu non aſſequuntur, finem non attigiſſe perhibentur.

Cauſa formalis.

A

His ſic exaratis, notandum eſt cauſas monſtrorum hactenus explicatas eſſe ſimul adeo implicatas, vt vna abſq; alijs intelligi nequeat quapropter maximis premuntur difficultatibus eorum opiniones, qui monſtra ad vnam tantummodo cauſam reducere conantur, & in primis materiam tanquam monſtrorum veram productricem prædicant. Quandoquidem hiâ doctrina Ariſtotelis valdè declinant: nam Philoſophus hoc tanquam axioma philoſophicum diuulgauit, materiam paſſiuum, & formam actiuum principium eſſe, & in libro ſecundo de ortu, & interitu, proprium eſſe materiæ pati, & formæ operari retulit, & libro tertio Phyſicorum, res ob materiam; & non propter formam pati pronunciauit, & tandem libro nono Metaphyſicorum, materiam ad paſſionem, & ad mutationem, non autem ad agendum, & mutandum aliquid idoneam promulgabat. Præterquamquod idem Philoſophus libro ſecundo Phyſicorum, monſtrum tanquam peccatum naturæ operantis propter finem publicabat: idcirco niſi intentum finem conſequatur, tunc error non materiæ, ſed agenti attribuitur. Tandem Ariſtoteles in Hiſtoria generationis animaliũ nobis perſuadebat monſtrum eſſe effectum mutilum naturæ operantis. Præterea ſi naſcatur homo monſtrificus cum tribus orificijs in vultu, id à materia non dimanabit, ſed à formatrice valida: quapropter effectus monſtrorum non materiæ tantùm erit attribuendus. Reliquum erit igitur vt aſſeueremus prædictas cauſas ſimul multifariam copulari, vt imperfecti monſtrotum effectus producantur.

Cauſa monſtrorum implicata.

B

l. 4. de gen. an. c. 4.

C

DVBITATIONES.

QVM monſtrorum hiſtoria apud plurimos non ſit extra anſam dubitandi locata; operæ prætium eſſe duximus potiores tantùm difficultates in campum afferre, vt aliqua ſaltem ex parte legentibus ſatisfaciamus. Prima igitur fronte proponitur diſcutiendum, an monſtra per accidens, an verò per ſe à natura producta fuerint. Cum autem hinc inde ad id probandum variæ, & validæ rationes aſſignentur, nonnullas præ ciuas in medium afferemus, vt ex illarum ſolutione veritas quæſtionis pateſiat.

D

prima dubitatio.

Itaq; qui monſtra à natura per accidens generari arbitrantur, his rationibus fulciuntur. Primò Natura, ſeu Agens ſemper quid ſibiſimile procreare nititur, ſed quoniam monſtra Agenti, vel Naturæ minime ſunt ſimilia hinc à Natura per accidens fuiſſe generata inferunt. Deinde nullum caſu productum iuxta mentem Agẽtis procreatur, ſed monſtra ſunt huius conditionis, ergo iuxta intentionem Naturæ non generantur. Tertiò Naturæ intentio, & deſiderium operandi errare nequaquam poteſt, ergo neceſſarium erit, vt ſempre quid bonum procreet, ſed monſtra inter res bonas non recenſentur, ideo extra intentionem Naturæ in lucem prodeunt. Amplius Natura tantummodo indiuidua ad conſeruandam, & propagandam ſpeciem gignit; immo ſi vnico tantùm indiuiduo id præſtare poſſet, proculdubio generationem tot indiuiduorum non procuraret: at Monſtra pro ſpecie propaganda non oriuntur; quapropter poterimus aſſeuerantius dicere, Monſtra eſſe

Rationes plures.

Naturæ

Naturæ errata, & extra eiusdem intentionem genita, quemadmodum Aristoteles in Physicis testificatur. *L. 2. Phys. text. 82.*

Ex altera parte qui oppositam tutantur opinionem, prædicta argumenta discutiunt, & ratione primi, negant quòd Agens naturale quid simile sibi procreare intendat: nam canis congrediens, cum careat rat one, proculdubio prolem non respicit, sed tantummodo delectationis causa, ad permixtionem accedit, immò remoto omni voluptatis sensu, à coitu prorsus abhorreret: propterea hoc Agens hãc delectationem ab vniuersali Natura communicatam respicit, vt hoc modo deinceps quid simile ad speciem seruandam producat. Deinde ad tollendam secundam ratio-
B nem, Monstra per accidens generari negant, quoniam monstra ad decorem, & pulchritudinem vniuersi spectare credunt: quamobrem Natura dum Mundum cunctis ornatum rebus conseruare nititur, ei necesse est, vt monstra intendat. Pro abolenda tertia ratione, monstra inter res bonas connumerãt, cum anima, quæ est quid bonum, non careant. Monstra igitur mala ab aliquibus nuncupantur in comparatione ad res perfectas: nihilominus, & ipsa quamuis praua, & imperfecta, vnà cum rebus perfectis ad conseruationem pulchritudinis Vniuersi concurrunt. Atq; ita soluitur etiam vltima dubitatio; etenim dum conseruantur species animantium, conseruantur quoq; monstra ad illas species attinentia. Et quia huic sententiæ auctoritas Aristotelis reluctabatur, qui Monstra Naturæ errata appellauit: ideirco respon- *Solutiones* *L. 2. Phys. text. 82.*
dent Naturam vt plurimum perfectè in generationibus operari, & aliquando etiam
F imperfectè, quando monstra producit: vnde hæc secunda Naturæ operatio in comparatione ad primam, actio per accidens & erratum nuncupatur, quia rarò id præstat, non tamen quia id extra Naturæ intentionem fuerit.

His sic constitutis, alias fabricant rationes pro maiori huius sententiæ confirmatione, & prima est hæc. Omne Agens semper agit propter aliquem finem, ergo Natura propter determinatum finem semper operabitur; sicq; producens monstra, iuxta suam intentionem aget. Neq; officit, quòd Natura raros monstrorum partus moliatur, atq; ita sint extra Naturæ intentionem, quoniam quæ rarò fiunt, ad defectum, & peccatum Naturæ non sunt redigenda. Insuper si monstrum esset præter Naturæ intentionem, proculdubio Natura opus Monstri iam captum non perficeret, sed totum oppositum obseruamus, quia Monstrum in vtero inchoatum per- *Aliæ rationes.*
G ficit, & in lucem producit, ergo asserendum est, monstra intentioni Naturæ, & Agentis respondere. Addunt nullum animal per accidens, & extra Naturæ intentionem generari, sed monstrum est animal, ergo Monstrum per se à Natura produceetur. Tandem si Natura respicit præcipua ad vnam speciem spectantia, proculdubio reliqua hanc speciem consequentia respiciet; sed homo monstrificus vel cũ capite magno, vel cum sex digitis in manu ad eandem speciem, ad quam homo non monstrosus, refertur: ideo Natura in generatione, hominem monstrosum, & non monstrosum respiciet.

His igitur rationibus nituntur illi, qui monstra non errata Naturæ, sed procreata ad ornamentum Vniuersi esse pronunciant, atq; ita fauent authoritati Diui Augu- *Lib. 19. de ciuit. Dei cap. 13.*
stini superius allatæ, qui scripsit conuenientiam, qua pulchra sunt omnia, non tantùm prodire ex æqualitate parium, sed etiam disparium congruenti, & ordinata
H gradatione: hinc postea necessitatem multorum imperfectorum in Vniuerso absque Naturæ errato eliciunt, & prædicant, vt propriam sententiam saluare possint. Demum pro coronide addunt, si causæ propinquæ, remotæ, & remotissimæ, vt Deus, & corpora cælestia ad monstrorum procreationẽ concurrunt, non poterit quis vllo modo asserere, hanc generationem esse accidentalem, quoniam omnes prædictæ causæ simul copulatæ nunquam præter intentionem aliquid operantur.

Quocirca hæc opinio, cum rem minime attingat, his rationibus est refellenda. Primùs, quæ rarò accidunt, & ad species permanentes non spectant, sicuti monstra, non est asserendum hæc ad mundi decorem attinere, quoniam pulchritudo vniuersi in rebus tantummodo perfectis, & permanentibus consistit. Præterea mõ- *Solutiones rationum.*
strum quatenus monstrum non nisi defectum, & priuationem indicat, iuxta sententiam Philosophi libro secundo Physicorum exaratam: ideo monstrum nullam potest perfectionem præstare, consequenterq; ad perfectionem vniuersi non pertinebit.

Insu-

Inſuper ſi monſtra ornamento vniuerſi conferrent, vt plurimum generarentur, quoniam hic tantus Mundi decòr frequentibus effectibus ſuſtentatur, ſed monſtrum rarò accidit; qua de re ab hoc mundi ornamento ſegregatur. Tandem pro hac Vniuerſi pulchritudine monſtra in lucem non exeunt, quoniam in Mundi initio procreata eſſent, quod nullibi legitur.

L. 2. Phyſicorum.

Reliquum erit igitur, vt dicamus monſtra eſſe extra intentionem naturæ, & per accidens, quam doctrinam docuit Ariſtoteles libro ſecundo Phyſicorum textu ſexageſimo quarto, vbi legitur. *Eſt autem, & hoc alterius, huius quidem exterius eſt cauſa, illius verò interius.* Quæ verba Simplicius, Ioannes Grammaticus, & Auerroes exponentes retulerunt, monſtra non eſſe caſu ſimpliciter, ſed magis caſu, quoniam huiuſmodi caſu rei factæ cauſa eſt extra, nempe indefinita, & extrinſecus occurrens; illius verò, nimirum monſtri cauſa intra, ideſt materia, quæ eſt eius interna, & definita cauſa. Verùm ſatius erit cum Diuo Thoma interpretari illud verbum (extra) non ſecundum eſſe, ſed ſecundum intentionem. His ideò ſic explicatis prudens lector nixus omnia in oppoſitum allata argumenta diſſoluet, & doctrinam Ariſtotelis tutabitur, in qua monſtra eſſe errata Naturæ intelleximus, & hæc pro præſenti quæſtione ſufficiant. A

Secunda dubitatio.

Secundò dubitatur, an monſtra ab initio Mundi ortum habuerint. Pro affirmatiua parte non deſunt opiniones clariſſimorum virorum, qui rationes non improbandas afferunt. Inprimis Benedictus Peretius monſtra in mundi primordio fuiſſe multis aſtruit rationibus, dum adulterinas animalium ſpecies vt muli, & ſimilium, illo etiam tempore admittit. Sic enim clarè effatur: omne quod concurrit ad generationem harum ſpecierum, eſt naturale, hinc ipſæ quoq; à Natura intenduntur, & generantur: propterea vna cum his naturalibus animalium ſpecibus, in principio Mundi originem habuerunt. Confirmatur antecedens huius argumenti, quoniam materia, ex qua oriuntur, eſt naturalis: præterquamquod locus, tempus, agentia, nimirum mas, & fœmina ſunt naturalia. B

Vniuerſum quid appellatur.

Deinde quod Deus, tempore creationis fabricauit, vniuerſum appellatur, quoniam cuncta deſiderata, & deſideranda complectitur, ſed prædictæ ſpecies adulterinæ tunc deſiderari poterant; idcirco á ſummo rerum Opifice diebus creationis, productæ fuerunt; idq; magis ſtabilitur, quia ſi animalia huius generis non fuiſſent creata, Vniuerſum integram perfectionem non fuiſſet adeptum. Amplius credendum eſt ſummum Deum humanæ commoditati neceſſaria non prætermiſiſſe, ſed huiuſmodi ſpecies adulterinæ homini maximo futuræ erant emolumento, ergo in mundi primordio non fuiſſe creatas non eſt aſſerendum. Prædictis additur authoritas ſacræ paginæ, in qua legitur, nihil eſſe nouum ſub Sole: quapropter prædictas ſpecies non de recenti productas, ſed olim in ipſo Mundi initio creatas fuiſſe pronunciandum eſt. C

Eccleſiaſt. cap. 1.

L. 7. met. text. 28.

Hæc autem opinio vndequaq; non admittitur: quandoquidem prædictæ ſpecies quid monſtrificè præ ſe ferunt, & Ariſtoteles libro ſecundo de generatione animalium, ſpecies ſimiles, partus nouos nuncupauit, & in Metaphiſicis, multum quid præter Naturam eſſe faſſus eſt. Etenim quamuis Aſinus, & equa iungantur, vt quid ſimile in ſpecie producant; nihilominus id non contingit, ob impedimentũ, quod á varietate ſeminum ſuppeditatur. Hinc accidit, vt Natura intentionem non aſſequatur, ſed quid tantùm præter Naturam in lucem edat. His dictis tollitur prima poſitio, & ſecundæ etiam ſolutio inſinuatur, & pro confirmatione notandum eſt, quod huiuſmodi animalia ſunt monſtrifera, & quatenus talia ad prefectionem vniuerſi ſpectare non poſſunt, vt ſuperius fuit explanatum. D

Solutio dubiorum.

Inſuper cuncta animantia ab omnipotenti Opifice, in mundi primordio creata, & ab eodem benedicta fuerunt, quæ benedictio fœcunditatem reſpicit: ſic enim Liranus, Abulenſis, Peretius, & multi alij Doctores interpretantur. Sed inter hos Diuus Chryſoſtomus hæc habet; *Et benedixit illa Deus, & dixit, creſcite, & multiplicamini. Nam quia animatæ creaturæ erant animalia, & volebat illa eſſe perpetua, ideo benedixit illa Deus, & dixit, creſcite, & multiplicamini. Verbum enim illud in præſentem vſq; diem illa conſeruat, & tantùm tempus præterijt, neq; vnum horum genus interiuit: nam benedictio Dei, & verbum quod dixerat, vt ſubſiſterent, & durarent,*

Homil. 4. in Geneſ.

rent, illis contulit. Huic sententiæ adstipulatur Procopius in Genesim, quando inquit. Verùm illa animalia nequaquam, vt homines, spirituali beantur benedictione, sed eorum benedictio ad sobolem procreandam pertinet, quæ generis sit successione: at species animalium adulterinæ, & monstrosæ fœcunditate carent, quia sunt steriles, ergo illa benedictio has non respiciebat, cum illis temporibus non essent procreatæ. Siquidem quamuis intelligamus mulum quandoq; generare, hoc raròadmodum euenit, præterquamquòd si aliquid generatur, non mulus, sed Ginnus ab Aristotele appellatur. Præterea licèt in Syria, iuxta mentem Aristotelis, E muli, congressu, suam speciem propagent: attamen notandum est ex eodemmet Philosopho, illam mulorum speciem à specie nostratium discrepare: quandoquidem nostri muli cum illis exteriorem tantummodo quamdam similitudinem habent.

Ginnus quod animal.

Neq; officit asserere, illa benedictione, animalia non solum quoad fœcunditatẽ, sed etiam quoad conseruationem fuisse donata, posteaquam hæ species adulterinæ à mundi primordio ad hæc vsq; tempora peruenerunt. Nam hæc obiectio supponit illud, quod adhuc nobis non est manifestum, nimirum species adulterinas semper conseruari posse, deinde supponit conseruationem harum specierum alio modo, quàm prole propagari, quod postea doctrinæ philosophicæ reluctatur, & quamuis in sacris litteris habeamus nihil esse nouum sub Sole, ideoq, has species in mundi initio fuisse. Respondendum est, fuisse quidem in suis causis, non autem formaliter; & hoc decretum apud Theologos est manifestissimum: immò stabilitur à Diuo Thoma hunc in modum. Animalia etiam quædam secundùm nouam speciem aliquando oriuntur, ex comixtione animalium diuersorum secundùm speciem, sicuti quando ex asino, & equa generatur mulus, & hæc etiam præcesserunt causaliter in operibus sex dierum. Hinc colligere oportet, quòd animalia nata ex permixtione diuersarum specierum non fuisse à Deo creata secundùm se, sed tantùm secundùm alias species, ex quibus postea generantur, & quodammodo componuntur. Quapropter in mundi primordio monstra minime fuisse asserendum est.

Obiectio. Solutio. In prim. q. 73. art. 1.

Altera ratio eorum, qui monstra in mundi principio constituerunt fundatur potissimum in doctrina Platonis, qui in Sympoliacis, triplicem memorat hominem, nempe masculũ, fœminam, & Androgynum, qui in Exordio Mundi vixerunt. Androgynus autem, cum sexum vtrumq; participet, inter monstra est collocandus: G hanc sententiam Empedocles sequi visus est, dum bouigenas, & virriporcos in mũdi primordio memorat: quemadmodum Aristoteles in Physicis retulit. Cæterum, vt veritatem fateamur, hanc Platonis opinionem, vnà cum viris doctis, tanquam ridiculã explodimus, & eò magis, quoniam hunc Androgynum non vnicum constituit individuum, sed duplici facie, quatuor manibus, & vtroq; sexu refertum prædicat: vnde exhis verbis, duo perfecta individua simul fuisse copulata intelligimus: immò hoc esse nugamentum apprehendimus, quoniam hi Cœlum affectantes Ioui bellum indixisse feruntur, qua de re Iuppiter indignatus, illos in masculum, & fœminam segregauit. Præterea hanc fuisse fabulam nobis persuadent verba Marsilij Ficini, qui in expositione huius loci Platonis asserit, quòd hæc Aristophanes, & alia permulta narrat monstra, & portentis similia, sub quibus, quasi velaminibus quibusdam diuina mysteria latibulari putandum est. Mos enim fuit veH terum Theologorum sacra ipsorum arcana, ne à prophanis polluerentur, figurarum vmbraculis tegere.

Secunda Ratio.

L. 2. Phys. text. 83. Solutio dubij Platonici

Tandem non defuerunt, qui, ad fouendã oppositam opinionem, nimirum monstra in principio Mundi fuisse, adduxerunt in campum Adamum Hebreorum Androgynum, quia crediderunt Adamum marem, & fœminam fuisse creatum, deinde in virum, & fœminam diuisum. Sed hanc sententiam esse explodendam colligimus ex dictis Gulielmi Hameri in Genesim, dum interpretatur illa verba. *Masculum, & Fœminam creauit eos*. Nunc tertium hominum sexum, ceu neutrum quoddam genus, verum ne, an falsum dicam incertum habeo, certè constat Androgynos tanquam deliramenta Naturæ portenta omnibus esse odio, & credibile non putarem integram aliquam gentem ijs propudijs constare posse, quodq; quò propensius credam, facit scripturæ huius veritas, quæ homines in duos sexus diuisos refert, ne vterq, in vno homine sexus prodigiosam, atq; execrabilem libidinis suspitionem faceret. Huc

Dubitatio

Solutio.

Nomen neutrum nullũ in lingua hebraica.

accedit ſacræ hæbreæ linguæ natura, quę nullum nomen neutrum nouit, ſed omnia vel maſculina ſunt, vel fœminina, nimirum conſona huic loco. *Maſculum, & fœminam creauit eos.* Nam quod nos legimus ſeraphim in genere neutro, præua id conſuetudine irrepſit, propterea notandum eſt Adamum Hæbreorum marifœminã non fuiſſe admittendum, quemadmodum Stheucus, & Alij ſunt opinati. Nam Adamus Androgynus ſi fuiſſet, nomine neutro eſſet nominandus, quo lingua hebraica caret. Præterquamquod Liranus, & multi alij viri eruditi validiſſimis rationibus hanc opinionem explodunt, ad quas Lectorem relegamus.

Poſtremò aliqui ambigunt, an ex vtero mulieb ri, fœtus non humanus emergere poſſit: deinde, ſi fieri poteſt vt ibi gignatur, quæ ſunt præcipuam cauſam à qua A prodire poſſit. Quoad primum multæ Hiſtoriæ atteſtantur monſtrum non humanũ in vtero mulieris fuiſſe generatum, quas in Rubrica Præſagiorum recitauimus.

L. non ſunt liberi ff. de Statu hom.

Præterea huic ſententię fauent multi Doctores, & primùm Paulus Iuris Conſultus qui monſtroſos mulieris fœtus trifariam diſtinguebat, nempe in eos, qui prorſus ab humana effigie recedebant, deinde in illos, qui aliquibus partibus ſuperfluis redundabant, & tandem in illos, qui aliquibus partibus carebant, & primos ad humanum genus minime referendos eſſe fatebatur. Inſuper alij Iuris periti viri fuerunt huius opinionis, nonnullos fœtus monſtriferos, & ab hominis ſimilitudine pænitùs diſcrepantes, vnda ſacri fontis non eſſe luſtrandos: immo Excellentiſſimus Baldus Iuris Conſultus hos ſtatim perimendos eſſe decreuit. Quapropter ex aſſertis percipimus non ſemper quid ſimile in ſpecie, ex vtero mulieris, ſed interdum quid B diſſimile prodire. Item Hieronymus Anglarenſis retulit; quòd olim Imperatores

L. quod dicitur ff. de liberis & Poſthum.

L. 5. de noua do c. 4.

hue reſpicientes, partum ad nullum monſtrum inclinantem, pro homine habendum eſſe ſtatuerunt, ſed quid vagamur, cum Ariſtoteles in Hiſtoria Animalium, ſimilem partum publicauerit? eius verba ſunt hæc. *Eadem cauſa ſunt, & vt alij parentibus ſimiles generentur, alij diſſimiles, & alij patri, & alij matri, tum corpore toto, tum verò partibus ſinguli, & parentibus magis, quàm matribus ſuis, & ij potius, quam quibuslibet, & mares potius patri, fœmineę matri, alij nullo conſanguineo ſimiles, ſed tantùm homini ſimiles, alij ne homini quidem, ſed iam monſtro.* Ex hac igitur Philoſophi doctrina vehementer verum, & indubitatum eſt, quandoq; partum homini minime ſimilem, ab vtero mulieris exire. Præterquamquòd quotidiano poteſt confirmari experimento, cũ naſcantur interdum fœtus, qui ob deformitatẽ ablutione ſacri fõtis indigni iudicantur, & plura exempla videat Lector in Rubrica Præſagiorum, C in qua ſeries ſimilium monſtrorum recenſetur. Datur ergo monſtrum non humanũ ex congreſſu hominis, & mulieris natum.

L. 4. de gen. An. cap. 10

Quantum attinet ad ſecundam quæſtionem, nempe qua ratione ſimilia monſtra in vtero humano procreari poſſint. Sciendum eſt varias fuiſſe Authorum opiniones: nam horum aliqui cibis, aeri, & alijs rebus non naturalibus ita nuncupatis à medicis, hanc generationem attribuerunt; inter quos recenſetur Vuicinrichius, qui ſcriptis mandauit locum, naturam aeris, & aquarum, quæ bibuntur, ortui monſtrorum conferre. Deinde addit ex ſententia Ludouici Viues, quædam loca eſſe Neapoli Italiæ, & in Flandria Belgica, in quibus frequentiſſima fiunt monſtra, & multiformes ex vtero humano belluæ, vel ſolæ, vel cum infantibus egrediuntur: qua de re idem Author, ex frequenti vſu aliquorum animalium in cibis, ſimilia animalia in D vtero mulieris generari poſſe arbitratur; ſuamq; roborat ſententiam exemplo mulierum Salernitanarum, quæ ex frequentiori eſu ranarum, pariter ranas emittunt.

In lib. de monſtr. c. 14

Salernit. mulier. natura.

Cæterùm hæc ratio improbatur; namq; ſi à cibarijs hoc pendere poſſet, multò frequentiores eſſent partuum nouitates: præterquamquòd cibi hoc non poſſunt præſtare, cum varias patiantur mutationes, iuxta cibati temperaturam; immò in penuria annonæ egeni quacumq; re etiam ſordida veſcuntur, nihilominus filios ſibi ſimiles procreant: & ſi aliquando accidat, vt mulier ranam, vel bufonem pariat, aduertendum eſt, id ex corruptione ſeminis, non autem ab alimento dimanare: quẽadmodum in hiſtoria Quadrupedum digitatorum ouiparorum explicauimus.

Alij Authores hanc partus non humani generationem influxibus cęleſtibus aſſignarunt Cælo enim tantam vim attribuerunt, vt deſtructa particularium cauſarum virtute ſic effectum ſubſ[produci voluerint: hac ſententia motus Seneca, in Hippolytò

mon-

monstra à Fato originem ducere, promulgabat & Domitius Vlpianus causam monstrorum Fatum esse publicabat. Hoc autem vndequaque nonadmittitur; quandoquidem cet eræ causæ præter cælestes in producendis effectibus, essent superfluæ: cum frustra fiat per plura, quod potest fieri per pauciora, vt Aristoteles testificatur. Ergo non Cœlum tantummodo ad hanc generationem concurret. *L. quæret aliquis, ff. de verb. sign.*

Alij causam horum monstrorum, vehementi parentum imaginationi assignarunt: idcirco à Ludouico Viue hæc narrantur: Pleni sunt Physicorum libri, visa per conceptum, magnam in partu virtutem possidere: vnde præcipitur coniugibus, vt elegantes habeant circa genitalem Lectum imagines. Vrbs est in Brabantia Buscumducis, E in qua, vt in alijs ciusdem terræ, statuto die, quo ferunt magnum Vrbis templum dedicatum, publicè supplicatur, ludiq; varijs Diuis exhibentur. Sunt qui tunc personas Diuorum induant, sunt qui Dæmonum: ex his vnus vxorem suam in lectum conieciisse dicitur, & se ex ea Dæmonem gignere velle dicens, concepit mulier, & infans editus est ea forma, quali Dæmones pinguntur. Hæc Margharita Augusta Maximiliani filia narrauit Ioanni Lamusæ homini prudentia incredibili, qui tunc erat ibi Legatus à Ferdinando Rege; hactenus Viues. *Lib. 12. de ciuit. Dei cap. 25.* *Imaginationis virtus.*

Refert postea Pareus anno Domini decimo septimo supra sesquimillesimum in Posci regis Paraetia ranam viuam palmæ manus mulierculæ febricitantis fuisse alligatam, quæ noctu cum marito concumbens, & grauida facta edidit postea fœtum facie ranæ. Narratur etiam quod Vuintēbergæ ciuis fuit facie cadaueroſa, qui re- F ferebat, cum in vtero gestaretur, ex conspectu cadaueris matrem fuisse perterritam, & ex eo fœtum illi assimilatum fuisse. Addamus, quod quędam mulier cum marito in pectore vulneratum ex improuiso conspexisset, qua parte vulnus fuit, ea fœtus etiam postea editus rimam in pectore manifestam habuit. Meminimus etiam legisse quòd pudica matrona subito occursu, & aspectu Gliris ita fuerit perterrefacta, vt fœtus in vtero existens in formam bestiolæ degenerauerit. *Gliris subitus occursus.*

Non defuerunt tamen aliqui, qui ad expugnandam vim imaginationis in generatione monstrorum, authoritatibus Aristotelis, Hippocratis, Galeni, D. Hieronymi, Diui Augustini, & Diui Thomæ reluctari ausi sunt, & ad stabiliendam propriam opinionem ratiocinati sunt hunc in modum. Mira varietas in colore, in figura, & in sapore fructuum plantarum obseruatur, & nihilominus imaginatio in G plantis non viget, ergo hæc generationi minime conferet. Deinde varias parentum imaginationes in congressu tanquam superfluas publicant, cum semen absque forma in vterum effundatur. Præterea imaginationem negant in generatione: cum fœtus ab anima neq; patris, neq; matris producatur, sed à quodam tertio in semine existente. Insuper asserunt, quòd in congressu tale oritur oblectamentū, vt vires animæ à quodam veluti deliquio adeo impediantur, ne aliquem imaginationi locum præstare possint. Tandē ab vtero humano aliquando egressum esse canē diuulgant, cum tamen nullo modo sit credendum, tale producendi canis desiderium, in humana mente fuisse excitatum. *Rationes aduersus vim phantasiæ.*

Ad destruendam primam rationem, assueramus talem potentiam imaginationi non esse concedendam, vt ipsa tanquam generationis ad æquarum principium esse possit, quoniam plantæ sensu carentes, soboletm non propagarent; & quamuis in H fructibus plantarum varietas obseruetur, cum imaginatione careant; sciendum est hoc ab alimento ab anima vegetante suppeditato, vel ab aere, vel à situ, vel ab alijs causis huius generis prodire posse. Idcirco non semper facultas imaginatiua in generatione animalium varietatem partium fœtus progignit: cum hæc ab alijs etiā causis dimanare possit. Et quamuis vis imaginationis manifesta sit in sacra pagina de illis virgis Iacob, quarum intuitu pecudes agnos partim albos, & partim nigros enixæ sunt. Nihilominus id etiam aquarum potui Aristoteles attribuebat, quando scriptum reliquit, aquarum diuersarum vsu, nonnulla suos colores immutare; cum alibi candida, & alibi nigra reddantur: sunt enim aquæ multis in locis, quas cum oues biberint, & mox inierint, nigros generant agnos: id in terra Assiriłde agri Chalcidici Thraciæ præstat amnis, quem à nimia frigiditate Psycrum vocant. Immò in Atande ia quoq; duo sunt fluuij quorum alter candorem, alter nigredinem pecudibus potantibus impertitur, & sic deinceps per multa alia loca fluuij decur- *Solutiones Rationum.* *Lib. 3. hist. Anc. 13.* *Aquarum variarum vires.*

runt his prerogatiuis referti, quos in præcitato loco Philoſophus memorat.

Poſtmodum ad profligandam ſecundam rationem, aſſeueramus falsum ſupponi, nimirum vim imaginationis in primordio tantùm generationis fœtus operari: cum tamen experientia oppoſitum doceat: etenim hæc imaginationis virtus, toto geſtationis vteri tempore, viget, & operatur, dum appetitus grauidarum ab imaginatiua pendens, in imprimendis fœtui varijs figuris, toto grauiditatis tempore perduret: præterquamquod imaginatio, nonniſi operante ſenſu ad generationem fœtuum concurrit. His iactis fundamentis, ruit tertium argumentum ab aduerſarijs propoſitum: quandoquidem vim, & animam ſeminis non ſolum vegetatiuam eſſe concedimus, ſed ſpiritus imaginatiuæ illi quoq; copulatos eſſe aſſerimus. Quando autem parentes in congreſſu ob ſummum oblectamentum, ab omni imaginationis genere alieni eſſe dicebantur, aduertendum eſt, hoc doctrinæ Ariſtotelis repugnare, qui & ipſe in coitu magnam delectationem collocabat; nihilominus in problematibus, hominem vt plurimum animo varium in permixtione eſſe teſtificabatur. Pereunt etiam alia argumenta: cum ſuperius docuerimus imaginationem non eſſe cauſam adæquatam varietatis partium fœtus, neq; eam tanquam huius conditionis in generationibus eſſe collocandam. Deniq; iuxta doctrinam Ariſtotelis, partum ſimilem brutis, nimirum canè ex muliere prodeuntem ſimilem perfecto cani non concedimus. A

Lell. 3. Problema. Probl. 12.

Prædictis addatur vis Dæmonum, de qua ſuperius in Rubrica cauſarum verba fecimus. Præterquamquòd ſummus rerum Opifex ſupra ordinem Naturæ hæc, & multa alia patrare poteſt. B

DE ERRATIS NATVRÆ IN FORMATVRA CAPITIS.

Caput Tertium.

C


SVMMA aſſenſione ſemper probauimus modum, quem Schenchius, in recenſendis Naturæ defectibus, circa quoſcumq; fœtus ſeruauit, dum inchoando à capite, omnes partes diligenter examinat. & propterea in præſenti ab hoc ordine non recedemus. Itaq; Natura aliquando impedita à recto generationis tramite deficiens, generato fœtui in, vtero, vel nullum addit caput, & aliquando plura in vno ſubiecto format, quaſi tot Ianos, vel Geryones denuo in Mundum introducere vellit. Interdum vnum tantùm caput alicui partui impertitur, ſed ita diſſimile ſubiecto, vt inſtar differentiæ proprijſſimæ Dialecticorum aliud prorſus conſtituat: cum totum caput ad ſpeciem alterius animalis attineat, quandoq; verò Natura ſi caput fœtus non reddit aliud, ita tamen format alteratum, & varijs ſciſſuris, & maculis fœdatum, vel dentibus in ipſo primordio generationis refertum, vel auribus alterius animalis inſignitum, vt intuentibus admirationem non mediocrem afferat. D

Ordinis Ratio.

Capitum varietat.

Quoad primum, Creſcias Gnidius in Perſicis retulit Roxanem Cambyſis vxorem peperiſſe puellum capite carentem. Quo animaduerſo, Magi præduimarunt hunc partum loco prodigij eſſe habendum, quia ob defectum capitis, nemo poſt Cambyſem eſſet regnaturus. Pariter anno vigeſimo quinto ſupra ſeſquimilleſimum, referente Licoſthene, Vuittenbergæ, puer abſq; capite in lucem exiuit. Amplius anno poſt Chriſtum natum quinquageſimo quarto ſupra ſeſquimilleſimum infans ſine capite ab vtero humano eſt egreſſus, figura oculorum in pectore expreſſa: quemadmodum Iobus Fincellius in opere de miraculis noſtri temporis exarauit. Item anno ſexageſimo ſecundo ſupra ſeſquimilleſimum, prima die Nouembris, Villæ Francæ in Vaſconia nata eſt puella ſine capite, cuius iconem hic damus communica-

Monſtrum Acephalon.



municatum Pareo ab Excellentiſsimo Fontano Agenenſi, qui ſe monſtrum vidiſſe affirmabat. Circa regionē colli tuber eminebat, & aures ſupra ſcapulas conſpiciebantur, in dorſo, oculi, & roſtrum inſtar promuſcidis apparebāt, quæ omnia ſimul collata, oculorum, naſi, & quodammodo faciei rudimentum repræſentabant. Cætera muliebre corpus affabrè compactum, niſi quòd umbilicus paulò longius propendebat. Hæc omnia oſtendit figura huius monſtri iuxta vtramq. partem delineata.

Deſcriptio monſtri.

Hoc nullam admirationem nobis incutere debet: quandoquidem ſimiles natiuitatum caſus hic Bononiæ fuerunt obſeruati; nam anno Domini trigeſimo primo ſupra milleſimum, & quadringenteſimum, penès portam viæ maioris in viculo *Torliene* nuncupato, quædam mulier enixa eſt maſculum omnibus ſuis membris integratum, mox fœmellam ſine capite, brachijs, & cruribus, & in regione colli paruum veluti orificium apparebat. A

Rurſus anno decimo quinto ſupra milleſimum, & ſexenteſimū, ex muliere olim fęcunda, quæ poſtea per ſpatium quindecim annorum non conceperat, tandem concipiens peperit puellum ſatis grandem ſine capite, & vbi collum reſidere ſolet, os cum dentibus viſebatur, & in parte oppoſita membrana æmulans meninges cerebri cernebatur, hunc fœtum Obſtetrix aliquo motu præditum, & ab vtero exceptum nobis monſtrauit.

Monſtra mala Bononiæ.

Rurſus anno vigeſimo quarto ſupra milleſimum, & ſexenteſimum menſe Auguſti, in territorio Bononienſi natum eſt monſtrum fœmina, cuius collum oculos B naſum, & os referebat, & in ſummitate colli mollior caro inſtar pyramidis eminebat, deinde lingua, laringe, æſophago, & pulmonibus carebat, quorum loco, quædam carunculæ coſtis vtrinque adhærebant; cum cęteræ partes rectè eſſent conſtitutæ.

Quando autem Huldericus in hiſtoria ſuæ nauigationis monimentis mandauit, quòd in Regno Guianæ ſito inter lacum Caſſife, & ſtagnum Parime, genus hominum acephalon viuat, oculis, & cæteris faciei partibus in pectore collocatis, non facile adducimur, vt id credamus, quoniam hoc potius fabulæ, quàm veritati eſt conſonum. Quamquam Plinius Secundus, qui vixit tempore Veſpaſiani Imperatoris, in Hiſtoria naturali ſcribat, ad montem Milo Occidentē verſus in Aſia, hominum genus ſine capite viuere, nihilominus, pro hac difficultate Lector ad Rubricam differentiarum primi capitis huius Hiſtoriæ confugiat. C

L. 2. de gen. An. c. 3.

Modò ſi inquiratur monſtri Acephali cauſa, hæc non erit petenda à parentibus mutilis: quoniam Ariſtoteles non ſemper neceſſarium eſſe aſſeuerabat, quod ex parentibus mutilis, fœtus etiam manci procreentur: quandoquidem vbi deficit ſpirituoſa pars ſeminis patern, pro conſtituenda parte determinata, interdum à materno ſemine poteſt adiuuari. Præterquamquòd non eſt credendum monſtrum Acephalon à genitoribus ſine capite procreatum fuiſſe. Vtplurimum tamen Authores conueniunt monſtrum mutilum ex inopia materiæ prodire; dummodo magna portio membri non deficiat. His addenda eſt imbecillitas virtutis operantis: quamuis poſtea aliquando neq; ob defectum materiæ, neq. ob imbecillitatem agentis, ſed ob anguſtiā loci id contingat. Immò quandoq; his omnibus cauſis remotis, tale generatur monſtrum, quia portio materiæ membri alicuius formæ deſtinata, vel inepta D vel corrupta eſt; & tunc nulla membri illius effigies in partu appareti; ſed hæc cauſa ad prędictum monſtrum referenda eſſe non videtur, quoniam rudimenta faciei in pectore conſpiciuntur.

Inopia materiæ.

Dicet ergo aliquis à parentibus perfectis mutilum quandoq; fœtum generari, quia infans in vtero violētia alicuius morbi partem amittat. Neq; hoc eſt probandū, cum caput ſit pars principalis, qua corrupta, vel ablata, fœtus in vtero vitam amittit. Neq; in generatione huius monſtri confugere oportet ad imaginatiuam, quoniam vis imaginatricis quantumuis valida portionem materiæ in vtero exiſtentis demere non poteſt. Qua mobrem aſſerendum erit, quod diſſipata materia, ob aliquā cauſam, capitis generationi deſtinata, & ad pectus tranſmiſſa, cum materia ſeminalis ſemper vim retineat generandæ illius partis, cui primò erat deſtinata: hinc fit, vt in pectore faciei rudimenta appareant.

Cauſa vera

CAPI-

CAPITVM MVLTIPLICATIO IN FÆTV HVMANO.

E VERVM quemadmodum Natura in capite formando quandoquè deficit: pariter in eodem figurando, interdum est superflua non solum capita duo, tria, & plura in proprio situ multiplicando, verum quoq; caput humanum, præter consuetum, in ventre etiam producit, vt suo loco obseruabitur. Siquidem, ex Iulio Obsequente, puella biceps nata est C. Lelio, & L. Domitio Consulibus.

Orosius vero narrat, quòd, impendente bello Macedonico, in agro Veienti C. Petilio, & C. Valerio Consulibus, puellus biceps natus est. Pariter Romę mulier abortiens bicipitem fœtum enixa est, qui, iussu Aruspicum, in Tyberim fuit proiectus. Immò Rabi Moyses testificatus est, mulieres Siculas quodam anno fœtus deformes, & potissimùm bicipites peperisse. *Aphoris. 25*

I. Puellæ bicipitis effigies habetur apud Ambrosium Pareum, quæ omnium membrorum venustate erat elegans, præter duo capita, quæ eodem bibendi, edendi, dormiẽdi, & loquẽdi desiderio tenebãtur: Hoc mõstrũ ostiatim victũ quæritabat, sed tandem Bauaria iussu Dynastarum, excessit; quoniam timuerunt, ne mulieres grauidæ, frequenti huius monstri conspectu, similem fœtibus deformitatem imprimerent. I.

Non dissimilis monstri meminit Cardanus, quod mense Ianuarij anni quadragesimi quarti supra sesquimillesimum, Mediolani natum est. Erat quidem biceps, & reliqua omnia vnum tantùm corpus referebant; cum cadauer à Chirurgis fuisset dissectum, œsophagus cum ventriculo inuentus est geminatus, in fundo tamen coibant, vbi erat pylorus vnus, ex quo postea gemina intestina oriebantur, quæ tandem in vnum intestinum rectum coibant. Cor erat bifidum, quia litteram græcam Y repræsentabat; iecur crassum, & longum sine pinnulis cernebatur. Spina dorsi erat duplicata, cum distantia vnius digiti inter vtramq. Renes erant gemini, sed vterus vnicus, & vnica vesica. Manifestum est igitur in his contingere, quod in fructibus, duas enim tentauit Natura creare puellas, in ipso exortu principalium membrorum collisa atq; contrita sunt omnia præter caput: omnia igitur præcipua membra, præter cerebrum, in vnum coiuerunt, quæ autem posterius creata sunt, velut vterus brachia, & extrema ab vno tantùm principio, & tanquam in vno fœtu fuerunt absoluta. Narum est monstrum viuum, sed paulò post obijt, ob incuriam Obstetricis, quæ vnum collum torsit. *Lib. 14. de rer. var. c. 77.* *Fœtus fœtui comparatur.*

II. Monstrum biceps hermaphroditicum, & III. Monstrum biceps hermaphroditicum aliud non est multùm dissimile monstro superius delineato, quorum icones Vir Doctissimus Aldrouandus incidi curauit, & Nos inuentas in Musæo publico lectori spectandas proponere non piguit. Verùm si annorum seriem percurramus, monstra huius generis multò plura memorare poterimus. Etenim anno Domini centesimo nonagesimo tertio, vt legitur in Annalibus Dominicanorum Colmarensium, mulier, in Selecistat, puerum bicipitem peperit. Immò anno decimo octauo supra millesimum, & centesimum, Namuti natum est monstrum biceps, duplici sexu, sed cæteris membris simplex. Item in Chronicis Tritemij habetur, quòd anno trigesimo sexto supra millesimũ, & ducentesimum, in villa Gebrab puellus masculus biceps ab vtero humano exiens, auram vitalem sex menses, & totidem dies hausit. Cæterùm anno actuagesimo septimo supra millesimum, & quadringẽtesimum, Patauij infans biceps in lucem prodijt, in quo, præter Naturæ luxuriem nihil fœdum aspectu obseruabatur. II. III. *Bicipites nati variis temporibus.*

IIII. Eodem anno infans similiter biceps, obsceno membro, Venetijs natus esse perhibetur, quemadmodum in figura appositæ licet intueri. Sed anno octuagesimo IIII.

I. Icon puellæ bicipitis.



II. Monſtrum hermaphroditicum biceps.



Monſtrum hermaphroditicum biceps aliud.



IIII. Infans biceps obſcæno membro.



gesimo nono supra millesimum, & quadringentesimum, vt annotauit Cornelius Gemma in Ditione Vuerdenberga, monstrum biceps sœminei sexus natum est, sed cum vnico pectore, & ventre, duos pedes, & quatuor brachia habebat. Huic simillis infans biceps anno decimo quarto supra sesquimillesimum, in pago Goffauu, propè Groningam ortus est. Immò Cælius memorat monstrum eiusdem anni mense Martio natì, dum inquit. In vico patrij soli, cui Sarzano nomen est, monstrum biceps erat magnitudinis inusitatæ, cum esset quadrimestre, quod multa admiratione digna præ se ferebat: omnia enim membra cum proceritate erant perfectè proportionata, facies vtraq; similitudinis ferè indiscretæ, in capitibus crines aliquantò longiores, & nigricantes, inter vtrumq; caput tertia surgebat manus, quæ aures longitudine non superabat, nec omnino integra visebatur. Reliquum corpus rectè compactum, & citra vllam maculæ fœditatem conspiciebatur. Itaque monstrum postridie ab ortu Rhodigium fuit allatum, & quoniam erat admiratione dignum, ad Ducem Hispanum, qui in colliminio vicem Regis exhibebat, deferri placuit. Et quoniam putredinis timor impendebat, monstrum fuit exenteratum, & tunc cor simplex cum duplici hepate, & gemino liene inuentum fuit. Hoc igitur monstrum Cælius libris suis inferere voluit, quia tanquam prodigium fuit habitum; cum intestinis discordijs tunc temporis Italia conflagraret.

L. 24. lect. Antiq. c. 3.

Præsagium quale ex hoc monstro.

A

Cæterùm anno trigesimo sexto supra sesquimillesimum in agro Tigurino, infans vnico corpore, & duobus capitibus ortus est, eodem anno Louanij, fœtus pariter biceps, referente Cornelio Gemma, ex humano vtero emersit. Anno autem trigesimo octauo supra sesquimillesimum, puer quidem biceps natus est, sed ad perfectam viri staturam excreuit: etenim Iacobus Rufus fatetur hunc vidisse trigesimum annum excedentem. Hic capite, & humeris erat geminus, sed capita auersa instar Iani bifrontis habebat, & miram similitudinem barbis, & oculis repræsentabat. Idem erat cibi appetitus, & vox simillima. Hoc videtur non valdè discrepare ab illo bicipite monstro, quod in Bauaria, ex sententia Parei, conspectum fuit.

B

L. 3. de concep. hum. c. 3.

Item, authore Licosthene, Assia conspicata est puellum bicipitem natum Ianuario mense anni quadragesimi supra sesquimillesimum, capitibus in dorsum reflexis, quorum facies obuersæ, minaci quodam vultu inuicem se intuebantur. Pariter anno quinquagesimo secundo supra sesquimillesimum, in Hassia Germaniæ, Vuitzenhausæ; Ianuario mense exiuit in lucem masculus biceps, collo duplici, & reliquo corpore optimè constituto. Eodem anno vt recitat Rufus, in Anglia, non procul ab Oxonia, fœtus biceps natus est, reliquo corpore non bene compacto, namilli quatuor brachia, & tres pedes male formati erant. Verùm anno subsequenti, Schenchio authore, in Pago Missiæ Zieheft nuncupato, non procul à Pirnah, partus biceps in reliquis membris perfectè absolutus à muliere non ignobili egressus est.

C

V. Non est omittendum, quod accidit Genuæ apud Allobroges, anno quinquagesimo quinto supra sesquimillesimum; fuit enim monstrum, quale in subiecta icone delineatur, natum ex muliere Galla inibi habitante, quod copiæ materiæ seminalis indicium fuit. Non erat perfectè biceps, sed duo capita à lateribus inflata, à Natura ita copulata fuerunt, vt duæ facies apparerent: sic enim fuit bifrons, qualem Antiquitas tanum pingere solebat: intestina ex dorso pendebant, & iecur ex vulua fœminæ exibat; nam monstrum, iuxta partem dextram, mas, & iuxta lęuam erat fœmina. Crura, quæ seorsim in icone cernuntur, sic à parturiente matre euulsa fuerunt. Etenim Gaspar Masserius pictor, qui vna cum multis alijs ibidem aderat, penicillo diligenter cuncta delineauit.

V.

Monstrum instar Iani

D

Huius monstri generationem Phantasię attribuere non poterimus: nam sicuti imaginatio, vt superius fuit explicatum, non potest materiam generationi dicatam imminuere, pari ratione eamdem materiam non poterit augere. Cæterùm, cum possit ad libitum formam accidentalem partibus imprimere, poterit fortè vnà cum formatrice virtute partium, adminiculo tamen spirituum, bifrontem fœtum constituere.

Causa.

Eodem anno die vigesima septima septembris, in pago Frtyuuecr K. non longè ab oppido Adorfio Vortlandiæ biceps infans editus est ab vxore fabri ferrarij, qui

V. Monſtrum bifrons.



qui inter fœmora, vbi proditur ſexus, vmbilicum habebat, ſed præter duo capita, quatuor manibus, & quatuor pedibus refertus erat.

VI. Ambroſius Pareus alium infantem duplici capite pingit, quemadmodum in figura cernitur, ſed dextro carebat brachio; & huius ſit mentio hoc in loco, vt annorum ſeriem continuemus, cum in mundum exiuerit anno Domini ſeptuageſimo quinto ſupra ſeſquimilleſimum. Anno autem nonageſimo tertio ſupra ſeſquimilleſimum, die ſexta Octobris, vt recitat Schenchius, in Ditione monaſterij Vuolmerſtall, vxor cuiuſdam cauponis puellam bicipitem peperit, quam mortuam Valent. Vuager viuis coloribus delineauit.

VI

Cæterùm anno nonageſimo ſeptimo ſupra ſeſquimilleſimum, vigeſima nona die mẽſis Maij, in vico Luſtnau Ducatus Vuirtenbergẽſis, diſtante nõprocul Tubinga, à parentibus plebeis, nimirum patre Iacobo Hang Vinitore, & matre Agneta partus monſtroſus editus eſt in lucem. Nam vxor Vinitoris poſt ſexdecim ſeptimanas à conceptione, puerperij dolores perpeſſa, fœtum mortuum abſq; ſuæ vitæ periculo enixa eſt. Immaturus hic fœtus vtriuſq; ſexus genitalia habebat, geminis capitibus, & binis collis conſtabat, quorum vtrumq; caput binas aures, oculos binos os vnicum, & naſum obtinebat. Erat hoc monſtrum intuentibus formidandum, & horribile. Capita à cranijs deſunctorum hominum non multùm diſtabant, quorum ſingulæ frontes intermedio non aliter diuiſæ apparebant, ac ſi eſſent diſciſſæ. Crura bina, vnà, cum paruulis manibus, & pedibus macris, in anguſtum contractis, erant, vt ſolent in huiuſmodi abortibus conſpici. Fuit hoc monſtrum Tubingæ à Medicis celebris illius Academiæ, lege anatomica diligenter examinatum. Inuentum fuit cor duplex, pulmo item, & iecur duplex, in ventre inferiori, ſtomachus erat ſimplex, & inteſtina non gemina ſe ſe obtulerunt: hactenus Schenchius.

A

Abortus biceps.

B

Monſtri Anatome.

VII. Prædictis addendum eſt monſtrum humanum biceps cum cauda, iuxta partem anticam, & poſticam depictum, quod anno Domini nonageſimo octauo ſupra ſeſquimilleſimum, die vigeſima ſexta Octobris, in oppido inter Augeriam, & Tortonam ſito, ex congreſſu conſobrini, & conſobrinæ natum fuiſſe perhibetur, quando autem fuit à Pictore delineatum iamdiu erat mortuum, & oleo ſpicæ cõditum. Huius monſtri longitudo erat ſpithama cum dimidia, & latitudo ventris palmum cum pollice æquabat. Capita erant duo magnitudine pomi, capillis flauis referta: duo ei pedes, & quatuor brachia inerant, quorum duo ritu humano, proprium locum occupabant, alia autem duo, iuxta dorſum, ex medio vtriuſq; capitis orum trahebant. Sed in hoc monſtro, præcæteris, vnum erat admiratione dignum, quia ſupra podicem, ſpatio duorum digitorum, caudam habebat longitudine palmi, quæ excrementorum exitum tegebat; veluti in quadrupedibus caudatis obſeruatur. Hæc cauda iuxta initium erat latitudinis digiti auricularis, & deinceps in acutum deſinens. Monſtrum, cum nulla forma genitalis virilis, & ſeroti appareret, fœminei ſexus eſſe fuit creditum. Hanc iconem Marius Glaſſus Neapolitanus ſummus rerum naturalium indagator doctiſſimo viro Vlyſſi Aldrouando olim communicauit.

VII.

C

Deſcriptio monſtri.

Anno ſubſequenti, nimirum nonageſimo nono ſupra ſeſquimilleſimum, vt recitat Schenchius, in vico Zeitern, per ſpatium mille paſſuum à Bruxelle diſtante, Epiſcopatus Spirenſis, menſe Auguſti, vxor Prætoris bicipitem, & admirandum partum eſt enixa. Hæc, abſoluto geſtationis vteri curſu, rure domum veniens grauibus partus doloribus vexata in terram cadens, extemplo epilepſia correpta eſt, & nocte aduentãte, fœtum edidit; cumq; aſſiduo nouem horarum ſpacio paroxiſmo comitialis morbi detineretur, tandem eadem nocte animam efflauit. Infans autem fuit horrendi aſpectus: nam illa duo capita, ſimiarum facies æmulabantur. Reliqua pars corporis puello bene conſtituto erat ſimilis, præter brachia, quæ aliqua ex parte manca videbantur. Pedes formam potius pedum ſimiarum, quam hominis referebant, & deniq, circa clunes rudimentum caudæ vulpinæ cernebatur.

D

Aliud monſtrum biceps.

VIII. Hactenus de monſtro bicipite cuius capita in proprio loco cernuntur. Modò de monſtro bicipite magis horrifico, & admirando nonnulla dicenda ſe ſe offerunt. Quandoquidem eo tempore, quo Franciſcus primus Galliarum Rex cum


VIII.

Helue-

VI. Infans biceps vnico brachio.



VII. Monſtrum biceps caudatum pronè, & ſupinè pictum.



VIII. Monſtrum biceps cum altero capite in ventre.



Heluetijs fœdus iniuit, iuxta ſententiam Parei, natus eſt infans, anno decimo ſeptimo ſupra ſeſquimilleſimum, membris optimè conſtitutus, in cuius ventre aliud caput humanum prominebat, quod more alterius nutriebatur. Creuit infans ad virilem vſq; ætatem, quemadmodum in icone conſpicitur. Tunc enim peregrinans magnam ſtipem à curioſis colligebat.

Caſus qui Parmæ contigit.

Natura huius monſtri nobis explanauit caſum, qui nuper Parmæ accidit. Etenim retulit nobis admodum Reuerendus Pater Liberatus Magata Capucinus ſe in tellexiſſe à celeberrimo Medico Taliaferro iuuenem ætatis annorum ſexdecim circiter incidiſſe in tumorem circa mendoſas coſtas, qui ſuppuratorijs medicaminibus adiutus, tandẽ ſuppurationẽ indicabat, quãdo ab Excellentiſſimo Chirurgo Taliaferro apertus copiam ſaniei effudit, & deinceps ſingulis diebus, ex dilatato apoſtematis foramine, vnà cum pure, mandibulæ, & multa oſſis cranij humani fruſta exierunt. Itaq; tumore depreſſo, & vlcere ad cicatricem perducto, patiens priſtinæ ſanitati fuit reſtitutus. Illa igitur oſſa, quæ à tumore exierant, ſimul diligenter iuncta integrum hominis cranium conſtituebant. Hinc non poſſumus niſi coniectare, quod Natura in parte intima prædicti iuuenis à primordio generationis mõſtroſum caput produxerit: quemadmodum in parte extima ventris memorati, & delineati monſtri aliud caput procreauit. Quamobrem illud internum caput vel à contuſione, vel alia cauſa præmortuum, Natura per apoſtema illius expulſionem procurauit. A

Cranium humanum ab apoſtemate egreſſum.

Itaque quemadmodum Natura monſtrum biceps, pariter, & triceps quandoq; producere poteſt. Siquidem Philoſtratus tradidit, eo tempore, quo Apollonius Syracuſas venit, quædam mulier non igobilis monſtrum memorandum, nẽpe puellum tricipitem peperit, dum tria colla tria item capita ſuſtentabant: cùm reliquum corpus infantis rectè compactum, & conſtitutum cerneretur. Vnde poſtea multi Diuinatores, Siciliã, quæ Trinacris appellatur, perituram eſſe præſagierunt. Et ſic deinceps Natura, iuxta opportunas cauſas, monſtra pluribus etiam capitibus referta generare poteſt. B

IX.

IX. Meminimus legiſſe quondã, in regione Nouarenſi ex muliere vetula egreſſum eſſe monſtrum cruribus, & pedibus bubulis, reliquò corpore humano, cum ſeptem bracijs, & totidem capitibus vni thoraci affixis. Sed caput inter alios medium vnico oculo, & auribus hircinis erat præditum, veluti in icone ſpectandum proponitur. C

L. 3. de Vita Apoll. c. 4.

Monſtrum triceps vbi

Alij prodiderunt hoc monſtrum Eptacephalon inſtar Hydræ, menſe Ianuario anni octuageſimi ſeptimi ſupra ſeſquimilleſimum, Eugubij in regione Pedemontana natum eſſe.

Pariter anno Domini vigeſimo quinto ſupra milleſimum, & ſexcentеſimum, Bononiæ apud Nicolaum Tebaldinum impreſſa fuit quædam hiſtoria monſtri ſepticipitis nati ſupra vim naturæ ex muliere habitante oppidum Fori Iulij. Perdonone appellatum. Quod monſtrum horrificum, & formidabile intuentibus fuit, qualem Typhonem gigantem centum capitibus horrendum deſcripſit Pindarus, & propterea illum ἑκατοντακάρανον, nimirum centicipitem cognominauit. Huic aſſentitur Ariſtophanes in Nebulis, vbi eumdem gigantem ἑκατοντακεφαλατυφῶ indigitauit. Scholiaſtes tamen certum numerum, pro incerto ab his poetis vſurpatum fuiſſe aſſeuerauit. Cæterum hæc tanquam fabuloſa in comparatione ad monſtrum ſepticipitem hic propoſitum, eſſe arbitramur. D

Monſtrum ſepticeps, vbi.

IX. Mon-

IX. Monſtrum ſepticeps.



CAPITVM MVLTIPLICATIO IN FOETIBVS BRVTORVM.

IVLIVS Cæſar Scaliger in Commentarijs ad libros de plantis Ariſtoteli adſcriptos, nonnulla recenſet monſtra, inter quę meminit canis bicipitis. Immò Rhaſis canem tricipitem olim vidiſſe teſtificatur. Quamobrem Priſci Poetæ, viſo fortè ſimili monſtro canino, ſtygium canem tricipitem finxerunt, quem poſtea Cerberum, quaſi κρεοβόρον, ſcilicet carnes vorantem appellarunt, de quo veteres Poetæ canebant. A

Canis Inferorum qualis.

Hic tribus Infernum cuſtodit faucibus antrum
Cui tres ſunt linguæ tergeminumque caput.

Et quamuis Heſiodus in Theogonia, quinquaginta ei capita attribuerit, & Horatius belluam centicipitem appellauerit: nihilominus ſciendum eſt id à viris doctis ſcriptum fuiſſe, propter innumera capitâ ſerpentum, qui pro uillis non modo à tribus capitibus, ſed etiam à toto corpore pendere ferebantur. Immò monſtrũ hoc ex alio monſtro, nimirum ex Typhone, & Echidna progenitum fuiſſe promulgabant. Sed hæc obiter dicta ſufficiant. B

Lib. 2. Car.

I

I Modò ad ſeria noſmet conuertentes, incidemus in Porcum bicipitem, qui Ceræ natus eſſe perhibetur anno Mundi ſeptingentesimo ſexageſimo ſupra tria millia, eiuſdem formæ, qualis in ſubiecta icone conſpicitur.

Sed quod de Sue hic diuulgatur, de alijs etiam brutis pronunciari poteſt. Namque; ex Licoſthene, anno Mundi ſeptingentesimo ſexageſimo octauo ſupra tria millia, Ouis Sueſſę, Agnum dicephalon peperit.

II

II. Immo ſubſequenti anno Mundi ſeptingentesimo ſexageſimo nono ſupra tria millia, Licoſthenes prodit, ex Liuio, quod Aſculi, agnus biceps cum quinq; pedibus in lucem exiuit, referens illam formam, quam in icone propoſita damus. Cæterùm nos in præſentia natiuitatem horum monſtrorum ſtabilire poſſumus caſu recentiori, qui Bononiæ accidit, anno ſexto ſupra ſeſquimilleſimum: etenim quędam Ouis Illuſtriſſimi Thomæ Coſpij agnum enixa eſt nigerrimum duobus capitibus, & caudis refertum; immò quinq; etiam pedes habebat, ſed quintus dorſo ad hærebat. Idq; manifeſtatur ex relatione, quam Excellentiſſimus Qui dius Montalbanus nobis communicauit. Imò Excellentiſſimus Ioannes Antonius Godius ſeruat Domi Exuuias agni bicipitis cum duobus tantùm pedibus nati. C

Agnus biceps Bononiæ natus.

Sed quid vagamur per gregem agnorum bicipitum, cum agni tribus etiam capitibus referti in mundum exierint. Ambroſius Pareus narrat, quòd anno Domini ſeptuageſimo ſeptimo ſupra ſeſquimilleſimum, in pago Blandio tribus milliaribus à Meloduno diſtante, natus eſt agnus triceps, & medium caput alijs craſſius erat, & balante uno, reliqua pariter balabant capita. Hoc monſtrum vidiſſe affirmauit Ioannes Bellangerius Chirurgus Melodunenſis, & delineandum, necnon ęlandũ curauit. D

III

III Sed recentior caſus eſt, quem narrat Iobus Fincelius de agno, ore trigemino nato Halberſtadij die decima octaua februarij, anno quinquageſimo quinto ſupra ſeſquimilleſimum: caput huius beſtiæ erat rotundum aemulans tricipitium, ore triplici, gemino naſo, auribus in dorſum pendulis, inſtar aurium canis. ſed maiori admiratione dignum erat, quòd in tertio ore magnus oculus, & lingua prolixa cernebatur, quem oculum Pictor non rectè expreſſit. Vnum diem tantùm vixiſſe, & magno clamore perhibetur.

Agnus ore triplici

mõſtra vaccina


At multò plures fœtus bicipites Vaccæ ediderunt. quandoquidem conſtat, in agro Patauino, natum eſſe vitulum duobus capitibus, vnico tantum corpore, poſterioribus, & anterioribus cruribus duplicatis. Hoc mõſtrum quidam ad quæſtum circumferebat, & multi, referente Schenchio, id conſpicatum fuiſſe affirmarunt.

ſed

I. Sus biceps.



II. Agnus biceps.



III. Agnus ore trigemino.



III. Sed

ſed rectius præſtare exiſtimamus, ſi in multitudine monſtrorum huius generis, per annorum ſeriem progredientes, illa ſigillatim enumeremus.

IIII. IIII. Itaq; anno Domini vigeſimo ſupra centeſimum in Gallia bouem bicipitem conſpectum referunt, eo modo, quo in ſubiecta icone repræſentatur. Pariter anno Domini ſeptuageſimo tertio ſupra quingenteſimum, quo tempore Romani bellum in Perſas commouerunt, plurima prodigia romanas clades portendentia, viſa ſunt, & ſimiliter, belli initio, Vitulus eſt natus, cuius ceruix duo capita ſuſtentabat. Iterum ex Licoſthene, in oppido Turganiæ anno Domini trigeſimo tertio ſu-

IIII. Bos biceps.



pra

V. Vitulus biceps capitibus in occipitio copulatis.




pra milleſimum, & quadringenteſimum, Vacca bicipitem Vitulum enixa eſt; hocq; monſtrum, ſpectaculi gratia, ſpatio plurium dierum, portis oppidi fuit affixum.

Rurſus, ex eodem Authore, anno nonageſimo nono ſupra milleſimum, & quadringenteſimum, Vitulus prodigioſus, nempe duobus capitibus præditus Cracouiæ natus eſt. Hanc hiſtoriam poterimus ſtabilire ſimili monſtro apud nos nato: quandoquidem anno ſexto ſupra ſeſquimilleſimum, quædam Vacca Domini Franciſi Buccaferrei vitulum bicipitem enixa eſt, & monſtri duo capita in occipite iungebantur, iuxta relationem nobis ab Excellentiſſimo Montalbano perhumaniter communicatam.

VI. Vitulus biceps quatuor oculis.



VII. Capitis vitulini geminati duplex effigies.



V. V. Non absimile monstrum natum intelleximus Mediolani anno quadragesimo supra sesquimillesimum: fuit enim Vitulus habens duo capita perfecta, & vnũ quodque sua lingua, dentibus, naribus, oculis, & auribus refertum erat. Sed capita in occipite erant copulata, vt figura proposita demonstrat. Horum capitum alterum rotundius, ad masculum, & alterum oblongius ad fœminam referri videbatur. Fœtus ab occisa matre fuit exemptus, quia diutius partum protrahenti, periculum vitæ imminebat. Vixit monstrum spatio dimidiæ horæ, in caupona, cuius insigne erat Cancer. Quid postea contigerit post ortum huius monstri, id Cardanus figillatim recenset, ad quem Lectores relegamus.

L.14. de rer. var. cap. 75

Anno autem subsequenti, nempe quadragesimo primo supra sesquimillesimum, A in oppido Sardiniæ insulæ, Lagara nominato, Vacca partum bicipitem edidit ea ipsa nocte, qua Carolus Quintus Romanorum Imperator in Mauritaniam erat profecturus. Addit Licosthenes, anno quinquagesimo primo supra sesquimillesimum, bicipitem vitulum ex tenebris vteri vaccini egressum fuisse, mense Decembri in pago, Longo, nuncupato, non procul à Friburgo.

Anno subsequenti quinquagesimo secundo supra sesquimillesimum, in oppido Bona appellato Germaniæ inferioris ad Rhenum quatuor milliaribus à Colonia Aggripina sito, mense Maio, ortus est Vitulus biceps quidem, sed cum alijs etiam partibus geminatis; itaut bicorpor potius esset nominandus, sed de hoc postea suo loco agetur, quando de monstris bicorporibus verba fient.

Vitulus bicorpor.

VI. Demum Marcus Frischius in Meteorologicis scriptum reliquit, quòd, dum B comitia Imperialia Augustæ Vindelecorum, à regia Romanorum maiestate Ferdinando celebrarentur, septem milliaribus ab Augusta vrbe, anno Domini quinquagesimo quinto supra sesquimillesimum, die vigesima prima Maij, natus est vitulus in quodam pago Lader cognominato, qui duas facies, & quatuor oculos habebat, duos quidem in fronte more bubulo, alios verò in lateribus, quæ mademodum icon hoc in loco collocata docet. Reliquum postea corpus, absoluto, & perfectè constituto vitulo erat simile. Diu non vixit: nam statim atq; auras vitales hausit, illicò ab illis quasi abhorrens expirauit.

VI.

VII. Recentioribus casibus poterimus casus monstrorum veteres roborare: VII. propterea quòd hic exhibemus iconem geminati capitis vituli ad viuum expressam, qui paucis ab hinc annis Morenzani prope Venetias ortus est, duplici rictu, quatuor oculis, & ternis auribus; cum harum vna in medio verticis capitis à Natura fuisset C producta, sed aliæ duæ aures in fronte amborum capitum erant generatæ, sicuti lector meditans iconem apprehendere poterit,

Monstri vitulini varietas.

Amplius aliam iconem bicipitis vituli spectandam proponimus, cuius capita duplici quidem rictu, sed quatuor oculis, & binis tantùm auribus erant referta, quemadmodum in altera effigie demonstratur: similem vitulum sex abhinc annis Arimini natum fuisse à vitis fide dignis intelleximus. Prædictis addamus, quòd nobis narrauit Polonus; nimirum in Polonia natum esse vitulum septicipitem, qui duabus tantùm horis vixit, & ex singulo capite singulam linguam exeruisse retulit.

Imo capita animaliũ bisulcorũ, cornuũ varietate, diminutione, geminatione, & qualibet alia ratione mirabilia, & monstrosa Euadunt. Nam Ludouicus Berthemi publicauit in suis nauigationibus ad Insulam Zeilam, referente Dalechampio in D Annotationibus ad Plinium, vaccas vnico cornu insignes conspectas fuisse, & Simon Maiolus Episcopus Vulturarien sis narrat, ex Olao Magno, Veruecem compertum esse octo cornibus insignitum, additque id magis fuisse dignum admiratione, quoniam Albertus Magnus Arietem quatuor insignitum cornibus admirabatur: cum tamen in Italia arietes quadricornes sint frequentissimi. Verùm præ cæteris magis mirabile fuit caput valde monstrosum capreoli, cuius icon aliquando missa fuit à Serenissimo Bauariæ Duce, in quo decem, & septem cornua partim ramosa, partim non ramosa numerantur, quæ monstrifica esse arbitrati sumus: hac de re iconem huius capitis spectandam ob cornuum varietatem, VIII. & pulchritudinem proponere decreuimus vt patet in icone VIII. Hic Capreolus πολύκερως videtur appellandus quamuis ob pulchra, & elegantia cornua καλλίκερως etiam posset nuncupari.

Præ-

VIII. Capreolus Polyceros.



VIIII. Pullus Dicephalos.



X. Pullus Dirrhynchos.



Præterea in familia Auium magis, quàm in alio animalium genere non deſunt exempla monſtrorum ad rem noſtrã attinentia. Etenim Albertus, referente Schẽchio, Anſerem bicipitem obſeruauit Aelianus, citante Porta, refert, Oxeo in Meridie regnante, bicipitem gruem apparuiſſe, atq; ſub alio Rege, quadricipitem auem viſam fuiſſe. Licoſtenes non diſſimilem Anſeris ortum anno Domini nonageſimo ſexto ſupra milleſimum, & quadringenteſimum recitat. Siquidem in quodam pago ad Argentinenſes ſpectante, Suigenhein nuncupato, duobus ab Argentina

L. 2. Mag. Mat. c. 17.

tina mălliaribus diſtante, anſer monſtroſus in ouo inuentus eſt duobus ſcilicet capitibus, totidem linguis, vnico tantùm collo, & duplici excrementorum exitu.

Nos igitur hoc in loco exhibemus duas icones pullorum gallinaceorum, quos obſeruauimus: nam qui ponitur ſub numero VIII. natus eſt capite gemino, alis, & pedibus tantummodo binis, dorſo erat coloris leucophęi, temporibus, & collo flaueſcentibus, pectore, & ventre albis, tibijs, & pedibus caſtaneis. Icon autem collocata ſub numero IX. Monſtrat pullicrum monſtrificum duplici roſtro. Natura enim dicephalon, nempe bicipitem formoſis formare voluit, ſed tandem, materia duorum capitum in vnum conglobata, pullum διρόσωπον, ſcilicet duplici dum E taxat roſtello integratum formauit. VIII. IX.

Inſuper ſi ad familiam ſerpentum mentem dirigamus, illam quoq; monſtris huius generis non carere inueniemus: & quamuis Ariſtoteles in generatione Serpentum raros contingere errores, conſequenterq; in hoc animalium genere rara monſtra procreari tradiderit; quoniam angues matricem ſeu formam vteri vàldè longã habent, & qua ſubinde, nempe vnum poſt alterum, & non acernatim deſcendunt, ſicuti in gallinis contingere ſolet: quamobrẽ geminũ fœtum in ouis anguium rarũ, ſed in ouis gallinarum frequentem licet intueri; nihilominus hinc non ſit, quin etiam in familia ſerpentum id accidat; quandoquidem Ariſtoteles Serpentis bicipitis meminit. Immò Aelianus diuulgauit, iuxta fluuium nomine Arcadem, ſerpentes bicipites aliquando vagari longitudine quatuor cubitorum capitibus albis F reliquo corpore nigro. *L. 4. de gen. an. c. 4.*

XI. Serpens Dicephalos.



H In montibus etiam Pyreneis ſerpentem quondam tricipitem interfectum fuiſſe Arnoldus pronunciat. Hinc colligunt nonnulli monſtrum illud Hydræ Lernææ ſeptcipitis in rerum natura aliquando extitiſſe, quod fabuloſum eſſe ſuo loco demonſtrauimus. Item Ioannes Baptiſta Porta obſeruauit Neapoli viperam bicipitem, quæ vtrumq; caput mouebat, & triſulcas exerebat linguas.

XI. Quocirca nulla debemus coerceri admiratione, nam hodie ſerpens etiam biceps diligentiſſime exiccatus ad Illuſtriſſimum Comitem Philippum Aldrouandũ Bononiæ ſenatorem delatus fuit, qui in publico Muſæo ſeruatur eo modo, quo in hac icone monſtratur. XI.

Piſcium monſtroſa capita.

Cæterùm familiam Aquatilium ſi diligenter examinare, & eorum latebras timari nobis liceret, proculdubio multò plura monſtra, quàm in cæteris animantium fami-

XII. Piſcis biceps.



familijs obseruaremus. Verùm quoniam horum penetralia perscrutari non possumus; hinc fit, quòd minor horum monstrorum numerus ostenditur.

XII. Nihilominus hoc in loco iconem piscis bicipitis spectandam damus, qui captus fuit in Nilo Aegypti fluuio, non procul ab oppido Latislana cognominato. Hic piscis magnitudinem ferè Crocodili adæquabat, coloris erat leucophæi albicantibus maculis insigniti. Habebat quidem duo capita, vt in icone demonstratur, & propterea Dicephalos, seu biceps appellari poterat: nihilominus quia duo piscium corpora vna duntaxat cauda referta, quodammodo æmulabatur: qua de re hic piscis inter monstra bicorpora potius, quàm inter Dicephala esset collocandus. XII.

E Monstri bicipitis causas peculiares si inuestigemus, antequam vlterius progrediamur; aduertendum est has potissimum à copia materiæ seminis dimanare. Namque hæc materia destinata constitutioni alicuius membri, exempli gratia, capitis, si in duas partes distribuatur, vi facultatis formatricis, duo capita in vno subiecto resultabunt, quæ materiæ copia vni tantùm capiti destinata, parua admodum capita procreabit. Sin duobus fuerit destinata, duo capita, ratione magnitudinis, subiecto conformia resultabunt. *Causæ monstrorum bicipitum.*

Hæc autem materia spermatica est illa, quæ ex superfluo alimento nutritionis capitis parentum remanet propterea cum sit abundans, interdum à facultate in duas partes discriminatur, & fœtus bicipites procreantur. Quamuis eiusdem materiæ defectus possit esse in causa monstri bicipitis, & id accidere solet, quando materia in
F matrice contenta pro generandis gemellis non sufficit, & pro simplici fœtu vber est: tunc Natura primùm incumbens in capitis procreationem, ob materiæ copiam, caput geminat, & reliquum corpus, deficiente materia, simplex tantummodo formar. Hinc fit, quòd multa huius generis monstra fuerunt obseruata. *Materiæ copia.*

Alij monstrum huius generis superfœtationi attribuunt, dum noua materia seminalis vterum ingrediens priori applicatur, itaut pars aliqua fœtus ibi geminari possit, vbi hæc noua materia deponitur. Cæterùm rarissimè id contingere posse existimamus, quon iam pars ex noua materia superueniente generata, & geminata vnà cum prima nunquam absolutam perfectionem adipisci posset: quemadmodũ neq; possumus adduci, vt credamus id pendere posse ex effusione materni seminis, citra superfœtationem: quãdoquidem vis paterni seminis, iam occupata in procreatione primi fœtus, si in nouum aduenies semen ageret à primo opere retraheretur. *Superfœtatio.*

G His causis addenda est vteri angustia, quæ proculdubio in hoc casu aliqua ponderatione digna esse videtur, & potissimum quando in prima paritione fœtus biceps egreditur. Etenim vbertas materiæ in loco angusto, formatis partibus præcipuis, nempe capitibus pro formandis gemellis, in reliquas partes geminatas non poterit conuerti, quia illas locus arctus non capiet: tunc igitur ex duplicatis vnum tantum fiet corpus, & monstrum biceps generabitur. Verum quidem est, quòd partes inferiores huius monstri semper iustò crassiores esse solent. *Loci angustia*

Alij causam monstri partibus redundantis referunt in parentes monstrificos. Nam si contingat, vt ambo genitores monstroso vitio scateant; tunc proles monstrifera facilè generari poterit: propterea quod Natura in perpetuandis speciebus admodum sit sollicita. Quamuis postea id semper sequi necessarium non sit; nam-
H que si parentes sint bicipites, non semper biceps ab ipsis dimanabit; quoniam ipsorum capita tam exiguã materiæ portionem spermati impertientur, vt formationi vnius tantùm capitis non autem geminati famulari possit. Neque bicipitio copia alimenti causam suppeditare potest: quandoquidem fœtus in vtero iam genitus poterit quidem copiosum alimentum in nutritionem conuertens membra ante statutum tempus augere, sed non poterit partes geminare, id sæpè obseruatur in pueris, quorum capita ad enormem creuerunt magnitudinem, scilicet nutrimento magna vi attractricis ad caput rapto, vel ab alijs partibus inferioribus assiduè suppeditato. *Parentes monstrosi*

Neque ad animi affectiones Genitorum causa bicipitij referenda est, vt nonnulli asseuerarũt: propterea quòd Genitorum cogitationes, & imaginationes in substantia spirituum tantummodò resident; ideoq; monstrum superfluitate partium admirandum constituere nequaquam poterunt. Reliquum erit igitur, vt causæ *Animi affectiones.*

primo

primo loco allatæ apprehendendæ ſint, & quando in bicipitio poſtea aliæ monſtrificæ differentiæ obſeruantur, tunc ad alias cauſas proprias, & phyſicas confugiendum eſt. Vt accidit in vitulo bicipite duos oculos in lateribus habente: tunc enim dicendum eſt, quòd materia oculis formandis deſtinata aliò tranſmiſſa ſemper retinens vim membri, cui deſtinata fuerat, in loco etiam inepto formam illius membri induit, à quo iam diſceſſerat.

CAPITIS ALIENI PROCREATIO IN FOETV HVMANO.

AMBROSIVS Pareus monimentis mandauit vxorem cuiuſdam Michaelis, qui operam calchographo locabat, peperiſſe monſtrum, cuius facies caput auis implumis referebat, ſed fœtus erat mortuus, quia ante tempus partionis, illum in lucem ediderat. Verùm nobis hoc admirationem parere non debet: ſiquidem Eminentiſſimus Cardinalis Petrus Damianus Archiepiſcopus Rauennas ſcriptum reliquit Robertum Galliarum Regem cum muliere affine matrimonium contraxiſſe, ex qua poſtmodum filium monſtrificum, nempe collo, & capite anſerino ſuſcepit. Vnde, hoc animaduerſo, omnes ferè Galliarum Epiſcopi vnanimes ſacra Regi, & vxori interdixerunt. His igitur angustijs Rex oppreſſus ad ſanum rediens conſilium, inceſtu relicto, legitimum connubium amplexus eſt.

Humanus fœtus capite auis.

Hactenus capita aliena ex genere valde remoto in fœtu humano obſeruauimus. Modò ſi ad genus propinquius accedamus, exempla, & caſus non deerunt. Primitùs Ariſtoteles puellum capite arietis natum memorat, & Ambroſius Pareus puellam capite leonino ortam refert. Licoſthenes in Chronicis ſcripſit, anno ante Chriſtum ſexto ſupra ducenteſimum, Sinueſſæ, natum eſſe puerum capite elephantino. Hoc etiam recitatur à Polydoro Virgilio, in ſua hiſtoria ſed nuper ex relatione virorum fide dignorum, in Hungaria hic caſus accidit vbi, anno Domini ſexageſimo quinto ſupra ſeſquimilleſimum, mulier puellum capite Elephantis, reliquo corpore bene conſtituto, enixa eſt: veluti in icone I. intueri licet.

L. 4. de gen. An. cap. 4.

I.

Sed vlterius progredientes, & per gregem quadrupedum digitatorum vagantes incidemus in caput caninum à Natura fœtui humano agglutinatum. Siquidē anno Domini decimo quarto ſupra noningenteſimum, vt legitur in Faſciculo temporum, mulier edidit partum, corpore quidem humano, ſed capite canino.

L. 31. c. 26.

Pariter Vincentius in ſpeculo naturali, narrat ætate ſua, monſtroſum hominem, ſcilicet canino capite, ad Ludouicum Galliarum Regem fuiſſe delatum. Præterquamquòd meminimus legiſſe, quòd vxor Cornelij Gallicani, Romæ, infantem capite Anubis, nimirum capite canino edidit. Erat autem Anubis Aegyptiorum Deus, qui capite canino pingebatur, & hac pictura Mercurium intelligebant, quia cane nihil ſagacius inueniatur: huius meminit Virgilius.

Omnigenumq; Deum monſtra, & latrator Anubis.

L. 8. Aeneid

Cum igitur Poeta Anubin latratorem appellet, proculdubio capite canino fuiſſe delineatum intelligimus. Non igitur mirum eſt ſi hoc in loco proponitur ſpectanda figura II. infantis capite canino, qui, iuxta mentem Licoſthenis hiſtoriographi, ortus eſt anno quinquageſimo ſexto ſupra ſeſquimilleſimum, Baſilææ Rauracorum, corpore quidem ſatis benè compacto, ſed capite belluino, & vixit monſtrū circiter horam dimidiam. Qui viderunt monſtrum, retulerunt fœtum hoc monſtroſo capite, caput canis, vel cati, vel ſimiæ repræſentare. Nobis autem hæc effigies cynocephalum præ ſe ferre videtur.

II.

CAPI-

I. Puer capite elephantino.



II. Infans capite canino.



CAPITIS ALIENI PROCREATIO IN FOETIBVS BRVTORVM.

E NExaranda, & examinanda hac Rubrica, opere pretium esse duximus omne genus quadrupedum, nempe Solipedum, Bisulcorum, & Digitatorum perpendere, quoniam in his omnibus monstra huius generis inuenientur. Quoad Solipedes recitat Plutarchus in Sympolio, sibi monstratum fuisse partum equæ, qui excepto capite, formam equinam æmulabatur; cum caput humanam faciem repræsentaret. Sed recentius monstrum equinum illud erit, quod anno Domini quinquagesimo quarto supra millesimum & ducentesimum, iuxta mentem Licosthenis, ortũ est in agro Veronensi, eo tempore, quo ad montem Altinum, collatis Florentinorum, & Pisanorum copijs acerrimè decertatum est. Tunc enim ex equa natus est pullus humano capite, ad cuius murmur, aut vagitum accurrens quidam ruris acF cola, nouo attonitus spectaculo, statim euaginato gladio caput monstri amputauit: qua de re Pastor ad iudicium ductus, de origine monstrifici partus, & de causa necis interrogatus, horrore, & abominatione rei, se id fecisse testificatus est. Hic monstrosus equus ostenditur in Icone I. I.

Schenchius autem in suo opere de monstris, duas separatas monstrosi huius equi recitat historias, alteram, iuxta mentem Ambrosij Parei, & alteram ex sententia Licosthenis, sed ambas ad vnum finem tendere opinamur. Mussatus quoq; Patauinus historicus meminit equini pulli monstrosa facie, in territorio Veronensi nati, quem cum vir agrestis, in cuius tugurio erat editus, conspexisset, protinus monstrum necauit, & caput in acie pali ad prætereuntium spectaculum affixit. Hoc quoque monstrum à monstro iam descripto non discrepare existimamus; quamuis diuerso tempore hæc fuerint memorata. *L. 7 de Gest. Ital.*

G Modò ad familiam Bisulcorum progredientibus primus omnium Aristoteles fit obuius, qui in Historia Animalium scriptis mandauit ortum esse puerum capite Arietis, & vitulum capite pueri. Et Albertus Magnus memorat vaccam, quæ in villa quadam vitulum vultu hominis enixa est. Immò in Pago Cledorf non procul à Pamberga, Fincelio authore, vacca peperit monstrum, quatuor pedibus vitulinis, cum barba ad mentum, auribus pariter humanis, & modicis capillis. Deinde incidemus in Vitulum repertum in agro oppidi Bittersfeld, anno Domini quadragesimo septimo supra sesquimillesimum, oculis, naribus, & auribus humanis, vertice tonso, rictu, pectore, & cruribus anterioribus vituliqis, posterioribus humanis, & breuioribus, sed vtrisq; partim in vngulas vitulinas, partim in digitos humanos desinentibus, qui sub vngulis erant, & separatim propendebant. Hoc monstrũ H Gaspar Peucerus in Terratoscopia descripsit; quemadmodum in subiecta icone II. apparet. *L. 4. de gen. An. cap. 4.* II.

Licosthenes quoq; id accidisse anno memorato in sua historia recenset. Sed adhuc recentior huius generis monstri est illa natiuitas, quam recitat Fincellius accidisse in villa Pomerianæ Rossaun, prope Passelumalek, anno Domini quinquagesimo quinto supra sesquimillesimum, de Vitulo capite glabro, & rotundo instar Simiæ, cum mento hirsuto, & lingua prominente. *Aliud monstrum.*

In hac familia oues fuerunt, quæ agnos alieno capite pepererunt: vnde Titus Liuius recitat, quòd Frusione, anno Mundi sep tingentesimo sexagesimo sexto, supra tria millia agnus suillo capite natus est. Item, ex Iulio Obsequente, anno Mundi octingentesimo sexagesimo primo supra tria millia, C. Mario, & Q. Luctatio Consulibus, in Lucanis duo agni nati sunt pedibus quidem equinis, sed horum alter caput Simiæ referebat. *Decad. 4. Lib. 1.*

I. Pullus equinus humana facie.



II. Vitulus capite ferè humano.



III. Capra humana facie.



Pariter damus sub numero III. iconem Capræ vultu humano, quam natam tradit Cælius Rhodiginus anno Domini quadragesimo septimo supra sesquimillesimum apud Sybarim, ex congressu Pastoris cum capella, quem postea Ductor capratius Zelotypia motus dormientem cornibus interfecit. *L. 21. lect. antiq. c. 22.* III.

Sues in hoc genere Bisulcorum reponendæ sunt, quæ varijs temporibus, fœtus alieno prorsus capite ediderunt. Namq; anno Domini decimo supra millesimum, referente Licosthene historiographo, Porca suem facie humana peperit. Tunc E autem per Angliam, atq; Hybernam magni motus belli sunt excitati. Legendus est Polydorus Virgilius in historia Angliæ, vbi memorat, quòd, regnante Henrico primo, quando creatus fuit primus episcopus Elyensis, multa prodigia visa sunt, & inter alia, sus enixa est fœtum humana facia insignem. *L. 11.*

Item anno Domini decimo octauo supra millesimum, ex eodem Licosthene, Sus fœta porcellum humano capite refertum peperit, & eo anno tetterrima pestilentia grassata est.

Rursus ex eodem authore, anno Domini centesimo nono supra millesimum, in Parochia Legiensi Porca enixa est partum cum vultu humano: veluti in subiecta icone IIII. videre licet, quo tempore Philippus Rex Francorum, & Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus ex hac vita decesserunt. Demum, iuxta historiã ciu- F sdem Licosthenis, anno Domini centesimo decimo octauo supra millesimum, in Gallia, ex fœta sue Porcellus humano capite ortus est. IIII. *Alius fœtus in Gallia.*

Cæterùm Ambrosius Pareus, in sua monstrorum historia, meminit Suis iuxta sententiam Licosthenis, nati in quodam Eburonum pago, anno Domini centesimo decimo supra millesimum, qui erat capite, pedibus, tam anticis, quam posticis humanis sicuti figura V. demonstrat; quamuis postea hanc historiam apud Licosthenem non inuenerimus. V.

Denuo Ambrosius Pareus recentiorem narrat casum huiusmodi animalis, qui accidit anno Domini sexagesimo quarto supra sesquimillesimum, Bruxelæ, vbi Sus sex peperit Nefrendes, quorum primus erat monstrificus, nam capite, & anterioribus pedibus, & omnoplatis, hominem repræsentabat, & reliquo toto corpore sue: immò genitalia suis fœminæ habebat, & aliorum nefrendum more, vbera fugebat, G sed, die secundâ post ortum, à Plebe monstri concitata horrore, vnà cum matre hic fœtus confossus est. Huius autem icon est VI. VI.

Recentior est historia suis humano capite in Cypro nati, authore Schenchio, anno Domini sexagesimo nono supra sesquimillesimum, die duodecima Decembris. Monstrum autem fuit tale, quale ab icone VII. ostenditur. Erat totum corpus veri porci nudum, & sine pilis, capite effigiem humanam referebat, ex cuius fronte crista imitans cristam galli indici oriebatur, quæ partem oculorũ, & partem nasi tegebat. Aures humanis erant similes. Monstrum ex Porca, vnà cum quatuor alijs porcellis matri similibus ortum esse retulerunt. VII. *Crista Galli indici.*

Ad quadrupedes digitatos si conuertatur sermo, nobis fiet obuius monstrifer partus Leonis capite humano, quemadmodum figura VIII. ostendit. Hic fœtus, H teste Licosthene Cronologico, natus est in agro Constantiensi, ex muliere, anno Domini centesimo nonagesimo supra millesimum, quo tempore Rodulphus Imperator regnabat. VIII.

Immò nostra ætate, inquit Cornelius Gemma, natus est canis capitè accipitrino, vt icon IX. Exprimit, qui spectandus populo à quodã circũferebatur, & hoc monstrum ex terrore natum esse asseuerabat: propterea idem Cornelius Gemma admiratur tantam vim inesse imaginationi, in procreandis monstris, vt eiusdem phãtasiæ virtus incredibilis brutis etiam animantibus contingat, veluti, in prædicto cane obseruatur. His animaduersis de quadrupedibus, Nonnulli ad serpentes se conuerrunt, & referunt infantem quandoq; natum capite serpentis, & viciſſim serpentem capite hominis. Sed hoc ex libro de natura rerum collegerunt, vbi memoratur quidam serpens facie virginea, quoniam, Beda authore, Diabolus induit formam serpentis cum facie humana, vt primos parentes in Paradiso terrestri deciperet. IX. *Infans capite serpentis.*

Antequam ad vitiatam capitis figuram, & conformationem accedamus, causas

IIII. Fœtus ſuinus humano vultu.



V. Sus capite, & pedibus humanis.



VI. Porcus parte antica humana.



VII. Sus facie humana cum criſta.



VIII. Leo humano capite.



IX. Canis capite auis.



procreationis variorum capitum in fœtibus inueſtigabimus. Siquidem inter has primum locum occupat debilitas generantis, quæ imbecillitas, cum latitudinem habeat, varios etiam gradus ſortiri poteſt. Ideoq; genitor debilis, cum virtute conformatrice infirma materiei tantum dominante, hominem maſculum quidem procreabit, ſed in figura non prorſus ſimilem. Cæterùm aucto vtriuſq; nimirum virtutis, & indiuidui languore quoad ſexũ, tunc non fœtus ſibi ſimilis in forma, neq; mas, ſed fœmina diſſimilis reſultabit. Verùm ſi cum virtute ſexus imbecilliori, vis indiuiduifit valida, fœmina procreabitur in extremitatibus corporis diſſimilis. Tandem ex imbecilli virtute ſeminis emerget fœtus non homini, ſed animali ſimilis vel ſecundùm partem, vel ſecundù totum. A

Imbecillitas virtutis

Hinc optimè colligunt viri eruditi, quòd ex mulieribus, virtute maris langueſcente, partus monſtroſi prodeunt, quæ vitioſitas varia eſt iuxta maiorem, vel minorem debilitatem. Et hic error vel vitium obſeruatur modò in capite, modò in alijs partibus, quatenus illa portiò ſeminis ægrotat, quæ conſtitutioni capitis vel alterius partis erat dicata. Quando autem hic languor vltimum gradum attinget, tunc animal non procreabitur, ſed mola, aut ſemen purum inſæcundum effundetur.

Deinde quando virtus ſeminis alienam naturam induit; tunc fœtus monſtrificiferentes ſpeciem alicuius animalis diuerſi à natura Generantium in lucem egrediuntur: quapropter ex congreſſu legitimo aliquod brutum gignetur. At ſi portiotũm ſeminis alienam naturam ſortiatur, tunc, vel ſolum caput, vel alia pars fœtus, bruti caput vel aliam partem repræſentabit, & id, quod de Homine aſſeueramus, B de alijs quoq; animantibus intelligendum eſt.

Alia cauſa

Hinc liquidò conſtat, cur interdum fœtus humanus cum capite ſimiæ, vel canis naſcatur, & quãdoq; canis cum capite leporino oriatur. Hæc eſt doctrina Ariſtotelis, qui in Problematibus docebat, ex ſemine corrupto in matrice monſtra produci. Per ſemen autem corruptum non intelligebat putrefactum, ſed quod alienã induit naturam ob languorem virtutis: idcirco vitalis ſeminis animal ſimile non generatur. Quamuis poſtea ex ſemine etiam in matrice putrefacto, animalia quidem ſed potius imperfecta, veluti vermes, ſerpentes informes, & ranæ generantur. Itaq; ſemen in vtero degenerat veluti triticum ab Agricolis in terram proiectum, quòd interdum magno ruricolarum damno in lolium degenerare ſolet.

Sect. 4 Probl. prob. 13. & 14.

Rurſus principium materiale fœtus, fœtuum monſtrificorum ſuperius deſcriptorum in cauſa eſſe poteſt Etenim Ariſtoteles id malæ diſpoſitioni materiæ fœtuum C affignat: cum actus actiuorum non perficiantur niſi in patiente optimè diſpoſito, & cuncta, quę recipiuntur, ſemper per modum recipientium recipiuntur. Quapropter Agens minimè languidum, neq; à propria natura degenerans, dum materiam perfectè diſpoſitam amplectitur: tunc effectum ſimillimum, nimirum iuxta conditiones naturæ genericæ, ſpecificæ, & indiuidualis formãtum producit. At viciſſim ſi idẽ agens in materiam minime idoneam incidat, & minus aptam ad dotes indiuiduales excipiendas; tunc quid ſimile in eſſentia ſpecifica, non autem in indiuiduali procreat.

L. 4. de gen An. c. 3.

Quando autem materia maiori ineptitudine erit referta, ſine vlla propenſione ad recipiendas naturæ ſpecificæ conditiones alienam induet formam, & tunc animal integrum diuerſæ ſpeciei reſultabit. Sin portio tantùm huius materiæ prædictis D carebit prærogatiuis; tunc emerget monſtrum habens partem, verbi gratia caput alienum à propria ſpecie, dummodo illa materię portio capiti fuerit deſtinata.

Materia diſpoſitio quid agat.

Cum verò multæ portiones materiæ ab his prærogatiuis erunt alienæ, tunc etiã multæ partes fœtus formam membrorum diuerſæ ſpeciei animantium ſortientur Ad finem ex materia omni aptitudine deſtituta, & fruſta carnis, & molæ in vtero progignentur, vt ſuo loco fuit explanatum.

Iterum ex doctrina Ariſtotelis, hoc vitium monſtrificum virtuti nutrienti erit attribuendum: hæc enim, cum in aſſimilando alimento partibus, propriem munus obire nequeat, tunc forma humana partium proculdubio vitiatur. Namq; ſi pari ratione ratiocinemur, dicemus, quemadmodum virtus formatrix conceptus debilitate oppreſſa, humanam effigiem in aliqua parte materiæ imprimere nequit, & tunc aliena figura ibi gignitur; ita virtus nutriens, & alimentum aſſimilans, dum

Virtus nutriẽs quid operetur.

langue-

languescit, proprio munere fungi nequit: qua de re monstrosæ partes redduntur.

Insuper si virtus nutriens in causa monstri esse potest; materia quoq; alimentalis ab ijsdem vitijs non erit remouenda: quandoquidem praua dispositio huius materiæ alimentalis, absq; vitio virtutis alentis, tam in vtero, quàm extra vterum, formam monstrificam alicui parti imprimere poterit: cum omnis forma, vt paulò ante fuit exaratum, per modum recipientis recipiatur. Idcirco quando pars alimenti alicui membro agglutinata carebit dispositione ad recipiendam alicuius partis figuram, tunc pars monstrifica tum extra, tum intra vterum reddetur:

E Huc referenda est imaginatio: etenim velutisæpè contingit, vt fœtus quos mulier prægnans vehementius appetit, in fœtibus postea impressi conspiciantur: pari ratione mulier vtero gerens, si pedes vituli, aut agnini capitis edendi desiderio vehementi teneatur, huius appetitus signa fœtui imprimuntur, & propterea infantes aliquando cum pede vitulino, & interdum cum capite agnino nascuntur. *Vis imaginationis qualis.*

Id accidisse Bononiæ tribus ab hinc annis ex obstetrice fide digna intelleximus: nam vxor quædam Pharmacopœi grauida cum sæpius agnos deglobitos, & aeri expositos in ædibus vicinis per fenestram obseruasset, & desiderasset, tandem puellum agnino capite magno cum affinium mœrore peperit, sed diutius non vixit. Idem asseuerandum erit, si mulieres grauidæ varias Ferarum species obseruauerint. Verùm hæc monstrosa phantasia magis matri, quam patri attribuenda est: siquidem mulieres non modò in congressu, sed etiam post concubitum, scilicet toto gestationis vteri tempore, aliquod spectrum in mente abditum seruare possunt, quoniam

F fœminæ vehementioribus imaginationibus semper adhærere solent. Superioribus etiam annis, matrona sicula, referente Liceto, asellum in manu Piscatoris è mari recenter captum conspicata, tandem tempore partionis, quemdam asellum marino prorsus similem, vnà cum fœtu enixa est: *Mulieres vehementius imaginantur.*

Neq; à causis huius generis monstrifici Genitores arcendi sunt: namq; si ambo varijs membris à natura humana alienis integrati fuerint, ex amborum congressu monstrifici quoq; partus exire poterunt: cum natura semper studeat aliquid in essentia sibi simile procreare. Immò hanc esse rationem præcipuam perhibent, propter quam in Plaga *Africana*, plurima huius generis monstra progignantur. *Parentes Monstrosi.*

Rursus ab his monstrorum causis nefaria venus non est remouenda: quandoquidem cum Historiographi & doctrina Aristotelis patefaciant mulieres quandoque

G brutis suæ cubuisse, & homines cum brutis se permiscuisse; nulla admiratione coerceri debemus, si aliquando ex mulieribus infantes capitibus brutorum insignes egressi fuerint, & si quandoq; ex brutis fœtus humano capite, vel alijs membris humanis referti emerserint. Siquidem Aristoteles id planè declarauit in libris de generatione Animalium, quando scripsit, ex hoc nefario congressu monstra identidem oriri posse, cum animalium congredientium natura, magnitudo, & tempus grauiditatis inter se non valdè discrepauerint. Nam si postea secus contigerit, rarò, aut nunquam monstrificam sobolem oriri asseuerandum est. Quapropter Plinius, Aelianus, Maiolus, Lemnius, & Cornelius Gemma monimentis mandarunt ex congressu hominum cum Feris fœtus aliquando dimanasse. *L.1.c.5.* *Venus nefaria.*

Nec aliquis sibi persuadere debet ex animalibus diuersæ speciei tertiam speciem

H semper prodire posse, quoniam res ex dominio seminis iudicanda est. Quandoquidem si alterius parentis semen superauerit, propriæ speciei fœtum in essentia similem cum accidentibus alterius producet. Verùm si congrua proportione semina copulentur, tertia species monstrifera resultabit: dummodo naturæ Genitorum Verbi gratia hominis, & bouis inter se non valdè discrepent. Sin dissimen naturæ non fuerit aliqua consideratione dignum, quale inter equum, & asinum, vel inter canem, & lupum cadit: tunc proles non admodum monstrosa ab hisce Genitoribus prodibit; & hanc sobolem Aristoteles quoque admittebat, quando tempora grauiditatis conueniebant. *Species tertia qualis.* *L. 2. de gen. An. c. 5.*

His igitur sic intellectis, & expositis, adaures etiam Aristotelis, de origine partus ex permixtione hominum cum Feris, qui aliquando solam naturam matris, quandoq; patris, & interdum vtriusq; refert; poterimus ad rem sic ratiocinari: quãdo fœtus perfectus ex abominando congressu humano, & belluino generatur, hoc

inde fit quia ſemen maris fœmineum perfectè Superat, & hac ratione puellus ex vacca natus eſſe perhibetur: quando autem fœtus ſimilitudinem matris contrahit, hoc fit, quoniam ſemen hominis agentis eſt imbecillium, ratione cuius materia non rectè ſuperata illi effigiem propriam imprimere nequit, & tunc partus Feræ, & non homini ſimilis euadit.

Congreſſus Humanus, & belluinus

Demum ſi in congreſſu hominis, & bruti, ſemen belluinum fuerit validius in partibus procreandis ſuperioribus, & ſemen humanum tantummodo validum in generandis partibus inferioribus, tunc in lucem prodeunt monſtra, quæ capite aſinino, canino, & vitulino ſunt referta. Quamuis poſſemus etiam affirmare in vtero belluæ, & in vtero mulieris, tam per congreſſum hominis, quàm per congreſ- A
ſum ferarum, recepta vtriuſq; ſemina, ob anguſtiam loci permiſceri: vnde poſtea, ex hac materia coaleſcente, fera humano capite, & homo capite belluino oriri poteſt, veluti in propoſitis iconibus lector intueri poteſt.

Demum pro coronide harum cauſarum aſſeueramus vim Dæmonis non eſſe prætermittendam, qui ludificando intuentium ſenſus, hominem capite leonino repræſentare poteſt. Immò interdum genuino ſublato partu, & aliundè monſtrum delatum mulieri parienti clanculum ſupponere valet. Amplius Dæmon, permittente Deo, poteſt omnes monſtri naturales cauſas in vterum afferre, aut virtutem ſpermatis adeò debilitare, ne fœtus inde Genitoribus ſimilis procreetur.

Vis Dæmonum.

Aut aliquando poteſt hanc materiam ſpermaticam ita labefactare, vt membra tantummodo alicuius animalis imperfecti in vtero formentur. Neq; à recto tra- B
mite recederemus, ſi dixerimus prolificum animantium ſpeciei diſcrepantis ſemen in vterum à Dæmone deferri poſſe, vt monſtrifici fœtus cum capite ſimiæ, vel cum capite vituli inde oriri poſſint.

Niſi velimus aſſerere, quòd virtute Dæmonis, fœtus alicuius bruti fœtui humano copulari poteſt. Præterquamquòd Dæmon ægra valetudine fœtum afficiens, ipſum in formam belluinam fædare poteſt. Et demiq; aliquod horribile ſpectrum phantaſiæ Genitorum communicare poteſt, vt partus aliquo capite belluino inſignis in auras vitales ſtatuto tempore egrediatur.

FOEDA CAPITIS CONSTITVTIO. C

HACTENVS de capite geminato, & de capite alieno, tam in fœtibus humanis, quàm in bellumis dictum eſt. Modò de capitibus aliqua nota inſigni ſpectabilibus neq; prorſus à propria ſpecie recedentibus eſt differendum. Primitùs ſi capillos ponderemus, meminimus vidiſſe annis elapſis exteram mulierem capite adeò capillorum ferace, vt crines explicati ad terram vſq; peruenirent: ideoq; ad quæſtum peregrinabatur, dum populis crines explicando, magna cum admiratione ſe ſpectandam præbebat.

Mulier capillis longiſſimis.

Id quoq; in brutis admirandum conſpicati ſumus; nam tribus ab hinc annis pe- D
rijt equus Illuſtriſſimi Domini Comitis Philippi Aldrouandi Bononiæ ſenatoris, qui colli iubas vſq; in terram promiſſas gerebat, quibus gradiendo humum verrebat, & fortaſſis ob longiores crines hic equus *Bella Donna* nominabatur.

Amplius puer cum barba natus eſt anno Domini trecenteſimo octauo in Antiochia, ætate Conſtantij Imperatoris, de quo monſtro in Rubrica Præſagiorum egimus. Mulieris quoq; Germanæ icon ſeruatur in Muſæo Illuſtriſſimi ſenatus Bononienſis, quæ annis elapſis propter admirandam barbam, quam gerebat ad ventrem

Mulier barbata.

vſq; promiſſam, cunctis ſpectanda circumducebatur.

Inſuper nati ſunt infantes admirandi cum dentibus, vt puer ille barbatus, cuius paulo ante meminimus, anno Domini trecenteſimo octauo: Deinde Titus Liuius puellam cum dentibus Oximi natam eſſe prodidit. Item, ex Marcello Donato, anno ſeptuageſimo ſecundo ſupra ſeſquimilleſimum, quædam filia Sartoris, cum

tribus

I. Infans capite therſitico.



II. Infans vultu obſcæno.



tribus dentibus ab aluo materna egressa est. Nostra quoq; aetate puellum omnibus membris perfectè constitutum, & iustò grandiorem, cum quatuor dentibus natum obseruauimus. Verum maiorem admirationem nobis debent afferre illi, qui loco dentium os continuum habuerunt: Cardanus enim inter memorabilia recensèt mulierem nobilem in Gynecio Principis Lucemburgensis versantem, quæ os duplex loco dentium, habebat. *Puelli cum dentibus nati.*

Cæterùm hæc nullius momenti esse videntur in comparatione ad illa, quæ deinceps de fœtuum capitibus vitiosis, & fœdatis dicenda se se offerunt. Nam quandoque nonnulli capite thersitico sunt nati, qui intuentibus formidinem, & admiratio-
E nem simul attulerunt.

Thersites fuit quidam homo græcus, vt, scripsit Homerus, quo alterum deformiorem quis imaginari non poterat: hac de re in præsentia caput deforme, & varijs notis inquinatum, thersiticum nuncupamus: veluti in figura I Lector conspicari potest. Siquidem anno post partum Virginis quinquagesimo quarto supra sesquimillesimum, natus est Stetini infans, vt retulit Licosthenes, qui varijs corporis agitationibus, & clamoribus sacerdoti eum sacro Baptismatis fonte lustraturo quodammodo reluctari videbatur, sed sacerdos fusis ad Deum precibus, eumdem puellum sacro latice intinxit. I.

Habebat puer in vertice massam carnis figuram testudinis rufæ æmulantem, & versus ceruicem caudam carnosam oblongam, instar caudæ muris, capite erat ther-
F sitico; & oculis prominentibus. *Thersiticũ caput.*

Hioetiam memorandus est ille puer natus Venetijs anno octuagesimo septimo supra millesimum, & quadringentesimum, qui membrum genitale vertici adnatum habuit: ideo propter obscœnitatem parentes non audebant eum in propatulo deferre. Sed admirabilior fuit puer nuper ortus in agro Mutinensi, cum testibus, & scroto vrina pleno occipiti adnatis: quocirca Orchitomus ad hanc deformitatem auferendam accersitus, statim magna dexteritate hanc prominentiam truncauit, & adhibitis conuenientibus præsidijs, salutem pueri perfectam expectabat, sed illicò, supressa vrina, infans interijt: vnde intellexit has partes superfluas occipiti adnatas, magnum cum alijs partibus genitalibus, & cum vesica consensum habuisse.

II. Iconem addimus puelli obscœno vultu, qui anno quinquagesimo supra sesquimillesimum, referente Licosthene, natus est Friburgæ cum massa carnis dura, &
G prominenti circa frontem, & occiput, quæ totum caput huius fœtus alioquin bene constituti, deturpabat. Non absimilis fuit puer monstrosus quoad massam carnis in fronte, instar cornu natam, cuius descriptionem clarissimus vir Ioannes Augustinus Cuchus medicæ palestræ miles exercitatissimus, & veritatis perquam studiosus nobis humaniter communicauit. Hic puer natus est Bononiæ in via Sancti Felicis anno trigesimo supra millesimum, & sexcentesimum, mense Aprilis, cum mense subsequenti pestis postea grassari cœperit: hic igitur infans omnes partes corporis aptè formatas, & constitutas habebat præter caput, cuius medium frontis cornu ex carne compactum quodammodo occupabat. Orbita oculorum vna tantùm cum magno oculo in facie sine naso conspiciebatur. Oris foramen rotundum, & adeo angustum fuit, vt vbera nutricis apprehendere non posset, sed nutritionis gratia, *Monstrum Bononiæ natum.*
H lac per fistulam paruo orificio aptatam instillabatur. II.

Olim quoq; in Germania, nimirum anno duodecimo supra sesquimillesimum, in villa Elceffelbach cognomin ata, ex coniuge rustici natus est infans oris foramine angustissimo; deinde tota facies massam carnis æmulabatur, in cuius medio simulacrum pugionis ex eadem carne formatum residebat, sub hac massa carnis oculi magni, & dissimiles erant locati: quapropter ratione huius deformitatis, aqua sacri fontis non fuit lustratus, sed viuus sepultus. *Monstrum viuum sepultum.*

Ab horum capitum obscœnitate non est remouendum illud monstrum natum Firmi ciuitatis Italiæ anno vigesimo quarto supra millesimum, & sexcentesimum: fuit enim puella perfectis membris integrata, præter caput, quod aspectu erat horrificum, cum fronte rugosa, sub qua Orbitæ quædam absq; oculis cernebantur, & loco nasi, frustum carnis pyriforme mediam faciem occupabat, sub hac massa carnis, pellis rubra figuræ quadrangularis erat, quæ vtrinq; oculos veluti gallinæ repræ-

III. Puella naribus, & oculis carens.



IIII. Puella alia oculis, & naribus carens.



V: Monſtrum tribus oculis, & quatuor manibus.



VI Puella oculis bubulis.



sētabat oculus vnus obscurus in occipite, & alius clarus, & humanus supra suturā coronalē visebatur sed sine palpebris, & cilijs, quorū vicem capilli capitis gerebant.

L. ii. c. 32. Cæterùm si nosmet conuertamus ad illa monstra, quæ absq; oculis orta esse feruntur. Plinius, in primis, narrat quondam in Aegypto nutritum fuisse hominem sine oculis in parte capitis antica, sed verum quidem est, quòd oculi in parte capitis postica visebantur. Idq; à natura præimbecillitate factum fuisse videtur: quandoquidem languore oppressa femina oculorum in partem capitis anticam transmittere nequiuit: cum ex anatomica inspectione liquidò constet principium neruorum opticorum in occipite residere.

III. Sed infantem fœminam oculis prorsus, & naribus carentem memorat Cornelius A
Gemma, cuius icon est III.

IIII. Pariter, ex Licosthene historiographo, in Hassia puer membris rectè constitutis natus est, sed monstrosus erat in capite, quia oculis naribus, & auribus carebat; quapropter in facie os tantummodo conspiciebatur. Rursus Arimini, anno ante natum Christum nonagesimo primo supra centesimum, puellus sine oculis, & naso ad auras vitales ægressus est. Item die decima Martij anni decimi quarti supra sesquimillesimum, delata fuit puella ignoti cuiusdam ciuis Bononiensis, ad Diui Petri templum, vt Baptismi Sacramento renasceretur, quæ, & naso, & eius foraminibus caruit. Deniq; Rufus addit iconem alterius puellæ, quæ absq; oculis, & naribus orta est, vt in icone IIII. manifestatur.

Quemadmodum Natura, vt hactenus fuit explicatum, in oculis formandis aliquā- B
do est mancā: vicissim in ijsdem procreandis, quandoq; est superflua. Etenim habemus apud Marcellinum, quòd anno Domini trecentesimo octauo narus est Antiochiæ puer quatuor oculis insignitus, & pariter Romæ anno centesimo vigesimo tertio, puer quatuor oculis refertus ab ancilla emersit. Immo Amatus Lusitanus id confirmat monstro Anconæ nato. Ibi enim mulier tertio grauiditatis mense edidit corpusculum quatuor oculis spectabile, cum labijs adeo deformibus, vt cunctis aspicientibus esset admirationi: Immò Ianuario mense anni decimi quarti supra sesquimillesimum, coniux Dominici de Malatendis Communis (quarto) nuncupati peperit puellam, cum duobus orificijs in facie, & quatuor oculis, & Eminentissimus Cardinalis de Grassis tunc Bononię Episcopus cælesti lauacro illam expiauit, & Mariam appellauit, sed vitam ad quartum tantummodo diem protraxit.

Oculorum multiplicatio.

Hic igitur damus monstrum tribus oculis refertum, quod, ob materiæ malè dispo- C
sitæ impedimentum, instar ortus aliorum monstrorum, natum esse opinamur. Quamuis alij referant, ex Licosthene in Appendice Chronologica, hæc monstra tribus oculis, & quatuor manibus, ore, & naribus magnis, auribus amplis, & rotundis, in quibusdam Arabiæ locis versarij vbi mares tanquam fœminæ mammas tam grādes habere perhibentur, vt illas difficulter tegere possint. Pelles belluinas induunt, sine calceis incedunt, & pedes absq; digitis habere feruntur; & huiusmodi homines monstrosi Sterlochi nuncupari assueuerant. Ore magno sunt referti, quia voraces sunt, namcarnibus semicoctis vescuntur. De his, & similibus legenda est Rubrica differentiarum capitis primi huius libri, vbi hæc figura V. erat collocanda.

Monstra quatuor oculis referta.

V.

Sin Natura in formandis fœtibus duos tantùm oculos procreet, aliquando ita D
deformat, vt potius oculos belluinos, quàm humanos æmulentur, veluti in icone
VI. VI. obseruatur. Hæc enim fuit puella monstrifica nata Argentinæ nobilis Alsatiæ Metropolis, lato ore, naribus aquilinis oculis bouillis, & prominentibus, anno Domini quadragesimo quarto supra sesquimillesimum. Tunc enim, teste Licosthene, Carolus Quintus Imperator per Hispanos Africam occupauit.

Sin prosequamur in recensendis narium obscænitatibus, incidemus in quamdā effigiem monstrosam, & bifrontem quæ circumfertur. Hæc in vtraq; parte faciei, loco nasi, membrum virile gerit, cum testibus loco menti, & in fine prodigiosi nasi oculi gemini conspiciuntur; incertus fuit huius monstri sexus, sed traduut fuisse natum, antequam Rex Galliæ, superiori seculo, cum copijs in Italiam se contulisset.

Non dissimilis obscænitas nuper obseruata fuit Parmæ, in partu monstroso coniugis

VII. Infans ſciſsis naribus.



VIII. Infans auribus leporinis.



gis cuiusdam olitoris, nato mense Septembris anni octuagesimi quarti supra sesquimillesimum. Hic puer vixit duas horas, naso carebat, sed in fronte duos testes cum portione carnis mentulam æmulante gerebat: deinde vtraq; infantis manus sex digitis erat referta, & pars anterior sexum maris, & posterior sexum fœminæ repræsentabat. *Caput mentulatum.*

Præterea in tertia parte Historiæ Indiæ Lusitanicę legimus rarò in illis regionibus fœtus aliqua deformitatis nota impressos in lucem prodire: nihilominus aliquandò, per spatium milliaris à Piratining, orta est puella monstrifica, quæ nasum extensum vsq; ad mentum gerebat, & os sub mento cernebatur. Sed pater viuam E filiam tumulauit, quo genere mortis eos punire solent, quos adulterij suspitione inquinatos esse arbitrantur. *Adulterij pœna apud Indos.*

Hactenus de obscœnis, & nimis prominentibus naribus dictum sit. Iam de monstrosis fœtibus, qui apertis naribus nati sunt, differendum est: siquidem, ex monte Licosthenis, anno quinquagesimo sexto supra sesquimillesimum circa solemnitatē Paschalem Basileæ puer natus est, naribus ita patulis, vt inde spectatores infantis cerebrum facile intueri possent quemadmodum icon VII. ostendit. VII.

Modò de auribus nonnulla sunt referenda: cum muenti sint infantes sine auribus nati, veluti accidit Basileæ, secundum Licosthenem, vbi fœtus masculus auribus carens anno quinquagesimo sexto supra sesquimillesimum, mense Septembris natus est; & loco aurium duæ exiguę rimæ apparebant, ita tamen clausæ, vt puer nihil audire posset, vixit infans valetudinarius vsq; ad mensem sextilem, quo tempore grauibus vexatus doloribus interijt. F

Præterea nati sunt interdum fœtus humani cum auribus bruti: & fœtus huius generis clarissimus Columbus in libro Anotomiæ se obseruasse fatetur. Deinde Konigisbergæ, anno supra millesimum quingentesimo nonagesimo tertio ortus est infans masculus aure leporina, cum portione carnis instar pilei, vt Schenchius annotauit. Item Eusigij in terra noua iuxta ripas Danubij, monstrum humana facie, & auribus asininis visum est.

Rursus in suburbana villa Cracouiæ, mense Nouembris anni nonagesimi quarti supra millesimum, & quadringentesimum, mulier, vt recitat Licosthenes, fœtum auribus leporinis insignem peperit, cuius monstri genuinam effigiem icon VIII. patefacit. VIII.

G Nascuntur insuper fœtus humani capite cornibus deturpato: nam Amatus Lusitanus meminit pueri cum coraiculo in capite nati, & dum puer creseebat, cornu quoq; creuit, idq; deponendum ex capite puer à patre flagitabat, quoniam cœteri pueri illum cornutum appellabant, reliquum huius historiæ Lector videat in Rubrica Aegritudinum primi capitis huius libri. *Centur. 1. cur. 17.*

Deinde olim in Chero Regione Pedemontana, scilicet anno septuagesimo septimo supra sesquimillesimum mense Ianuarij, puer monstrificus, nimirum capite quinq; cornibus insignito ortus est, & ab eius occipite massa quædam carnis depēdebat, de qua suo loco verba fient. Item in oppido Rathstadio in alpibus Noricis sito, quas incolæ Taurum appellant, editus est infans cornutus, veluti figura IX. ostendit, anno Domini quinquagesimo primo supra sesquimillesimum. IX.

H In villa Marchiæ Dammenuualde, propè Vuitstock, coniux agricolæ cuiusdam monstrosum partum, nempe cornutum edidit, quem Fincelius, referente Licosthene, descripsit hunc in modum. Fuit infans toto corpore spadicei coloris, capite cornibus oblongioribus prædito, oculis crassis absq; naso, ore admodum parulo, in cuius medio lingua alba, & quadrangula cernebatur, & caput sine collo scapulis adhærebat, deinde totum corpus erat inflatum, & rugosum, brachio lumbis adhærente, pedes erant longi, & graciles, & tandem ab vmbilico species intestini crassi ad pedes dependebat: quemadmodum lector in icone X. meditari poterit. X.

Placuit in prædictorum confirmationem aliud monstrum humanum addere cornibus arietinis præditum, quod ex Gallia in Italiam fuit delatum: carebat fronte, & collo, & maxilla inferior sterno annectebatur, eius caput erat auritum, & cornutum, sed cornua figuram cornuum arietis referebant, veluti icon XI. manifestat. *Monstrum cornutum.* XI.

Antequam ad alias partes fœtuum monstrosas descendamus, de labijs nonihil

IX. Puer cornutus.



X. Infans cornutus ore patulo.



XI. Monſtrum humanum cornibus arietinis.



dicendum est, cum illa quoq; suam deformitatē interdum sortiantur. Aliqui enim homines identidem conspiciuntur labro ita curto prædiri, vt dentes tegere nequeant; immo Trincauela narrat se obseruasse aliquos scissis labijs natos, quinon parum in sermone deficiebant. Bononiæ quoq; nati sunt nonnulli labris discissis, qui adulti cum eos deformitatis puderet, Chirurgi opera labiorum apertorum copulationem, & sanitatem inuenerunt: Chirurgus enim ferro ablata superficie carnis fissurę labiorum, & vulnere consuto, labra fissa agglutinauit. *L. 5. c. 12.*

Interdum nati sunt infantes cum deformibus caruunculis circa labia, quæ totam faciem fœtus deturpabant; & quamuis multi casus huius generis, qui Bononiæ accIderunt, recensęri possent; nihilominus vnus instar omnium sit memoratus à Ioanne Georgio Schenchio, de puero nato Hagenoæ Alsatiæ, anno supra millesimum sexcentesimo octauo, mense septembris, hic toto corpore absolutus, & vndequaq; perfectus erat fœtus, nisi quòd circa superius labium, & nasi interstitium, monstrosa caro, veluti quædam proboscis erat adnata, & referebat figuram oris ouini, exerta lingua tanquam balantis, & hæc monstrosa caro spatium nasi non excedebat, reliquo superiori labro ad vtrumq; latus fisso: quapropter puellus eiulans, diducto ore, & hiantibus alis superioris labri, admirandum vultum spectantibus exhibebat. Præterea nasus huic caruunculæ prorsus connatus, imperuius, & depressus fuit; ideoque ad aerem attrahendum, nulla via illi patebat: quemadmodum etiam ad hauriendum alimentum; hæc monstrifica caro non mediocri erat impedimento. *Casus puellæ labijs monstriferi.*

Itaq; Schenchius causam huius fœdi labij à matre scisciatus (erat enim Ioannes Georgius Schenchius medicus Hagenoensis) deprehendit matrem multis iã annis auersatam capita illa ouina, quæ in macellis, exerta lingua, publicè venalia exponuntur, & huius fastidij occasio fuit; cum caput, prominente lingua, hominis scelesti publicè decollati conspicata fuerit. Quocirca memoria localis idearum omnium retentrix, analogia facta, illam effigiem capitis decollati hominis ad ouina capita balantia domi frequentius exertis linguis conspicienda retulit: hanc postmodum imaginem mater vi phantasiæ, fœtui facilè imprimere potuit: siquidem quando prægnans fuit, capita ouina, quamuis tam odio habuisset, emit, & comedit. Puer igitur hac fœditate maculatus, Ioannes Iacobus cognominatus diu vixit. Hoc in loco causam huius monstrifici partus recensere volumus, tum quia ex manifesta vi imaginationis prodit, tum quia illam Schenchius descriptioni monstri copulauit. *Causa mõstrosi vultus.*

Inter monstrosa capita in vtero deprauata, reponenda sunt illa, quæ collocarent, vt conspici potest in icone nona, decima, & vndecima. Sed libuit ad maiorē huius rei explanationem, proponere effigiem spectandam illius infantis, qui sine collo natus est Basileæ, iuxta relationem Licosthenis, mense Augusti, anno supra sesquimillesimum quinquagesimo septimo. Cæteris enim membris optimè formatis, sola facies erat monstrosa: inprimis non erat supra collum eminens, quonã illo carebat, oculi enormis magnitudinis quasi in fronte locati visebantur. *Partus collo carentes.*

Præterquãquòd pars superior capitis huic fœtui deerat. In occipite habebat foramen, quale, ad excitandum fonticulum, Chirurgi, candente ferro, parare solent. Ex hoc igitur sanguis paulatim dimanabat: hac de re infans ortum cum interitu commutauit. Hoc monstrum in figura XII. exhibetur. XII.

Iterum libuit proponere spectandam in Musæo publico inuentam picturam mõstrifici puelli effigiem Bacchi æmulantis. Fuit enim embryon, nempe immaturus partus quinq; mensium, collo, & fronte carens, latissima facie: quocirca non est admirandum, si ab eruditissimo viro Vlysse Aldrouando Βακχικὸς fuerit cognominatus; cum rictum bouillum repræsentaret. Hoc igitur monstrum, iuxta partem anteriorem, posteriorem, & lateralem, delineatum in figura XIII, XIIII, & XV. exhibetur. *Monstrum figura Bacci.* XIII. XIIII. XV.

Sin Natura in fœtu collum format, aliquando illud in vtero torsione ita deprauat, vt nullo modo caput infantis erigi possit. Hoc monstratur illius pusionis effigie nati anno supra sesquimillesimum quadragesimo secundo, in Bilsen Bohemię oppido, vt Licosthenes memoriæ mandauit. *Monstrum ratione colli.*

Etenim hic torsitate colli, imaginem Christi crucifixi referebat: nam caput ad

XII. Infans ſine collo.



XIII. Fœtus ſine collo Bracchi æmulus, ſecundùm partem anteriorem figuratus.



XIIII. Idem fœtus ſine collo, ſecundùm dorſum pictus.



XV. Idem fœtus ſecundùm latus effigiatus.



XVI. Infans collo torto.



latus ita inflexum habebat, vt eius ori cibaria difficulter inferri possent. Crura quoq; decussatim locata gerebat: veluti in icone XVI. videntur, quæ etiamsi disiungebantur, nihilominus sponte ad pristinam figuram reuertebantur. Hoc monstrum Viennæ Austriæ aliquandiu vixit. XVI.

Tandem Natura, in deprauandis capitibus, illa interdum non prorsus deformat, itaut caput alienum, scilicet bruti constituat, veluti paulo ante manifestauimus, sed ea modicè tantùm deturpat, vt aliquod rudimentum rictus belluini repræsentent. Ideo nascuntur homines propria facie, speciem Canis, Simiæ, Aquilæ, & similium animantium referentes. Nimirum capite humano ad effigiem bruti inclinante. Quamobrem ex sententia Parei, mulier aliquando fœtum rictu Leonis peperit, & nuper Perusiæ, nimirum anno supra millesimum, & sexcentesimum vigesimo sexto, mense Martij, prodijt in lucem puellus membris rectè constitutis formatus, præter faciem, qua, propter hirtam frontem, effigies Bubonis repræsentabatur, lingua ab ore exerta, cuius aspectus horrorem, & admirationem afferebat. *Puer facie Bubonis.*

Fuerunt quoq; puelli, qui aspectu ranæ in lucè prodierunt, & vnus instar omnium sit infans à Pareo delineatus, natus anno Domini supra sesquimillesimum decimo septimo, ex parentibus infimæ sortis, nimirum ex Amadeo Perneo, & Maddalena Sarbucata, in Breia sylua Parœcia Bosci Regis, via ad fontem Bellæ aquæ. Mater huius monstrosi partus iam febre vexata, consilio mulieris cuiusdam clinicæ, ranam viuam palmæ manus alligari iussit, tandiu ibi detinendam, donec expiraret; eo habitu in viri congressum veniens fœtum huius formæ concepit, quæ in icone XVII. conspicitur. Vnde Ioannes Bellangerius Machinariæ Regiæ Chirurgus, qui hunc puellum monstrosum coram custodibus iustitiæ Harmoij oppidi contemplatus est, applicationē ranæ manui matris fuisse in causa deformitatis fœtus existimauit. XVII.

Addimus prædictis effigiem mulieris inuentam in publico Musæo, quæ, quoad faciem, similam referebat: veluti icon XVIII. demonstrat. XVIII.

Sunt insuper nonnulli fœtus, qui varijs gestibus oculorum, & oris, faciem deturpant: veluti illi, qui nati sunt ore immani hiatu aperto, instar horrendè vociferantium. Quandoquidem anno supra millesimum quingentesimo septuagesimo octauo, in Agro Mechelburgensi Greuesmulem, authore Schenchio, vxor Sartoris enixa est infantem masculum, corpore integro bene constituto, præter caput, cuius genuina facies tegumento quodam carneo tegebatur, quo ad superiora tracto, facies, & caput pileum oblongum turcicum æmulabatur, & os immani hiatu apertum cernebatur, quem gestum horrendè clamantes edere solent: fœtus carebat lingua, & interior oris regio, non alio, quàm sanguine plena apparebat. Oculi erant patentes, sed nulla pupilla referti; nares simum canis nasum imitabantur, collum habebat molle, & inusitatæ longitudinis: itaut, collo recto constituto, caput necessariò, antrorsum, aut retrorsum, aut ad vtrumq; latus dilaberetur. Animaduertit etiam Schenchius aliud admirandum in hoc fœtu, quòd dextra expansa, & sinistra clausa fuerit, quasi in pugnum contracta, quæ etiamsi violentia fuerit recluſa; attamen digiti sponte in pugnum denuo coibant. *Monstrum immani hiatu oris.*

Nos etiam in publico Musæo, iconem fœtus fœminei sexus inuenimus, ore valde hiante, naribus, & oculis ferè in fronte sitis, & capillamenta veluti in conum erecta conspiciuntur, vt figura XIX. ostendit. XIX.

Quod hactenus de capitibus hominum deprauatis, relatum est, de belluinis quoque intelligendum esse opinamur: quandoquidem in brutorum capitibus interdum tanta deformitas obseruatur, vt hæc à propria specie quasi aliena esse videantur. Primitus, omisso quadricorni Ceruo, quem Nicocreon habuisse perhibetur, horridiora capita recensebimus: quoniam anno supra sesquimillesimum quinquagesimo quarto, in villa Pomeraniæ Rekouu vicina Regio ad ostium Viadri, iuxta relationem Licosthenis, pullus equi monstroso, & horrifico capite natus est. Hic oculorū loco maculas subrubras habebat, & aures pendulas instar aurium sagacis canis, quarum partes infimæ cuti coaluerunt, deinde ore erat horrendo, labijs ita inflatis vt vbera fugere non posset. Rursus collū erat tortū, sinuosum, & coloribus distinctis tāquā tot torquibus variatū, cū iuba impexa, & magnū hinnitū instar adulti equi edebat, cute erat aspera, & veste villosa, & tādē loco caudæ quędā crista erigebat. *Capitis brutorum deformatis.*

Item

XVII. Puellus facie ranæ.



XVIII. Fœmina facie Simiæ.



XIX. Fœtus fœmina ore valde hiante.



XX. Agnus capite monſtrifico.



XXI. Canis monſtroſo capite.



Item tradit Schenchius, ex mente Parei, agnum monstrifico capite natũ esse, anno supra sesquimillesimum septuagesimo tertio, in Suburbio Sezenæ vrbis, qui locus campus benedictus cognominatur, in ædibus Ioannis Poleti salis mensoris. Hæc bestia in lucem edita mox interijt, nec vitæ, nisi quodam exiguo motu signa dedit: hoc monstrificum caput in figura XX. ostenditur. Tempore Dionis, vt recitat Plutarchus, porci nati sunt, cætera perfecti, sed auribus carentes, quod inter prodigia recensendũ esse existimarunt. XX.

Placuit insuper ad maiorem assertorum roborationem, canis iconem monstroso capite, & monoculo, spectandam proponere, quam in publico Musæo inuenimus
E cælatam, cum cynomorpho planta, nempe croco Dioscoridis, secundùm Lobelium: veluti in figura XXI. repræsentatur. XXI.

Antequàm ad Capitulum brachiorum, & manuum monstrificarum accedamus exarandum, primùm causæ monstrosi capitis examinandæ se se offerunt. Quoad fœtus cum dentibus natos, notandum est id à virtute formatrice partium humani corporis prouenire, quæ, siue sit spiritus exiens à semine, vt voluit Aristoteles, siue quid incognitum, vt opinatus est Galenus in libro de formatione fœtus, siue quid diuinum ab ideis, vel ab anima mundi pendens, vt Plotinus interpres Platonis asseuerauit, siue Intelligentia, quam Auicennas darricem formarum nuncupauit, in vtero matris dentes generat, aut eorum producendorum virtutem adipiscitur. *L. 2. de Gen. An. c. 3.* *L. 6. de An.*

Hæc de re in nonnullis hominibus dentes aliquando serius, aliquando ante tẽpus
F determinatum emergunt: idcirco dentitionis tempus omnibus non est definitum: cum in postrema etiam ætate dentes molares nascantur. Narrat enim Vessalius insignis Anatomicus, molarem dentem sibi natum esse, anno ætatis suæ vigesimo sexto. Item Alexander Benedictus in ore octuagenariæ mulieris Victoriæ Fabrienſis nuncupatæ dentes renatos esse recitat. Quamobrem illa vis formatrix quandoq; citò, nempe in vtero, aliquando serius, nempe extra vterum, suam operationem molitur. *L. 1. de fabric. hum. corp. c. 11.* *Lib. 7. de morb. partic.*

Quoad fœtus cum barba natos debemus memoriæ mandare causam pilorum esse siccam fuliginem cum humiditate crassa, & viscida mixtam, qua materia fœtus quandoq; redundantes cum valida facultate expultrice, præcocem pilorum, & barbæ generationem incurrunt. Interdum hæc causa in semen maris refertur, quoad illam partem, quæ ad caput spectat: namq; semen paternum originem ducens à capite patris viribus fuit integris in conformatione capitis masculini fœtus, sed in reliquis postea partibus conformandis à pristino vigore deficit, quando reliquum opus, partium scilicet inferiorum spirituosæ parti seminis materni formandũ relinquit. Hinc non est mirandum, si mulier capite virili, & barba insignis, reliquis partibus muliebribus conspecta fuerit. *Causa barbæ præcocis.*

Aliquando huius effectus causa ad parentum imaginationem reducitur, ob aliquod spectrum alicuius speciei Genitorum phantasiæ impressum; namq; hoc spiritibus, & virtuti formatrici communicato, facile fœtus tenellus notam huius imaginis contrahit. Neq; id nos in admirationem trahere debet: quandoquidem si Parentum imaginatio potest in humano conceptu notas fructuum, & brutorum producere cum tamen hæc ab humana Natura maximè discrepent, multò magis formam
H monstrificæ figuræ eiusdem speciei procreare poterit. *Vis imaginationis.*

Demum refertur hic effectus ad naturam, & formam consimilium Genitorum: etenim si quis parentum monstrifica effigie refertus fuerit, proculdubio prolem sibi similem procreare poterit; cum Natura semper omnes edat conatus, vt effectum sibi similem progignat. Id nuper accidit Parmæ in serenissima aula Farnesiana, in illa puella hirsutæ faciei, quæ nupta, & compressa, aliquos fœtus tota facie hirsutos edidit. Idem de muliere Germana barbata asserendum erit. Quamuis id necessario non semper contingat; quoniam si paternum semen maiori præditum fuerit vigore, superato matris semine, fœtus proculdubio inde genitus, & perfectus, & sine monstrosa fœditate nascetur. At viciſſim, semine matris dominante, nonnisi partus monstrosus in eadem specie prodire poterit. *Genus pilosa vbi.*

Quando autem monstra sine oculis se se offerunt, non possumus nisi hunc effectũ ad imbecillitatem virtutis formatricis reducere, quæ cum sola munere formandi,

Cauſa fœtus ſine oculis.

partes fungatur, nimirum cum hæc ſola figuras vnicuiq; parti aſſignet; hæc inquã, ob inopiam caloris, vel ſpirituum intemperiem, vel ob aliam cauſam labefactata, parti formandæ congruam, & naturalem figuram imprimere nequit: hinc aliqui fœtus ſine oculis interdum prodeunt. Idq; magis aſſeuerare poſſumus, quoniam

L. 2. de gen. an. cap 4.

Ariſtoteles ſcribebat talem ineſſe ſubſtantiæ ſeminis calorem, qualis vnicuiq; corporis parti accommodatur, cuius abundantia, vel defectu læſi fœtus ſæpè oriri ſolent. Quapropter in fœtibus nonnullis oculorum forma *in* ſincipite cernitur, ob facultatis languorem, quæ ad locum deſtinatum materiam oculorum tranſmittere nequiuit.

Deinde ponderare debemus molliciem materiæ fœtuum: nam fieri poteſt, vt A
leui de cauſa membrum aliquod fœtus lædatur, & potiſſimum vehementioris motus; ideoq; monſtroſam figuram partus adipiſcitur abſq; vllo matris crimine. Verum

Cauſa puerperij ſciſſis naribus.

quidem eſt, quòd interdum monſtroſi fœtus culpa in matrem tranſfertur, quando grauida choreis, ſaltationibus, & alijs inordinatis motibus delectatur: etenim propter anguſtiam vteri, vehementior motus occaſionem monſtroſi partus præbet: ſic enim puellum ſciſſis naribus progenitum fuiſſe opinamur.

Præterea, quando caput humani fœtus auribus leporinis, vel alterius bruti refertum ſe ſe offert, nonnulli ſtatim ad permixtionem ſeminum, & ad nefariam Venerem tanquam propriam cauſam confugiunt. Alij hoc vitium in monſtroſos parentes referunt. Alij ex aliquo vitio, ſeu morbo cauſam huius effectus eliciunt: cum facies hominis interdum vi morbi in faciem Satyri vertatur, vt contingit in Sa- B
tyriaſi, & Elephantiaſi, de quibus affectibus Medici paſſim verba faciunt. Alij fœditatem huius vultus vitio alimenti, vel altrici facultati ægrotanti acceptam referunt. Alij in materiale principium fœtuum crimen tranſferunt; quandoquidem peruerſa materiæ diſpoſitio, vel iuxta ſententiam Auerrois, materiæ inobedientia, multorum huius generis monſtrorum cauſa eſſe poteſt.

Prana materiæ diſpoſitio.

Alij non omittunt de generationem ſeminis in alienam naturam, quia tunc multæ brutorum partes in fœtibus humanis producuntur. Demùm alij præcipuam

Imaginatio nis vis.

cauſam horum monſtrorum imbecillitatem agentis ſeu generantis appellant. Ceterùm in noſtro caſu imaginationem multas vires habuiſſe arbitramur; nam q, vtriuſque parentis phantaſia monſtroſo fœtui cauſam præbere poteſt: ſed mulier potiſſimum hæc redundat, non ſolum propter longum geſtationis vteri curſum, ſed etiã C
quia in muliere imaginatio intentiſſimè operatur.

Præterquamquòd abſq; vlla parentum animaduerſione per quietem horrifica ſomnia repræſentantur: vnde ſpectra aliquando enormia cum varijs brutorum partibus phantaſiæ ſe ſe offerunt. Sed qui plura de his ſcire deſiderat, confugiat ad cauſas vniuerſales in Rubrica cauſarum exararas. Sic enim ortus eſt puer vulturinæ figura deformato, & hac ratione natum putamus puerum cum illa carnis maſſa circà occiput teſtudinem æmulante: cum ex parentum, & potiſſimum ex vehementi matris imaginatione occaſio vel monſtrorum, vel aliquorum animantium vt teſtudinis formatrici facultati varias diuerſorum animalium partes formandi ſuppeditetur. Idem quoq; brutis contingere ſuperius fuit explanatum, dum Cornelius

Imaginatio in brutis.

Gemma diuulgabat ex cane grauida ob terrorem, catulum Accipitris capite ortum fuiſſe. D

Deinde facies fœtus à multitudine oculorum deturpatur ob copiam materiæ his partibus formandis deſtinatæ, & ob validam formatricis facultatis virtutem: niſi velimus aſſeuerare hunc effectum robori facultatis ſeparatricis eſſe attribuendum, dum materiam oculis formandis dicatam in quatuor partes diſtribuit: hinc poſtea fit, vt quatuor ocelli à formatrice fabricati faciem fœtuum fædent.

Tandem infantes ſine collo nati, quamuis à multis cauſis originem trahere potuerint; nihilominus hunc noſtrum fœtum monſtroſum à copia materiæ, & ab anguſtia

Vteri anguſtia quid præſtet.

vteri prouenijſſe arbitrati ſumus; nam fœtus membris carnoſis erat conſtitutus, & figuram Bacchi quodammodo imitabatur. Vber igitur fuit materia quæ præ anguſtia vteri iuxta longitudinem dilatari, & augeri non potuit: quapropter caput monſtri ſcapulis annexum coaluit. Hæc autem matricis anguſtia potuit eſſe naturalis, vel aduentitia propter vteri affectiones, & præcipuè ob tumores præter naturam,

qui

qui siue sint in matrice, siue oriantur in partibus circumiacentibus, semper vterum terminarum angustare possunt.

DE PRAVA CONFORMATIONE BRACHIORVM, & MANVVM.

CAP. IIII.

CVM Natura multis illaqueata impedimentis, in formandis brachijs, & manibus, errata quandoq; committat; hoc in loco illa exarare decreuimus. Primitus varios foetus sine brachijs natos proponemus: deinde partus cum brachijs mutilis, & transpositis: tertiò cum brachijs multiplicatis ponderabimus; vt tandem manus quoque monstrificas recenseamus.

Quoad primam differentiam, Schenchius in obseruationibus multas exarauit historias eorum, qui sine brachijs in lucem prodierunt. Dion in Vita Augusti, referente Cælio Rhodigino, inter munera ab Indis Augusto missa recensuit Tygres Romæ nunquam antea visos, & adolescentulum sine brachijs, qui pedibus tantùm functionem, manuum obibat, dum arcum intendens sagittas iaculabatur. Rursum Georgius Pictorius fatetur se nouisse Hispanum sine brachijs natum, & pedibus admodum celerem; etenim nebat, & acu expeditius pingebat, quàm mulier citissima ambabus manibus. Immò arma bellica ita affabrè pertractabat, vt nullus milles maiori agilitate illis vti posset. *Lib. 5. obser. L. 4. lect. antiq. c. 12. L. 4. Serm. comm.*

Iterùm Gyraldus nouit hominem sine brachijs natum, qui adultus, loco manuũ, pedibus mira dexteritate in accipiendo, reijciendo, secando, & ludendo vtebatur. Præterquamquòd Vuerinchius tradidit, anno duodecimo supra millesimum, tempore Henrici Secundi, Gemellos in Saxonia esse natos, qui loco brachiorum, alis auserinis erant referti. Monstrum quoq; illud Rauennæ est natum sine brachijs anno supra sesquimillesimum duodecimo, quorum loco, alas habuisse Authores memorant. *L. 2. Itiner. L. de Mons.*

Pariter Iacobus Ruffus meminit puellæ sine brachijs natæ Priuerni, anno mũdi octingentesimo tertio supra tria millia, quæ, præter brachia, reliqua corporis parte optimè erat constituta, vt in figura I. vnusquisq; potest intueri. Quæ historia à Licosthene quoq; recitata fuit. I.

Sed iuxta relationem eiusdem Authoris, anno Domini supra sesquimillesimum vigesimo octauo, mulier sine brachijs nata est Francfordiæ ad Mœnum, quæ adulta, licèt manibus careret, mira agilitate pedibus vrebatur: nam arrepto pedibus calamo litteras elegantes exarabat, colum tractabat, pecunias numerabat, & subtilissima quæq; opera digitis pedum molichatur.

Item Nicolaus Rocheus narrat vidisse mulierem sine brachijs, anno Domini supra sesquimillesimum quadragesimo, in castro Amandino Allifero, quę pedibus, vice manuum, cyathum apprehendebat, & more belligerantium, arreptis baculis, tympanum pulsabat. Pareus quoq; Lutetiæ mulierem sine brachijs multa operantẽ obseruasse memorat. *In l. de cur. morb. c. 32.*


Amplius anno Domini supra sesquimillesimum quadragesimo octauo, mense Aprilis, Misenæ, iuxta sententiam Licosthenis, ortus est infans, loco oris, exiguũ habens foramen, sed magis admirandum est, quod brachijs carebat, & vnico tantùm cruce nitebatur, vt figura II. demonstrat. Immò Hali Rodoham in Commentarijs ad artem medicinalem Galeni scriptis mandauit, se quandoq; conspicatum fuisse virum valdè diminutum, qui brachijs, & pedibus carebat. II. *Vir carens brachijs.*

Rursus in Agro Piceno, vt Cornelius Gemma diuulgauit, infans quidem sine bra-


I. Puella ſine brachijs.



II. Infans ſine brachijs, & vnico crure.



III. Infans ſine brachijs, & pedibus.



brachijs in lucem prodijt, sed pedibus etiam carebat ; & Licosthenes, anno Mũdi septingentesimo septuagesimo secundo supra tria millia id accidisse publicauit: vt in figura III. cernitur. III.

Prædictis additur alius partus sine brachijs, in Thracia natus, anno Domini sexcentesimo primo. Vbi mulier enixa est fœtum monstrificum, & quasi Naturæ piaculum: cum neq; manus, neq; brachia haberet, deinde ratione reliquæ constitutionis corporis, effigie, & forma iusta carebat: etenim oculorum, ciliorum, & superciliorum erat expers: & ad coxendices cauda instar piscis illi adnata dependebat. Hoc autem opus Naturæ valdè monstrificum, Mauritius Imperator conspi-
E catus interfici iussit, gladiumq; statim est exosculatus. Mater autem, quæ monstrũ ediderat, cum sua culpa id procreatum esse non arbitraretur, crimine fuit absoluta: Figura IIII. hoc monstrum manifestat. *Monstrum necatum iussu Imperatoris.* IIII.

Cardanus quoq; monimentis mandauit se vidisse quemdam ambobus brachijs carentem, qui dextro pede hastam vibrabat, vestem suebat, edebat, scribebat, & in acum filum emittebat, neq; multos testes defuisse asseuerat, cum res publicè ageretur. Item Iulius Cæsar Scaliger eumdem hominem, nomine Antonium, brachijs carentem, qui se Neapoli ortum prædicabat, in Allobrogum prouincia obseruasse testificatur, qui omnibus miraculo fuit: etenim, præter enarratas à Cardano operationes, vt inquit Scaliger, clauum in asserem pœnitùs malleo adigebat, deinde mira celeritate, conuersis mallei auriculis illum extrahebat. *Lib. 7. de Subtil.* *Exercit. 334.*

F Hominem huius generis monstrosi visum fuisse anno vigesimo octauo supra sesquimillesimum Licosthenes recensuit. Pareus autem hominem quadragenariũ conspicatum esse Lutetiæ affirmat, quadrato corpore, brachijs carentem, vt icon V. monstrat, qui omnia munia, quæ manibus perfici solent, fœliciter obibat: quandoquidem trunco humeri, capite, & collo adiutus securim in oppositum palum vibrabat maiori ictu, quàm quilibet alius manu id præstaret. Flagellum Aurigæ tanta vidistringebat, vt magnum strepitum, aere percusso, ederet. Præterea pedibus èdebat, bibebat, ralis, & aleis colludebat: sed tandem latro, & sicarius deprehensus, & comprehensus, lata vltimi supplicij sententia, strangulatus, & rotæ affixus fuit. *L. 24. c. 6.* V.

Cæterùm Ioannes Schenchius senior, siue eumdem, siue alium eiusdem ætatis, & constitutionis corporis, brachijs carentem, qui se Heluetium prædicabat, vidit Hagenoæ, vbi, præter alia à Pareo narrata, ramum fagi crassitudinis brachij, mento,
G & humeris apprehenso, & euaginato gladio, vnico ictu dissecabat, & simili modo arreptam bipennem in designatum locũ in tabula parieti adhærente exactè impingebat.

Ioannes Georgius Schenchius meminit alterius vtroq; brachio carentis, qui conspectus fuit Halæ Sueuorum, anno octuagesimo sexto supra sesquimillesimum, qui Thomas Schueicken appellabatur, & quæ alii manibus ingeniosissima opera, eadem ille pedibus incredibili solertia perficiebat. Immo Schenchius fatetur se vidisse scripturam pedibus ab hoc homine exaratam tam eleganter delineatã, emblematibusq; variis circa margines exornatam, vt proculdubio peritissimos, qui in ciuitatibus munus publicum scribendi exercent, posset superare. Propterea epigramma in dexteritatem huius viri conscriptum apud Schenchium est huius tenoris. *Operationes hominis sine manibus*

H *Quod digitis alij præstant, hoc præstat ipsum*
Schueickerus mira dexteritate pedum.
Is pede depingit decoratas syrmate versus,
Ille cibum pedibus, carpit, & omne facit.
Hoc opus esse Dei mirandum nemo negabit,
Qui modò pedibus habet quod ratione valet.

De hoc viro sine brachiis nato multa possent afferri testimonia, sed instar omnium sit doctissimus Camerarius, qui de illo hæc verba prodidit. Mira est prouidentia, & solicitudo Naturæ, quam rerum omnium Opifex ei tanquam optimæ matri assignat. Quandoquidẽ ea, mẽbris animantiũ distortis, vel mutilatis, aut debilitatis, vel etiã penitùs deficiẽtibus, plerũq; aliis mẽbris præter suũ officiũ, cui sũt destinata, tale robur, & dexteritatẽ, ex cõtinua cõsuetudine suppeditat, vt mirũ sit dictu. Nã cũ essemus Comburgi, apud nobilẽ, & præstantissimũ virũ Erasmum Neinstetterum.

IIII. fœtus ſine brachijs cum cauda piſcis.



V. Homo quadragenarius brachijs carens.



Thomas Schuneiker.

terum. Is enim cum nulla erga nos benignitatis prætermiſiſſet officia, iuſſit accerſiri ex vicinis ſalinis Sueuicis Thomam Schueikerum tunc annum trigeſimum primum agentem, & ex honeſtis parentibus natum; qui, licèt mater ſua abſq; brachijs, eũ peperiſſet; nihilominus omnia manuũ munia, pedũ ſubſidio exequebatur.

Nam cum in editiorem locum, qui altitudinem æquabat tabulę, in quo eſculenta erant appoſita, conſcendiſſet, apprehenſo pedibus cultro, ſcindebat panem, & alios cibos, & pedibus tanquam manibus poculum ori porrigebat. Abſoluto prãdio, pedibus pingebat, cunctis videntibus tam elegantes litteras latinas, & germanicas vt earum exempla, quaſi rem admirandam nobiscum ſumeremus. Deinde gladiolo parabat calamos ad ſcribendum aptiſſimos, quos poſtea nobis donabat. A

operationes Thomę ſine brachijs.

Cum eſſet in his rebus occupatus, diligenter inſpeximus formam pedum, quorũ digiti erant ita oblongi, & ad res apprehendendas idonei, vt procul intuentibus manus viderentur. Hoc ſpectaculum ſanè iucundum, & nobis gratum fuit. Iuſsus etiam fuerat paulò ante Cæſareæ Maieſtati, nempe Maximiliano Secundo, cum Halam vrbem ad comitia ſpirenſia tranſiret, & Electoribus Palatinatus, atq; Saxoniæ, Ludouico, & Auguſto ſe exhibere, quorum Maieſtas, & Cæſitudo, hanc admirandam Naturæ compenſationem, non abſq; munificentia, & cum admiratione ſpectauit. Vnde poſtea Ioannes Poſtius Medicus, & Poeta eximius operationes huius viri ſine manibus coram maieſtate Cęſarea peractas hoc elegantiſſimo epigrammate illuſtrauit.

Mira fides pedibus dextrè facit omnia Schueiker
Cui Natura parens brachia nulla dedit. B
Namq; bibit pedibus, pedibus ſua fercula ſumit,
Voluit & his libros, præparat his calamos.
Quin, & litterulas pede tam benè pingere nouit,
Artificis ſuperet grammata docta manu.
Maximus hęc Cæſar Rupnit quondam Aemilianus,
Donaq; ſcribenti largus honeſta dedit:
Omnia namq; poteſt vigilans induſtria, quodq;
Natura ipſa negat, perficit ingenium.

Præterea non piget addere aliud epigramma à Schenchio propoſitum, & conſcriptum de eodem Thoma Schueikero brachijs carente.

Thomas Schuneikerus mirandę ſortis homullus, C
Quem ditem pietas, ingeniumq; facit.
Has ſine brachiolis vitales Luminis aurat.
Aſpexit Sueui ſub vada lenta Nigri.
Ne Natura tamen latem pateretur acerbam,
Robur ei tribuis fortibus in pedibus.
Quod dextris alij trallant, peraguntq; ſiniſtris,
Ille miniſterio perficit omne pedum.
Nam bibit, & ſcribit pedibus, comeditq; facitq;
Cingula, mireris, ſi videas hominem.
Optimus eſt calamus crena ſcriptoribus vnca
Quem mira adſtanti præparat arte tibi: D
Hunc Rupuit Cæſar Maximilianus, eiq;
Scribenti quondam largiter æra dedit.
Mirati Comites, admiratiq; Barones,
Mirandi nobis propoſuere modum.
Membro alij accedis ſi quid deceſſerit vni
Hęc hoc exemplo eſt maxima nulla fidem.
Quid non continuus Natura perficit vſus?
Vidi hominem bene ſit, quippe meretur, ei.

Homo ſine brachijs Bononiæ viſus

Noſtra etiam ætate, ſcilicet annis elapſis, nimirum anno ſupra milleſimum, & ſexcẽteſimum vigeſimo octauo iuuenis brachijs carens Bononiam peruenit, qui cõtã populo operationes hactenus enarratas pedibus optimè peragebat, & præter illas tormentum manuarium explodebat.

BRA-

BRACHIA MVTILATA, ET TRANSPOSITA.

E HACTENVS verba fecimus de illis, qui sine brachijs nati sunt. Modò examinandi sunt illi partus monstrifici, vnico brachio, vel horum altero mutilato, vel transposito orti sunt. Quandoquidem Orosius historicus scriptum reliquit, quòd, impendente bello Macedonico, nimirum C. Petilio, & C. Valerio Consulibus, Sinuessæ puerum vnico brachio esse natum. Iulius tamen Obsequens, puellum vnico brachio ex ancilla, C. Valerio, & M. Herenio Consulibus, prodijsse attestatur. Nos tamen in præsentia damus iconem fœtus vnico brachio, & etiam imperfecto nati: siquidem digiti pauci, & malè erant formati: hæc figura in publico Musæo inuenta exhibetur sub numero. I. *Lib. 5.*

I.

Iacobus Rufus in suo opere de conceptu humano, retulit quondam Amiterni duos infantes natos esse, quorum alter omnibus corporis partibus rectè constitutus erat,
F præter pedes, qui erant tres: tertius enim cum tibia ex poplite sinistro originem ducebat. Alter verò puellus tribus quidem pedibus erat refertus, sed dextro postea brachio carebat. Huius secundi fœtus vnico brachio nati, anno Mundi octingentesimo decimo nono supra tria millia, Amiterni, Licosthenes meminit, & in figura II. ostenditur. II.

Sin vlterius progrediamur, incidemus in monstrificum hominem, qui brachiorum alterum integrum, alterum verò mutilatum habebat. Hic natus est anno supra millesimum, & quadringentesimum nonagesimo septimo, in pago Dirlistorff, die sexta decembris, corpore bene constituto, sed brachium sinistrum vsq; ad cubitum tantummodò erat conformatum, in cuius extremitate carnosus tumor instar paruæ nucis eminebat. Alterum brachium erat quidem integrum, sed manus in tres tantùm digitos & penè copulatos erat diuisa. Hic puer fuit educatus, & cibum atq. potum
G non modò monstrosis manibus capiebat, sed etiam pecuniam numerabat, rationes subducebat, easdēq; elegantissimis characteribus libro assignabat. Deinde cætera munia exercebat, quæ ab alijs hominibus vtraq; manu perfecta fieri solent. Vixit, referente Licosthene, vsq; ad annum supra sesquimillesimum quinquagesimum septimum, quo tempore iam annum sexagesimum ætatis suæ superabat; eratq; illius formæ qualis in icone III. spectandus proponitur. *Homo brachio mutilato.* III.

Viuit etiam hodie Bononiæ adolescens annorum sexdecim Thomas Bug anellus appellatus, cuius brachium dextrum in cubito terminatur, vbi rudimenta quędā digitorum, & vnguium apparent. Pariter, dum hæc scriberemus, anno supra millesimum, & sexcentesimum quadragesimo, die vigesimā octaua Iunij vxor cuiusdam fabri lignarii puellum integris partibus, præter sinistrum brachium, enixa est, quod
H in cubitum desinebat, vbi rudimenta confusa digitorum, & vnguium conspiciuntur.

Cæterùm si contendatur animus ad monstrificos partus brachia transposita habentes, proculdubio multos in medium afferre possemus: sed horum vnum, aut alterum exemplum sufficiet. Primum memorat Cælius Rhodiginus natum in vico patrii soli; erat quidem partus quadrimestris, sed magnitudinis infolitæ. Corpusculum erat integrè formatum biceps cum duobus brachijs suo loco collocatis, sed tertium brachium inter vtrumq; caput ex humeris surgebat. *l. 24. lect. antiq. cap. 3*

Alius infans monstrosus natus est Stetini, in suburbio, anno supra sesquimillesimum quinquagesimo quarto, vt annotauit Licosthenes, ex Fincelio. Hic fœtus, præter alia monstrosa, brachium sinistrum habebat transpositum, quia locum auris occupabat. Deinde cognosci non potuit, num fœtus vel mas, vel fœmina, vel Androgynus esset. Insuper brachia, & crura infantis osse continuo rigebant sine iuncturis, cubitis, & poplitibus. Manus, & pedes erant penduli tanquam fracti: hic IIII.

I. Fœtus vnico brachio.




II. Puer vnico brachio, & tribus pedibus.



III. Monſtrum altero brachiorum mutilato.



IIII. Infans brachio tranſpoſito.



partus mortuus in lucem egreſſus eſt, quamuis in aluo materna viueret, cuius figura in numero IIII. collocatur.

L. 2. de Gen. an. c. 3.

In inquirendis horum monſtrorum cauſis, non erit confugiendum ad monſtrificos genitores: quandoquidem, iuxta Ariſtotelis doctrinam, ex parentibus læſis, atque mutilis, filij interdum mutilati, & interdum minimè læſi oriuntur. Namq; vbi defecit vigor paterni ſeminis in conformatione alicuius partis, interdum virtus ſpirituoſa ſeminis materni ita operatur, vt in procreatione illius membri, defectum paterni ſeminis ſuppleat. Verum, in hoc caſu, omnes Authores in hanc veniunt ſententiam, monſtra mutilata ex inopia materiæ originem trahere. Verum quidem eſt, quòd, in hac aſſignanda cauſa, hac diſtinctione poſſumus incedere, nimirum dicendo partus monſtrificos, vel magnis partibus corporis, veluti brachijs eſſe mutilatos, vel paruis tantummodo partibus carere. Quoniam ſi magnæ partes, vt brachia deſint, quod contingit in noſtro caſu; tunc cum viris eruditis afferendum erit, talia monſtra ortum trahere ex defectu illius materiæ, quæ conformationi illius partis competebat: etenim quando fœtus paruis carèt partibus, nempe vel oculo, vel aure, & ſimilibus, tunc poterimus aſſeuerare id oriri ex defectu illius materiæ, quæ dimanauit ex reſiduo alimenti partium ſimilium in corpore genitorum. A

Materia de fœtus quid operetur.

Niſi velimus cauſam horum monſtrorum referre in illã portionem ſeminis dicatam generationi membrorum mutilatorum, quæ fecunditate careat, alijs partibus ſeminis perfectam naturam retinentibus: aut quia hæc portio ſeminis vltimam perfectionem in teſtibus non ſit aſſecuta; aut tandem quia eius vigor in vtero propter aliquam cauſam, diſſolutus, & diſſipatus fuerit. Quocirca hinc dimanauit alia ratio huius effectus, & eſt quando materia ad recipiendam formam membri deficientis, in primordio generationis fuerit inepta: hac de re in ſubſtantiam viuentem tranſmutari non poteſt. Et ſic fœtus vnico tantum brachio, vel brachio mutilato in lucem egreditur. B

Materia inepta ad formam.

Quamuis ſæpè etiam hoc vitium ab anguſtia receptaculi fœtus prodeat, & potiſſimùm quando fœtus vitiatus vnà cum mola, vel cum alijs fœtibus perfectis, & iuſtæ magnitudinis conceptus fuerit. Immò, breuitatis ſtudio, omiſſa phantaſia, quæ materiam augere, & diminuere non poteſt, poſſemus hoc vitium reducere ad morbos, quibus aliqua pars fœtus in vtero mutilatur, ſed de his hactenus.

Morbi vis

Quantum attinet ad membrorum tranſpoſitionem, aduertendum eſt, quòd cauſa principalis poteſt eſſe praua uteri conformatio, ſiue fuerit naturalis, ſiue aduentitia: quandoquidem ſi propter obliquitatem matricis, vel propter tumorem eiuſdẽ, materia ad formandum brachium deſtinata, in proprio loco non poſſit dilatari, delata in alium locum, vel collo, vel capiti agglutinatur, & ibi formam brachij induit. Hinc fœtus productus, cum brachio, vel alio membro tranſpoſito ad vitales auras egreditur. Aliquando cauſa referri poteſt ad placentam uteri, quæ adhærens fundo matricis, munere ſecoris in mulieribus prægnantibus fungi ſolet. Hæc igitur placenta, ſi maiorem nancifcatur molem, quàm oporteat, vel in alieno ſitu à naturali ob quamlibet cauſam augeatur, tunc materiam formando fœtui dicatam à naturali ſede pellit: ideoq; monſtra ſuperius deſcripta reſultant. C

Cauſa trãſpoſitionis partium.

Neq; in hoc caſu mola eſt omittenda, quæ nil aliud eſt, niſi ſubſtantia carnis ex vitiato ſemine in vtero, vel ante procreatum fœtum, vel poſt, vel vnà cum ipſo conceptu generata: ſiquidem hæc, propter duritiem, alicui membro fœtus impedimento eſſe poteſt, ne ipſum in proprio loco, ſed tranſpoſitum formam propriam induat. Cæterùm cauſa huius effectus potius à motu, & ab agitatione materiæ ſeminalis pendere poteſt: quando mater concipiens vehementi motu, & vaga agitatione vexatur, vel quando percuſſionem ventris incurrit: nam tunc illa materia, quæ ad fœtus formationem ſpectat, diuellitur, & à naturali ſede in alienam tranſponitur; hacq; ratione brachium, quod ex humeris pendere debet, à collo interdum originem ducit. D

Mola eſt cauſa monſtrorum.

Non negamus quidem, in producendo hoc effectu, imbecillitatem facultatis operari; quæ facultas illa eſt, quæ confuſæ, & rudis materiæ in vtero exiſtentis partes ſegregat, & ad ſedem deſtinatam tranſmittit: quando igitur talis facultas, ob languorem, ſuo munio non fungitur, & virtus formatrix magno vigore potitur;

Imbecillitas facultatis.

tunc

eunc magnum impendet periculum, ne membra absq; vllo ordine in fœtibus progignantur.

Præterquamquòd Natura in conformatione partium fœtus à visciditat e, & lentore materiæ interdum impeditur, ne vnicuique membro suam sed cm distribuat: etenim materia tenax difficulter diuiditur, & tunc vis formatrix vali da, in materiam licet in propria sede minime locatam operatur: quandoquidem agens naturale circa materiam dispositam semper versatur, vt illâ debita form a induat; etiamsi illa materia á loco destinato fuerit remota.

E

BRACHIA MONSTRORVM MVLTIPLICATA.

NATVRAM aliquando in fœtibus brachia multiplicare obseruatum est in monstris varijs ætatibus in lucem editis. Primùm reuocandus est ad memoriam ille fœtus antea descriptus, in Agro Tigurino natus, anno Domini supra sesquimillesimum trigesimo sexto, vt Conradus Licosthenes historiographus recitauit. Erat enim refertus tribus brachijs, & totidem pedibus, quamuis postea duo haberet capita, fuitq; valdè similis illi, qui apud Heluetios in Pago Gossouu, ante sexennium in lucem prodijt.

F

Monstrum tribus brachijs natũ.

Immo Iulius Obsequens monimentis mandauit, P. Crasso, & M. Iuuentio Consulibus, fœtum tribus brachijs refertum ab vtero mulieb ri emersisse. Iacobus etiã Rufus in opusculo de conceptione, & generatione hominis, meminit pueri tribus brachijs, & totidem pedibus præditi, qui, vt historia Romana recenset, Venafri ortus est, cuius fœtus effigies in figura I. monstratur.

I.

Quidẽ aliquando pusiones quatuor brachijs fuisse conspectos historiæ memorant. Etenim collegimus ex Licosthene, quòd anno ante natum Christum supra centesimum sexagesimo secundo, Theatri Sedicini infantem quatuor brachijs, & totidẽ pedibus visum fuisse. Quamuis alij, vt Ioannes Georgius Schenchius legant hunc puerum Theani esse ortum, M. Marcello, & P. Sulpitio Consulibus. Item, ex relatione Iulij Obsequentis, anno ante Christum natum sexagesimo supra centesimum, T. Gracho Consule, partum quatuor brachijs insignitum Antiquitas conspicata, & admiratа fuit. Rursus anno ante natiuitatem Christi centesimo trigesimo tertiò, puer ex ancilla quatuor brachiis, & totidem pedibus, referente Licostene, ortus est.

G

Monstra quatuor brachijs nata.

Monstrum ex ancilla natum.

Iterum anno Domini supra millesimum, & trecentesimum octuagesimo nono, in Italia, authore Licosthene, infans quatuor brachiis, & totidem pedibus visus est, qui cælesti lauacro a sperfus, illicò expirauit. Hic puer monstrificus fortè conuenit cum illo, qui in Italia natus esse perhibetur, eo tempore, quo Veneti, & Genuenses fœdus iniuerunt. Alioquin anno supra millesimum, & quadringentesimum decimo tertio, uisa fuit puella sed biceps quaternis brachiis, & totidem pedibus præ-

H

dita, quæ in Boioaria Aquilonari inter Danubium, & Alemanum fluuios auras vitales hausit.

Propè Esselinguam Neccari, anno Domini supra sesquimillesimum vigesimo octauo, ex historia Licosthenis, monstrosus infans fuit conspectus cum quatuor brachiis, & totidem pedibus. Immò subsequenti anno, vt annotauit Iouianus Pontanus, nimirum anno Domini supra sesquimillesimum vigesimo nono, die nona Ianuarii, mulier in Germania infantem masculum quaternis brachiis, & totidem pedibus refertum enixa est. Huic alium similem narrat vidisse Iacobus Rufus Chirurgus Heluetius genitalibus maris, & fœminæ refertum eius figuræ, quæ in icone II. delineatur.

Monstrum brachijs quadruplicatis.

II.

Pariter, ex Iacobo Rufo, in Anglia, anno Domini supra sesquimillesimum quinquagesimo secundo non procul ab Oxonia, puellus biceps, quatuor brachiis, & vnico ventre natus est. Denuo die vigesima septima Decembris anni supra sesquimillesimum

I. Puer tribus brachijs, & totidem pedibus natus.



II. Fœtus quaternis brachijs, & pedibus.



Ieſimom quinquageſimi quinti, in pago Freyuuerck non procul ab Adorſio oppido Vortlandiæ, puer, quatuor brachiis, & totidem pedibus, ſed capite duplici natus obſeruatus, qui ab aluo vxoris fabriferrarii exiuit: quamuis Licoſthenes tradiderit ſexum huius fœtus fuiſſe ignotum, quoniam ſedem genitalium vmbilicus tantùm occupabat.

Manus quatuor cũ ſex digiti. III.

Intelleximus etiam à viris fide dignis, nuper in Agro Ferrarienſi, nempe anno ſupra ſeſquimilleſimum ſeptuageſimo nono, die vigeſima quarta Iulii, veſpertino ingruente crepuſculo, monſtrum quatuor brachiis inſignitum in lucem prodiiſſe, cuius ſingulæ manus ſex digitis erant refertæ. Nos in præſentia exhibemus Lectori ſpectandum monſtrum hermaphroditicum quatuor brachiis, & pedibus integratũ, A cuius icon in publico Muſæo inuenta eſt III.

Circa multiplicationem brachiorum, Authores inter ſe ſententiis variant: quandoquidem Conradus Licoſthenes, in ſua hiſtoria duobus in locis de brachiis multiplicatis verba facit, & ſemper vbiq; hæc plura brachia Nationibus quibuſdam aſſignare videtur, quaſi nobis inſinuare velit, homines tot brachiis refertos inter monſtra non eſſe recenſendos.

Homines multis brachijs in India. IIII.

Horum meminit Primitùs, quando recitat. A' Luſitanis nauigantibus, in medio itinere ad Calecuthum, vbi Cynoſura videri non poteſt, reperti ſunt in quadam inſula homines duobus brachiis, & totidem manibus in dextro latere muniti, auribus aſininis, & facie humana, qui more ceruorum currunt. Alibi verò, ex aliorum pariter relatione, ſcriptis mandauit hæc verba In Geſtis Alexandri Magni Macedonum Regis legimus, in India homines verſari ſex brachiis, & totidem manibus B refertos, qui toto vitæ curriculo nullam valetudinem aduerſam incurrunt; quorum effigies in icone IIII conſpicitur: ſi tamen Licoſthenes, in his ſcribendis à recto veritatis tramite non receſſerit, quod in dubitationem vertitur Quandoquidem ſi Natura in conformandis fœtibus errans, interdum ſeptipites generauit, vt ſuperius fuit demonſtratum, cur aliquando pueros etiam ſex brachiis refertos, & hexachiros producere non potuerit? qui poſtea, Alexandri Magni ætate, obiter in aliqua regione remota conſpecti, tanquam variæ hominum ſpecies fuerint crediti; ſed de his legenda eſt Rubrica differentiarum capitis primi huius hiſtoriæ, vbi hæc figura V. erat collocanda.

Cauſa monſtri multis brachijs præditi.

Si vlli partus monſtrifici ex vberiori ſeminis copia cauſam ſortiri ferũtur, proculdubiò monſtra multis brachijs referta ad prædictos partus reducenda ſunt. Propterea quòd Philoſophorum, qui de monſtris ſcripſerunt, ſententia eſt, ſi quando animal ſua natura vniparum, vt homo, plus materiæ ſeminalis in congreſſu excreuerit, quàm neceſſe ſit ad vnius animalis procreationem, fieri non poſſe, vt ex ea tota materia vnum tantummodo animal generetur: propterea inde, vel gemini, vel plures fœtus reſultant. Hinc fit, vt poſtea huiuſmodi partus portenta, & monſtra eſſe ferantur; quoniam, præter conſuetam naturæ legem, procreantur. Quamobrẽ partus ſuperfluis partibus integrati, quarum exempla in ſuperioribus figuris habentur, eandem eſſe cauſam, quæ Geminorum, & multiparæ generationis, aſſeueramus.

Partus monſtroſi in Italia.

Etenim ex copioſioris ſeminis effuſione, quàm pro natura partus requiritur, multiplicationem partium fieri liquidò conſtat. Sic narrat Diuus Auguſtinus, ſua D ætate natum in Oriente puellum, cuius partes ſuperiores erant duplicatæ, cum tamen inferiores partes tantummodo ſimplices eſſent: nam quatuor brachia, & quatuor aures habuiſſe perhibetur, qui tamen aliquandiù vixit. Pariter Cælius Rhodiginus diuulgat viſos fuiſſe olim in Italia duos partus monſtrificos huius generis, nimirum qui partes multiplicatas habebant, quorum alter maſculini, alter fœminini ſexus erat; ſed mas citò interijt, cum tamen fœmina, præter omnium expectationẽ, ad annum vigeſimum quintum vitam produxerit, & tamen hoc conditionibus monſtrorum aduerſatur, quoniam hæc ferè ſemper breuioris vitæ eſſe dicuntur: ſiquidẽ dum inuita Natura oriuntur, pariter etiam viuunt. Ex his igitur breuiter expoſitis, vnuſquiſq; cauſam monſtrorum multis brachijs præditorum elicere poterit, quæ in excedenti vbertate materiæ conſiſtit.

Monſtra ſunt breuis vitæ.

VITIA-

III. Monſtrum hermaphroditicum quatuor brachijs, & totidem cruribus.



IIII. Homo ſex brachijs refertus.



VITIATA MANVVM, ET DIGITORVM CONFORMATIO.

E GVI hoc mirum videri non debet, si non pluribus complectamur monstrosas manus, quim brachia: quandoquidem hæ partes adeo simul copulatæ sunt, vt Authores alteram pro altera identidem nominẽt. Namq; certò certiùs est quòd Historiographi describentes fœtum sine brachio, ipsum sine manu natum esse pronunciarunt, & viciſſim monstrum sola manu mutilum brachio carere retulerunt. Etenim Licosthenes in Chronicis, posteritati mandauit, quòd anno Mundi septingentesimo septuagesimo quarto supra tria millia, in Piceno, puellus truncis manibus ortus est, & Hali Rodoham in commentarijs ad artem Medicinalem Galeni, hominem viuum sine manibus se conspicatum fuisse testificatur: quamuis postea vnà cum manibus etiam brachio caruerit. *Monstrum sine manibus.*

Pariter Aretij, anno Mundi septingentesimo nonagesimo secundo supra tria mil-
F lia, puer vnimanus visus est, si veritas in Historijs inuenitur. Item Romæ, anno Mundi octingentesimo septuagesimo secundo supra tria millia, ancilla puerum altera manu mutilum edidit. Et Iulius Obsequens meminit puellæ sine manu natæ Priuini.

Schenchius autem in Obseruationibus describit puellam manibus truncatam, non à natiuitate, sed quia vi morbi deciderant, non secusse si ferro amputatæ fuissent, trunco tamen illæso: hac de re in vijs eleæmosynam quæritabat. Iacobus autem Rufus in suo opere de conceptu, & generatione hominis, infantem manibus mutilatis à natiuitate se obseruasse testatur: cum tamen reliqua corporis forma iusta, & perfecta esset, & rationem monstrosi partus imperfecto semini attribuit. Huius effigies in cone I. exprimitur. *Lib. 5. cap. 6* I.

Puellam pariter trunca manu, cum quodam tumore, vnde manus prodire debe-
G bat, Leuinus Lemnius se obseruasse fatetur. Hanc igitur contrectandam Parentes illi libentissime exhibuerunt: ideo Leuinius contactu deprehendit in tumore illo articulos, qui Naturæ munere erant erupturi, conuolutos, atq; in se se retortos, itaut nullum digitorum rudimentum præ se ferrent. Quandoquidem omnes partes manus, quibus illa explicari, & complicari solet, in primordio generationis delituerunt. Tunc igitur, hoc animaduerso, erratum, & vitium naturæ inde contractũ pronunciauit; quia illa facultas formatrix, quæ procreationi fœtuum famulatur, aliquo impedimento prohibita fuit quominus articulos perficere, & illos in spatiosam, & decentem manum formare, & extendere potuerit. *L. 4. de Occult. nat. mirac. c. 7.*

Nam mater huius puellæ lienis duritie laborabat, & quoniam splen in mater-
H na aluo morantes in latus sinistrum declinant, vbi lien residet: hinc coniectauit Leuinus, quòd illa vitiata manus, ex affectione, seu tumore huius visceris, cui manus monstrosa tanquam scopulo adhærebat, informem, & indecoram figuram consequta fuerit. *Causa gradilli vitij.*

Quemadmodum Natura, vt hactenus fuit relatum, impedita suas non obit functiones in formandis manibus fœtuũ, viciſſim ab alia causa sollicitata digitos manuũ, & pedum in aliquo fœtu ità multiplicat, vt infans quandoq; duplicatas manus in vtroq; brachio, & geminatos pedes in vtroq; crure gestare videatur. *Manuum multiplicatio.*

Huic non dissimilem puellum describit Iacobus Ruffus, in opere de conceptu, & generatione hominis, qui geminatis manibus, atq; pedum digitis, cæteris membris rectè constitutis, in lucem prodijt: quemadmodum icon II. exprimit. *Lib. 5.* II.

Amplius, ex Iulio obsequente, puer quadrimanus memoratur, natus anno Mundi octingentesimo trigesimo supra tria millia. Et nuper Terracinæ quadrimanum fœtum multi conspexerunt, & admirati sunt.

I. Infans manibus mutilatis.



II. Infans geminatis digitis.



Insuper Natura in conformandis fœtuum manibus, alijs impedimentis vexata, & alijs causis sollicitata, manus quidem, & pedes æquo, & conuenienti digitorum numero integratas generat, sed postea manus distortas, & alio modo deprauatas producit. Id accidisse Bononiæ anno Domini supra millesimum, & quadringentesimum quadragesimo sexto, die vltima Decembris, per Historias constat: nam hora noctis octaua natus est infans imperforatus, cum dentibus, & labijs fissis, sed manibus, & pedibus contortis: effigiem autem monstri distortis manibus, & pedibus Ambrosius Pareus exhibet, qualis in icone III. conspicitur.

Manus distorta.

III.

Distortio manuum in memoriã reuocauit manum deprauatam hamatam, & mõstrificam in materna aluo conformatam, occasione gammarorum, cuius historia legenda est apud Schenchium libro quinto obseruationum recognitarum. A

Præterea anno elapso, nempe anno supra millesimum, & sexcentesimum quadragesimo, mense Maij, dum hæc scriberemus, peruenit Bononiam quidam mendicus ætatis annorum viginti, natus in agro Ariminensi, nomine Antonius, qui manum alteram valdè monstrosam, altera tamen integra, ab vtero matris reportauit; & fortassis ob rationem non valdè diuersam ab illa, quam retulit Leuinius in tuberosa puellæ manu: namq; in hac etiam contrectanda manu, tres tantummodo digiti vsq; ad secundum articulum, quamuis retorti, & diminuti eruperant, reliqui verò digitorum articuli intra pellem tuberosæ manus simùl concreti tactu deprehendebantur, hanc igitur pronè, & supinè delineari curauimus, vt Lector perpendere, & admirari possit, quas fœditates in fœtibus Natura impedimentis stimulata procreet. Hęc manus monstrosa pronè depicta in icone IIII. & eadem supinè effigiata in icone V. demonstratur.

Causa manus vitiatæ

IIII.
V.

B

Schenchius quoq; meminit monstrosæ, & horrendæ manus. Puella enim agens annum decimum tertium sinistram manum habebat, non à prima conformatione vteri, sed post octauum ætatis annum, monstrificam, quia in tantam magnitudinem aucta est maculis subalbis aspersa, & adeò fœda aspectu, vt magni Bufonis effigiem repræsentaret. Præterea cum hac monstrosa manu nata videbatur, quoniam tactu erat mollis, & nullius doloris particeps; quemadmodum si spongia substrata fuisset, articulis digitorum propter tumorem minime conspicuis. Hæc autem manus in eadẽ sẽper, magnitudine, & enormi figura consistebat, neq; ad vllas aetis, vel Lunæ mutationes crescebat, aut decrescebat. Idq; obseruatũ fuit anno supra sesquimillesimũ quinquagesimo quinto. Item Iulius Cæsar Scaliger in exercitationibus diuulgauit se vidisse matronam, quę manum altera duplo maiorem habebat.

L. 5. obser. obser. 25.

Exercit. 199.

C

Reliquum est modò vt ad peculiarem digitorum considerationem accedamus. Siquidem facultas fatmatrix in materna aluo, ingruentibus causis agitata, manus paucitate digitorum deuenustat: Etenim Ioannes Georgius Schenchius monstrat iconem monstrificæ manus quatuor tantùm digitis integratæ, cuius pollex iusti tatã longitudinem, & proportionem præ se ferebat. Præterquamquòd superius memimus hominis sexagenarij, cuius dextra manus tribus tantùm digitis erat integrata; nihilominus cum purationis munio in ædibus cuiusdam munificentissimi viri diligenter fungebatur. Nostra etiam ætate, nimirum anno decimo quarto supra millesimum, & sexcentesimum, Bononiæ versabatur quidam Philiater Tridentinus, qui quatuor tantùm digitis, ijsq; malè formatis, & contortis in vtraq; manu erat refertus; attamen vnà cum aliis medicinæ studiosis pentadactylis, Doctoris publicè legentis verba celeri calamo excipiebat.

Mala digitorum conformatio.

D

Monstrosum puerum, & digitis diminutum annorum nouem Ambrosius Pareus obseruauit Lutetiæ, anno Domini supra sesquimillesimum septuagesimo tertio, qui natus erat Parpaillæ pago sex à Guisio oppido milliaribus, ex Petro Renando, & matre Margherita genitus. Huic duo tantùm digiti in sinistra manu erant, brachio tamen non inuenustè formato vsq; ad cubitum, & inde vsq; ad duos digitos valde deuenustato.

L. 24. c. 5.

Deinde cruribus carebat, & à nate sinistra figura pedis imperfecta quatuor tantùm digitis distincta proferebatur, & ex medio dextræ natis duo digiti erumpebant, quorum vnus genitali virili erat admodum similis. Effigies huius puſionis apparet in figura VI.


VI.

Cæterùm

III. Fœtus diſtortis manibus, & pedibus.



IIII. Manus monſtroſa pronè picta.



V. Eadem manus monſtroſa ſupinè picta.



VI. Pusio digitis diminutis.



Cæterũ veluti Natura fœtũ quãdoq; digitis diminutis cõstituit; assimiliter interdũ
superfluos procreat. Quandoquidem in manibus, & pedibus obseruantur aliquando παραφύσεις, nimirum agnationes, quando superfluus adnascitur in manu, vel pede digitus, ratione vbertatis materiæ. Visus est enim interdum homo senis digitis in vtraq; manu, & sextus inter annularem, & auricularem erat locatus, mobilis tamen, & ad vsum, sed manus erat insignis latitudinis. Quamquam Paulus Aegineta huiusmodi digitos superfluos quandoq; totos carnosos, nec nõ malè formatos, & aliquando immobiles esse scripserit. Hanc sententiam confirmare videtur Hali Rodohã in Commentarijs ad artẽ medicinalem Galeni, dum multoties
E sextum digitum additum vidisse retulit. *Digiti superflui.*

Hæc etiam fuit doctrina Plinij, & Petri Criniti, qui sex digitos in manibus filiarum M. Coriacii fuisse tradiderunt: hac de causa illas sedigitas appellabant. Pariter Volcacium virum in Poetica celeberrimum propter eamdem causam sedigitum nuncuparunt, cum eius manibus Natura sextum digitum addiderit. *L. 11. c. 45.*

Schenchius quoq; meminit honestæ matronæ senis in vtraq; manu, & pede digitis, quæ postea filiam totidem digitis refertam peperit. Accidit etiam vt, dum prælia in Geth committerentur, ibi obseruaretur homo senis digitis longissimis in vtraq; manu: vt author est Schenchius. *L. obser. 32.*

Et Licosthenes anno supra sesquimillesimum quinquagesimo sexto conspicatus est agricolam Basileę Rauracorum, cum sex digitis in vtraq; manu iustæ magnitu-
F dinis, & idoneæ proportionis; Id alia obseruatione confirmat Valeriola, qui adolescentem annorum quindecim Arelatæ cognouit, anno supra sesquimillesimum sexagesimo primo, mense Iulio, qui vtramq; manum sex digitis decoratam, & vtrũque pedem septem digitis integratum gerebat. *L. 4. Obser. 2.*

Demũm addit Schenchius se nouisse iuuenem, qui indicem manus sinistræ in tres acies distinctum habebat, quæ tres digitulos affabrè repræsentabant. Vidimus, & nos Bononiæ quendam infimæ sortis hominem cum sexto digito inter annularem, & minimum, sed mobilem, & ad omnes vsus idoneum, quoniam manus insigni latitudine erant refertæ.

Itaq; Natura non modò in diminutione, & auctione digitorum errat, verumetiam manus alia de causa ita deuenustat, vt potius bruti, quàm hominis esse videantur. Id manifestum fuit in illo fœtu nato in Germania, prope Laufterburgum op-
G pidum in finibus Heluetiorum ad Rhenum flumen situm, anno Domini septuagesimo quarto supra millesimum, & ducentesimum, qui, iuxta sententiam Licosthenis, manus, & pedes anseris habuit: veluti in icone VII. conspicitur. Sed nuper in Agro Regiensi, nempe anno supra millesimum, & sexcentesimum trigesimo octauo, monstrum huiusmodi manibus, & pedibus natum nobis viri fidedigni retulerunt. *Manus moreanseris procreate.* VII.

Descriptorum in hac Rubrica monstrorum causas inquirentes ordine retrogrado incedemus, dùm primò monstri postremi causas assignabimus, & deinceps aliorum quoque meditabimur. Cum igitur monstrosus puer vltimo loco delineatus, manus, & pedes alterius speciei animantis habeat, illum ex diuersis speciebus animalium integratum constituemus: ideoq; ad horum monstrorum causas confugiendum erit. Harum prima est languor virtutis generantis; dum enim in
H vna vel pluribus seminis portionibus hæc languescit, non potest inde determinata particula prodire. Nisi velimus asserere vim seminis aliquando in alienam naturã degenerare, & quando degenerat, tunc partes monstrosi partus, veluti in manibus, vel pedibus monstriferæ nascuntur: sicq; forma pedum figuram pedum anseris vel vituli referunt. *Causę monstrorum peculiares.*

Deinde principium materiale fœtus inter has causas est recensendum: quandoquidem, cum non sit optimè dispositum ad recipiendam manuum, vel pedum formam, tunc induit figuram alterius speciei animalium, & tunc inde pedes anserini, aut asinini facilè resultant.

Insuper prætermisso vitio virtutis alentis, & alimenti, necnon morbo, quæ omnia possunt partes fœtuum in alienam naturam transfigurare; accedemus ad imaginationem, quæ in parentibus, & potissimum in matre vtero gerente ita operatur, vt nota rei ab ipsa desideratæ in partu imprimatur. Quare si auidè appetat pedes vituli, *Imaginationis uis.*

VII. Infans manibus, & pedibus anſerinis.



tuli, aut anseris fieri potest, vt facilè partus pedibus vitulinis, vel anserinis refertus in lucem prodeat.

Quamuis non ignoremus id ad parentes monstrosos, & aliquando ad nefariam venerem referendum. Nihilominus hac in re phantasia primas tenere videtur; quoniam nouimus honestam mulierem vtero gerentem, quæ ab esu oui anseris timuit, ne aliqua pars anseris in fœtu imprimeretur, & digiti manuum fœtus membrana quadam, instar pedum anseris, distincti in lucem prodierunt, quæ postea, Chirurgi ope diligenter ablata fuit. Item prætermittimus aliam causam nempe vim Cacodæmonis, qui variis rationibus infantes in vtero existentes deprauare potest. *Vis Cacodæmonis.*

E Insuper missam facimus capsam monstrotum, quę multitudine, & diminutione manuum, & digitorum deturpantur: siquidem hæc monstra ex vberiore, & deficiente materia originem trahere iam manifestatum est. Descendemus igitur ad illos partus, qui distortione membrorum fœdati in lucem egrediuntur etenim hæc monstra vt plurimum ex praua collocandi corporis consuetudine ortum deprauatum contrahunt.

Est id in mulierum grauidarum genere calamitosum, dum hoc vitium non modò matris, sed etiam prolis in vtero conclusæ corpus distorquet, & peruertit. Etenim mota quolibet modo muliere, omnia etiam, quæ in illius vtero sunt moueri necesse est. Præterea illæ mulieres, quæ subligaculis, fascijs, aut arctis vestibus corpus comprimunt, sobolem quoq; repandam, distortam, gibbam, pedibus, manibusq; obliquis enituntur: quemadmodum in icone superius delineata licet intueri. *Causæ distortionis membrorũ.*

F His addendus est ictus, & lapsus ab alto, quæ occasiones, & similes iniuriæ ad grauidam mulierem attinentes, necessariò etiam ad prolem spectabunt, & penetrabunt. Quamobrem ossa tenella fœtus interdum franguntur, intorquentur, luxantur, aut alia quauis enormi fœditate deprauantur. Præterquamquòd huiusmodi violento casuum incursu, & concussio vehementius toto corpore, rupta, & aperta vena, hæmorrhagia emergit; hac de re fœtui alimentum subducitur. Hinc postea minuta, tenuis & planè monstrosa proles resultare solet. *Casus ab aliquid præter in fœtu.*

DE PRAVA VENTRIS, & GENITALIVM CONSTITVTIONE.

G

CAP. V.

H SVPEREST, vt ad deprauatas alui, & genitalium partes ponderandas accedamus. Scribit Hesiodus in Melpomene Herculē quōdā inuenisse in antro virginē anteipitis naturæ, quoniā partes infra vmbilicū in effigiē Serpētis desinebāt: velut in Historia serpentū fuit recitatū. Deinde in Thracia paulò ante Mauritij Romanorū Regis obitū, horrēdū mulier mōstrū edidit, quod vmbilico tenus rudimētū humanæ formæ præ se ferebat, sed partes alui in piscē terminabātur, quod, Mauritij iussu, fuit interfectū; & mater, quia nihil ad hoc monstrum contulisset, culpa fuit absoluta; vt in capite antecedenti, iuxta sententiam Licosthenis, enucleauimus.

Huc reuocanda est memoria illius mōstri in capite bicipitum commemorati; quod natum est anno supra sesquimillesimum nonagesimo octauo, mense octobris, inter Augeram, & Tortonam, quod circa nates spatio duorum digitorum, caudam habebat longitudine ferè quinq; digitorum, quæ foramen podicis tegebat. vt in quadrupedibus caudatis obseruatur. Genuæ quoq; anno supra sesquimillesimum quinquagesimo quinto, ex muliere Galla inibi habitante natum est monstrum biffrons instar Iani, de quo superius egimus, sed præter hanc deformitatem, ex eius dorso intestina prodibant, & circa partem inferiorem ventris, hepar pendebat ex vulua *Monstrum humanum caudatum.*

I. Infans aperto ventre.



prolapsum: nam hoc monstrum vtrumq; sexum participabat, & iuxtà partem dextram mas, & iuxta lævam fœmina erat.

Huic non multum dissimile fuit monstrum à Lichostene delineatum, quod natũ est in Plòa Vortlandiæ oppido, anno Domini supra sesquimillesimum quadragesimo septimo. Erat enim infans ventre carens, & intestina, aperto corpore extra thorace dependebant, & vmbilicus in sinistra tibia apparebat. Præterquamquòd pedes versus caput inclinabant, & caput erat acuminatum instar Cidaris, quemadmodũ in figura I. depingitur. I.

Alium huius generis casum memorat Licosthenes qui accidit anno Mundioctingentesimo quinquagesimo nono supra tria millia, & ante partum Virginis centesimo quarto, Nursiæ, vbi gemini ex muliere ingenuâ nati sunt, scilicet puella integris omnibus membris, nec non puer aperta alvo, vt conspicerentur intestina, & in parte posteriori solidus, qui emissa voce expirauit. *Puer aluo aperta.*

Aliam quoq; ventris deformationem Ioannes Georgius Schenchius Hagenoësium Poliater obseruauit Hagenoæ Alsatiæ, anno sexto supra millesimum, & sexcentesimum, in cadauere infantis, qui nonnullos etiam dies superuixerat. Is à prima in vtero conformatione, vmbilico carens, foramen rotundum atq; patulum ad intima ventris viscera, aperta via, penetrans, quasi pugione confossum miro spectaculo obtinuit: quapropter alimenta, & excrementa per hoc vulnus naturale statim efluebant.

Deinde cadauere aperto, cæteris partibus integris, corpus vesicæ destitutum, & ano imperforato fuit inuentum. Quamobrem monstrificæ corporis causam inuestiganti relatum fuit prægnantem fœminam, persecutione mariti, per districtũ gladium territam fuisse, & se se, adeuitandum mariti iracundi impetum, in angulum domus contulisse, quæ imaginatio mariti erga fœtum, eidem facilè notam ensis in ventrem adacti imprimere potuit: immo hæc corporis contractio, & compressio in angulo ædium defectui vesicæ, & imperforationi occasionem præbuit. *Visphantasiæ.*

Neq; volumus præterm ittere hominem annorum triginta Burgundum ventre male conformato delineatum in icone II. qui peregrè proficiscens, dum Bononia transiret, anno supra millesimum, & sexcentesimum quadragesimo, Martio mense, perhumaniter hospitio fuit exceptus in ædibus Xenodochij Diuo Francisco dicati, vbi innumeri ferè peregrini, singulis annis, hac transeuntes diuersantur. Etenim Per Illustris Dominus Vincentius Tanarius Patritius Bononiensis in Musarum studio nulli secundus, & rerum naturalium diligens inuestigator, qui tunc ex officio has ædes hospitales reuisebat, animaduersa ventris huius hominis fæditate, Excellentissimos, & Eruditissimos viros Ioannem Augustinum Cucchium, Pompeũ Bologaetum Ioannem Antonium Godum, Andream Marianum, Bartholomeum Massarium, Hyacinthum Ambrosinum fratrem meum, Franciscum Gallettum ad hoc curiosum, & monstrosum spectaculum accersiuit. Quare hi omnes Philosophicæ, & Medicæ facultatis Doctores, præsentibus multis philiatris, ventre diligenter inspecto, & contrectato, obseruarunt illi omnia inesse, quæ explanantur per patentes litteras Doctorum institutionis Medicæ Vniuersitatis Aquensis datas Aquis, in Aula Regia Vniuersitatis, Calendis Iulij, anno supra millesimum, & sexcentesimum trigesimo nono: aut illis aliquid addere superfluum esse existimarunt, præter nonnulla condylomata, ex imò ventre pendentia, quapropter illas in præsentia recitare non pigu it sunt autem huius tenoris. II. *Doctores qui interfuerunt.*

Nos Percelebris Vniuersitatis Aquensis Doctores Medici, & Professores Regij, singulis, ad quos hæ nostræ peruenerint inscriptiones, fidem facimus nobis obuium Stephanum Veauuois Diacæseos Bituricensis, accurratamentis, & oculorum acie, lubenter in schola medica lustrasse, cuius ventris, & obscœnarum maximè partium monstrosa planè extat conformatio: siquidem, præterquamquòd nullis est interstincta vmbilici rugis totius abdominis protensa moles in extrema imi ventris parte non deligati, sed vèlut cicatrice obducti vmbilici vestigium cernitur tanquam ossi pubis adhærens, è regione vesicæ, & ventri infixa conspicitur caro fungosa exquisitioris tamen sensus, faturatæ rubedinis cæcis spiraculis pernia, per quæ continuò, & sensim sine sensu stillat indefinenter vrina; quæ num à prominen- *Litteræ patentes Doctorum Aquensium.*

II. Homo ventre malè conformato.



minente, & extra abdomen detrusa carnosiore ceruice vesicæ, aut eiusdem musculianitoris vicem gerente oriatur, vel formatricis errore, & seminalis materiæ agitatione ex inuersis, & in orbem flexis cauis illis mentulam efficientibus corporibus, & ad glandem mox coeuntibus promanet, aut solidus existat adnatus fungus, stabilire est difficillimum. Verùm desuper carni huic irriguæ grandioris nucis magnitudinem vix excedenti succedit altera subter locata neutiquam perforata speciem glandis referēs, quæ digitis pressa indolet, nec spiritibus impletur, nec distenditur, nec rubet, sed flaccida, corrupta, & pallida visitur, Præputium vinculo al- *Constructio pudendorū.*
ligatum subtus demittitur: ad latera versus inguina non foras obducti, neque
E penduli, sed intro, & satis profundè latentes vtrinque tractantur testes orbicularis, & paulò oblongioris figuræ, vagina, & inuolucro sola linea discreta in ferotí locum contecti. Ex quibus nostram inde mentem promimus prædictum Stephanum: licèt ab ortu adannum vsque decimum octauum, ex ipsius relatione, fœminei sexus fuerit creditus, verum tamen re vera existere, quoniam viriles intus, & extra licèt maligna conformatione præditas sortiatur partes. Hactenus Medici Aquenses.

Deinde hic homo, præter hanc ventris fœditatem, quæstus gratia, ob curiositatem, se imperforatum esse simulabat, & hanc solidam ani conformationem multi credebant, quia foramen podicis non in loco consueto, sed in perinæo versus sedem genitalium occultabatur.

Ventrem quoque monstrosum, & admirandum in Brutis quandoque licet
F obseruare. Nuper Germania, referente Licosthene, ventrem captæ cornutum *Capra cum cornu in ventre.*
vidit: siquidem per illam regionem, anno Domini supra sesquimillesimum quinquagesimo quinto, à circulatore quodam circumducebatur, quæstus gratia, capra tribus cornibus referta, quorum duo caput animalis decorabant; tertium verò ex ventre prominebat.

Neque hoc cornu caprinum in ventre natum mirari debemus; propterea quòd cornu tertium in collo Bouis natum obseruauimus. Etenim, præter duo in fronte conspicua cornua cæteris communia, tertium in Bouis octennis medio collo enatum cernebatur, dodrantis longitudine, radice crassa sesquipalmum, in latus dextrum nonnihil propendens mobile, non altius, quàm in cutem infixum, carni tantummodo, & membra-
G nis quibusdam annexum, infima sui portione tenellum, adhuc nondum in duritiem concreta substantia, quæ recens in materiam cornu aggesta erat. Verùm superior cornu pars dura, & solidæ consistentiæ, & planè corneæ erat, & eiusdem, cuius cornu, substantiæ, & coloris. Tandem in mucronem sed obtusum, & nonnihil quasi hamatum, seu vncum definebat. Hanc picturam Doctissimus Antonius Gigas communicabat, qui Epidauri bestiam natam esse asseuerabat veluti in icone apparet.

Bos cum tertio cornu in ceruice.



MALIGNA GENITALIVM MARIS, ET FOEMINÆ CONSTITVTIO.

E QVEMADMODVM Natura in cæteris partibus conformandis, iuxta occasionem, quandoq; liberalis, & quandoq; auara est, pariter in procreatione genitalium, eadem ratione interdum vti videtur, dum in maribus mentulam nullam gignit, aut illam geminat. Nam Thobias Cneulinus in Obseruationibus ad Schenchium missis, meminit infantis sine genitali membro nati, cuius loco erat foramen, per quod vrina reddebatur, sed postea serotum cum ambobus testibus rectè conformatum habebat. Et Haly Rhodoam in Commentarijs ad artem medicinalem Galeni recitat se vidisse fœtum sine priapo, & sine testibus, quorum loco foramen exiguum à natura fuerat genitum, per quod lotium sensim stillabat. *Puer sine mentula natus.*

Vicissim Natura interdum hæc genitalia multiplicat: siquidem Iacobus Vuecherius in Obseruationibus ad Schenchium missis tradit se vidisse Bononiæ in publicis dissectionibus cadauer viri duplici pene referti. & Cardanus infantem rectè con- *Lib. 14. de*
F stitutum memorat in Britannia natum, cuius genitalia genitalibus erant inserta. Im- *rer. var. c.*
mo Vessalius in Opere de fabrica humani corporis diuulgat se nouisse Patauij no- *77.*
bilem adolescentem Iuris studiosum, cui in apice glandis duo patentes erant mea- *L. 5. c. 14.*
tus, quorum alter seminis, alter verò vrinæ erat paratus. Et vicissim aliqui imperforata glande nati sunt.

Id quod hactenus de mentula declarauimus, de testibus etiam intelligendum esse censemus: etenim Eusebius scriptum reliquit, quod Dorotheus Præsul Antiochenus græcæ, & hebraicæ litteraturæ consultissimus, Eunuchus, nempe sine testibus natus est. Sunt enim Eunuchi qui sine testibus ab aluo materna prodeunt, & Eunuchi quoq; nominantur, qui ante pubertatem testiculis priuantur: licèt tales, ad aliquorum mentem, spadones potius nuncupentur, à verbo græco σπάω, vel-
G lo, quia ijs post ortum testes sint euulsi. De his quidam Poeta sic canebat.

Testibus exsectis perijt mihi masculavirtus.
Me tamen esse virum mentula testis erit.

Alij verò inter hos euiratos duplex discrimen constituunt, spadones vocitant, qui vno tantùm teste carent, Eunuchos autẽ ambobus priuatos indigitant. Vtcunquè sit, nulli dubium est, quòd infantes nati vnico tantum teste visi sunt. Cælius Rhodiginus Sillam, & Cottam fuisse viros vnico tantùm teste memorandos diuulgat. Et Hali Rodoham in Commentarijs ad artem medicinalem Galeni monimẽtis mandauit sua ætate vixisse puellum vnico tantùm testiculo præditum. *Spadones, & Eunuchi. Lib. 4. lect. ant. cap. 7.*

Quod de humano fœtu hactenus asseuerauimus, de brutis quoqi intelligendum esse arbitramur: quandoquidem Trincauella in suis operibus retulit se obseruasse canem vnico tantùm teste natum. Item Cardanus Canem sine vtroq; teste na- *Lib. 11. de*
H tum conspicatus est, sed cum bestiam in venerem pronam obseruauerit, tunc testi- *cur. morb.*
culos intrinsecè, quamuis non extrinsecè tactu percepit. *cap. 25.*

Ex altera parte Natura aliquando testes in animalibus multiplicat: propterea quod Rhodiginus perjucundam Agatochlis Siciliæ Tyranni historiam publicauit, qui τρίορχις vocabatur, vel quia, vt multi putabant, tribus testibus esset refertus, vel quia similis esset Triorchi aui ex genere accipitrum, quam Buteonem Ornithologus appellat, quòd animal rapacissimum, & in libidinem promptissimum esse perhibetur. Præterea Montuus in Anasceue morborum, & Fernelius in Pathologia, homines tribus testibus præditos memorarunt. Item Scholiographus Hollerij *L. 1. c. 8.*
scripsit sibi contigisse videre tertium testiculum in puero Typographi sui. Nos *L. 1. c. 62.*
quoq; Bononiæ, annis elapsis, in iuuene Pedemontano Phliatro tres quidem testes obseruauimus, sed tertius duplo minor contrectatione percipiebatur.

Præ-

Præterea non deſunt qui aſſerant quibuſdam familijs hoc eſſe peculiare, vt tertium habeant teſticulum: nam Bergomi familia Perilluſtris eſt, de qua emerſit Bartholomeus Coleonus fortitudine, & fide apud Venetos clariſſimus, & inſignis, cuius equeſtris ſtatua Venetijs conſpicitur in area Sanctorum Ioannis, & Pauli. Multi igitur ex hac familia tres habuiſſe teſtes perhibentur, & huius rei manifeſtum præſtat teſtimonium ſtemma gentilium familiæ, quod icone trium nigrorum teſtium inſignitur. Hinc ortum eſt prouerbium Italis vſitatiſſimum. *Cogliono da Bergamo.* Quod non de homine ſtupido, & obſcæno, ſed de re inuſitata, & inaudita paſſim proferetur.

Familia tribus teſtibus referta.

Ab hac quoq; prauæ cõſtitutione genitalia mulierum non ſunt excludenda. Namque fœminas naſci atretas, ſcilicet imperforatas, ex multis Schenchij obſeruationibus manifeſtum eſt. Præterquamquod Ariſtoteles in Hiſtoria Animalium, anima. A
lia quædam inter egris partibus monſtroſa appellat, tantummodo quia meatus quoſdam occluſos habent. Tradit igitur oriri fœminas à prima conformatione, ore matricis concreto: quemadmodum aliquando mares, glande imperforata, naſcuntur. Hæc enim prauæ genitalium conformatio peritas etiam obſtetrices decipit: ſiquidẽ narrat Pineus, quòd Lutetiæ, anno ſupra ſeſquimilleſimum ſeptuageſimo ſeptimo, in vico Sancti Dyonijſij, mulier quædam noctu infantem enixa eſt, qui feſtinanter ob languorem vitium, aqua ſacri Fontis fuit luſtratus, & nomine Ioannæ vocatus, quia fœmina credebatur: ſed paucos poſt dies non ſine magna omnium admiratione mas fuit obſeruatus, & cauſa erroris fuit mala partium genitalium conformatio: etenim penis erat brevior, & in ſuprema parte rimæ abditus, more clitoris, inter duo labia, & nymphas pudendi fœminei: cum duo latera ſcroti tanquam labia pudendi mulieris eminerent: & hac illecebra malignæ harum partium conformationis Obſtetrices ſæpè falluntur.

L.4 de Gen. An. c. 4.

Mas creditus fœmina cur.

B

Quapropter eorum opinionem explodere debemus, qui fœmellas in maſculos, tractu temporis tranſmutari poſſe arbitrati ſunt: cum nulla ſit ratio vel argumentũ, quibus id planè, & præſertim in hominibus probari poſſit. Sunt enim vtriuſque ſexus partes genitales adeò inter ſe diſſimiles, vt diſſimilius quicquam reperiri nequeat. Præterquam quòd genitales mulierum partes ſunt in imo ventris ſitu reconditæ, & renum regioni per vaſa, & ligamenta membranacea alligatæ, quæ abſque magna relaxatione deſcendere non poſſunt. Quocirca partes genitales mulierum in viriles tranſmutari nequeunt. C

Cur nõ fiat mutatio fœminę in marem.

His igitur intellectis, ob malam conformationem harum partium, puellæ aliquãdo creditæ in viros verti dicantur, dum ſexus virilis detegitur, non autem quia genitales mulierum partes in viriles mutentur: quemadmodum ſuperius in primo capite huius Hiſtoriæ, & in Rubrica tranſmutationum enucleauimus. Huius rei manifeſtum habemus caſum, qui Cataloniæ contigit, ſicuti viri fide digni narrarunt. In quodam igitur Caſtro illius regionis verſabatur puella decem, & octo annos nata, quæ cum alijs colludens ingenti genitalium dolore correpta eſt, quaſi mox eſſet peritura: idcirco Medicus fuit accerſitus, qui diligenter obſcœnas partes examinans, aliquid durum ſub pelle pudendi latere obſeruauit: ſicq; nouacula pellẽ dilataũit, & illicò membrum virile cum ſcroto exiuit: nam illius foramen ita erat accommodatum foramini membri fœminei putati, vt in de lotium commodè egrederetur: vnde ſanato vulnere, vxorem duxit, cum qua plurimos annos vixit. D

Caſus Cataloniæ.

Prauam huius partis conſtitutionem animaduertit etiam Columbus, dum recitat fuiſſe fœminam, cuius vulua à figura aliarum non diſcrepabat, & portio colli matricis prominebat: cum tamen in abdomine, neq; matrix neq; vaſa ſpermatica neq; teſtes reperirentur. Ideoq; non eſt mirandum, ſi in congreſſu ſemper conquereretur.

L.15. Anat.

Sed maiori admiratione dignum eſt, quòd Natura in mulieribus etiam pudenda interdum geminat. Nam ex Iulio Obſequente, Schenchio referente, puella bi-
ceps geminata vulua nata eſt, ſed mortua C. Lelio, & L. Domitio Conſulibus. Pariter teſte eodem Obſequente, memoratur mulier duplici vulua prædita, quæ C. Claudio, & M. Perpenna Conſulibus orta eſſe perhibetur.

L.4. Obſer.

L.4. Obſer. 86.

Deformitates poſtea in pudẽdis mulierum genitæ poſt natiuitatem infinitæ poſſunt recenſeri: propterea quòd Schenchius meminit multarum mulierum, immò virginum,

ginum, ex quarum inguinibus, aut alis vuluæ tumores carnosi instar strumarum, ponderis librarum viginti ad genua vsq; excrescentes pendebant; substantia autẽ horum tumorum vberibus vaccarum similis esse videbatur. Ibidem Schenchius recenset mulierem, ex cuius pudendo vena longitudinis, & crassitiei pollicaris pendebat; quamuis clarissimus Mercurialis hanc historiam de mentula muliebri exposuerit. Ibidem Schenchius memorat quandam matronam, cuius clitoris ad longitudinem, & crassitiem colli anserini excreuit.

Non dissimilis casus nuper accidit Bononiæ. Nam vir quidam cum vxore, quam per decẽnium iniuerat, diuortium facere nitebatur: propterea quod ad congressum
E non amplius idoneam esse significabat. Quamobrem pro diremenda coniugum controuersia, duo Medici precibus permoti pudendo huius mulieris conspecto, fidem fecerunt neque acus cuspidem per genitalium rimam penetrare posse. Interea Excellentissimus Ioannes Augustinus Cuchius in medica facultate nulli secundus eligitur, vt vnà cum Quæsitore sori Archiepiscopalis mulierẽ visitet, qui primo aspectu foramen pudendi valdè obstructum obseruauit, quia Clitoris adeò excreuerat, vt totam rimam clauderet: nihilominus, ipso eleuato, rimam inuenit ita patulam, vt quicquid crassitudinis etiam brachialis admittere posset.

ANDROGYNORVM VARIETAS.

F

VM in antecedenti Rubrica obseruatum fuerit aliquando à Natura in maribus mentulam, & in fœminis vuluam geminari. Modò perpendendi sunt illi fœtus, qui vtriusq; sexus genitalia participant. Hi secundùm Pollucem, Concubini, & secundùm alios Androgyni, seu Hermaphroditi nuncupantur. Iuxta hoc distichon.

In quo Mercurij facies, Veneriſq; videtur;
Nec vir, nec virgo eſt, Hermaphroditus homo eſt.

Cæterùm hos infantes non solùm Androgynos, & Hermaphroditos, sed etiam
G διτοὺς, & ἀνδρόθηλυας, & ἀρσενοθήλυας, appellant. Hos admittere videtur Aristoteles, quando in Historia Animalium scribit: quibus contingit gemina habere genitalia, alterum maris, & alterum fœminæ, ijs semper alterum ratum, & alterũ irritum redditur. Item Plinius monimentis mandauit, interdum gigni fœtus quos Hermaphroditos vocitant: hi olim in prodigijs, nunc in delicijs habentur. *Lib. 4. de Gen. An. c. 4.*

Postmodum nonnulli varia Androgynorum discrimina constituunt iuxta varium Naturæ lusum. In maribus quandoq; obseruarunt exiguum muliebre pudendum in perinæo, & itidem in scroto, absq; vllo excrementi profluuio. Pariter supra radicem colis figuram vuluæ animaduerterunt. In fœminis variatio fuit obseruata, quando penis supra genitalis fastigium in clitori præminet, & quando penis ad inguina, vel in perinæo profertur, Sed hæc varietas, vt verum fateamur, est multiplex; itaut quicquam certi terminari non possit, tum ob copiosum numerum An-
H drogynorum, qui nati sunt, tum etiam quia Authores recensendo Androgynos variæ ætatis, non explicant verum situm genitalium partium vtriusq, sexus.

Ex Iulio Obsequente habemus, quòd M. Messalla, & C. Liuio Consulibus, Androgynus duodecim ferè annos natus, iussu Aruspicum, fuit necatus. Teste eodem Obsequente, L. Metello, & Q. Maximo Consulibus, Androgynus Lunæ natus est, & mandato Aruspicum in mare delatus. Pariter, ex Licosthene, anno ante partum Virginis centesimo trigesimo secundo, in agro Ferentino, Androgynus natus, in flumen fuit deiectus. Item in agro Romano Androgynus octo annos natus fuit inuentus, & ad mare delatus L. Cecilio, & L. Aurelio Consulibus, si veritatem Iulius Obsequens assecutus est. Immo Romę interdum Androgyni nati ad mare delati fuerunt. Rursus anno ante partum Virginis decimo quarto supra centesimum, iuxta mentem Licosthenis Androgynus Saturniæ annorum decem inuentus, *Androgyni ab Antiquis necabantur*

I. Hermaphroditus cum tumore circa vmbilicum.



II. Androgynus Ruffi.



tus, & in Mari demersus fuit. Ex eodem, Androgynus Vrbini natus anno ante partum Virginis nonagesimo tertio, in mari suffocatus fuit.

Itaq; fœtuum ambigui sexus longam seriem qui videre desiderat, adeat Iulij Obsequentem, & Licosthenem, qui innumeros ferè recensere videntur: cum tamē verum situm genitalium non exprimant. Demum Haly Rodoham in Commentarijs ad artem Medicinalem Galeni fatetur, & ipse, se aliquando obiter vidisse hominem, qui veretrum cum testibus, & vuluam mulieris habebat. Similiter in Annalibus Gallicis legitur, quòd anno salutis supra millesimum, & quadringentesimum septuagesimo octauo, regnante Ludouico XI. apud Aruernos, Monachus quidam Hermaphroditus viuebat in Cœnobio Ilorensi, qui tractu temporis grauidus est factus, & maxima diligentia seruatus donec peperit. Insuper anno salutis supra millesimum, & quadringentesimum nonagesimo sexto, penès Heildebergam, in Pago Agri Palatini, Rorbachio nuncupato, gemelli nati sunt dorso cohærentes, & ambos Hermaphroditos fuisse Licosthenes attestatur. *Lib.* 10.

A

Tiguri Heluetiorum, Calendis Ianuarij, anno salutis supra sexquimillesimum decimo nono, iuxta mentem Licosthenis, natus est Hermaphroditus, qui circa umbilicum tumorem carneum gerebat, & paulò inferius muliebre pudendum, cum suo loco membrum virile existeret, veluti in figura I. ostenditur. I.

Non dissimilem videtur repræsentare iconem Iacobus Ruffus in suo opere de conceptu, & generatione hominis, nimirum cum massa carnis rubra circa umbilicū & cum pudendo muliebri supra virilia genitalia: ideoq; hanc iconem cum præcedenti coincidere existimamus: nihilominus quia hanc quoq; in publico Musæo inuenimus, eam in figura II. repræsentamus. II.

B

Cornelius Gemma duas Androgynorum icones exhibet, quarum prima vtrumque genitale, tam maris, quàm fœminæ inter inguina gestat, altera verò genitale mulieris in pube, & membrum virile in loco consueto exhibet, fœmina tamen circa thoracem erat apertus, quemadmodum figura III. demonstrat. III.

Hic autem animaduertendum est, quod hæ partes genitales vtriusq; sexus extrinsecæ in vno, & eodem subiecto, partes intrinsecas sibi correspondentes rarò habent. Quandoquidem Bahuinus in Obseruationibus proprijs meminit puellę octodecim annorum, cuius cadauer apertū virile membrum, & testiculos exhibuit, puella autem credebatur, quia per paruam rimam sub cole mingebat, & dissecto cole duo nerui ampli reperti sunt, & vrinarius ductus nullus fuit obseruatus.

C

Pariter Columbus recitat sibi contigisse videre fœminam, quæ præter vuluam, membro quoq; virili erat prædita, quod tamen non erat admodum crassum, quamobrem in eius anatome vasa præparantia ab aliarum fœminarum præparantibus non differebant. Vasa autem deferentia discrepabant: erant enim bipartita, quia Natura ex binis quaterna produxerat, ex quibus duo, quæ maiora erant, ad concauitatem matricis dirigebantur, reliqua duo ad radicem penis descendebant, qui postea glandulis adsistentibus carebat. *Lib.* 15. *Anat.*


Erat autem in hoc subiecto maximè admiranda sagacitas Naturæ, quæ locum satis tutum elegerat, per quem vasa hæc ad penem deferri possent. Vterus autem, nec non cervix matricis à cæterarum fœminarum matrice, & colo nihil discrepabant: sed in testibus aliquod discrimen obseruabatur, eū testes in hoc subiecto crassiores, quàm in reliquis mulieribus essent, sed, quoad situm illorum, nulla differētia deprehendebatur. Penis scrotum non erat continuum: immò verò scroto prorsus carebat, & duobus musculis hic penis erat præditus, non autem quatuor, qui in maribus perfectis obseruantur. Præterea penis huius Androgyni tenui pelle tegebatur, ibi nullum aderat præputium, sed visebantur duo spongiosa corpora, per quæ duæ arteriæ ferebantur ab illis ortæ, quæ ad vesicam tendebant. Hinc eliciendū est, vt superius fuit explanatum, vasa genitalia intrinseca in Hermaphroditis, genitalibus extrinsecis aut rarò, aut nunquam respondere. *Genitalium partium consideratio.*

D

Fatetur insuper Columbus loco citato duos Hermaphroditos viuentes conspicatum fuisse, scilicet marem, & fœminam (Hermaphroditi enim mares, & fœminę vocantur, iuxta vigorem sexus: namq; si in viribus genitalibus magis polleant, mares, sin secus fœminę nuncupant ur) Hermaphroditus igitur mas, quem Columbus sum-

ma

III. Hermaphroditus Gemmæ.



ma diligentia inſpexit, penem cum ſcroto, & teſtibus habebat, ſub quibus, pempe in perinæo erat rima in morem vuluæ effigiata, ſed non penetrabat. At Hermaphroditus fœmina fuit mulier ex genere illarum Aethiopum, quas Vulgus Italicus Cingaras vocat. Hæc enim neq; agere, neq; pati commodè poterat, quia penis longitudinem, & craſſitiem minimi digiti non excedebat, deinde rima vuluæ erat ita anguſta, vt apicem minimi digiti admittere non poſſet. Signa autem dignoſcendi vim Hermaphroditorum, quibus tutò poſſimus diuulgare, vtrum ad ſexũ fœmineum, vel maſculinum ſint referendi, explicata fuerunt in Rubrica Differentiarum primi capitis huius Hiſtoriæ.

In Brutis quoq; hæc fœditas, ſeu ambiguitas ſexus aliquando obſeruatur. Si- A
quidem Plinius equas huius generis conſpectas aetate Neronis memorat. Cum
L. 7. nat. Hiſt. cap. 3. Nero equas vtriuſq; ſexus participes carpento ſuo ſubiecerit, quæ in Treuerico
Tom. 2. Offic. Galliæ agro repertæ fuerunt: Textor quoq. recitat quòd, Xerxe in Græciam exercitum parante, Mula peperit multum vtroq. genitali ſcilicet maris, & fœminæ refertum. Amplius equum hermaphroditum Cardanus Antuerpiæ obſeruauit, qui vtũ habebat teſtem loco proprio, cum mammis tumidis inſtar equæ, habebat deinde vuluam in proprio ſitu, ſed ex ipſa penis prominebat. Immò tanquam maſculus erecto capite, & craſſiore corpore equabus ad hinnibat.

His ſic expoſitis ad cauſas accedemus. Authores igitur verſantes circa cauſas
L. 5. c. 3. monſtroſi ventris, id vt plurimum ex terrore aeq; metu à matre vtero gerente concepto prodire obſeruarunt. Scripſit enim Rufus fieri aliquo caſu, vt, ex ſubita B
formidine ſemen circa hæc membra aliquid vitij contrahat. Fatetur enim ipſe ſe vidiſſe infantem, cuius ſexus non conſtabat, quia teſticuli ſiue genitali membro prominebant, & infra teſticulos rima conſpiciebatur, per quam vrina fluebat. Itaque mater fatebatur ſe ex quodam viſo ita fuiſſe perterrefactam, vt hinc infanti hoc contractum eſſe coniecaret. Quamuis etiam ab agitatione ſeminis ob quamuis cauſam ſimiles monſtroſi ventres prodire poſſint.

Antequam de Hermaphroditorum cauſis verba faciamus, breuiter ponderandum, num hi inter differentias monſtrorum recenſendi ſint, cum nonnulli alienam amplectentes ſententiam ſic ratiocinentur. Illa nuncupantur monſtra quæ rarò
Hermaphroditi an inter monſtra recenſendi. contingunt, ſed Hermaphroditi frequenter naſcuntur, ergo in numero monſtrorum non ſunt collocandi. Præterea roborant hanc opinionem, quoniam Androgyni
C
nullum Naturæ vitium præ ſe ferre videntur: ſiquidem cum virtus vtriuſq; ſeminis, ſcilicet paterni, & materni ita viget in fœtu fabricando, vt infans vtrumq; ſexum perfectè aſſequatur, tunc id ad erratum Naturæ non erit referendum, quoniam Natura tunc ſibi ſimile in vtroq; ſexu producit: quapropter iuxta hanc ſententiam, omnes Hermaphroditi in ſerie monſtrorum non collocantur, ſed illi tantùm, quorum ſexus ob exilitatem, eſt imperfectus, aut illi, quorum ſexus eſt tranſpoſitus.

Hoc opinioni non eſſe adhærendum cenſemus; primò quoniam Hermaphroditi frequenter naſci videntur in comparatione ad cætera monſtra, non autem ſimpliciter. Deinde nullos aut admodum paucos fœtus monſtrificos cum vtroq; ſexu perfectos fuiſſe arbitramur. Præterquamquòd, ſi naſcerentur, inter monſtra eſſent reponendi: cum Natura in generationibus animalium ſemper marem, & non fœminam producere intendat, & quando ab hoc gradu perfecto deficit, fœminam pro- D
Ariſtotelis opinio. creat. Demum manifeſtam habemus doctrinam Ariſtotelis, qui Hermaphroditos monſtrificos nuncupauit, & horum alterum ſexum ratum, & alterum irritum eſſe ſcripſit.

Itaq. ſi ad horum cauſas mentem dirigamus, prima facie incidemus in ſententiã Aſtrologorum, qui cauſam huius effectus in ſydera referunt, & præcipuè quando ſynodus Veneris, & Mercurij in ſignis bicorporeis celebratur; cui ſententiæ Paulus
L. 6. c. 69. Aegineta adſtipulare videtur. Sueſſanus huius effectus aliam cauſam amplectitur, dum ſcripſit, poſt menſium fluxum à primo congreſſus die ad quintum, maſculos procreari, deinde ad octauum fœmellas, & ad duodecimum hermaphroditos. Verùm huic ſententiæ nec ratio, nec experientia ſuffragatur: quandoquidem maſculus, vel fœmella, nullo dierum diſcrimine obſeruato, ex ſemine maris, vel fœminæ prædominante generatur. Deinde ſi Androgyni, poſt duodecimum diem fluxionis

xionis mensiũ, producerẽtur, horum copiosius numerus inueniretur. Quamobrem horum natiuitas æquali seminis Parentum vigori attribuenda est: veluti Boscius in Concordia Philosophorum, & Medicorum de humano conceptu optimè pronunciauit: Etenim iuxta communem, & veram sententiam, hi fœtus monstrosi à materiæ seminalis vbertate, causam suæ generationis, & conformationis contrahere perhibentur. Effusa enim æquali portione materiæ seminalis ab vtroq; genitore: tunc facultas formatrix, quæ simile aliquid sibi semper fingere conatur, æqualibus viribus in vtramq; materiam incumbat: hinc postea non est mirum, si in vno, & eodem fœtu vterq; sexus detegatur. *Vera causa ortus Androgynorum.*

E

DE VITIATA PEDVM CONFORMATIONE.

CAP. VI.

F QVOD in formatura brachiorum, & manuum superius obseruauimus; modò etiam in constitutione crurum, & pedum ponderandum est. Propterea quòd Natura, in his quoq; membris conformandis impedita, vel pedes nullos, & diminutos gignit, vel eos geminat, vel quauis alia ratione deturpat. Quoad primum referunt Historiæ, quòd Mauritij ætate, qui anno post partum Virginis supra quingentesimum septuagesimo octauo imperabat, natus est infans sine pedibus, cum inferior pars huius fœtus in caudam pisci desineret, cuius icon capite quarto huius Historiæ inquirenda est. Haly Rodoham in Commentarijs ad artem medicinalem Galeni, hominem viuum sine pedibus se conspicatum fuisse fatetur, & Schenchius in Obseruationibus puellæ sine pedibus meminit, qui violentia morbi deciderant, trunco tamen illæso, quæ postea in vijs publicis mendicabat. Pariter in agro Piceno, vt romana tradit Historia, natus est infans, qui, à genitalibus, cum cruribus, atq; pedibus careret, in conum quasi pyramidis desinebat. Erat autem, virilis sexus, cæteris partibus integrè formatis. Tandem Rufus in opere de conceptu, & generatione hominis, infantes defectu membrorum mutilos, & pedibus carentes se conspexisse testificatur. *Infantes sine pedibus nati*

G

Cæterùm si per seriem annorum incedamus, inuenietur, in Villa Nepritez non procul ab oppido Vuutezerſi ad Moldã sito, vt refert Licosthenes, infantem sine pedibus natum, anno supra sesquimillesimum trigesimo septimo, quemadmodum in icone I. ostenditur. I.

Huic non valdè dissimilem fœtum diuulgat se vidisse Nicolaus Rocheus, anno Domini supra sesquimillesimum quadragesimo primo, die octaua Februarij, in Castro Diui Amandi Alliferi, in solo Borbonico, ex notissima muliere natum, qui à capite ad vmbilicum vsq; imaginem hominis referebat, & deinceps loco crurum, & pedum, cauda ritu Sirenum substituebatur, & monstrum per horã à partu vixisse perhibetur.

H

Insuper anno Salutis supra sesquimillesimum quinquagesimo secundo, Vuidensbachi quod distat per spatium milliaris à Schleasinga, authore Licosthene, monstrũ natum est ex muliere habens imaginem infantis, sed absq; cruribus, & pedibus, quorum loco demissa cuspis producebatur; immo ex lateribus quoq; cuspides quædam paruæ prominebant: veluti in icone II. conspicitur II.

Huic addamus non multùm dissimile monstrum, & horrificum, quod vxor figuli peperit anno salutis supra sesquimillesimum quinquagesimo sexto. Hoc à vertice ad hyppocondria figuram humanam repræsentabat, ore tamen prominente, & facie torua. Ab vmbilico autem, relicta hominis figura, in formam pyramidalem ter-

I. Infans ſine pedibus.



II. Infans loco pedum cuſpidatus.



Infans alius pyramidalis.

minabatur, referens in cuspide similitudinem caudæ suis inflexæ. Præterea circa spinam dorsi vmbilici effigies alia conspiciebatur, & nullum prorsus sexum exhibebat.

Neq; omittenda est iuuenis Galla annum circiter decimum octauum agens, partibus inferioribus, nimirum fœmoribus, cruribus, & pedibus carens, quam Bononiæ vidit, & admirabilem, anno Salutis supra sesquimillesimum nonagesimo quarto. Hæc nata est in vrbe Bison territorijs Auenionensis, nomine Catherina Mazzina appellata, venustæ formæ, & altitudinis trium dodrantum, palmo amplius, sed coxis, cruribus, consequenterq; pedibus carens. Brachia erant perfectè constituta, pectore, & trunco longiora. Pars corporis inferior quodammodo bifida apparebat, A imum lyræ æmulans.

Hæc ad rem loquebatur, canebat, cytharam pulsabat, tripudiabat manibus, more Hispanico, Mauritano, Italico, & Gallico. Pariter ad concentum lyræ gestus imperfecti corporis ita componebat, vt qui illam eminus vidissent, pedibus saltare proculdubio protulissent. Namq; quoad animi dotes, ei nihil deerat, quod alijs hominibus à Natura concessum est.

Præterea vtroq; sexu erat prædita, magis tamen ad fœminam accedebat, quia in eo sexu magis vigebat, & propterea magis fœmina, quam vir dicebatur. Credimus omninò hoc monstrum esse idem, quod Romæ monstrabatur anno supra sesquimillesimum octuagesimo quinto. Tunc enim monstrifica iuuenis annum age-

Monstrum Romæ, & Bononiæ vi sum idem. III.

bat octauum. Quandoquidem ad nos delatum fuit per litteras, tunc temporis Ro- B
mæ circumferri spectandam puellam octennem, cui ab origine, crura, tibiæ, & pedes deerant, cæteris membris rectè constitutis, vt figura III. demonstrat.

Monstra sine pedibus. IIII.

Aliquando autem Natura varijs impedimentis agitata fœtum in vtero fabricabit cum fœmoribus, & cruribus integris, præter pedes, qui nulli in partu conspicientur. Hanc enim infantis conformationem Iacobus Rufus in suo opere de conceptu, & generatione hominis proponit; dum testificatur se interdum conspicatum fuisse infantem iusta alioquin, & perfecta totius corporis formatura sed solis pedibus carentem. Deinde hoc fœtus vitium imperfecto semini assignandum esse arbitratur. Effigies autem huius monstri in figura IIII. ostenditur.

Præterea non est in dubium reuocandum, quòd, sicuti Natura interdum varijs oppressa impedimentis, nec crura, nec pedes in fœtibus procreat; C
pariter aliquando ab alijs causis stimulata, fœtum cum vnico tantùm crure, & pede gignit: vt accidit Mysenæ, anno salutis supra sesquimillesimum quadragesimo octauo, mense Aprilis, authore Licosthene, vbi natus est infans vnico tantùm crure, & pede præditus, cuius iconem lector inueniet in capite quarto huius Historiæ.

* * * *
* * *

III. Iuuenis Galla fæmoribus, cruribus, & pedibus carens.



IIII. Infans Iacobi Ruffi.



BRVTORVM DIVERSI GENERIS.

ΑΠΟΔΙΑ.

E NATVRA in fabricandis humanis fœtibus ſi aliquando varios commit. tit errores aliqua tamen ratione impedita, ne intentum finem aſſe- qui valeat, vt in Rubrica antecedenti, de humanorum fœtuum pe- dibus obſeruatum fuit: non eſt tamen credendum hoc in fœtibus bel- luarum contingere minime poſſe: quandoquidem variis exemplis, & caſibus oſtendemus Naturam pari ratione in pedibus Brutorum conformandis er- rata committere: cum ἀπόδια, nempe pedum defectus in Brutis etiã animantibus lo- cum habeat. Etenim Albertus meminit Hirci cum pedibus tantummodo ante- rioribus nati, quapropter poſterioribus carens, gradiebatur quidem, ſed partem poſteriorem per terram trahebat. *Apodia bruterum.*

Licoſthenes quoq; Hiſtoriographus memorat vitulum ex vacca natum pedibus anterioribus carentem, qui natus eſt anno ſupra ſeſquimilleſimum quinquageſimo F ſexto, Ianuario menſe, in Pago quodam epiſcopatus Diligenſis, qui vernacula lin- gua Obenhauuſen appellatur. Hic vitulus quamuis anterioribus cruribus careret, nihilominus, vt refert Author, corpore erecto, tanta velocitate currebat vt alios vitulos in curſu facilè ſuperaret.

Non diſſimilem vituli iconem damus numero. I. qui nuper abſq; pedibus an- terioribus ortus eſt in agro Bononienſi, cuius occaſione inuolucra bouili fœtus, & eius ſitum in vtero obſeruauimus, die decima tertia Ianuarij anni ſupra ſeſquimil- leſimum nonageſimi ſecundi. I.

Fœtus igitur bubulus duabus membranis inuoluitur, quarum altera interna, & altera externa dicitur. Hæ autem inter ſe craſcitie diſcrepant, nam interna eſt val- de tenuis, cum à peritoneo fœtus originem ducat, quod vaſa vmbilicalia fœtus te- git, immo à corpore egreſſum, & tandem expanſum fœtum inuoluit, & pluribus re- G dundat cotyledonibus, qui nil aliud ſunt, quàm portiones quædam carneæ ſubſtan- tiam, & quaſi figuram renum æmulantes. His carnibus vaſa ſeminalia, ad hærent delata per hanc tunicam, & diſperſa tanquam fibræ venæ portæ per meſenterium. *Anatomia bubuli fœtus*

Altera tunica craſſior eſt, ortum ducẽs à membrana carnoſa, quæ prædictis omni- bus portionibus carneis adnaſcitur, portionem quamdam ſui in vnamquamq. caui- tatem ipſarum carnium imittens: ſunt enim hæ carnes extrinſecus veluti aſperæ ſi- num quemdam oblongum habentes, quo tunicam externam reſpiciunt, in quas membrana externa portiones quaſdam ſui immittit, quibus tenaciſſimè inſeritur, & cohæret.

De ſitu quadrupedum in vtero verba fecit Ariſtoteles in Hiſtoria Animalium, *Lib. 7. c. 3.* dum ſcripſit ſitum eorum in vtero eſſe extenſum, quod tamen in bubulo fœtu falſũ eſſe comperimus. Quandoquidem in matrice ita geſtatur, vt ſpinam dorſi flexam, H & gibboſam habeat, genibus flexis, & cruribus anterioribus decuſſatis, quando ta- men fœtus bubulus eſt perfectus, nam quem hic damus imperfectus erat. Caput quodammodo tibiæ ſiniſtri pedis incumbit. Dexter verò pes verſus ventrem ſur- ſum eſt reuolutus. In poſtica parte crura omnino ſunt reflexa inſtar canis humi iacentis, & dormientis, & ſub ventrem antrorſum reuoluta. Cauda inter crura re- tracta eſt, Vngulæ tenellæ, & niuis inſtar candidæ. Vaſa vmbilicalia, quæ ab Anatomicis duabus arterijs, & vna vena conſtare dicuntur, in ſimili fœtu duæ ve- * næ coſpiciuntur extrinſecus, quæ intus in vnum principium deſinunt. *Situs vituli in vtero.*

Inter fœtum, & primam fœtus tunicam maxima copia humoris continetur pitui- toſi viſcidi, & lenti, itaut digitis adhærens vix abſtergi poſſit. Eſt autem hic humor materia vrinæ, & aqua ſanguinis, fœtum nutrientis, qui ex veſica per vrachum in hanc capacitatem deſcendit. Hæc enim humiditas de induſtria ibi à Natura de-

tinetur,

I. Viculus bipes.



II. Canis bipes cum Cynomazo.



III. Canis leporinus bipes cum Cynocephalea.



tinetur, vt in illa embryon innatans ad perfectum partionis tempus commodius in vtero retineri possit: nam aqueus ille humor fœtus pondus quodammodo eleuat, & sustinet, quo effuso, necessarium est, vt fœtus subsideat, & in corpus vteri decũbens grauitate ponderis premat, consequenterq; exitum stimulet.

Hic autem nonnulli dubitant quommodo hic humor vrinæ naturam sapiens facilè possit contineri, cum sua acrimonia tenellam fœtus cutem lædere possit. Sed aduertendum est, quod hæc materia minimè acris est neq; biliosa, sed tantummodo crassa, pituitosa, & lenta instar muci, quæ quamlibet acrimoniam retundere potest. Et hæc obiter dicta sufficiant de inuolucris, & de situ fœtus bubuli. *Dubitatio circa humorem fœtus.*

E In maiorem confirmationem monstrosi pedum defectus, proponuntur spectandæ icones monstrificorum animantium quæ ad nostras manus peruenerunt, & sunt præsertim icones canum bipedum, qui absq; pedibus anterioribus nati sunt. Prima figura erit canis ex genere sagacium albo, castaneoq; colore distincti qui à primordio ortus, prioribus carens cruribus, tractu temporis, posterioribus tantùm nixus incedebat, & hic delineatur in icone II. cum cynomazo herba, nimirum cum chamæleone nigro. II.

Altera canis bipedis icon est canis leporini, vt in figura III conspicitur, vbi cum cynocephalea, nimirum cum osyride Lobellij pingitur. Erat hic canis coloris albi natus in Gallia, nimirum Lugduni. III.

In genere felium id accidisse intelleximus ex Clarissimo Liceto, qui retulit, Pa-
F tauij, in Collegio Rauennate felem inter multos catulos, vnum enixam fuisse bipedem quoniam cruribus anterioribus carebat, & foramen oris propè gulam habebat, auribus quadratis, sed breui temporis spatio interijsse tradit, quoniam, cum prioribus careret pedibus, ad hauriendum lactis alimentum repere non poterat. *Felis bipes.*

Hactenus de quadrupedibus bipedibus natis sermonem habuimus. Modò notandum est, quòd aliquandò animantes suanatura quadrupedes, tripedes nascuntur, cum Natura impedita in vtero quartum pedem fœtui addere non potuerit. Itaq; Licosthenes Historiographus monimentis mandauit, quòd anno Mundi septingentesimo octuagesimo quarto supra tria millia, & ante partum Vriginis Deiparæ centesimo septuagesimo octauo, mulus tripes Renate ortus est, vt in icone IIII. apparet. Amplius, ex eodem Authore, anno Mundi septingentesimo nonagesimo quarto supra tria millia, Calatiæ Afinus tripes natus esse perhibetur. IIII.

G Cæterùm id nostra ætate accidit in Cane, albo, & rufo colore prædito, quem delineatum spectandum exhibemus, cum cynocardamo, nimirum cum Nasturtio Lobellij, quemadmodum figura V. ostendit. V.

Accidit tamen aliquando, vt animal quadrupes cum quatuor tibijs nascatur, sed vna illarum manca. Etenim pullus equinus, ex Iobo Finzelio, in opere de miraculis nostri temporis, referento Licosthene, natus est in villa Pomeraniæ Rekouu vicina Rugio ad ostium Viadri, anno salutis supra sesquimillesimum quinquagesimò quarto. Hic pullus fuit horrendo capite, auribus pendulis instar aurium canis sagacis, ore monstroso, & labijs ita inflexis, vt vbera apprehendere non posset. Collum erat tortum, & sinuosum, iuba impexa, cute aspera, & villosa, necnon cauda instar cristæ erecta. *Animal quadrupes mancum.*

H Tandem hic pullus rectus stabat, inhitu terribilis, licèt vnà ex tibijs anterioribus esset manca, carebat enim pede, cum alter pes anterior humanum pedem æmularetur, pedibus tamen posterioribus equinis, vt in figura VI. apparet. Triduum vixisse Fincelius retulit, qui postea extinctus in triuio fuit tumulatus. VI.

IIII. Mulus tripes.



V. Canis tripes cum Cynocardamo.



VI. Pullus equinus mancus.



MVLTIPLICATIO PEDVM IN FOETIBVS HVMANIS.

E CVM pedum multiplicatio in fœtu humano, homines quadrupedes efficere possit, animaduertendum est quòd homo quadrupes æquiuocationem incurrere potest, ideoque nostra intererit prima fronte hanc ambiguitatem patefacere, vt deinceps lectio clarior euadat. In primis homo quadrupes appellatur puer gradi incipiens, qui imbecillis cruribus nondum sustentatus, manibus, & pedibus more quadrupedum incedit. Deinde Iconographi, vt cunctis insinuarent mutuum, & concordem matrimonij amorem, virum, & vxorem, vno tantùm corpore, & quatuor pedibus pinxerunt: vnde quidam Poeta hunc alludens canebat hunc in modum.

Hominis quadrupedis æquiuocatio.

Efficiunt hominem vir, & vxor amabilis vnum;
Sic homo fit quadrupes, qui fuit ante bipes.

Demùm ex fasciculo temporum collegimus, quòd ætate Mauritij Imperatoris, natus est puer quadrupes, non quòd quatuor pedes, & duas manus haberet, sed quadrupes nuncupabatur, quoniam manus formam pedum æmulabantur, præterF quamquòd more quadrupedum gradiebatur. Item, Conrado Gesnero authore, anno salutis supra sesquimillesimum trigesimo primo, inuentum est monstrum toto corpore humano, vnguibus aquilinis, in saltu Hanesbergio Misniæ barbarum subfuscum, & pilis cristam referentibus, & pronè ritu quadrupedum proficiscebatur. Qua de re quis afferere poterat hûc fuisse infantê expositû, nullo docête factû quadrupedem, nec loqui didicisse, consequenterq; creuisse, & in illis syluosis locis, fructibus agrestibus, & Ferarum indulgentia nutritum fuisse.

Pariter Alberti Magni temporibus duo homines nimirum mas, & fœmina in nemoribus Germaniæ, more Quadrupedum incedentes reperti esse perhibentur. Cæterùm cui hoc mirum non videatur, cum anno elapso Bononiam peruenerit homo mendicissimus, qui tanquam quadrupes gradiens eleemosynam quæritabat, & G huius incessus praua coxendicum conformatio in caula erat, quâ nullo modo se se erigere poterat.

Homo mendicus ritu quadrupedis gradiẽs.

Cum hactenus tres fœtuum humanorum quadrupedum intellectus expressi sint, aduertendum est in nullo horum sensum nostram sententiam esse collocandam: quandoquidem, dum de pedum in humano fœtu multiplicatione agimus, fœtum in vtero formatum cum brachijs, & cruribus, sed ijs postea geminatis, vel alia ratione multiplicatis intelligimus. Nam Iulius Obsequens narrat Quod olim, P. Africano, & Lelio Consulibus Amiterni natus est puer tribus pedibus & vnico tantum brachio, cuius iconem Lector in capite quarto huius Historiæ inueniet.

Verus sensus.

Præterea, iuxta sententiam eiusdem Iulij Obsequentis, Apio Claudio, & P. Metello Consulibus, Amiterni infans tribus pedibus ortus est, reliquis partibus totius corporis rectè constitutis, vt in hac figura I. conspicari licet.

I.

H Pariter ex relatione Iacobi Rufi, anno salutis supra sesquimillesimum quinquagesimo secundo, in Anglia, non procul ab Oxonia, puella biceps nata est quatuor brachijs, & manibus, ventre vno, & fede vna integrata, sed in vna parte duo erant pedes, & in altera vnus tantùm pes porrectus conspiciebatur, itaut tribus tantummodo pedibus referta esset.

Puella tripes.

Insuper pusiones natos cum quatuor pedibus plures in campum afferre possemus: propterea quòd Licosthenes exhibet spectandam infantis figuram nati anno ante partum Virginis centesimo sexagesimo secundo, Therni sedicini, qui quatuor pedes, & totidem brachia habuit. Idem Licosthenes, anno ante Christum natum centesimo sexagesimo, meminit infantis cum quatuor pedibus Cære nati. Et ex eodem, anno ante partum Virginis centesimo trigesimo tertio, puella quatuor pedibus prædita visa est.

Infantes quatuor pedibus nati.

I. Puer tripes.



II. Infans quadrupes Ruffi.



Cæterùm anno Salutis millesimo quadringentesimo decimo tertio, in Boiuaria Aquilonari inter duo flumina, nempe inter Danubium, & Alemanum, nata est puella cum quatuor pedibus, & totidem brachijs. Amplius anno Salutis supra sesquimillesimum vigesimo nono, in Germania, Iouianus Pontanus tradit, referente Pareo, die nona Ianuarij infantem quaternis pedibus, & totidem brachijs conspectum fuisse.

Anno quoq; supra sesquimillesimum trigesimo sexto, in Agro Tigurino, ex Licosthene, natus est infans biceps quatuor pedibus. Biceps pariter, ex eodem Authore, natus est ex vxore fabriferrarij die vigesima septima Decembris anni supra sesquimillesimum quinquagesimi quinti, in Pago quodam non procul ab Adorfio oppido Vortlandiæ quatuor pedibus, & totidem manibus, absq; nota sexum prodente, cuius loco vmbilicus erat procreatus. Denùm Terracinæ quadrupedes orti esse feruntur. Nos autem hoc in loco iconem fœtus quadrupedis nati Romæ exhibemus; vti Iacobus Rufus retulit; cæteris partibus corporis rectè constitutis: vt apparet in figura II.

Infantes quatuor pedibus.

II.

Quadrupes autem ille puer natus Mauritij ætate quem Licosthenes in Historia memorauit, quatuor pedes non habuit, sed quadrupes fuit nuncupatus, quoniam, more quadrupedum, proficisceretur ob malignam partium posteriorum conformationem. Qui plura huius generis exempla videre cupit, adeat quartum caput huius Historiæ, vbi de multiplicatione brachiorum in fœtibus verba fiunt.

MVLTIPLICATIO PEDVM IN BELLVIS QVADRVPEDIBVS.

DE monstrificis, seu geminatis pedibus Brutorum dicturi, primò de Equo tanquam animali nobilissimo differemus. Pedes igitur horum animantium quatuor esse debent, cum inter quadrupeda secundum Latinos, & inter τετράποδα secundò Græcos collocentur. Cæterùm si hæc animalia pauciores, vel plures pedes sortiantur, id in genere monstrorum reponendum, & Naturæ erratum appellandum erit. Et quamuis duo equorum genera apud veteres, & nuperos quosdam Authores, nempe domesticum, & ferum reperiantur; nullibi tamen legimus, vt aliqui perperam voluerunt, feros à domesticis multitudine pedum discrepare.

Duplex genus Equorũ

Erasmus Stella doctrinam Plinij secutus, hodie in Bruſſia equos syluestres versari diuulgauit neq; à Græcis, neq; à Latinis descriptos equis domesticis prænitis similes, non multitudine pedum, sed solo dorso ab illis dissentientes: cum equi feri dorsa ad insidendum inepta habeant, & nunquam cicures reddi possint.

Itaq; si pedes in equis multiplicarentur, proculdubio tales animantes in cursu pernicissimos appellare possemus: nam equus sua natura in cursu est adeò velox, vt in epigrammate Archiæ equus omnium velocissimus ἀντόδρομος, quasi Aquila legatur; cum sit hæc auis omnium velocissima Immò Oppianus verba faciens de equis Iberis tantæ celeritatis eos esse prodidit, vt Aquilæ tantummodò cum illis, aut Circi Accipitres nuncupati certare possint. Rursum Homerus cursum pernicissimum equorum Erichthonij filij Dardani expressit, ex vento Aquilone conceptos esse finxit, qui ventus à vehementissimo Aquilæ volatu nomen sibi comparauit. Finxit etiam à Podarge equarum celerima Balium, & Xanthum equos Achillis præstantissimos, dum hæc per florulenta prata pascceretur, ex Zephiro vento fuisse conceptos. Præterquamquòd Podarge quoq; à velocitate pedum nuncupata est. Immo Varinus Podargem Harpyam esse diuulgauit, ex qua postea equi illi procreati fuisse feruntur, ὠκυπόδων πνοιάων, nimirum qui æquali cum ventis pernicitate volabant. Pariter apud Silium Italicum eodem modo Pelorum equum ex Zephiro conceptum esse legimus.

Velocitas cursus equorum.

His

I. Equus quinq; pedibus.



II. Equus octo pedibus.



His de pernicitate equorum expositis, aduertendum est, quòd si Natura quatuor, equinis pedibus alios addat, dum in procreandis belluinis fœtibus impedita errat, tantùm abest vt velociores reddantur, vt potius in cursu admodum tardi euaderẽt, quoniam, vt nostra fert opinio, quintus vel sextus pes illis additus esset impedimento, quominùs pernicitatem assequi possent. *Pernicitas equorum qualis.*

Equum quinq; e dibus natum referunt Historiæ, & in primis anno Mundi octingentesimo vigesimo nono supra tria millia, & ante partum Deiparæ Virginis centesimo trigesimo quarto, natus est Romæ equus quinq; cruribus fultus in Esquilijs, Esquiliæ enim est mons, & vicus Romæ ita nuncupatus, quoniam ibi arx, & excubiæ Regis Tullii essent, qui illum montem Vrbi addidit. Præterea alius equus huius conditionis anno Salutis supra sesquimillesimum quinquagesimo quinto Bernæ Heluetiorum conspectus est: nam quintus pes vnà cum crure posticis potius, quàm anticis pedibus erat additus vt in icone I. conspicitur. *Equi quinque pedibus nati.* I.

Verùm per veteres historias vagari non debemus, cum nostra ætate, equa octo pedibus prædita Romæ fuerit conspicua anno nostræ Salutis supra millesimum, & sexcentesimum trigesimo quarto.

Etenim quædam dossuaria equa calcem in Vrbem ferebat, quæ equam octo pedibus conformatam enixa est: hanc diligenter ali, ad prolem seruari, & ei admissarium statuto tempore admoueri iussit Eminentissimus Cardinalis Franciscus Barberinus Musarum, & Charitum munificentia ornatissimus Princeps, & diligentissimus rerum naturalium indagator, qui dum opulentam doctrinæ suppelectilem in pretiosum penum, ad præsentis, & posteræ ætatis beneficium, condit, ab Vrbano VIII. Patruo Pontifice Summo, & in litteris multis modis Maximo neutiquam degenerat.

Hæc equa tandem grauida pullum elegantem octo pariter pedibus refertum peperit, vt ostenditur in icone II. quam Clarissimus vir Honorius Beatus in medica facultate præstantissimus perhumaniter nobis impertitus est, vt raris huius Historiæ monstris inserere possemus. Quamuis postmodũ equa perierit, & pullus ob incuriam custodum, vt intelleximus, ex lapsu Tecti syluestris oppressus, & extinctus sit II.

Ad familiam bubulam, mentẽ, & sermonem nostrum si conuertamus, illam quoq; monstris huius generis carere non inuenietemus. Habemus enim ex Conrado Licosthene, quòd anno salutis nostræ supra sesquimillesimum quinquagesimo primo, Basilææ Rauracorum, Bos quinq; pedibus visus est, qui à Circulatore quodam, quæstus gratia, circumducebatur: nam quintum crus vnà cum pede ab humero dextro pendebat veluti apparet in icone I. *familia bubula* I.

Aelianus pariter in Historia Animalium fatetur se vidisse bouem quinq; pedibus præditum, necnon vitulum, ex cuius humeris pes quintus ad gressum prorsus inutilis dependebat. Neq; hoc alicui mirum videri debet; propterea quod annis elapsis versabatur Bononiæ circumforaneus, qui vaccam octo pedibus integratam, lucri causa, circumducebat spectandam, quam tandem magno Hetruriæ Duci vendidit. *Lib. 12. cap. 3.* *Vacca octo pedibus.*

Amplius anno Salutis supra sesquimillesimum quinquagesimo secundo, authore Licosthene, in vico Thuringiæ, natus est vitulus sextipes, namq; vnum anterioribus, & alterum posterioribus pedibus in vtero Natura addiderat, præterquamquòd hoc monstrum massam carnis iuxta latus dextrum gestabat.

Deinde anno Salutis supra sesquimillesimum quinquagesimo sexto, die tertia Martij natum est monstrum referens vitulum cum sex pedibus, gemino capite quorum alterum Orientem, alterum occidentem spectare videbatur, & tres pedes huic, & tres alteri capiti inhærebant, si veritatem Licosthenes assecutus est. Nos in præsentia damus iconem Vituli hexapodis, nempe sex pedibus nati, quorum pedum duo ad gradiendum omninò inutiles à tergo pendebant, veluti pingitur in figura II. cum Organo Heracleotico. *Vitulus sex pedibus natus* II.

Alium vitulum septem pedibus natum vidimus referentem quodammodo monstrum bicorpor; quamuis vnum tantùm caput haberet, tergoris tamen aliqualis apparebat diuisio, & ex parte qualibet sua pendebat cauda. Posteriores pedes habebat quatuor, anteriores binos, nam septimus à fine ceruicis ortum ducebat, vt

pictura

I. Bos quinq; pedibus natus.



II. Vitulus hexapus facie agnina cum Origano Heracleotico.



III. Vitulus ſeptem pedibus natus cum Trifolio luteo minimo.



pictura. III. ostendit. Hunc Vitulum monstrificum quidam Circulator, quæstus gratia, circumferebat, anno nostræ Salutis supra sesquimillesimum septuagesimo octauo, & in Agro Vicentino natum esse attestabatur: quare delineari curauimus, vna cum Trifolio minimo luteo Herbariorum.

Non valde dissimilis Vitulus refertus septem pedibus natus est Callisii in Polonia, anno Domini sexagesimo nono supra millesimum & ducentesimum, intra diē octauam Natalis Domini, sed quoniam præter multiplicatos pedes gemi natis quoque habebat caput, ita, vt monstrum bicorpor referret, de hoc monstro seorsim in proprio Capite agetur.

E Dum hæc scriberemus, natus est in Agro Bononiēsi, scilicet anno supra millesimum, & sexcentesimum quadragesimo primo, vitulus octipes sine collo, quorum pedum quatuor partem posticam animalis quodammodo geminatam fulcibant, cum duabus caudis, duo partem anticam sustinebant, & reliqui duo á ceruicce enascebantur. Huius vituli exuuiæ seruantur in ædibus Clarissimi viri Ioannis Antonij Godij Chirurgi, & Anatomici celeberimi. Nos quoq; in Musæo Illustrissimi Senatus Bononiensis duo vitulorum spolia seruamus, quorum alter Pentapus, alter autem hexapus erat.

Hinc ad gregem Ouium examinandum si descendamus, inueniemus apud Licosthenem, quòd, ex Liuio, anno Mundi septingentesimo sexagesimo nono supra tria millia, & ante partum Virginis, centesimo nonagesimo quarto, Agnus quinque
F pedibus refertus natus est Asculi, sed præter pedum fœditatem, erat etiam biceps. *Agnus quinque pedibus natus.*
Alium bicipitem Agnum, sed octo pedibus, & geminata cauda natum memorat Aelianus, sed quia intel lexit hoc monstrum humana voce fuisse locutum ideo fabulosum esse existimauit.

Nos hoc in loco lectori Agnum octipedem spectandum proponimus, paucis ab hinc annis in Agro Patauino natum, cuius iconem Dominus Franciscus Riccius Patauinus nobis publicandam dono dedit. Hic Agnus erat totus niger, dorso duplici simul coniuncto, binis caudis, auribus tribus, pedibus octo, quorum tamen duo ex principio dorsi enascebantur: quemadmodum in figura IIII. exprimitur vnà cum Plantagine minore Dodonei. IIII.

Item in Pago quo dam Sugenhein nuncupato, qui ad Argentinensem Episcopatum spectat, duobus ab Argentina milliaribus, anno Salutis supra millesimum,
G & quadringentesimum nonagesimo sexto, Porcus sex pedibus iuxta mentem Licosthenis, natus esse perhibetur. *Porcus sex pedibus.*

Viri quoq; fide digni nuper nobis retulerunt Canem sex pedibus Arimini fuisse natum. Id autem á veritate recedere non opinamur, cum nuper Bononiæ Canis octipes ex genere sagacium in lucem prodierit, nam partem posticam animalis sex pedes, & partem anticam duo tantùm monstrabant. Hunc canem monstrosum vnà cum malo cannino Lobelii, nempe cum mandragora pingi curauimus: vt in icone V. conspicitur. *Canis octipes.* V.

Modò omittimus, quòd, ex Licosthene, anno Domini supra sesquimillesimum quinquagesimo secundo, in ædibus Ludouici Dheithari, quędam domestica felis inter alios fœtus, enixa est catellum viuum octo pedibus refertum, & monocephalon
H sed bicorporem vtriusq; sexus, de quo postea inferius, nimirum in Capite de monstris bicorporibus verba fient. *Felis octipes Bononiæ natus.*

Præterea dum Historiam Quadrupedum Digitatorum scriberemus, natus est Bononiæ Catus octipes vtriusq; sexus cum duobus capitibus, & caudis, tergore verò simul connexis; non multò post exiuit in lucem felis fœmina hexapus colore partim albo, partim atrocinereo, nam quatuor pedes partem posticam, & duo tantum partem anticam felis fulciebant. Huius monstrificæ felis effigiem, vna cum Aelurogano, nempe Bugloss expressam in icone VI. damus. VI.

In feris quoq; animantibus monstra huius generis aliquando obseruata fuerunt. *Animantes syluestres monstrifica*
Legimus enim apud Conradum Licosthenem, quòd anno nostræ salutis supra sesquimillesimum trigesimo tertio, Episcopizellæ Turganiæ oppidi apud Heluetios, dum Lepus grauidus exenteraretur, inuentus est in ventre lepusculus vnico corpore, & capite, quatuor tamen auribus, & octo pedibus, quorum quatuor proprium

IIII. Agnus octipes.



V. Canis octipes cum Malo canino.



VI. Felis fœmina hexapus cùm Ælurogano.



VII. Lepuſculus octipes.



VIII. Capreolus hexapus cum Barbicapra.



situm occupabãt, & reliqui quatuor in dorso eminebant, quasi alium lepusculum repræsentantes. Cum igitur hic monstrosus lepusculus ibi à multis fuisset visus, & obseruatus, Tigurum postea tanquam res admirabilis fuit transmissus: icon huius lepusculi est VII. VII.

Versatur inter genera Bisulcorum quoddam Caprarũ genus, quas Plinius Capreas, & alij Authores Latini Capreolos cognominant. Quamuis postea Aristoteles has Dorcades vocitauerit; quam vocem deinde Martialis latinè vsurpauit, de his animalibus loquens, quæ ob elegantes maculas in delicijs puellarum Romanarum habebantur, dum canit.

E *Delicium parvo donabis Dorcada nato,*
Lætatis solet hanc mittere turba togis.

Oppianus hoc animal plerumquè δίρκων apellat; licet quandoque has capreas Dorces, quasi Dorcos ratione carminis nuncupauerit hunc in modum

τὴς δ' ἅρα καλλίστους ἐπιξυλίζεσκον δορκας

Etenim hoc in loco Oppianus Capreolos describit habentes corpus ceruinum, & pellem vndiq; maculosam, non aliter atq; Pantheræ: & propterea hoc animal est valdè elegans, neq; mirum est, si olim, referente Martiali, in delicijs fuerit. Virgilius quoq; Capreolum maculis distinctum describit Ecloga secunda, vbi Corydon Alexidi pueto duos capreolos promittit hunc in modum. *Capreolorũ color*

Præterea duo nec tuta mihi valle reperta
F *Capreoli sparsis etiam nunc pellibus albis*
Bina die siccant ouis vbera, quos tibi seruo

Seruius tamen, in expositione huius loci, Capreolos albis maculis respersos ad hoc lactentes interpretatur, nam tractu temporis postea hunc colorem mutari asserit, & maculæ minoris gratiæ esse incipiunt. Hæc igitur libenter exposuimus ad maiorem iconis proponendæ intelligentiam. Itaq; in genere harum bestiarum aliquando inuentus fuit Capreolus senis pedibus, albicantibus maculis eleganter à Natura variatus, instar Lyncis. Vnde colligendum est hoc animal lactens fuisse: erat autem hexapus bestia cum quatuor posteriores pedes, & duos anteriores haberet. Exprimitur enim hoc animal in icone. VIII. vna cum Barbicapra, quam Herbarij Reginam prati appellant. VIII. *Hexapus animans qualis*

G

MVLTIPLICATIO PEDVM IN FOETIBVS AVIVM.

Est in multiparis animantibus, vt alio in loco fuit enucleatum, numerosa procreantur monstra, necnon in Ouibus, & Capris Aegyptiis, quia nostratibus sunt fœcundiores; ideoq; eorum materia seminalis suapte natura ad monstrificam partitionem est propensa, & disposita, multò magis in genere cunctarum auium id euidentius pateret, ob numerosam prolem, nam sæpè sæpius aues cum multis pedibus producuntur, quoniam frequenter congrediuntur, & sæpè concipiunt; hac de causa conceptus cohærent, cum propinqui sint, & albumina ouis interdum continuantur, neq; vlla interiacẽte membrana segregantur; hinc pulli mõstrifici prodeunt, multis pedibus, multis alis, & capitibus integrati. Hoc assertum primò in genere Gallinaceo, deinde in genere Anserum, Anatum, Columbarum, & aliarum auium manifestare poterimus. *Natura auium Aegypti*

H Cæterùm in gallinacea familia, magis, quàm in alio animalium genere copiosiora monstra resultant; quapropter horum aliquot icones monstrosas, quarum multas nos obseruauimus, hoc in loco lectoribus spectandas dare decreuimus: tum, ne quid huic historiæ Monstrorum desit, tum etiam vt legentes varia Naturæ miracula meditari possint. *Miracula naturę quæ lia*

Primitùs anno mundi Octingentesimo trigesimo octauo supra tria millia, & ante partum

I. Gallus quinquepes.



partum Virginis centeſimo vigeſimo quinto, iuxta ſententiam Licoſthenis, gallus
I. gallinaceus quinq; pedibus Cære fuit obſeruatus, veluti in icone I. depingitur.

Polydorus Virgilius in Hiſtoria Anglica ſcriptis mandauit, regnante Henrico
L.9.c.3. primo, inter alia prodigia, quæ apparuerunt, gallum gallinaceum quadrupedem ortum eſſe. Id quoq; retulit Licoſthenes contigiſſe anno Salutis ſupra milleſimum de-
Pullicenus quadrupes, cimo. Deinde addit quòd anno Domini ſupra milleſimum quinquageſimo quinto,
II. circa finem imperij Henrici Tertij Romanorum imperatoris, Gallina procreauit pullum quatuor pedibus præditum, vt figura II. oſtendit.

Mon-

II. Pullus quadrupes.



Mõſtriferas, & quadrupedes beſtias huius generis multas noſtra etiam aetate ob ſeruauimus: nam damus in icone III. Gallum quadrupedem, qui pronè erat ad ventrem vſq; caſtanei coloris, ſupinè ad vropygium vſq; coloris lutei intercurrentibus pennis caſtaneis.

Alæ albæ, remigibus viridibus. A'tergore prope caudam pennæ caſtaneæ admodum longæ pendebant. Cauda erat viridis, & nigra, criſta duplex minime crenata. Pedes erant quatuor, quorum anteriores erant lutei, & perfecti, quales huiuſmodi beſtiis competunt, poſteriores imperfecti, & pallidi veluti pinguntur in icone III. vna cum Aegylope.

Rur-

III. Gallus quadrupes cum Aegylope.



IIII. Gallina quadrupes cum Siligine ſpica mutica.



V. Gallus tripes in Brutijs natus.



Rurſus obſeruata fuit Gallina quatuor habens pedes vnicolor, nimirum toto corpore colore quodammodo ferrugineo. Pedes erant lutei, & praue à Natura conformati, nempe eo modo, qui in icone IIII. conſpicitur.

IIII. Deinceps multæ inueniuntur beſtiæ huius generis, quæ pedibus malè conformatis, ſed potiſſimum tripedes natæ ſunt. Siquidem Licoſthenes meminit galli tripedis, vnà cum multis alijs pullis nati in Brutijs, anno Mundi ſeptingenteſimo ſexageſimò octauo ſupra tria millia, & ante partum Deiparæ centeſimo nonageſimo

V. quarto veluti in icone V. oſtenditur.

Amplius

VI. Gallus tripes cum Gramine Alopecuroide minore.



VII. Gallina tripes cum hordeo.



VIII. Pullus tripes.



Amplius Conradus Licosthenes memorat se vidisse Basileæ, in Cinarum suburbio apud fabrum, anno Salutis supra sesquimillesimum quinquagesimo quarto, pullum Gallinæ ternis pedibus refertum, & in cursu tantæ pernicitatis, vt cæteris anteverteret. Nos damus superiori similē Gallum tribus pariter pedibus instructum, quem Vulgus Gallo grotesco vocitat: hic erat à collo ad anum vsq. coloris atri, sed maculis candidis conspersus, toto autem dorso ad vropygium vsq; ferruginei coloris. Alarum maxima pars item ferruginea, suo tamen principio, & qua ventrē spectant, subfusci coloris, sed albicantibus maculis conspersi, oblongis pennis. Remiges pennæ omnes albæ, Cauda semiuiridis, & semiatra. Oculos macula rubra ambiebat, veluti in icone VI. Lector intueri potest, vbi pingitur etiam Gramen Alopecuroides minus.

Pullus tripes mira pernicitatis. Gallo grotesco.

VI.

IX. Sceleton Pullaſtri tripedis, cuius tertius pes quinq; digitis erat refertus.



His addimus ex nostris Observationibus gallinam tripedem, quæ tertium pedem propè anũ nascentem habebat. Hæc gallina toto ferè corpore flava erat. Alæ eius, & dorsum fuscis vbiq; maculis conspergebãtur. fuscæ item pennæ quædam à collo dependebant super alarum principia. Tota deniq; cauda fusca, cætera lutea Hæc in icone VII. exprimitur cum hordeo. *Gallina mõstrosa observata*

Contigit quoq; nobis videre annis elapsis pullum ab ouo recenter exclusum tribus retertum pedibus, & tertium pedem habebat veluti ex vropygio natum: quapropter ad mõstrificam varietatẽ delineari curauimus, & pictum in icone VIII damus. VII. VIII.

Immò non piguit etiam delineatum exhibere sceleton Pullastri mõstrifici, & superiori pullo ferè similis, nisi quòd pes tertius circa podicem natus quinq; digitis E eratinstructus, vt in icone IX. monstratur. IX.

Neq; volumus ommittere memoriam Galli tripedis viui dono nobis dati ab erudito, & perhumano viro Francisco Severino Philosophicæ, & Medicæ institutionis Doctore, anno Salutis supra millesimum, & sexcentesimum trigesimo quinto, qui præter duos perfectos pedes omnibus gallis communes, tertiũ veluti à podice enascentem sex digitis integratum habebat; quamobrem cum gallinis permisceri non poterat; cum tertius pes hexadactylos illi ad congressum esset impedimento. Quapropter in æternum Donantis monumentum, hanc belluam viuis coloribus delineatam in Musæo Illustrissimi senatus Bononiensis seruandam locauimus: vbi etiam sceleton eiusdem galli tripedis appensum (nuper enim perijt) quilibet hoc publicum inuisens Musæum intueri, & admirari poterit. *Gallus tripes donatus à Doctore Severino.*

F Præterea nolumus etiam prætermittere pulcherrimam monstrifici Caponis iconem à nobis obseruati, qui alicui fortè inter belluas tripedes enumerandus esse non videbitur, cum præter duos perfectos pedes, duos oblongos digitos adiunctos haberet: nihilominus in viuo animali hi duo digiti adiuncti, & dextro cruri adnati tertium quodammodo pedem repræsentabant; quemadmodum in icone X. expressimus, vnà cum Bromo, seu Auena sterili. *Capo monstrosus.* X.

Posteaquam de multiplicatione digitorum in pedibus Brutorum verba fiunt, nõ est omittenda obseruatio pulliceni quinq; digitis in vtroq; pede instructi, quem delineatum in icone XI. damus. XI.

Hoc possumus confirmare quadam obseruatione Clarissimi Liceti, qui retulit, quòd anno supra millesimum, & sexcentesimum vigesimo quarto, Patauij, famula G deplumans gallinam reperit quinq; digitos in vtroque pede cum suis vnguibus distinctos. Cui lubenter assentimur alia obseruatione Pulliceni tripedis Bononiæ nati, qui vnico tantùm pede nitebatur: cum alij duo pedes essent mutili, quorum alter quinis digitis, alter verò quatuor erat instructus. Præterquamquòd duplicem excrementorum exitum habebat, vt in icone XII. apparet. *Gallina quinq; digitos vtroque pede insignitam.* XII.

Antequam à familia gallinacea discedamus, nolumus silentio inuoluere gallinam Monstrificam, quæ hodie tanquam res meritò admiranda in ædibus Illustrissimi Fuluij Antonij Marescalchi Bononiæ Senatoris Prudentissimi alitur. Hæc leucophei est coloris ad luteum tendentis sine cauda, & erecta, ritu humano, depositis ad calcem coxendicibus graditur, vt in icone XIII. apparet; quæ hoc in loco recensenda esse videtur, non quia monstrificis pedibus sit referta, sed quia alio modo incedere non potest, ob prauam partium inferiorum conformationem. Nam Clarissimus vir Ioannes Antonius Godius in administratione anatomica non vulgariter H eruditus, partibus huius gallinæ diligenter pertractatis, & examinatis, coxendices iustò longiores, & ossa anonyma malè conformata reperit: quamobrem hæc bestia podice terram verrere, & quodammodo recta incedere cogitur. XIII.

Fœtat quidem sed plerumq; abortit, vt Illustrissimus Ioannes Franciscus Marescalchus senatoris frater nobis perhumaniter retulit, hocq; inde prouenire arbitramur, propter malignam prædictarum partium constitutionem, necnon sterni longioris obseruati; quia dum hæc bestia inconcinnè identidem mouetur, tunc facilè abortionem incurrit.

In



X. Capus tripes cum Bromo ſterili.

XI. Pullicenus quinq; digitis in vtroq; pede.



XII. Pullus tripes cũ quinq; digitis in tertio pede.



XIII. Gallina monſtroſa Illuſtriſsimi Senatoris Mareſcalchi.



In Anatum quoq; & Anserum genere monstra non dissimilia aliquando inuenta sunt. Nam Iulius Cæsar Scaliger in Commentarijs ad libros de plantis Aristoteli adscriptos, meminit Anaticulæ altero crure carentis nullis extantibus alterius vestigijs: & Ioannes Baptista Porta in Magia Naturali prodidit visam esse Anatem paruam quadrupedem lato rostro, & prima parte nigra, extrema flaua, capite nigro, oculis cinereis, nigro circulo collum ambiente, alis, tergo, & cauda nigricantibus, pedibus flauis inter se non procul distantibus, quæ adhuc Torgæ asseruantur. L. 2. cap. 17

Neq; cui mirum videatur, quoniam in grege Anserum, aliquæ identidem nascuntur, membrorum numero, vel conformatione à reliquis discrepantes.

E Etenim anno Salutis supra sesquimillesimum nonagesimo sexto, referente Licosthene, in Pago quodam Saghcua cognominato ad Episcopatum Argentinensem spectante, Anser monstrosa forma inuentus est, nempe quatuor pedibus, & duobus capitibus, cum duplici excrementorum exitu. Albertus quoq; fatetur se vidisse monstrificum Anserem quaternis pedibus, totidem alis, vnico dorso, & duplici collo, sed diu non vixisse tradidit. *Anser monstrosus.*

Nos autem hoc in loco exprimi curauimus Anserem quadrupedem, qui Bononiæ aliquot annos vixit, quem pluries vidimus, & tanquam inusitatum animal pingi curauimus, vt apparet in figura XIIII. vbi est etiam Althea palustris. XIIII.

Cum igitur monstra huius generis in animantibus sæpè congredientibus, & parientibus contingant, familia Columbarum ab huiusmodi monstris non erit aliena.

F Namq; cum temporis, & loci conditio postulat, & victus suppetit, Columbæ quibuscumq. mensibus fetant, quapropter non præter rationem Aelianus scriptis mãdauit Columbas omni anni tempore parere, sed hoc ex Aristotelis sententia recitat, qui nostrates Columbas toto anno fœtificare docuit, dummodò loci esset commoditas, & cibus abundè suppeteret. *Columbarũ natura.*

Sunt enim Columbæ animantes salaces, & quamuis se se mutuo ante congressum exosculentur: nihilominus fœmina quandoq; nimia salacitate stimulata marẽ sine osculo admittit. Itaq; monstra in genere horum animantium, vel quoad colorem, vel quoad numerum, & malam conformationem partium contingunt.

Opianus quoad colorem monstrosas nimirum tamquam depictas tradit fore Columbas, si cum Veneris desiderio tenentur, & oscula tam maritis miscent, Columbarijs vestimenta varietate colorum decorata, præsertim verò purpurea conspi- *Quomodo varie colũbæ nascantur.*

G cienda exhibeat his versibus,

Hæc eadem peragit cum vult, & callidus auceps
Cui volucres curæ sunt, & lætalis arundo,
Atq; Columbarum pullos hac arte figurat;
Stragula flammeolis oculis rubroq; tapetis,
Et vestes vitro perfusas obijcit auceps,
Sicq; oculos pascens, animos eludit amantes,
Et pullos edit rubeo discrimine mistos.

Monstrosam in Columbis pulchritudinem in præsentia non admiramur, sed pravam conformationem partium, & pedum geminationem perscrutamur.

Itaq; prima facie exhibemus spectandam iconem Columbæ quadrupedis captæ

H in Germania anno Salutis nostræ supra sesquimillesimum quinquagesimo, propè Pagum Rikenschouen, non procul à Landauia oppido. Hæc enim non solum quatuor habebat pedes, sed duplicem etiam excrementorum exitum, quæ postea Augustam (tunc enim ibi Comitia Romani Imperij celebrabantur) missa fuit, vbi primum à Carolo Cæsare, & Principibus Imperij, & sic deinceps à reliqua hominum multitudine, vt tradit Licosthenes, miraculi loco conspecta fuit, vt cernitur in figura XV. XV.

Altera Columba quadrupes colore tota cinereo ad amethestinum tendente, duplici aluo nata est Bononiæ: ideoq; vt discrimen obseruaretur, hanc delineandam cum Cannabe curauimus, & in icone XVI. spectandam proponimus. XVI.

Quoniam Columbarum peregrinarum magna est diuersitas, non solum ratione pedum, sed etiam rostri quantitate, & capitis crista, aduertendum est, inter has, pulchriores esse Cyprias, quarum duplex genus conspicitur, cristatum vnum, alterum

plano

XIIII. Anſer quadrupes cum Althea paluſtri.



XV. Columba quadrupes.



XVI. Columba quadrupes alia cum Cannabe.



plano capite. Inter Columbas cyprias plano capite aliquando nobis contigit conspicari vnam monstrificam, cui color ex amethestino erat candicans. Auis erat quodammodo bicorpor ex vna nimirum aluo par pedum emittens, cum duo reliqui pedes alteri corpori perfecto famularentur. Capitis colori amethistino alius color puniceus erat immixtus. Pedes pallidè rubescebant, & vngues nigricabant. Hæc in icone XVII. obseruatur, vbi pingitur vpa cum Araco. *Columbarũ Cypriarum differentia.* XVII.

In reliquo Auium genere cum omnes sint ouiparæ, nõ est in dubium reuocandũ quòd monstrosi partus aliquando contingunt. Nam tradit Aelianus, referente Porta in Magia naturali, sub quodam Rege auem quadricipitem visam fuisse. Idem Aelianus ex Apione prodit, Oeneo in meridie regnante, Gruem bicipitem apparuisse & aliquando Accipitrem tripedem obseruatum fuisse. Nos in præsentia monstrificam auem in genere Carduelium spectandam proponimus. Hoc autem genus auium cunctis notissimum esse arbitramur: quando quidem nulla est regio, ni fallimur, quæ hoc Auicularum genus nõ producat; vnde apud omnes Nationes in caueis passim alitur: hac de re in descriptione auis notissimæ, quæ semper ante oculos versatur, diu nõ elaborabimus, sed iconem Carduelis quadrupedis, quæ ad nostras peruenit manus, considerandam legentibus exhibemus in figura XVIII. vnà cum Carduo tomentoso. Nuper etiam Bononiæ accidit, vt Illustris Matrona ouum pauonis ex incubatione desumptum, & perforatum, curiositate ducta acu dilataret, sed quadrupedem, & bicipitem pullum conspicata, & monstroso pauone territa ouum cum pullo abiecit. *Lib. 2. c. 17.* *Accipiter tripes.* XVIII.

Causas defectus, & geminationis pedum in fœtibus Animantium indagare in præsentia quodammodo vanum esse videtur: posteaquam in Rubrica causarũ abundantiæ, & defectus partium inquiri possunt. Nihilominus in gratiam Lectoris, ne semper illuc confugere debeat, nonnulla tantùm peculiaria attingemus. Primò quoad defectum, Monstrosi Genitores in memoriam reuocandi sunt, qui aliqua parte mutilati quandoq; sed non semper monstrificos partus edunt. *Causa multiplicationis pedum.*

Vt plurimum tamen Authores causas partium mutilatarum non modò ad materiæ defectum, sed etiam ad languorem facultatis formatricis referunt. Etenim, cum pars seminis destinata ad procreationem membrorum deficientium destituatur temperatura, quam Natura partium procreandarum expostulat, tunc fœtus mõstrosi fiunt. Deinde, cum calore nimio vteri virtus illius seminis dissoluatur, quæ formationi alicuius partis erat dicata, tunc fœcunditate priuatur, consequenterq; monstrosæ ex illa portione seminis partes emergunt; cum tamen aliæ seminis portiones, suam vim retineant. Præterquamquòd, ad mentem Aristotelis, inter has causas immodicus calor seminis est connumerandus. *Semen fœcunditate priuatur.* *Lib. 2 de gen. An. c. 4.*

Tandem non sunt postponendi morbi, quibus aliquando fœtus in vtero correpti aliquam partem iam genitam amittunt, & hac ratione mutili redduntur. Immò reuocanda est in mentem angustia loci, propter quam interdum mutilatæ fœtuum partes euadunt.

Præterea causas multiplicationis partium Authores plerumq; ad vbertatem materiæ seminalis reducunt. Interea monstrosi genitores non sunt prætermittendi: cum id manifestarium sit in illa octipede equa, quæ nuper Romæ compressa octipedem pariter equam genuit; vt superius in iconibus monstratum fuit, quamuis postea id ex sententia Aristotelis non semper fit necessarium. Verumtamen vber materia cruribus, pedibus, & digitis conformandis dicata in plures portiones diuisa geminationem crurum, pedum, & digitorum producere solet. Licèt interdum materia seminalis copiosa, & ad fœtus geminos producendos destinata, ob angustiam loci, pedes multiplicat, reliquo fœtus corpore simplici: vti lector in Columbis postremo loco propositis conspicari potest, quæ biçorporem fœtum quodammodò repræsentant. *Materia copiosa seminalis quid præstet.*

Nisi velimus asserere gemellos fœtus in vtero materno ob vehementem aliquã concussionem quandoq; in vnum monstrum conglutinari, dum partes inferiores geminantur, & superiores vnum tantummodo corpus referunt. Hocq; in fœtibus humanis sæpè contingere arbitramur, quoniam hi fœtus in vtero situm non semper eundem seruant.

XVII. Columba Cypria quadrupes cum Araco



XVIII. Carduelis quadrupes cum Carduo Tomentoso.



Demum inter has causas fœtus excedentis penuria materiæ collocanda est, & quamuis hoc videatur absurdum: attamen hoc à veritate neutiquam est alienum: quandoquidem materia ad producendos duos fœtus, quoad quantitatem, inepta, quia pauca sit, & pro formatione vnius copiosa, tandem vnum tantummodo fœtũ, sed monstrosum gignit, dum crura, & pedes multiplicat, deinde partes superiores simplices generat, & sic deinceps illas causas in memoriam reuocare debemus, quę in Rubrica vniuersalium causarum memorauimus. *Inopia materię quid pręstet.*

HORRENDA, ET MALIGNA PEDVM IN FOETIBVS ANIMALIVM CONSTITVTIO.

A

PROCREATÆ sunt quandoq; à Natura tales in animantibus pedũ formæ, vt spectatores earum aspectu deterriti fuerint. Consultò omittemus Infantem in Saxonia natum inuersis pedibus, anno supra sesquimillesimum vigesimo quinto, vt Licosthenes diuulgauit, necnõ Homines à Diuo Augustino memoratos, qui apud Hipponem nati esse perhibentur lunatis pedum plantis, cum duobus digitis in vtroque pede. Item silentio inuoluemus pusionem natum anno supra sesquimillesimum sexagesimo quarto in Papauilla pago sex milliaribus distante ab oppido Guisõ, qui cruribus carebat, sed à dextra nate duo oblongi digiti nascebantur, & à sinistra pes imperfectus sine crure prodibat, & eius icon in capite quarto huius Historiæ monstratur. Imò relinquimus etiam infantem natum in Imperiali ciuitate Colonia, vt recitat Schenchius, anno salutis nostræ supra millesimum, & quingentesimum nonagesimo septimo, die secunda Maij, qui bene compactus erat, nisi quòd fœmura, pedesq; ab imò ventre ad extremitatem pedis coaluerant, digitis pedis sinistri omnino deficientibus, quorum loco regioni calcis eiusdem pedis sinistri massa quædam carnis adhærebat. Quoniam hi monstrosi partus in comparatione ad illos, de quibus acturi sumus nullius ferè sunt considerationis.

Lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 8.

Pusio cruribus coalitis.

B

Ad horridiores igitur pedum conformationes recensendas si accedamus, prima fronte incidemus in Textorem, qui narrat vetustissimum quendam nomine Maria superna corporis parte fuisse humana, & inferiori fuisse equina, quia cruribus equinis natũ esse perhibebatur: quamuis alij tradiderint hunc ideo cruribus equinis esse creditum, quoniam omnium primus equum conscendisse dicebatur: vtcumq; sit procreatio tamen crurum, & pedum Brutorum in fœtibus humanis non est prorsus explodenda. Siquidem Plutarchus ad mentem Aristotelis prodit puellam nomine Onoscelin ex Asina natam cruribus tantummodò fuisse asininis, reliquo corpore humano, ob Aristonymi Ephesii cum eadem Asina congressum. Insuper Peucerus promulgat, imperante Michaele Perpinaceo, fœtum humanum pedibus caprinis in lucem exiuisse. Item ex Cælio Rhodigino habemus, quòd apud Sybarim ex congressu Pastoris, & Capellæ, infans cruribus caprinis emersit.

C

Onoscelis.

L. 4. Chronic.

Præterea anno supra millesimum, & quadringentesimum nonagesimo tertio, puella inupra fœtum humanum cruribus, & pedibus caninis peperit.

I.

Hoc monstrum Cardanus, & Pareus memorant, sed primus omnium Licosthenes in opere Chronologico, vt in icone I. ostenditur. Non valde dissimilem fœtum anno salutis supra sesquimillesimum quadragesimo quinto, tradit Magius in Miscellaneis natum esse Auenione partibus supernis humanis, & infernis caninis: ideoq, Franciscus Galliarum Rex matrem cum fœtu concremari iussit.

D

Fœtus cum matre concrematus.

Item Volaterranus in Commentarijs Vrbanis scriptum reliquit, ætate Pij Tertij Pontificis Maximi, fœtum non valdè discrepantem à prædictis in Hetruria, ex muliere, vt ipse inquit, à Cane compressa, egressum fuisse, & propterea hanc, expiationis gratia, ad summum Pontificem fuisse delatam. Interdum etiã nati sunt monstrifici partus pedes alterius animalis habentes. Nam in Germania propè Lanferburgum oppidum, in finibus Heluetiorum ad Rhenum flumen situm, anno salutis supra millesimum, & ducentesimum septuagesimo quarto, puer pedibus anserinis à Conrado Licosthene natus esse perhibetur:

Puer pedibus anserinis.

II.

Nos hic damus monstrum hermaphroditicum cruribus, & pedibus aquilinis refertum, cætera humanum, quod fortè quia comprehendi non posset, Sagittis fuit

I. Infans partibus inferioribus caninis.



II. Monſtrum hermaphroditicum pedibus aquilinis.



fuit confossum. Icon est II. talis, qualem in Musæo publico inuenimus. II.

Non defuerunt quoq; belluini fœtus pedibus interdum humanis, & pedibus quandoq; animantium diuersi generis refertis: dum recitat Iacobus Rufus equam in Gallia à Ceruo subactam enixam esse pullum posterioribus cruribus, & pedibus cerninis, quem postea Ludouicus Galliarum rex a Possessore dono accepit. Pariter idē Author memorat partum equæ à Tauro compressæ in Heluetijs; fuit enim pedibus equinis, reliquo corpore tauro non absimili, idq; potissimum asseueramus, quoniam Ioannes Baptista Porta in Magia naturali retulit ex Gesnero, ad radicē montis Spelungi in Rhetia visum fuisse equum ex equa, & tauro progenitum. *L. 5. de concept. hum. cap. 3.* *L. 1. c. 9.*

E Solent Authores animal ex tauro, & equa procreatum Hippobouem appellare: quamobrem placuit iconem huius bestiæ pedibus monstrificis genitæ propalam dare, quæ iurè merito cornipes erat appellanda. Siquidem Natura in conformatione pedum huius animantis, quodammodo solipedes, & bisulcos producere voluit, & monstrosam pedum formaturam effecit, vt pingitur in icone III. vnà cum farfara, quam plantam Botanici vngulam caballinam appellant. III.

Posteaquàm de pedibus horrificis sermo habetur, nolumus silentio inuoluere partum felis horrendis pedibus editum anno salutis nostræ supra sesquimillesimum quinquagesimo quarto. Publicat enim Licosthenes in opere Chronologico, quod Basileæ aluit domi felem domesticam fœcundissimam, quæ postquàm octauum aetatis annum attigit, plerumq; monstrificos partus edidit, & contra naturam aliarum F matrum catulos editos deuorare cæpit. Itaq; inter alios catulos quos vnico partu in lucem emisit, inuentus est vnus duobus pedibus horrificis refertus, & quasi in spiram reflexis, vt in icone IIII. monstratur. IIII.

Plinius autē verba faciens de equo Cæsaris Dictatoris, qui alium dorso, præter ipsum, non recepisse traditur, pedes anteriores humanis similes habuisse prodidit, quibus verbis Plinius potius monstrosum, quàm ominosum equum descripsit. Tranquillus etiam descriptionem huius equi his verbis exarauit. C. Iulius Cæsar vtebatur insigni equo, pedibus ferè humanis, & in modum digitorum vngulis fissis, quem natum apud se magna cura aluit, cum Aruspices imperium orbis terræ Domino significate pronunciassent. Hic in figura V. demonstratur. V.

Neq; hoc alicui mirum videatur: quandoquidem anno supra millesimum, & sexcentesimo vigesimo nono, mense Iulio, in Patauina Ditione, prope oppidum G montis Ilicis, in Villa, cui nomen est Amolaradiena, referente Clarissimo Liceto, visus est felis, cum humanis cruribus, quæ animal parti posticæ adhærentia trahebat, & monstrum in Vrbē Patauinam delatum, tandem in flumen proiectum fuit. Etenim vxor cuiusdam Bubulci in prædicta villa post partum puelli optimè constituti hoc monstrum horrificum enixa est. *Felis cruribus posticis humanis.*

Hic etiam memorandū est monstrū pedum varietate horrificum, quod anno Christiparæ Virginis supra sesquimillesimum trigesimo primo in Ditione Episcopi Salceburgensis, nimirum in saltu, quem Amelsbergium vocāt, comprehensum est.

Erat enim, iuxta sententiam Licosthenis quadrupes, capite ferè humano, barbato, & cristato, pedibus posterioribus aquilinis, & anterioribus ferè leoninis, cauda canina, corpore gilvo in flauum declinante, feritatis insolitæ, homines fugiebat, & H latebras quæritabat, sed cum ad cibum capiendum, neq; cogi, neq; allici potuerit, paucos post dies interijt, eius icon est VI. VI.

Causas horum monstrorū multi eruditi viri, vt Pareus ad variam, & promiscuā seminum diuersæ speciei confusionem reducunt, dum monstra semihominis, & semi belluæ nascuntur: & æqualem reddi deformitatem prolis autumant, si belluæ diuersi generis congrediantur. Quapropter mirandum in modum inuehunt in homines, qui nihil Deum, & leges veriti, ita se se abijciunt, vt inter se, & pecudes nihil interesse existimant, dum cum illis permisceri audent. Nihilominus hanc sententiā prorsus amplecti non debemus; cum fieri non possit ad mentem Aristotelis, vt ex permixtione animalium specie, temperatura, & vteri gestatione valde discrepantium proles nascatur: Quare ad alias causas naturales erit confugiendum. *Causa prædictorum monstrorū.*

Itaq; Philosophus in Problematibus scriptum reliquit, ex semine corrupto interdum monstra prodire, sed per semen corruptum non prorsus putrefactum intel- *Lect. 4. probl. 13. & 14*

lexit

III. Hippobos pedibus monſtrificis.



IIII. Felis monſtroſis pedibus.



V. Equus pedibus anterioribus humanis.



VI. Monſtrum varietate pedum horribile.



lexit, ſed tantummodò illud, in quo virtus ſpeciei langueſcit, vnde poſtea vel totus fœtus, vel aliquæ eius partes à Genitoribus diſſimiles producuntur; nam quando virtus formatrix materiam fœtuum rectè diſpoſitam inuenit, tunc fœtum generanti ſimilem procreat, ſinſecus diſſimilem producit.

Imaginationis virtus.

Modò omittemus cauſas ab alimento, ab alimentali virtute, à morbis, & à parentibus mõſtroſis depromptas, de quibus vberius in Rubrica cauſarum vniuerſalium peractũ fuit. Cũ vt plurimũ horũ monſtrorũ generatio ab imaginatione vehementi prodeat. Nam quemadmodum contingit, vt mulier grauida rei deſideratæ imaginem fœtui imprimat, ita quoq; accidere poteſt, vt mulier humano impleta ſemine, ſi cum Cane poſtmodum permiſceatur, ex aſſidua cogitatione & metu pariendi Canis, partes etiam canis fœtui imprimat. Tunc enim non erit dicendum ex ſemine Canis partum prodijſſe, cum inter ſemen humanum, & caninum nulla conuenientia obſeruetur. Hanc cauſam in fœtibus brutorum etiam valere ſuperius aſſeueranimus: quandoquidem Cornelius Gemma retulit Canem accipitrino capite ex terrore huius auis natum eſſe. A

Monſtra Africæ.

Non negamus tamen ex Animalibus diuerſis conuenientis tamen Naturæ, & temperamenti monſtra exire poſſe, quoniam Ariſtoteles id in monſtris Africæ atteſtatus eſt; Immò in huiuſmodi animantibus monſtrificis, quando ſemen maris (ſi fuerit homo) in pareibus ſuperioribus fœtus vigorem habuerit, tunc partes ſuperiores humanæ reſultant, & ſi ſemen bruti in formatura partium infernarum, validè fuerit operatum, tunc infernæ monſtri partes belluinæ euadent. B

Angustia loci.

Quamuis interdum huiuſmodi monſtra ex duabus animantium ſpeciebus prodeuntia naſci poſſint ex duobus ſeminibus in vtero concluſis, quæ ob anguſtiam loci ad formandos duos fœtus dilatari nequeant, ſed ambo in vnum coaleſcent, & monſtrum horrendum naſcitur, vt in ſubiectis iconibus lector meditari poteſt. Dummodo ſemina aliquã conuenientiam habuerint.

Pariter dubio procul ex loci anguſtia ſelis horrendis pedibus videtur emerſiſſe: namq; materia pro formatura pedum conſtituta, cum non potuerit in illo ſitu dilatari, producta eſt in longitudinem, & pedes in ſpitam, ob loci commoditatem formati ſunt. Equus autem humanis pedibus natus eſſe creditur, quoniam materia vngularum in aluo adhuc tenella in plures partes fuit diuiſa, veluti ad digitos humanos conformandos: quamuis Antiquitas id ad omina, & auguria retulerit. C

DE MONSTROSA CVTIS FÆDITATE

CAPVT. VII.

VITIA cutis multos deturpantia fœtus aliquando à colore petuntur, D nimirum quando ex parentibus albis Aethiopes, & viciſſim quando ex Aethiopibus infantes albi oriuntur. Deinde ad hæc vitia reduuntur fœtus villoſi, qui natura ſua leues, & glabri eſſe debent, immo, & Eminentiæ quædam ex carne, & pelle integratæ, quæ aliquãdo ex cute hominis, & aliorum animalium dependent, & tandem inter hæc vitia laceratio, & nimia duities cutis fœtus recenſetur.

Fœtus albi ex Aethiopibus nati.

Quoad colorem cutis aduertendum, eſt quòd interdum ex Genitoribus nigris infantes albi, & viciſſim ex parentibus candidis fœtus nigri prodeunt. Quandoquidem prodidit Heliodorus Perſinam Aethiopię Reginam ex Hiduſte maritò pariter Aethiope filiam albo colore inſignem ſuſcepiſſe, quoniam in congreſſu fixis oculis, & intento animo, oppoſitam venuſtæ Andromedæ effigiem intueretur. E contrario narrat Hippocrates Principem quamdam mulierem, quæ alba erat, ex marito pariter

I. Infans Aethiops, & Virgo villoſa.



riter albo foboleꝫ nigram inſtar Aethiopis peperiſſe, vt in icone I. demonſtratur. Idq; inde originem traxiſſe perhibet, propterea quòd mulier concumbens oppoſitam Aethiopis imaginem meditabatur: hac de cauſa Hippocrates hanc matronam ab adulterij ſuſpicione liberaſſe dicitur.

Vis phantaſia.

Præterquamquòd aliquando contingit in hoc caſu ex authoritate Ariſtotelis, poſt plura genera parentum, ſimilitudinem reddi; huiuſq; rei exemplum in Helide manifeſtatur, quæ cum Aethiope permixta filiam Aethiop concolorem non peperit, ſed multò poſt ex eiuſdem filia infans Aethiopi emerſit. Pariter Niceus Poeta Byzantinus ex vtroq; parente candido in auum Aethiopem degenerauit. Hinc colligenda eſt ratio, cur proles interdum parentibus ſit diſſimilis: accidit enim ſæpèob allatas rationes, vt nepotes auis, aut proauis, non autem genitoribus aſſimilentur. Et quamuis huiuſmodi partus ſimpliciter conſiderati monſtroſi eſſe non videantur: nihilominus ad genitores comparati, quibus non ſunt concolores, monſtri nomine donandi ſunt.

Cur filij auis aſſimilentur.

A

Interdum accidit etiam vt totus fœtus flauo refertus colore in lucem egrediatur; idq; ab Icteritia prouenire opinamur. Sic etiam Diogenes Laertius monimentis mandauit nudatum Pythagoræ femur aureum appariſſe. Aelianus verò huius rei aſſertorem conſtituit Ariſtotelem his verbis. *Ariſtoteles dicit, à Crotoniatis Pythagoram Hyperboreum Apollinem cognominari, & hoc additille Nicomachides, quod aliquando eadem die, & eadem hora viſus ſit à multis, & in Metapontio, & in ludis Cretonæ ſurgere, vbi Pythagoras etiam femur aureum oſtendit*: Huius autem effectus cauſam adhibilem flauam à Natura in femur demandatam reducere poſſumus; cum huiuſmodi effectus, & affectus Icteritia nuncupatus ab huiuſmodi bile pendens, Aurago quoq; ab Authoribus appelletur.

Fœtus lutei coloris.

B

Aurago morbus.

Si conuertamus animum ad cutim villoſam, comperiemus homines copia villorũ inſignes, & partus longis villis obſitos in lucem prodijſſe. Primùs in ſacris Bibliis legimus Eſau hominem piloſum fuiſſe. Et maiolus in Colloquijs recitat, ex muliere glabra in oppido agri Piſani, cui nomen eſt Petraſancta, editam eſſe Virginem oblongis villis tectam, vt in icone I. conſpicitur.

Geneſ. c. 27.

I.

Authores autem huius effectus cauſam in imaginem Diui Ioannis Baptiſtæ cum pelle camelina de more picti referunt, cuius iconem in thalamo pendentem acrius mater intuebatur.

C

Villoſus etiam fuit ille partus vngulis inſtar vrſi armatus, qui, authore Licoſthene anno Salutis ſupra mille ſimum, & ducenteſimum octuageſimo ſecundo, ex illuſtri matrona in lucem egreſſus eſt, Martino quarto Pontifice Maximo Chriſtianum Orbem moderante, cuius iuſſu omnes Vrſi imagines in ædibus matronæ illius depictæ, fuerunt deletæ, manifeſto argumento receptæ imaginationis ab illis Vrſi effigiebus in conceptu. Hic puer villoſus in icone II. oſtenditur. Peucerus quoque, referente Licoſthene, hunc partum alio caſu videtur confirmare, dum prodidit anno ſalutis ſupra ſeſquimilleſimum quadrageſimo nono partum vrſinis pilis tectum à ſe viſum fuiſſe.

II.

Præterea Realdus Columbus fatetur ſe vidiſſe quemdam Hiſpanum pilis oblõgis obſitum, in omni corporis parte, præterquam in manibus, & in facie. Iulius Cæſar Scaliger meminit & ipſe cuiuſdam puſionis Hiſpani pilis candidis tecti, quem ex India aductum, vel ex parentibus Indicis in Hiſpania natum referebat. Item Henricus Galliarum Rex, authore Boſcio, Lutetiæ Pariſiorum, adoleſcentem nõ minus villoſum cane, litteris humanioribus inſtrui curauit. Nuper etiam in ſereniſſima Parmæ aula villoſi homines aliundè aducti alebantur, quorum icones in primo capite huius Hiſtoriæ collocatæ ſunt.

L. 13. de re Anat. c. 2.

D

Hominum villoſorum varia hiſtoria.

Cauſis villoſi partus exaratis addere poſſumus parentes villoſos, cum Natura ſemper ſtudeat effectus ſuis cauſis neutiquam diſſimiles procreare; ideoque adhuc Parmæ hirſutam prolem ex illis genitoribus villoſis viuere intelleximus. Deinde aliam cauſam naturalem recenſere poſſumus, nimirum craſſitiem, & copiam fuliginum, qua ſanguis maternus interdum redundat; ſiquidem hæc partus pilis obrutos generare poteſt, quemadmodum etiam homines corde piloſo inuenti ſunt, cum tamen illa pars præcipua omni pilorum genere prorſus carere ſoleat. Neq; fulcra hir-

Cauſa fœtus hirſuti.

ſutis

II. Puer villoſus inſtar Vrſi.



ſutis pannis tecta omittenda ſunt, in quibus proletariæ mulieres vt plurimum cubant, compilorum frequens aſpectus tenello partui ſimilem formam imprimere poſſit.

MONSTROSÆ CVTIS APPENDICES

NATVRA ex abundanti recremento, virtute formatrice valida, in fœtibus varias carnis, & cutis appendices, galeam, pallium, & capitium repræſentantes, & alias monſtrificas cutis eminentias formet, quæ poſtmodum ex carnoſa, & membranacea ſubſtantia integrantur; id autem ortum trahere ex vberi ſeminis recremento colligimus, quoniam mulieres huiuſmodi fœtum effundentes vix vllam ichoris, aut muci copiam emittit & infantes his membraneis inuoluti ſubſtantijs, dum naſcuntur cudens mortis periculum incurrunt, niſi quamprimùm ab huiuſmodi membranis liberentur. Hinc Leuinus Lemnius prodidit infantes interdum monſtroſos in auras vitales egredi, dum vitta quadam membranacea cucullum monachicũ æmulante capite tecto oriuntur: quamobrem, authore Guainerio, hoc fœtus membraneum inuolucrum maritos in adulterij ſuſpicionem aliquando traxit. A

Infantes membraneis ſubſtantijs inuoluti.

Demùm Obſtetrices, & aliæ mulieres clinicæ ex huiuſmodi vittis membraneis fœtuum rubicundis, vt Leuinus refert, bona, & ex nigricantibus mala præſagirè ſolent. Hinc natum eſſe illud gallicum prouerbium perhibent. *Il eſt nay coiffé*. nimirum natus eſt cucullatus, & adagium profertur de illo, cui ex ſententia omnia cadunt. Propterea obſtetrices, apud nonnullas Nationes, has vittas, & galeas fœtuum membranaceas caro pretio vendunt Aduocatis, quibus adiuuari opinantur. Immò olim Antiqui his virtutem admirandam attribuebant, quia M. Antonium huiuſmodi cucullo celebrem prodidit. Itaq; infans huiuſmodi galea indutus, vnà cum eadem à fœtu ſeparata in figura I. oſtenditur. B

Inuolucra membranea fœtuum ad quid.

I.

Præterea, annotante Fincellio, vt ſcribit Licoſthenes, anno Chriſtiparæ Virginis ſupra ſeſquimilleſimũ quinquageſimo tertio, Bremopyrgi Marchiæ vrbe natus eſſe perhibetur infans circumflua, laxa, & membranacea mole carnis ita indutus, vt ſago militari germanico tectus eſſe videretur. Nos huiuſmodi formam indumenti pallium appellamus. Huius infantis effigies in figura II. exhibetur. C

II.

Inſuper aliæ appendices, & eminentiæ carnis formam aliarum rerum repræſentantes in fœtibus obſeruatæ ſunt innumeræ. Schenchius meminit infantis venuſti, & elegantis, qui ſupra podicem appendicem inſtar farcuminis adnatam habebat. Item memorat puſionem natum Coloniæ, anno ſupra ſeſquimilleſimum nonageſimo ſeptimo, aſpectu pulcherrimum, niſi quòd in ceruice duas continuas appendices carnis, inſtar duorum ouorum, ex vtero matris retulerat.

Alia cutis Eminentiæ.

Similiter apud Subalpinos, referente Ambroſio Pareo, in Quiero oppido duobus milliaribus à Taurino diſtante, anno ſalutis ſupra ſeſquimilleſimum ſeptuageſimo octauo, die decima ſeptima Ianuarij, honeſta mulier edidit fœtum quinq; cornibus veluti arietinis refertum: præterea infans à ſumma fronte ad occiput, & totum ferè dorſum, oblongam carnis appendicem capitium mulieris æmulantem geſtabat: deinde circa collum alia ſubſtantia carnoſa tanquam collare ſubuculæ voluebatur. Præterquamquòd digiti manuum erant vnci, & poplites à genibus occupabantur: crus cum pede dextro rubeſcebat, cum reliquum corpus colore batico eſſet refertum. Hic fœtus magno clamore in lucem exiuit, cuius ad Principem ſubalp inorũ delati, vt teſtatur Pareus, varia tum Auliçorum, tum aliorum fuerunt iudicia. Effigies monſtri in icone III. exhibetur. D

III.

Præterea Stetini infans in lucem eſt editus anno ſupra ſeſquimilleſimum quinquageſimo quarto, qui habuit in vertice maſſam carnis, imaginem præbens teſtudinis, & in ceruice caudam carnoſam albeſcentem, ſed inſtar caudæ muris, cuius iconem Lector in tertio capite huius Hiſtoriæ inueſtigabit.

Hoc

I. Infans cucullatus, cum cucullo membranaceo à fœtu ſeparato.



II. Infans pallio carnoſo indutus.



Hoc etiam in loco recensendus est homuncio Indicus cum substantia carnosa ad pectus pendente: hic Bononia transiens anno supra sesquimillesimum nonagesimo secundo, tanquam monstrificus ad Clarissimum virum Vlyssem Aldrouandum ductus fuit. Statura erat semunciali, & inter os, & aurem dextram, duplicem carnosam molem habebat propendentem ad pectus, quarum vna nempe ori proximior erat altera breuior, & auri adhærebat. Item similis caro laxa in humerum deuoluebatur, & villis quibusdam erat tecta, sicuti, & aliæ. Sub mento, & circa initium thoracis alia maxima moles carnosa, & latissima enascens, & primò humerũ tegens deorsum pendebat per totum ferè ventrem extensa, deinde à mamilla ad axillam dilatabatur. Crassitudo molis carnosæ erat semidigiti, manibusque sursum attolli poterat, quia cuti, nonnisi in suo exortu, adhærebat. Præterea pars illa corporis, quæ ab huiusmodi materia carnosa, & membranacea tegebatur, admodũ calida persentiebatur: ideoq; credendum erat ventriculi coctionem ab huiusmodi calore iuuari posse. Hic homulus monstrificus in icone IIII. exhibetur spectandus.

Descriptio homuncionis Indici cum quadã eminentia carnis.

IIII.

Nuper etiam in ciuitate Olysiponensi antiqua Regum Lusitaniæ sede, anno salutis post millesimum, & sexcentesimum trigesimo octauo, ex honestis parentibus in lucem prodiuit infans armatissimus: quandoquidem variæ cutis, & carnis appendices, ratione figuræ, illa arma tutelaria repræsentabant, quibus se homines ad bellum profecturi munire solent, immo, eadem materia galeatus, & ocreatus erat: quapropter omnes spectatores in magnam traxit admirationem.

Puer arma tus natus.

Amplius varijs temporibus nati sunt pueri cum appendicibus carnis informibus, quemadmodum obseruauimus in illo puero Friburgi nato anno quinquagesimo post sesquimillesimum, obscæno vultu, cum mole carnosa, & dura in fronte, & occipite, cuius icon capite tertio huius Historiæ inquirenda est.

Item anno post millesimum, & sexcentesimum octauo Hagenoæ Alsatiæ referẽte Schenchio, infans masculus optimè constitutus ab vtero matris exiuit, præter labium superius, in cuius interstitio caruncula instar proboscidis erat adnata. Similiter anno post sesquimillesimum nonagesimo tertio mense Septembris, emersit in lucem puer cum portione carnis circa collum, & alia carnosa mole supra caput. Tiguri quoq; Hermaphroditus est editus, anno post sesquimillesimum decimo nono, qui circa vmbilicum rubram carnis massam habebat.

Cæterùm animaduertendum est, quòd aliquando hæ cutis appendices cum fœtibus etiam belluinis in lucem prodeunt. Siquidem anno post sesquimillesimum quinquagesimo primo, vt annotat Licosthenes, in vico Turingiæ natus est vitulus sextipes cum massa carnis ex lateribus dependente. Neque reuocandum est in dubium has omnes fœdas cutis appendices ex pergamento, seu recremento materiæ seminalis generari, quæ postea iuxta variam materiæ dispositionem, varias etiam figuras sortiuntur, vt paulò ante fuit expositum.

Appendices carnis in fœtibus brutorum.

CVTIS

III. Monſtrum capitio carnoſo.



IIII. Homuncio cum ſubſtantia carnoſa circa pectus.



CVTIS NATVRALIBVS MONSTROSE FÆDATA VVLNERIBVS.

A

VLNERA naturalia vocantur in Teratologia, quæ à Natura fœtibus adhuc in vtero existentibus infliguntur. Quandoquidem, ex Licosthene habemus, quòd anno salutis post sesquimillesimum quinquagesimo sexto, mulier Basileæ enixa est infantem, adeo scissis naribus, vt inde cerebrum facilè conspici posset. Immo Clarissimus Trincauella non paucos infantes diffissis labijs natos se vidisse fatetur, qui postmodum adulti non parum in sermone deficiebant. Similiter Licosthenes Basileæ conspicatus est puellum, anno post sesquimillesimum quinquagesimo septimo, qui natus erat cum foramine in occipite veluti pugione facto, ex quo sanguis paulatim dimanabat: hac de re fœtus paulò post ortum obijt.

Vulnera naturalia quæ.

Insuper Schenchius memorat, quòd anno salutis sexto post millesimum, & sexcentesimum, Hagenoæ obseruatus fuit puer monstrosus, qui aliquot dies superuixit, cum tamen supra vmbilicum foramen patulum, & rotundum ad intimas ventris partes penetrans, quasi pugione cõfossum haberet: quocirca quæ hauriebat, alimẽta, atq; etiam excrementa per hoc naturale vulnus confestim effluebant.

B

Puer natus aperto ventre.

Meminit quoq; Licosthenes pusionis nati Venetijs ore plurifariam scisso, qui ob alia multa fœdiora, non fuit propalam conspectus. Iterum Licosthenes memorat alium puellum Mysenæ natum diuiso in fronte cranio, veluti gladio separato. Similiter Genuæ anno Salutis quinquagesimo quinto post sesquimillesimum, mulier quædam Galla infantem peperit Hermaphroditum, cuius intestina per apertum dorsum tanquam per vulnus exibant: quemadmodum etiam in Ploa Vortlandiæ visus est infans recenter natus, ita aperto ventre, vt omnia viscera apparerent.

Partus aperto dorso natus.

C

Hactenus de membris peculiaribus fœtuum vulneratis dictum sit: sed maius se se offert spectaculum, quando totus cutis ambitus laceratus apparet in infante ab vtero egrediente. Id contigit in Saxonia, mense Februarij, anno Christiparæ Virginis quadragesimo quinto post sesquimillesimum; vbi quædam mulier effudit partum aspectu valde horrificum, corpore quidem integro, & rectè compacto, præter cutem, quæ tota vulnerata, & lacerata esse videbatur, excepto capite fœtus oblongo, & quasi turcico pileo redimito, vt recitatur à Licosthene, & obseruatur in icone I.

I.

Iobus etiam Fincelius, referente Licosthene, bestiam quamdam, cute admodũ scissa, natam esse tradit: fuit enim equus, qui in Marchia non procul à Regio monte valde monstrosus in lucem prodiit, nempè anno supra sesquimillesimum quinquagesimo, quinto; quoniam membranacea substantia caligas, & thoracem formabat, quibꝰ bestia induta esse videbatur, deinde tota pellis scissa, & lacera erat vt in icone II. apparet: hanc igitur lacerationem naturalem possumus appellare, cum Natura illam in aluo materna moliatur.

D

II.

Lib. 2. de Gen. An. cap. 4. Causa.

Quoad causas scripsit Aristoteles seminali excremento talem inesse calorem cui cumq; corporis parti valdè idoneum, qualem vnumquodq; membrum expostulat, qui si aut deficiat, aut excedat, tunc pars generanda vel deterior vel læsa redditur. Hinc coniectandum est aliquando ob inopiam huius caloris facultate formatrice debilitata, membra læsa procreari.

Parentes etiam monstrosi horum fœtuum in causa esse solent, dum plagis laborantes congrediuntur, & fœtus sibi similes procreant. Quamuis huc referẽda sit angustia loci, & frequens motio partus, seu inordinatus grauidæ mulieris motus, quæ omnia membra infantium tenella mirum in modum lædere possunt.

Ab-

I. Infans cute lacerata.



II. Equus cute lacera.



Ab his causis non sunt arcenda mulierum purgamenta, quæ tempore conceptionis fluunt. Quandoquidem si Genitores hoc tempore in prolem incumbant, impendet periculum, ne monstra huius generis procreentur. Hæc enim fuit opinio Clarissimi Parei, & aliorum doctissimorum Virorum, quia, dum sanguis impurus huic massæ permiscetur, fieri non potest, quin aliquis monstrosus partus, & potissimum plagis affectus emergat. *Purgamēta mulierum quid operentur.*

Demum Parentum imaginatio siue vigilantium, siue dormientium in tenello partus corpusculo valdè operatur eo potissimum tempore, quo membrorum fabrica constituitur. Etenim si mater aliquem multis confossum vulneribus viderit, vel sibi gladij aciem imminentem obseruauerit, fœtum vndiq; lacerum, vel aliquo tantùm in loco confossum parere potest. Insuper generantur plurimi scissis labijs ad formam oris leporini, eoq; affectu, & ore fœdo pusiones crescunt, quia ex terroribus, aut subitis leporum aspectibus matres vtero gestantes perturbentur, aut quoniam esum leporis auidius appetant. Equum postea laceratum, & superius monstratum potius ominosum quàm monstrosum fuisse asseueramus. *Imaginatio nis vis.*

MONSTROSA CVTIS DVRITIES.

INTER cutis dehonestamenta asperitas, & durities collocantur, quia pellis, cum sua natura leuis esse debeat, aspredinem, seu duritiem sibi à natura nanciscatur, proculdubio non naturalem sed monstrosam formam acquirit. Idq. magis admirandum erit, si cutis vnà cum fœtu in vtero lapidescat. Nam quid simile accidisse Agendici Senonum, quæ Celticæ est metropolis, Ioannes Georgius Schenchius recitauit, & similem fœtum ab effectu lithopædion appellauit. *Lithopædion quid sit.*

Hic fœtus à matre defuncta exemptus fuit, & eius situs in vtero, erat penè sphericus, facie ad thoracem affixa, sublatis ad nates genibus, ideoq patulæ, retusæ, & resimæ conspectæ sunt. Ossa capitis tenuia, & firma, nec non instar cornu nitentia, cute capitis multis in locis pilosa, caput in sinistrum brachium ita procumbebat, vt à protuberante humero auris, & os occipitis impellerentur, quia ea in parte cauata cernebantur. Cubitus ad summum humerum reflectebatur, porrecta sola manu, quæ in pugnum erat contracta, & summi digiti ita palmæ adhærebant, vt licèt apparerent inter se distincti, nihilominus in vnum, & idem lapideum corpus concreuerant. Dextrum brachium ad vmbilicum extendebat manum: femur, genu, tibia sinistra dextris incumbebant, quibus tamen erant ita implicita, vt indissolubili nexu colligarentur. Vtrumq; crus in ventrem, & pectus reflectebatur, & certissimam fœminei sexus notam tegebat. Tibia vtraq; ad nates intorquebatur, pedibus, & pedum digitis ita inter se compactis & lapidefactis, vt quis dixisset fuisse opus alicuius cælatoris, qui vel ex ebore, vel ex marmore absolutissimam fœtus iconem expressisset. *Situs infantis lapidei in vtero*

Præterea partes internæ, nimirum viscera omnia cor, & cerebrum erant naturaliter constituta, præterquamquòd nimiam duritiem erant adepta, sed minorem, quàm externa, itaut hodie quoq; hoc corpusculum à putredine, & terredine intactũ seruetur.

Historia autem fuit hæc. Mulier Senonensis nomine Columba Chatry, quæ Ludouico homuncioni, quadrato tamen, & benè constituto sartori nupserat. Hæc ante annos viginti octo, quæ nunquam antea vterum gestauerat, licet iampridem nupsisset, certissima habuit inchoati fœtus indicia. Nam quæ statis periodis erumpere solebant purgamenta, statim suppressa sunt. Pica primis mensibus laborauit, tempestiuum fœtus motum, & frequentem persensit, tumorem lumborum, & mammarum incurrit, & tandem lapso gestationis vteri curriculo, graues puerperij dolores sentire cœpit, suppressa aliquot dies vrina, quæ tandem magna vi erupit, profuso etiam illo ichore, qui parituram præcedere solet, mammæ conciderunt, *Pica morbus grauidarum.*

motus infantis cessauit, & dolores facti sunt mitiores. Quibus omnibus attonitæ fuerunt Obstetrices, quæ certissimum puerperium expectabant.

Patiens ludibrio huius fœturæ oppressa, triennium decubuit assiduè conquerens de tumore, de duritie, & de torminibus aluj: necnon de graui illo pondere, quod ob varium motum, modò in hanc modò in illam partem decumbebat: hac de re hunc tumorem quibuscumq; medicis, & Chirurgis tractandum exhibebat: ideoque se aliquo maleficio laborare asserebat.

Tumor durus in vtero

Postquàm defuncta fuit, accersiti fuerunt Medici, & Chirurgi, qui aperto mulieris abdomine, scirrhosum tumorem inuenire putabant, & nouacula secando portentosam, & gypseam molem inuenit; siquidem infans ille in orbem complicatus in lapidem conuersus erat. A

Causa autem huius lapidescentis fœtus referri potest in intemperiem, & praua materiæ dispositionem, quia hic fœtus lapideus non ab alia potuit prodire causa quàm ab illa, ex quâ in humano corpore lapilli procreantur. Hæc autem causa solet esse duplex, nimirum materia crassa, & densa, necnon calor, seu frigiditas excedens: quandoquidem calor partes tenuiores dissoluit, & crassiores in duram materiam conuertit. Pariter in articulis podagricorum materia dura, & tophacea cõcrescit, quæ postea per abscessus egreditur, vel opera chirurgica extrahitur. Ita fœtus in vtero lapidescens non aliunde traxit originem, quàm ex materia generationi destinata, quæ crassa, viscida, & terrestris fuit, in quâ vteri intemperies iustò calidior agens, & partes tenuiores dissipans in lapidem condensauit. Quamuis etiã matricis constitutio iustò frigidior partes tenuiores possit exprimere, & crassiores, duras, densas, & lapideas reddere. B

Causa fœtus lapidei

DE MONSTRIS CAVDARVM.

CAPVT OCTAVVM.

C

Inprocreandis animantium caudis, Natura quandoq; in talia incidit impedimenta, vt cogatur, veluti in fabricandis alijs partibus expositum fuit, aut nullam producere, aut illam addere animanti, cui nõ competit, aut caudas alterius speciei animalis alteram speciẽ deturpare, aut caudas deformare, vel denique illas in animalibus multiplicare.

Cunctis notissimum est homines cauda carere; nihilominus Annales Anglorum recitant quondam in illis Regionibus paruulos cauda insignes esse natos, sed hoc miraculo adscribendum esse arbitramur; cum scribat Ioannes Maior in Historia Scotorum, quòd Diuus Augustinus ad Rochestriam transiens, à Diuo Gregorio Magno in Angliam fuit missus, vt Dei Euangelium disseminaret; sed Vulgus, ad irrisionem, caudas piscium in virum iustum proiecit; vnde deinceps paruuli caudati in pœnam criminis oriebantur; cum tamen hac tempestate homines caudati illic non oriantur, cum tantummodò hoc ad tempus supernaturæ patratum fuerit vt illa gens incredula Doctori fidem præstaret. In Hispania quoq; teste Eusebio Iesuita, alia gens caudata fuit.

l. 2. de gest Scot.

D

Gens cauda tenus

Verùm hæc omnia intenda sunt, quæ à causa naturali neutiquam pendent, vt naturales effectus meditemur. Meminimus in capite tertio huius Historiæ exhibuisse iconem fœtus bicipitis caudati. Præterea in capite pariter sexto proposuimus spectandam iconem infantis cum cauda piscis; ideoq; cum Horatio canere poteramus.

Desinit in piscem mulier formosa superne.


Verumtamen hic versus Poetæ in memorato fœtu veritatem assequi non poterit, quoniam partes superiores illius fœtus erant admodum deformes. Schenchius quoq; exhibet iconem pusionis Coloniæ nati, anno post sesquimillesimum nonagesimo

mo septimo, qui præter multas partes mostrosas suo loco enarratas, in parte posteriori supra podicem caudam fusilem gestabat. *Fœtus cum cauda fusila.*

In Brutis sæpius caudas monstriferas obseruauimus. Meminit enim Licosthenes equi in villa Pomeraniæ nati, anno post sesquimillesimum quinquagesimo quarto, capite horrendo, auribus pendulis, labijs inflexis, collo obliquo, & iuba impexa, cui tandem loco caudæ alta crista erigebatur. Insuper Vituli cauda agnina, & vicissim Agni cauda vitulina nati esse perhibentur. Item Gallus cauda quadrupedis in secundo capite huius Historiæ fuit monstratus. Rursus in Villa quadam Thyringica ad Vnstrum ex Licosthene Bufo caudatus conspectus est. Et vir fide dignus E rerumq; naturalium diligens indagator ranam cauda insignem aliquando visam esse retulit. *Rana caudata.*


Tandem serpentes omnes caudis oblongis, & teretibus naturaliter referti sunt. Hinc tamen non fit, quin aliquando monstrosa serpentis cauda, nempe compressa visa sit. Meminimus enim vidisse iconem serpentis (si tamen vera est) ni fallamur, in Tabula Bembi, qui serpens aliorum naturam minimè sequi videtur, quoniam post collum corpus valdè latum habebat, figura ferè ouali, cauda tamen admodum compressa, vt in icone I. lector meditari potest. I.

I. Serpens cauda compressa.



H Hactenus de praua caudarum conformatione actum sit: modò de earumdem geminatione, & multiplicatione nonnulla sunt ponderanda. Etenim, licèt Vitulis Agni, & Canes, duabus caudis referti raro obseruentur: nihilominus in alio animantium genere, nimirũ in Lacertis caudarum multiplicatio sæpe conspicitur. Namq; Lacertas bicaudas, tricaudas, & quadricaudas conspicati sumus, quas Vulgus posteà insulsissimè ludo fauorabiles prædicat. Has autem caudas à nulla alia causa prodire posse, nisi ab ouis dilecytis Ioannes Baptista Porta in Magia naturali opinabatur. His lacertas monstrificas in icone II. spectandas Lectori exhibemus. Sed inter alias magis admirabilis fuit lacerta quadricauda, quæ anno post sesquimillesimum nonagesimo sexto nobis dono data fuit: etenim longior cauda tres alios ramusculos producebat. Quapropter hoc animal monstrificum ex vbertate materiæ natum esse existimauimus, & potissimum quoniam cæteræ corporis partes iusto erant grandiores. II.

II. Lacerta bicauda, tricauda, & quadricauda.



III. Lacertus viridis cauda duplici III



IIII. Effigies ſpolij lacerti viridis cauda geminata.



In genere Lacertarum quædam species recensetur quæ Lacertus viridis, seu Lacerta maior appellatur, quoniam in comparatione ad vulgarem Lacertum duplo, vel triplo maior esse videatur. Græcis σαῦρα χλωρα, & Nuperis χλωροσαῦρα propter colorem viridem cognominatur. Bononiæ Liguoro, quasi Ligur dicitur, forte quia in Liguria animantes huius generis frequentiores proueniant. Syluaticus postea hunc lacertum ophiomachum à superandis, & impugnandis serpentibus indigitat, nec præter rationem, quandoquidem hæc bestia naturali instinctu serpentes adoritur, & cum illis acerrimè prælıatur, cum turicolæ hunc à Serpentibus saucium sæpè obseruauerint. Itaq; ex hoc genere animantium vnus cauda monstrosè bifurca ad nostras peruenit manus, quam delineatum Lectori exhibemus in icone. III.

Ophiomachus lacertus qualis.

III.

Et quoniam hoc animal ob venustatem summopere placebat, fuit exenteratum, & diligenter exiccatum, quod adhuc in Musæo publico appensum seruatur. Quocirca huius etiam spolij exiccati effigiem in musæo inuentam ob caudam geminatã proponimus in icone IIII.

IIII.

Circa causas diu non esse immorandum arbitramur, quoniam hæ causæ peculiares ex vniuersalibus superius explanatis eliciendæ sunt. Namq; si defectum caudæ respiciamus, sæpè conspicabimur canes cauda carentes alios sæpius sibi similes procreare: quamobrem hæc causa coincidet cum illa, in qua de genitoribus monstrosis differebamus. Nisi velimus hunc effectum ad inopiam materiæ, & ad formatricem labefactatam referre; quæ omnia in causa defectus caudæ esse possunt; licet interdum citra materiæ inopiam, & virtutis operantis languorem huiusmodi monstrosi effectus generentur, quia materia ad formam talis partis suscipiendam est inepta.

Causæ defectus caudæ.

Si quis autem scire cupit causas, propter quas aliquando cauda humano fœtui monstrosè additur, ad causas fœdarum cutis appendicum confugiendum erit.

Circa geminationem caudarum Ioãnes Baptista Porta in Magia naturali, ponderans multiplicationem caudarum in lacertis, fatebatur fieri posse, vt hic effectus ex ouis dilecythis dimanaret διλήκυθος Græci vocant vas geminum, seu duplicem ampulam: ideoq; volebat inferre interdum duo ouа copulari duplicem ampulam referentia, quæ geminatas caudas procreare possunt. Quamuis etiam materia cõformationi caudæ destinata in duas vel tres partes diuisa hanc caudarum multiplicationem producere valeat.

Lib. 2. c. 17.

DE FOETIBVS AB VTROQVE GENITORE DEGENERANTIBVS, CAPVT NONVM.

HAVAMVIS multi fuerint Authores, qui monimentis mandauerint partus Genitoribus dissimiles non esse inter monstra collocandos; nihilominus facere non possumus, quin monstrosos fœtus appellemus illos, qui naturæ Genitorum non sunt consimiles nostraque ratio ex problematibus Aristotelis deducitur: vbi Philosophus inquiens, cur proles humana ex humano prodiens semine nostra appelletur, & vicissim dissimilis, licèt ab humano vtero prodeat, nostra minime nuncupetur. Respondet hoc inde oriri, quoniam fœtus ex perfecto, & incorrupto emergens semine nobis assimilatur, consequenterque soboles nostra potest appellari. Quod autem ex corrupto semine producitur, dissimile est, consequenterque ad humanam sobolem non est referendum, sed prorsus monstrosum erit iudicandum: verba Aristotelis sunt hæc. *Quod si ex rebus nostris solo semine natum animans sit, vel id quod ita prouenerit, proles id esse nostram putamus; vbi, vel foris putruit, vel corruptum in vtero est, vt qua mu-*

Sect. 4 prob. prob. 13.

monstra appellamus, prolem id esse nostram haudquaquam dicendum est: cum enim ex corrupto creatur semine, non insuper ex nostro creatur, sed ex alieno; quemadmodū quod excrementis constiterit, vt quod ex stercore: omnia verò huiusmodi ex corrupto creari semine hinc iudicatur, quod ex non corrupto creari tale Natura haud vult, quale illud est, de quo semen genitale prouerit, Exempli gratia si de equo equus, & de homine homo.

Præterea huiusmodi fœtus Genitoribus dissimiles ad Genitores postea comparati non mediocrem spectatoribus pariunt admirationem, qua conditione monstra carere non debent. Quapropter Ouidius (licèt fabulosum sit) Alcidamantem admiraturum introducebat, dum ex corpore filię columbam exeuntem obseruabat his versibus.

Lib. 7. Metam.

At pater Alcidamas placidam de corpore natā
Miraturus erat nasci potuisse columbam.

Itaq; fœtum non humanum in vtero mulieris procreari posse est certissimum: quandoquidem id multæ Historiæ in Rubrica Præsagiorum recitatæ testificantur. Deinde huic sententiæ multi Doctores, & experientia fauent. Præterquamquòd Aristoteles in Historia Animalium scriptum reliquit, alios fœtus patri, alios matri, alios consanguineis, alios verò abijsdem prorsus dissimiles procreari, qui postremi inter partus monstrificos erunt connumerandi: hinc colligendum erit monstrum nō humanum ab humana aluo exire posse.

Varia in vtero mulieris generantur.

Præterea Cælius Aurelianus, Marcellus, Pareus, & alij nuperi Authores fide digni retulerunt mulieres fuisse, quæ mures, bubones, talpas, echinos, ranas, lepusculos, feles, astacos, erucas, polypos, hirudines, lacertas, serpentes, porcellos, & elephantes, aliquando cum fœtu, & interdum sine fœtu pepererunt. Etenim anno Mundi octingentesimo septuagesimo quarto supra tria millia, & ante partum Christiparæ Virginis octuagesimo nono, inter initia belli Marsici, Alcipe mulier peperit elephantem, & quædam ancilla serpentem, sicuti Licosthenes admonuit.

Leo humana facie.

Nos verò meminimus legisse honestam quamdam matronam fœtam subito gliris occursu perterrefactam, loco humani partus, glirem enixam esse. Et Conradus Licosthenes recitat historiam mulieris, quæ in agro Constantiensi leonem peperit, sed hoc animal erat humana facie refertum: hac de re ad hunc locum spectare non videtur, cum hic partus à parentibus prorsus non degeneret. Verùm idem Author alibi meminit nobilis matronæ, quæ in Argoa Heluetiæ leonem valdè similem fœtui leonino enixa est; quem partum contigisse anno salutis post millesimum ducentesimo septuagesimo octauo Stumphius in Chronicis Heluetiorum recenset: quamuis alij Historici in aliud tempus hunc partum reiciant.

Monstrum forma cacodæmonis.

Pariter, ex Ioanne Georgio Schenchio, Margarita Herkelin ciuis Passauiensis, anno salutis post sesquimillesimum nonagesimo, monstrum ab humana natura prorsus dissimile in lucem edidit, quod fuit tetrum animal formam potius Cacodæmonis, quàm alterius belluæ repræsentans, quòd statimatq; ab vtero exiuit, conclaue velocissimo cursu perrexit: ideoq; mulieres cliniçæ, conuocatis in subsidium vicinis, comprehensum interfecerunt;


Mulier peperit vipeream.

Insuper multæ mulieres canem enixæ perhibentur. Primùs id accidit Brixiæ, anno Salutis post millesimum, & quadringentesimum septuagesimo primo, & alia mulier Ticini felem peperit. Rursus anno Domini post millesimum, & quadringentesimum octuagesimo octauo, Maiolo annotante, mulier nupta duos edidit canes, & sequenti die tres alios, non tamen omnes viuos enixa est. Tandem Volaterranus se vidisse testatur diploma pontificium in expiatione mulieris, quæ canem pepererat.

Dinothus quoq; in Aduersarijs tradit, quòd impendente bello Syllano, mulier fœta pro infante, viperam in auras vitales edidit. Id accidisse refert Licosthenes anno mundi octingentesimo octuagesimo secundo supra tria millia, & ante partum Christiparæ Virginis octuagesimo quinto, & eodem anno in Hetruria Clusii, mater familias viuum serpentem ab vteroexclusit, qui iussu Aruspicum in fluuium deiectus auersa aqua natauit. Quocirca non erit admiratione dignum si Lucanus scripserit serpentem ab aluo mulieb̄ri in Vmbria egressum esse. Vnde de hoc monstroso partu Pocta loquens sic cecinit.

Matrem-

Bufo caudatus ab vtero mulieris egreſſus.



——— *Matremq; suus conterruit infans.*

Lib. 2. c. 8. Immò magis genitricem perterrefacere debuit Bufo, quem ex muliere natum recitat Vueinrichius, ad mentem Bodini, in opere Dæmonomaniæ, vbi mulier Bufonem enixa dicebatur apud Laodunum, quem admirata obstetrix, & cæteri, qui aderant, horrore quodam correpti sunt: erat enim Bufo alijs dissimilis, quem postea multi in ædes Præfecti delatum conspicati sunt.

Diuulgat etiam Licosthenes, quòd anno salutis post sesquimillesimum quinquagesimo tertio, in villa quadam Thyringica, mulier bufonem caudatum peperit vt in icone conspicitur.

Bufo caudatus ab vtero mulieris egressus. Quamuis ante hoc tempus, nimirum anno salutis nostræ post sesquimillesimum trigesimo primo, ex eodem authore, Augustæ Vindelicorum, mulier serpentem bipedem, & porcellum enixa sit. A

Quod hactenus de partu dissimili in humano genere obseruauimus, in brutis quoque licet meditari: namq; ex Schenchio, in agro Senogalliensi Piceni, Vacca serpentem miræ magnitudinis edidit, capite crassiori, collo oblongiori, & corpore canimili, sed rotundiore. Hunc editum cum bos conuersa respexisset, quasi exterrita magnum edidit mugitum. Interim serpens cauda posterioris vaccæ pedibus circumdatis, os ad vbera admouit, tandiuq; exugit, donec lac defecerit, deinde

Bos enixa est serpente boue relicta ad vicinas syluas aufugit. Vbera autem, & illa pars crurum, quam serpentis cauda tetigerat, veluti adusta, & nigra permanserunt. Hoc Pastores se vidisse affirmarunt (quia in armento bos versabatur) immò ab eadem boue paulò post vitulum esse egressum narrarunt. B

Bahuinus quoq; in Appendice ad Rousserum diuulgat hanc Vaccæ historiam à Clarissimo viro Fælice Platero sibi communicatam, quæ sceleton vna cum vitulo enixa est, quoniam Vacca difficultate partus impedita, cum fœtum conceptum parere non posset, nihil grauius passa, post tempus aliquod, rursus concepit, & exacto tempore, vitulum viuum, & sceleton prioris vituli peperit. Mirandum est potuisse fœtus corruptionem à vacca perferri, & denuò, ossibus prioris vituli retentis, concipere: Verùm hoc monstrum non prorsus dissimile genitrici videtur; propterea quòd, quamuis non esset vitulus, ossa tamen vituli esse ferebantur.

Sed prorsus admirandum, & matri dissimile fuit monstrum ex vacca natum in Burgies Hispaniæ loco, anno salutis post sesquimillesimum nonagesimo septimo, C

Vacca duo fœtus. vt Ioannes Georgius Schenchius promulgat. Vbi vacca marem, & fœminam humanos fœtus suis membris rectè formatis distinctos enixa traditur. Hoc cunctis, & stupori, & metui fuit maximo: quocirca Archiepiscopus illius loci huiusmodi fœtus ad sacri fontis lauacrum admittere noluit.

Insuper Ludouicus Cœlius scribit, referente Parco, se legisse in probato quodam authore, aliquando ex oue natum esse leonem inæqualis planè, & inimicæ cõditionis animal. Tandem Ioannes Baptista Porta in Magia naturali pronunciauit se Romæ vidisse canem ex lupa procreatum, qui partus non videtur esse admodum admirandus; cum inter lupum, & canem non magnum discrimen cadat. Sunt enim hæc animalia diuersæ quidem speciei, sed solent esse illa, ex quibus prodeunt animantes, quæ bigeneres, & tertiæ speciei esse nuncupantur.

L. 1. c. 6.

Horum monstrorum causas inquirentes, si petamus Cælium Aurelianum: is cum D Platearius scriptis mandarunt mulieres cum fœtu humano interdum Bufones, & alia huius generis animantia eniti, sed huius monstrosæ conceptionis causam non assignant. Docet quidem Platearius illa præsidia, quæ ad menses prouocandos commendantur, educere quoq. Bufonem fratrem Salernitanorum: quemadmodum alij Lacertum fratrem Longobardorum cognominant: cum mulieres Salernitanæ fœ-

Animalia cum fœtibus humanis in lucẽ egressa. pius Bufones, & Lõgobardæ lacertos vnà cũ fœtibus enitãtur. Idcirco Salernitanæ in cõceptionis initio succũ apij, & porri bibũt, vt huiusmodi animal interimãt, antequã fœtus humanus viuiscat. Alioquin de præsidijs ad educẽdas, vel necãdas in vtero similes bestias, legenda sunt carmina in fontes spadanos conscripta; quæ sic se habent.

Pronocat illa igitur muliebria menstrua pridem
Suppressa, & nimium fœtibus vbi illa fluunt.

Ventri-

Ventricola fœti necat vermes, pellitq; per alui
Lubrica, dejectis quæ via nota cibis.
Quin, & paulatim putridis de mensibus ortos,
Serpentes uteri projecit illa sinu.
Monstra lacertarum fœdam referentia formam
Longa (Nefas) unum non minus atra pedem.

Huiusmodi animantes in muliebri utero generari non est difficile, cum notum sit ex feminarum purgamentis in terram proiectis, & vlteriorem putredinem acquirentibus, & serpentes, & bufones procreari. Hinc Ioannes Baptista Porta in magia naturali monimentis mandauit posse etiam in utero similia animalia gigni, quoniam purgamenta retenta ad altiorem putredinis gradum accedunt. Id igitur contingere solet mulieribus impuro sanguine ob prauum victum redundantibus. *Lib.2.cap.4*

Nisi velimus causam huius monstrosi partus non in primum, sed in secundum semen emissum referre. siquidem nobis persuademus ex primo Semine in uterum deposito partum undequaq; integrum resultare; cum deinceps error à secundo semine proueniat, quod excellentem nactum putredinem aliquod absurdum animal procreat. quare Mattheus de Gradi in parte secunda ad Almansorem scripsit quoddam ex matrice mulieris exiuisse, & euolasse. *Varia in vtero mulieris genita*

Demum congressus nefandus, nempe humanus, & belluinus ab his causis non est remouendus; nam, quamuis Philosophus hunc admittere aliquo in loco non videatur, nihilominus alibi scriptum reliquit animantes diuersæ speciei tempus grauiditatis aliquo modo æquale habentes, si congrediantur, procreare posse. Præterquàquod Plutarchus philosophus non vulgaris pronunciauit, ex permixtione hominis, & equæ suo tempore venustam infantem natam esse. Præterea dispositio vasorum partum respicientium est consideranda; siquidem uterus vaccinus, quoad locum, humani fœtus capax esse potest. Alias deinde causas huius generis potest Lector in Rubrica causarum vniuersalium inquirere

DE MONSTROSA ANIMANTIVM STATVRA.

CAPVT DECIMVM.

QVANDO monstrosam animantium staturam hoc in loco memoramus non proceritatem Gigantum, neq; paruitatem Pygmæorum intelligimus, qui fermè ex natione Gigantum, vel Pygmæorum procreantur; cum de his in capite primo huius Historiæ verba fecerimus. Sed staturam cuiuscumq; animalis insolitam, siuè ad paruitatem, siuè ad magnitudinem inclinante sermonem habemus; qui partus ex Genitoribus consuetæ, & vulgaris staturæ orti, & crescentes similem staturam non adæquant, vel illam superant. Similes enim fœtus magnam admirationem spectatoribus pariunt.

Consultò igitur prætermittemus pusiones cum magnis capitibus natos, qui in Rubrica fœditatum capitis sunt collocandi. Scimus enim ex Licosthene, quòd in agro Piceno, anno post millesimum, & quadringentesimum septuagesimo secundo, natus est infans facie magnitudinis insolitæ, & Clarissimus Licetus fatetur se vidisse Patauij, anno Salutis post millesimum, & sexcentesimum vndecimo, puellũ quadrimum maximo capite, nulla ad reliquum corpus proportione. *Fœtus magno capite.*

Modò, vt ad rem nostram redeamus, Valentiniani temporibus, duo homines quoad staturam monstrosi fuerunt inuenti, quorum alter in Syria supra omnes viros eminebat, & alter in Aegypto infra paruitatem incredibilem viuebat. Item Carolus Quintus Imperator cum Bononiam à Summo Pontifice Clemente Septimo

Homines Hatura gigantea.

diadema Imperij accepturus peruenisset, seruum à pedibus habuit monstrosæ magnitudinis, vt in capite primo huius libri relatum fuit. Et Ioannes Georgius Schenchius narrat se nouisse quemdã Antonii Francken origine Geldrum annũ nonum supra trigesimum agentem staturæ propemodum monstrificæ, quia longitudinem septem pedum superabat.

Pariter anno post sesquimillesimum quadragesimo nono, iuxta relationem Licosthenis, natus est puer in agro Tigurino, Ditione kiburgensi, Parochiæ Vuisnangæ, Maio mense, ex parentibus Ioanne, & Barbara coniugibus mediocris, & vulgaris staturæ. Hunc puerum Parochus loci Baptismo expiauit, & Henricum appellauit, cuius postea incrementum omnibus miraculo fuit: nam cum sex aetatis annos absoluisset, proceritatem adolescentis annorum quindecim æquabat, necnon crassitie, & corpulentia superabat, voce magna, genitalibus auctis, & pubertate hispida, neq; crescere desijs Annos quinq; natus ingentia onera baiulabat, & aratrum instar hominis adultimoderabat. Hunc omnes ciues Tigurini nouerunt, & Gesnerus se quinquennem vidisse testificatur. A

Andreas Hatura gigantea.

Non dissimilis partus nuper in Agro neapolitano, ex coniugibus vulgaris staturæ olitoribus in lucem prodiit, qui sacro Latice intinctus Andreas fuit appellatus, anno Salutis post millesimum, & sexcentesimum trigesimo primo mense Martio. Hic spatio sesquianni altitudinem octo palmorum cum proportionata corpulentia superabat, cui duarum nutricum alimentum non sufficere perhibebant.

L. 15. de ciuit. Dei cap. 23.

Quod hactenus de fœtibus masculis exposuimus, de fœmineis quoq; intelligendum esse arbitramur. Legimus enim, sub Iustino Thracę, mulierem quamdam è Cilicia fuisse aduectam admirandæ staturæ, quia supra quoscumq; homines integrũ cubitum eminebat. Memorat etiam Diuus Augustinus mulierem Romæ visam giganteę molis, antequam Vrbs excidijs Gothorum peteretur. B

Homuncio nes.

Ex altera parte nonnulli etiam visuntur monstrosi ob admirandam staturæ brevitatem: siquidem ætate Valentiniani, in Aegypto vir admodum pusillus conspectus est, & Suetonius Tranquillus testificatur Octauianum Augustum aliquando publicè spectandum proposuisse adolescentulum nomine Lucium honesto loco natum bipedali minorem, & librarum septendecim. Canopas, teste Plinio, fuit in delicijs Iuliæ neptis Augusti, qui duos tantum pedes cum palmo altus erat. Præteritis etiam annis, ex Historia naturali Eusebij Iesuitæ, homuncio optimè membris constitutus in Hispania conspectus fuit, septennis iam erat barbatus, decennis omne suum robur habuit, & filium genuit. C

His addendus est Nanus Illustrissimi Domini Caroli de Creqvy vnum, & quadraginta annos natus, & triginta vncias altus, de quo in primo capite huius voluminis egimus. Huic non absimiles nanos matrem scilicet, & fœminam fratres Illustrissimus Ferdinandus Cospius Patritius Bononiensis, pro summo Pontifice Copiarum equestrium Præfectus in Comitatu Bononiæ. Eques sacræ Religionis Sancti Stephani, pectore permagna cruce insignito, Bayulius Ciuitatis Aretij, & Serenissimi Ferdinandi viuentis Magni Hetruriæ Ducis reapte cubicularius, & vir prudentissimus domi alit, quos ex inopibus parentibus cognomento de Biauatis insignes tamen staturæ hominibus. in Communi *Bagnarola* nuncupato Agri Bononiensis terram colentibus natos curat eruditendos, quoniam hos pumiliones ad quamcumq; obeundam functionem idoneos obseruauit. D

Nanus nomine Sebastianus iam annum sextum supra viginti natus altitudinem trium dodrantum cum dimidio vix superat. Nana alterius soror nomine Angelica iam vigesimum tertium agit annum, & tamen eius altitudo tres tantum dodrantes, & duas vncias adæquat. Preterea ambo ob elegantem partium proportionem, breui staturæ corporis congruam sunt admirandi: quapropter vtriusq; icones lectori spectandas proponimus.

Ex al-

Nanus Illuſtriſsimi Equitis Ferdinandi Coſpij.



Nana alterius ſoror.



Ex altera parte in genere etiam Brutorum similis monstrosa statura quoad magnitudinem, & paruitatem contemplari oportet. Meminimus vidisse pumilos canes, & feles, necnon pumiles gallinas, quæ ob crurum breuitatem ventre terram tangunt. Similes animantes Vulgus nanas appellat. *Bruta Nana.*

In genere Boum pumiliones interdum sunt conspecti, quorum iconem in Musęo publico inuentam lectori spectandam damus. quamuis aliqui Authores hoc boum dicant esse genus, quod Sessorem tanquam equus admittat.

Bos pumilus.



In cauſis horum monſtrorum indagandis, ad Genitores monſtriferos non erit confugiendum, quoniam cauſas genuinas non inueniemus: namq; ſi homines proceræ ſtaturæ à Gigantibus, & viciſſim ſi homines breuis ſtaturæ à Pygmæis, & Nanis oriantur, proculdubio hoc monſtrificum non erit iudicandum; cum Natura ſibi ſimile ſemper procreare nitatur. Quamobrem ad validam concoquentis facultatis virtutem vnicuiq; parti dicatam nolmet conuertemus (loquendo tamen de procera animantis mole) hæc enim cum plus alimenti agglutinat, quam par ſit, maius partium ſit incrementum: hinc poſtea nutriendæ partes vehementer attrahunt; ſicq; animal validius appetit, & vberiorem alimenti quantitatem expoſtulat.

Cauſa procera, & humilis Naturæ.

Quod cunctis animantium partibus attribuimus, de aliqua peculiari parte, V.G. de capite nimis aucto affirmandum erit. Etenim dum cæteræ corporis partes debitam ſibi nutrimenti quantitatem aſſimilant, ſolâ pars illa monſtroſa nimiam alimoniæ copiam in ſe conuertit, dumá cęteris partibus tanquam cucurbitula attrahit illud alimentum, quod deinde ab alijs partibus illuc facilè tranſmittitur. A

Inſuper totum oppoſitum de Pumilionibus erit aſtruendum, quorum partes parùm attrahunt, conſequenterq; parùm aſſimilant. Præterquamquod, facultate corpus augente, & ampliante ob aliquam cauſam Labefactata, & fracta, ſola virtus nutriens in partium alimoniam incumbit.

Cauſa breuis Naturæ.

Cauſæ igitur augmentum corporis frangentes, & partium amplificationem impedientes non ſolum ſunt graues, & malign affectus, ſed etiam venena ſeu cibaria maligna qualitatis virus redolentia ante ſeptennium corpus afflictantia, veluti contigit duobus pumilionibus Illuſtriſſimi Colſpij, qui ambo in tenera adhuc ætate conſtituti pullos ob eſu tritici putrefacti mortuos eſitarunt, & deinceps tumidi facti per quadriennium ægrotarũt: & tandẽ, cibi maligna qualitate expugnata, virtutem corpus augentem amiſerunt: quapropter ab ijſdem parentibus ante, & poſt ipſorum ortum, alij filij in proceritate genitoribus ſimiles egreſſi ſunt. B

DE MONSTRIS BICORPORIBVS

CAPVT XI. C

ÆQVIVOCA.

QVONIAM hoc vocabulum bicorpor multos fortitur intellectus in noſtrâ Hiſtoria, varios nominis ſignificatus prima facie explanare operæ prætium eſſe duximus, antequam ad peculiaria huius generis monſtra accederemus. Quandoquidem monſtrum bicorpor trifariã hoc in loco intelligimus, primò quatenus humana, deinde quatenus belluina, & tertio quatenus media, nimirum ex humanis, & beluinis integrata monſtra complectitur, & quandoq; etiam illa, quæ Lucretius corpora bina appellauit his verbis. D

——Sed neq; tempore in vllo
Eſſe queunt, duplici natura, & corpore bino.

Monſtra geminata in parte ſuperiori.

At contemplantes monſtrum humanum huius generis, duplici diſcrimine varium inueniemus; quoniam aliud eſt duplex in ſuperna parte, & ſimplex in inferiori. Aliud geminatum in partibus infernis, & ſuperna ſimplici obſeruauimus. Interdum viſum eſt corpus omnibus membris optimè conſtitutum, & perfectum, cui aliud corpuſculum imperfectum agglutinatum adhærebat. Quandoq; accidit, vt duo corpora ſint perfecta, & abſoluta, ſed in vtero matris naturali glutine adeo connexa, vt monſtroſam fæditatem, nimirum duas facies, & duo corpora referant, de quibus canere poſſumus cum Lucretio hunc in modum

Et duplices hominum facies, & corpora bina

Hęc

Hæc autem monstra inter se, ratione variæ connexionis, discriminantur. Nāq; alia iuxta partem anteriorem, alia iuxta posteriorem, alia iuxta lateralem conglutinata conspiciuntur, & tandem sunt, quæ secundùm nates, oppositis quodammodo capitibus ad hæreant. Præterea differentiæ, quæ in monstris humanis huius naturæ obseruantur, in belluinis quoq; Lector contemplari poterit. *Monstri bicorporis varia connexio.*

MONSTRA HVMANA BICORPORA VNICO TANTVM CAPITE COPVLATA.

E

MVlta huius naturæ monstra olim fuisse visa Authores non proletarij testificantur. In primis Albertus magnus in Commentarijs ad Aristotelem meminit monstri, quod quatuor habuit crura, sed hoc corpus duplicatum à superna parte simplici regebatur. Item Petrus Aponensis in Commentarijs ad Problemata Aristotelis, memorat
F monstrum in Italia obseruatum fœminei sexus continuum ad cauitatem vsque ventris, deinceps geminatum. Pariter Valeriolanus Locis communibus recenset quoddam monstrum Auenione conspectum, quod à ceruice infra bicorpor circumferebatur. *L. 1. locor. com. cap. 18*

Retulit etiam Imperatus natum esse Neapoli monstrum ex meretrice morbo Indico laborāte, quod duo corpora vnico tamē capite glutinata repræsēntabat. Caput erat maximum, cuius altera pars effigiem vultus, altera verò vnicam aurem exhibebat, & cadauere dissecto, duo corda cum vnico ventriculo reperta sunt.

Cæterùm, si per annorum seriem vagemur, monstra multo plura huius conditionis admirabimur. Licosthenes in primis exhibet iconem puellæ natæ Bernæ in Italia, nimirum anno salutis post millesimum, & quadringentesimum septuagesimo secundo, vnico capite, & infernis partibus geminatis. At anno Domini post *Variæ bicorporum exēpla.*
G sesquimillesimum sepuagesimo octauo puer in Germania ortus est vniceps partibus inferioribus duplicatis, cum multis alijs fœditatibus monstrosis, quæ ad hunc locum spectare non videntur.

Amplius anno Christiparæ virginis post sesquimillesimum trigesimo primo, propè Esselingam, infans vniceps quatuor auribus in lucem prodijt, cum alijs partibus infernis geminatis, cuius monstri meminit etiam Pareus ordine aurium minimè gemmato. Rursus anno Domini post sesquimillesimum quadragesimo septimo Louanij infantes gemelli vnico capite conglutinati nati esse perhibentur.

His additur icon monstrosi fœtus nati anno salutis post sesquimillesimum sexagesimonono ex quadam muliere Turonensi, quæ peperit duos gemellos mutuò se complectentes vnico capite insignes, cuius monstri sceleton Ambrosius Pareus
H à Renato Cireto se accepisse fatetur: hoc autem monstrum in icone I. exhibetur I.

Deinde anno salutis post sesquimillesimum septuagesimo nono, in Insula obscuri Lacus Ditione ferrariensi natum obseruarunt monstrum vnico capite, cum frusto carnis circa occiput, in ore duæ erant Linguæ, quarum acutior latiori insidebat, vnico collo erat præditum, cum reliquo corpore geminato fœminei sexus. *Monstra in museo.* Hoc monstrum viuis coloribus delineatum in publico musæo visitur, vbi etiam mōstrum hermaphroditicum bicorpor, & monocæphalon conspicitur.

Aliud magis monstrosum describere, & repræsentare volumus natum anno nostræ salutis post sesquimillesimum nonagesimo, mense Octobris, ex agricolis conIIJ. iugibus, in Pago Piceni Diœcesis Asinensis; huius monstri constitutio erat talis. Caput ei erat vnicum magnum, oculis prominentibus instar oculorum Busonis, naribus sursum repandis, ore patulo, & ad aures vsq; diducto, more ranarum, fibris carnosis instar capillamentorum ex mento pendulis, crispis, & infernè sursum nonnihil

I. Infans geminatus vniceps.



II. Monſtrum bicorpor vnico capite valdè monſtroſo.



nihil contortis: ideoq; appendices carnoſę barbam ſatyrorum quodammodo æmulabantur.

Deſcriptio monſtri bicorporis monocephali.

Ei vnicus thorax, venter, & vmbilicus erat, ſed brachia quaterna, & crura totidem habebat, necnon mammas tumentes. Brachia poſtica erant adeo breuia, vt eorum digiti cubitos brachiorum anteriorum vix attingerent. Cætera membra inferiora cum eſſent duplicata ſibi inuicem per diametrum erant oppoſita: quocirca nates, & podices ad latera monſtri erant locati, diſtincto ſexu fœmineo, itaut fœmina duplex ab hoc monſtro repræſentaretur. Nam partes ab vmbilico inferiores ita à Natura erant optimè conformatæ, vt admirationem intuentibus afferrent. In cadauere diſſecto, viſcera geminata, præter cor, fuerunt inuenta. Monſtrum autem A
menſe ſeptimo grauiditatis ortum eſt tale, quale in icone II. delineatur.

His monſtris ſunt addenda illa, quorum corpus perfectum, aliud corpus imperfectum geſtat cum hæc ſimul proculdubio nata eſſe perhibeantur. Cum igitur in his ſub vno capite duo corpora regantur, ab hac Rubrica minime ſunt ſegreganda: quapropter exhibemus in primis infantem marem, & fœminam bicorporem, in quo alterum corpus ſub brachio alterius quodammodo latibulari videtur, & ex altera parte monſtri tria brachia, & ab altera vnum tantummodo pendent. Veluti in icone III. cernitur. Platerus quoq; in proprijs obſeruationibus memorat humanum

III. *Corpus perfectum cũ imperfecto.*

monſtrum huius conditionis, ex quo pendebat alius homo omnibus partibus abſolutus, præter caput. Immò quotieſcumq; vir perfectus mingebat ſimiliter imperfectus lotium reddebat, podice tamen clauſo, & nullibi apparente. B

Ab hoc monſtro non diſcrepabit monſtrifer puellus Illyricus ſex annos natus boni habitus, & optimè conſtitutus, qui anno ſalutis poſt ſeſquimilleſimum quinquageſimo ſecundo, vt refert Amatus Luſitanus, Anconam venit, ex cuius vmbilico thoracem verſus aliud infantis corpuſculum pendebat, cum duobus brachijs, & totidem pedibus, abſq; capite. Scrotum habebat abſq; teſtibus repræſentans oblongum præputium, per quod lotium ſtillabat. Immò quando perfectus puer mingebat, repente vrina per hanc viam pueri imperfecti fluebat. Fuit autem tantæ cunctis admirationi, vt per vniuerſam Italiam parentes eius magnam pecuniam collegerint.

Aliud monſtrum ſimile.

Hic puer fortè non fuit valdè abſimilis monſtro bicorpori, & monocephalo, quod Beneuenius deſcripſit dicens. Mulier quædam nomine Alexandra Mediolano Florentiam venit, quæ geminos mares quæſtus ſpectandos dabat, quorum alter erat integer toto corpore, & membris diſtinctis, alter verò ita adhærebat alterius thoraci, vt illuc totum caput inſeruiſſe videretur, reliquo corpore ab alio ſeparato de more infantis mamillam ſugentis. C

L. 4. de mir. med. c. 142.

Marcellus quoq; Virgilius in commentarijs ad Dioſcoridem deſcribit monſtrũ, ex Gallia in Italiam delatum. Erat enim imperfectum corpus ſine capite, & humeris quodammodo è regione ventriculi alterius perfecti puſionis emergens, & ad ſenſus & neceſſitates puelli perfecti mouebatur. Ideo Ioannes Baptiſta Porta in Magia

L. 2. c. 17.

naturali fatetur ſe vidiſſe Neapoli monſtrum, ex cuius pectore alius infans integer exibat, retento ſolum capite in perfectioris hominis ventre. Amplius iuxta fidam relationem, quæ ſeruatur apud clariſſimum virum Ouidium Montalbanum omnibus diſciplinis exornatum, anno ſalutis poſt ſeſquimilleſimum decimo quinto, die D
vndecima Maij peruenit Bononiam adoleſcens Hiſpanus, qui ſub axilla infantem geſtabat omnibus membris abſolutum præter caput, quod intra thoracem inuenis perfecti occultari videbatur.

Quamuis anno ſuperiori, nempe poſt ſeſquimilleſimum decimo quarto, iuxta ſententiam Licoſthenis, Colmariæ oppidi imperialis Alſatiæ ad Ilum flumen ſiti, natus ſit infans virilis ſexus, ex cuius pectore aliud corpuſculum infantis omnibus

IIII. membris abſoluti ad genua vſq; propendebat, ſolo capite in corpore maioris infantis abdito; veluti in icone IIII. oſtenditur.

Præterea, ex eodem Licoſthene, anno Domini poſt ſeſquimilleſimum decimo nono, ex Sabaudia in Heluetiam venit, quidam homo iuſtæ ætatis integra forma, & omnibus membris rectè conſtitutus, ex cuius regione ventriculi aliud hominis corpus ita pendebat, vt caput tantùm, atq; brachia deeſſent, quæ in alterius ventre

recon-

III. Monſtrum bicorpor, & monocephalon vtriuſq; ſexus.



IIII. Monſtrum monocephalon binis corporibus.



recondita esse videbantur. Hic homo circumtulit hanc molem, magno hominum undequaq; confluentium spectaculo, & admiratione, per diuersas regiones, quæstum faciens.

Similiter anno à partu Virginis Christiparæ post sesquimillesimũ vigesimo quinto, vt diuulgauit Licosthenes, in quodam pago Hircinię syluæ non procul à Knetbis, infans monstrosus natus virilis sexus, ex cuius corpore circa pectus aliud humanum corpus pendebat, cunctis partibus absolutum, præter caput, quod in alio corpore tectum esse videbatur. Peruenit hoc monstrum ad virilem ætatem, & huc, atq; illuc proficiscens, à curiosis hoc naturæ miraculum obseruantibus quæstum colligebat. Ideo Argentinæ in Nundinis circa diem festum sancti Ioannis Baptistæ, anno supra sesquimillesimum quinquagesimo quinto fuit visum. Immò Licosthenes se vidisse fatetur hoc monstrum Basileæ subsequenti anno post sesquimillesimum quinquagesimo sexto. *Monstrum bicorpor, quod peruenit ad virilem ætatem.*

Hoc fortassis erit idem monstrum, quod à Iacobo Rufo, in suo opere de conceptu humano, sub anno vigesimo nono supra sesquimillesimum diuulgatur; cum ad maturam ætatem peruenerit, vt in icone V. demonstratur. V.

Pareus quoq; non dissimilis monstri meminit conspecti Lutetiæ anno Domini post sesquimillesimum trigesimo. Item Cardanus hominem monstrosum huius formæ annum vigesimum quintum natum memorat. Quidam etiam Ianus Vitalis Panormitanus de hoc monstro cecinit hunc in modum.

Truncum sub pectore librat inanem
Egressus puer, & sine nomine pectora corpus
Immanet, huic collum caput est, & brachia parua
Pro manibus sunt, terga polum spectare videntur.

Langius, & ipse monimentis mandauit quòd, anno à partu Deiparæ Virginis supra sesquimillesimum quinquagesimo sexto, in pago Argentinæ Vrbis, mulier inops, ex seminis vbertate, peperit masculum, ex cuius epigastrio moles infanti non dissimilis pendebat, itaut alter infans collotenus alteri insertus esse videretur, cruribus, & pedibus perfectis, sed manibus mancis, cum in dextra quatuor, & in læua tres tantummodo digiti conspicerentur. *Tom. 2. epist. epist. 8.*

Simile monstrum bicorpor, & vniceps Patauij oblatum fuit Realdo Columbo Anatomico celeberrimo dissecandum. Erat autem infans semestris, cum alio imperfecto sine capite illi agglutinato: quoniam Philiatri videre desiderabant, num cor, & alia viscera essent geminata. Itaq; aperto cadauere, in puero imperfecto nonnulla intestina reperta sunt, ex quorum portione vesica, & anus construebatur, sed ibi nullum cor, nullum iecur, & nullum cerebrum visebatur; ren tantùm permagnus ibi erat, qui munio fortè hepatis fungebatur: namq; ab extremitate iecoris perfecti infantis crassa vena instar arteriæ ad illum magnum renem perueniebat, atq; inde aliæ complures venæ per corpus disseminabantur. *L. 15. de re Anat.*

Antequam aliò sermonẽ conuertamus, non erit ab re nonnulla carmina recitare, quæ Pierius de simili monstro ad Leonem Decimum Pontificem maximum conscripsit, sunt autem huius tenoris.

Naturam, & orbis ordinem immutabilem
Nil frustra, & incassum facere aperiam satis.
Perfecta, quæ sunt opera miramur nihil,
Nulliq; eorumdem vsus est incognitus:
Sed quæ videntur inchoata inaniter
Portenta sunt, & abditas rerum vices
Vt exerant, sunt vsui mortalibus.
Nunc monstra Roma cernimus, quæ Celtiber
Nutrivit, orta in Gallico tamen solo.
Pueri puellum ex vmbilico scilicet.
Pendentem, adallo capite per communia
Viscera, neq; huius tangere est vsquam caput.
Humeri, & lacerti exili tate inutiles
Adeo vsui sunt breues, & instar pollicis

V. Monſtrum monocephalon bicorpor, quod ad virilem ætatem peruenit.



Exossis, effatiq; flacci, & languidi.
Crura vitulata, pepliteſq; caumate
Iam ſyderati, iamq; ad vſum habiles minus.
Non hæc fuerunt irrito Euento, Leo,
Oſtenta viſa, ſed tuum certè decus
Cæloexitalcre, nam q; concilium à terra
In Gallis ortum, alitum ab Hiſpano viro
Sine capite eſſe, ſine manu, & ſtatu gradu
Debere Latrano inferi, & inoleſcere
E *Oſtenta nuper ſeſſio palam tulit.*
Hoc eſt Leonem inducere, hoc eſt Herculem
Referre, monſtra qui ſubegit omnia.

MONSTRA BELLVINA VNICO CAPITE BICORPORA.

F INsignibus monſtra huius generis multò plura, quàm in fœtibus humanis obſeruata fuiſſe comperimus. Nam quæcumq; contra communem Naturæ legem, & ordinem fiunt, in humana generatione, eadē fieri poſſe in vtero brutorum aſſueramus, idq; crebrius, quoniam plurima brutorum ſunt multipara, & niſi eſſent multipara, id illis contingere poteſt propter copiam ſeminis, cū minus frequentem congreſſum exerceant. Propterea boues monſtroſos ſæpè partus eniſtuntur, quos viuis coloribus exprimi curauit Clariſſimus vir Vlyſſes Aldrouandus, & Hodie quilibet in publico Muſeo magna admiratione intueri poteſt, imò non ſolum quos ipſe obſeruare potuit, ſed etiam ſimiles partus monſtroſos à viris rerum naturalium fidis indagatoribus obſeruatos intellexit. Inter hos partus vnum ad rem noſtram ſpectantē comperimus: fuit enim vitulus monocephalos, bicorpor, quinq; auribus præditus, pe- I.
G dibus ſuperais mutuo corpora complectentibus iiſq; quodammodo ceruinis vt in icone. I. apparet. *Vitulus.* *Porcus.*

Non diſſimilis formæ fuit porcus bicorpor vnico præditus capite, natus anno ſalutis poſt milleſimum, & quadringenteſimum nonageſimo ſexto, in Suntgoia fertiliſſima Germaniæ Prouincia, in pago Lanſer, vt recitat Licoſthenes. II.

Sus erat vnico capite, quatuor auribus, duobus oculis, totidem linguis, necnō octo pedibus refertus: hæc beſtia à capite ad vmbilicum vſq; copulabatur, Poſterioribus, ſeu infernis partibus ſeparatis, vt in icone II. conſpicitur.

Aliam monſtroſi Nefrendis effigiem non piguit hoc in loco delineare, quoniam ad bicorpora monocephala attinet. Natum eſt hoc monſtrum anno Domini poſt ſeſquimilleſimum ſeptuageſimo ſecundo, poſtero à Paſchate die, Metis, in Lotha- *Nefrendis monſtroſi deſcriptio.*
H ringia, in hoſpitio, cui Sancti Spiritus imago pro Inſigni eſt, octonis pedibus, quatuor auribus, & vnico capite quaſi canino præditum. Partes monſtri poſteriores, tanquam gemellorum erant diſtinctæ, ſed anteriores copulatæ cum duabus linguis in ore, & quatuor dentibus in ſuperioris, & totidem in inferioris maxillæ lateribus.

Sexus diſtinctio non ſatis à Natura fuit expreſſa, quia, num mas, aut fœmina eſſet, nemo dignoſcere poterat: nam exigua tantùm rima ſub cauda vtriuſq; corporis erat aperta. Huius monſtri effigiem Ambroſius Pareus Burgeſio medico metenſi celeberrimo acceptam refert: quemadmodum in icone III. oſtenditur. III.

Similia monſtra in felibus, & canibus nonnunquam contingere ſolent: cum ſint animalia multipara, ideoq; ob copiam ſeminis, & multitudinem partuum monſtra bicorpora eniſtuntur. Meminit Licoſthenes catelli monocephali bicorporis nati Baſileæ, menſe Februario, anno ſalutis poſt ſeſquimilleſimum quinquageſimo ſecundo, in ædibus Ludouici Dehitæi, ex fele domeſtica, quæ inter alios fœtus nu-

I. Vitulus vniceps bicorpor quinq; auribus præditus.



II. Sus geminus vnico capite



III. Sus alius bicorpor monocephalos.



merosos enixa est catellum vnicipitem bicorporem, & octipedem vtriusq; sexus, corporibus vnico capite copulatis: itaut duorum se se mutuo osculantium speciem referrent; vnde multi viri ex ortu huius monstri præsagium salutis, & concordiæ hauserunt.

Nos in præsentia damus iconem felis monocephali, & bicorporis, necnon octipedis, sed à primo iam descripto discrepantis, quia in hoc duo corpora non solùm capite, sed etiam sterno glutinantur; veluti in icone IIII. pingitur iuxta vtramque partem vna cum mentastro, quod ab Herbarijs balsamum felium nuncupatur. IIII.

Immò Lectori spectandam proponimus aliam felis monstrifici iconem, quæ ad
E nostras peruenit manus. Fuit enim catellus felis domesticæ colore albus, octipes, vniceps iuxta partes supernas, & bicorpor iuxta partes infernas, cum duabus caudis, quemadmodum in icone V. delineatur, vnà cum Valeriana maiore. *Felis monstrosus.* V.

Quod hactenus catellis felium contigisse asseuerauimus, fœtibus etiam canum nonnunquam accidere fatemur: quandoquidem ad nostras manus peruenerunt icones, quæ monstriferos huius generis canes repræsentant. Primitùs exhibemus spectandam effigiem monstrosi canis, nempe monocephali, & bicorporis, sed discrepat à propositis felium monstris, quoniam feles erant octipedes; cum hic canis sit tantummodò hexapus, quia duobus pedibus anticis carebat; sicuti lector potest intueri in icone VI. vbi hoc monstrum iuxta vtramq; partem exprimitur, vnà cum Psyllio, quam plantam Botanici herbam cynomiam, vel cynoidem nuncupant. VI. *Cynomia herba qua.*

F Pariter aliud monstrum caninum huius generis spectandum proponimus, quod quidem monocephalon est, & bicorpor, necnon capite, sterno, & ventre glutinatur, sed est octipes ad differentiam superioris nuper delineati veluti conspicitur in icone VII. vbi iuxta vtramq; partem ostenditur. VII.

In auium familia sæpè huiusmodi monstra monocephala, & bicorpora obseruantur; siquidem ex Licosthene historiographo, anno post sesquimillesimum trigesimo octauo, Colmariæ nobilis Alsatiæ superioris, & Romani Imperij oppidi, in ædibus Thomæ Eberlini, die Iouis ante festum Paschatis (fuit enim dies decima octaua Aprilis) ab ouo exclusus fuit pullus vniceps duplici collo, & binis corporibus simul glutinatis, nempe quatuor pedibus, & totidem alis præditus vt in icone VIII. cernitur. VIII.

Hinc viri non vulgariter eruditi coniectarunt hoc fuisse præsagium vnitatis, quã
G Christi fideles semper profiteri debent; cum hoc monstrum in lucem prodierit ea die, qua Christi cœna mystica in eius passionis monumentum celebrabatur; dum cuncti Christi fideles sacramentum communionis obeuntes quodammodo copulantur, & vnum Ecclesiæ corpus sub vno Christo capite constituunt.

Præterea hunc pullum in illis regionibus prodigiosum, & potissimum ea die cum quatuor alis, & totidem pedibus sub vno capite natum prædicarunt, quoniam quatuor Euangelij Scriptores in cœna mystica describenda vnanimes insinuare voluerit, quæ in Ecclesia fidelium absq; vllo dissensu conseruanda est. Immò quemadmodum hic prodigiosus pullus quatuor nitebatur pedibus, ita Ecclesiam Christi quatuor Euangelistis tanquam firmis nixam fundamentis, vnico capite, nimirum Christo regente nunquam corrui posse. *Mystica significatio.*

H Amplius in Gallia iuxta assertum Licosthenis, anno salutis nostræ post sesquimillesimum quinquagesimo primo, ex ouo gallinæ pullus etiam geminatus, & vniceps exclusus est, qui quamuis quatuor pedibus, & totidem alis sub vno capite esset refertus, nihilominus à superiori iam delineato discrepabat in collo: nam ille duo distincta ab inuicem gestabat colla, cum hic colla simul copulata sub vno capite habeat, vt in icone VIIII. demonstratur. VIIII.

Pariter in genere Anserum simile monstrum aliquando visum est, & potissimum anno Domini post millesimum, & ducentesimum sexagesimo octauo, si veritatem tetigit Licosthenes.

Namq; hoc tempore pullus anserinus vnico capite, & collo geminato, nec non reliquo corpore ex ouo emersit, vt in icone X. apparet: talem pullum Albertus fatetur se vidisse monocephalõ duplici collo quatuor pedibus, & totidem alis refertũ. X. *L. 4. de gen. An. cap 4.*

Optimè igitur docebat communis præceptor Aristoteles, monstra multis membris,

IIII. Felis monocephalos bicorpor pronè, & ſupinè pictus cum Mentaſtro.



V. Felis bicorpor vniceps alius cum Valeriana maiore.



VI. Canis vniceps bicorpor hexapus: iuxta vtramq; partem pictus cum Pfyllio.



VII. Canis vniceps, & bicorpor alius.



VIII. Pullus geminus vniceps.



VIIII. Pullus geminus vniceps alius.



X. Anſer monocephalos collo geminato, & corpore.



bris, quàm opus sit, integrata, rarò admodum in vtero earum animantium procreari, quæ singulos fœtus pariunt, sed crebrius in illis animantibus gigni, quarum partus est numerosus, & potissimum in genere auium, inter quas gallinæ procreationis monstrosæ sunt feraces, quippequæ partum habeant numerosum, non solum quia tanquam columbæ sæpè fœtificent, sed etiam quoniam multos partus intra se semper contineant: hac de re plures fœtus geminatos enituntur: coliærent enim conceptus ob vicinitatem, & pulli monstrifici instar eorum, qui proponuntur in iconibus spectandi, sæpè ab ouis emergunt. Id autem non in solis pullis contingit, quia fœtus etiam aliorum animantium in vtero coalescunt, & multa eorum membra adhærent, & fœditatem nanciscuntur propterea iure merito poterimus cum Lucretio canere, *Causa* *Lib. 5.*

Orba pedum partim, manuum viduata vicissim,
Multa sine ore etiam, sine vultu cæca reperta,
Vinctaq; membrorum per totum corpus adhæsu,

MONSTRA HVMANA IN PARTIBVS INFERIORIBVS SIMPLICIA, & In Superioribus Geminata.

CVM in antecedenti Rubrica monstra sub vno capite, in parte tamen inferiori geminata in medium prolata fuerint, reliquum modò est, & rationi videtur consonum, vt hoc in loco monstra prædictis opposita recenseantur, nempe illa, quæ partibus supernis duplicatis, in partes infernas simplices desinunt. *L. 16. de ciuit. Dei c. 8*

In primis Diuus Augustinus monstri huius generis meminit, quod postea à Petro Crinito in opere de honesta disciplina repetitur. Fuit igitur puer vmbilico tenus simplex, partibus superioribus geminatis, nempe cum quatuor brachijs, totidem manibus, & duobus capitibus natus in oppido Emaus, imperante Theodosio Cæsare. Paulus autem Diaconus de Imperatore Cæsare verba faciens scripsit post obitũ Theodosij, similem partum vmbilico tenus perfectum, & deinceps in parte superna geminatum ortum esse, quoniam duò capita, duo pectora, & quatuor brachia habebat: immo eorum altero vigilante fœtus alter dormiebat, & vicissim diuersas plerũque operationes moliebantur. Deinde eodem tempore, teste Diuo Hieronymo, aliud monstrum huius generis Lidæ natum esse perhibetur, quod duobus capitibus quatuor brachijs, & duobus pedibus erat integratum.

Item Alberus Magnus in Commentarijs ad Aristotelem meminit cuiusdam mõstri bicorporis quod iuxta inferiores partes erat simplex. Et Cardanus in Commentarijs ad Hippocratem diuulgauit, monstrum in Aegypto ad quartum vsque annũ vixisse, quod vmbilico tenus erat geminatum, cum partes infernæ vnum tantùm puellum repræsentarent. *L. 2. Physic.*

Insuper Georgius Buchananus rerum scoticarum scriptor, referente Camerario, natum esse in Scotia monstrum tradidit, quod supra vmbilicum speciem maris referens à communi hominum effigie non discrepabat, sed supra vmbilicum membra omnia erãt geminata. Id Rex Scotiæ educandum, & erudiẽdum in varijs idiomatibus, & potissimum in musica curauit, in qua miros fecit progressus: itaut maxima omnium admiratione modulatè caneret. *L. 13. hist. Scot.* *Monstrum eruditur.*

Deinde in hoc monstro alia duo erant admiranda, primò quoniam hæc capita sæpè inter se rixabantur: deinde quia, partibus inferioribus læsis, vtrumque corpus dolore afficiebatur: sed aliqua partium supernarum Læsa, sensus doloris alteritantùm corpori contingebat. Neque huius effectus longè petenda est ratio: nam partes monstri supernæ inter se erant distinctæ, cum inferiores vtrique corpori communes cõspicerentur. Vnde nerui sensum membris impertientes cũ in cruribus vtri-

I. Fœtus in parte ſuperiori geminatus, & in inferiori ſimplex clunibus cohærens.



que corpori est essent communes, consequenter etiã horum læsio vtrique nocebat, quod de partibus superioribus secus erat dicendum. Hoc monstrum ad annum vigesimum octauum vitam protraxisse dicitur, & decessisse Ioanne Prorege Scotiam administrante. *Monstri obitus.*

Sin per latam annorum seriem spatiemur, multò plura huius generis monstra comperiemus: recitatur enim apud Licosthenem, quòd anno salutis nostræ post millesimum quadragesimo quarto in consinio Nortmaniæ, & Britanniæ Henrico tertio regnante, nata est fœmina cum duobus capitibus, quatuor brachijs, cæterisque partibus geminatis vsque ad vmbilicum: cum partes inferiores essẽt simplices. Vtrumque caput
E comedebat, sed alui excrementa per vnum tantummodo exitum trudebantur. At vna parte monstri præmortua, altera per spatium ferè triennij superuixit, defunctã, baiulans, donec molis pondere, & cadaueris nidore deficeret. Nonnulli Præsagi existimarunt, & monumentis etiã mandarunt, hoc monstro Regionẽ Angliæ, & Nortmaniæ significari, quæ licèt inter se fuerint diutiùs sub vno tantùm Dominio erant constituta; de quo præsagio seu monstri interpretatione legendus est Vincentius in speculo naturali. Natiuitatem postea huius monstri Matthæus Palmerius ad annum Christi sexagesimum primum supra millesimum retulit. *Monstrum geminatum in parte superiori.* *L. 26. c. 38.*

Pariter in Anglia, anno Domini post millesimum, & centesimum duodecimo, ex historia Lichostenis, natus est puer geminus, à clune ad partes supernas ita diuisus vt duo infantes integri viderentur, qui clunibus cohærentes in duos tantùm pedes
F desinebant. Hoc monstrum sacri fontis aqua lustratum triduo superuixit, fuitque talis formæ, qualis in icone I. exhibetur. I.


Sed anno salutis post millesimum, & ducentesimum trigesimo quarto, in montosis Bononiæ locis, ex muliere monstrum non absimile ad vitales auras egressum est, cuius pars superior duos infantes, & inferior vnum solum referebat; sed horum fœtuum vnus prima die obijt, & alter sequenti die interijt. *Monstrum geminatum Bononiæ natum.*

Sub finem Imperij Græcorum, Andronico vltimo imperante, circa annum salutis nonagesimum tertium supra millesimum, & ducentesimum, monstrosus puer natus est Bizantij à pedibus vsq; ad vmbilicum continuus, inde verò separatus, vt duo capita, duo pectora, consequenterq; duplicem dorsi spinam haberet cum quatuor brachijs, sed post primum ab ortu diem expirauit.

Insuper anno à partu Christiparæ Virginis post millesimum, & trecentesimum
G decimo, in agro florentino, monstrifer puellus effigie bicorporis natus esse perhibetur, vt Historia Licosthenis recitat, & geminis capitibus, quatuor brachijs, sed circa partes genitales ita connexus vt in duos solùm pedes desineret, & paucos dies vixit. Huius effigies visitur Florentiæ delineata in pariete loci Hospitalis ad Scalas cum epigrammate huius tenoris. *Puer geminus Florentiæ natus.*

Hac Petrus, Paulusq; vno sub corpore bini
Fabrica naturæ mira, tacemus humo.
Cuiq; suum fuit, & manuum, fuit oris opusq;
Vesica, at vnum ventris opusq; fuit.
Iunxere extrema partes nos corporis ambos
Quas neuter simul, & dicat vterq; suas.
Neutra ex parte pedes; capita ex vtraq; fuerunt
H *Bina, sed à medio corpore planta fuit.*
Bina fuit medio, qua corpore planta deorsum
Pendebat, sursum quinta erat vna manus.
Non verò nobis vnus somnusq; cibusq;
Nec risus nobis. fletus, & vnus erat
Somno membra dabat vnus, ridebat, & alter,
Sugebatq; vnus, flensq; & alter erat.
In florentina natos nos fluminis Arni
Valle dedit patria nos pia cura patris.
Inde alti, & sacro pariter de fonte leuati
Viximus ambo decem bis totidemq; dies.
Quid nunc Neptunum, quid nunc Ianumq; bifrontem

II. Monſtrum bicorpor vſq; ad pubem.



Miraris? Hygij terna quid ora canis?
Et quid Geryonis tria corpora? scilicet vnum
Nos corpus, binas nos animasq; lege.

Huius mõstri meminit etiã Franciscus Petrarcha in opere de rebus memorãdis.

Neq; hic cessarunt Naturę errata quandoquidem anno Domini post millesimum, & quadringentesimum nonagesimo quarto, in oppido Germaniæ Rotuil nuncupato ad Syluam Hirciniam sito infans duobus capitibus, quatuor brachijs, & duobus tantùm pedibus natus esse perhibetur, vt Licosthenes astruit. Item anno post millesimum, & quadringentesimum nonagesimo octauo, ex eiusdem Historiographi sententia, monstrum antecedenti valde simile fœminei sexus natum est, in Ditione Vuendenbergha capitibus duobus quatuor brachiis, vnico ventre, & pedibus duobus. *Aliud monstrum simile.*

Tandem in Pago Rinach non procul à Basilea Rauracorum, anno post sesquimillesimum quadragesimo tertio, vt scribit Licosthenes, mulier geminos edidit virilis sexus concretis corporibus supra vmbilicum, quatuor brachijs, & binis tantummodo pedibus insistentes. Hoc monstrum à Munstero in sua Cosmographia eleganter fuit descriptum.

His addimus iconem monstri bicorporis vsq; ad pubem, viuis coloribus delineati in Musæo publico, quod natum est in Agro Auximi ciuitatis Piceni, fuitq; duplici sacri fontis latice lustratum. Huius alterum caput lac optimè sugebat, alterum nequaquam. Effigies in figura II. repræsentatur. II.


MONSTRA HVMANA BICORPORA IVXTA LONGITVDINEM IN MATERNA ALVO multifariam conglutinata.

MODO nostra interest ad monstra reaptè bicorpora examinanda accedere, quæ cum sint omnibus partibus externis integrata adeo in matrice connectuntur, vt ab inuicem separari nequeant. Verum quidẽ est, quòd aliquando in his bicorporibus aliquæ particulæ desunt, & interdum etiam superfluæ obseruantur. Hinc tamen non fit, quin bicorpora appellari possint, cum à maiori partium numero constituantur.

Rufus igitur, & Cornelius Gemma passim horum monstrorum meminerunt, & Volaterranus diuulgat se vidisse Romæ geminos infantes aduersis vultibus simul copulatos, qui ad longum tempus vitam non produxerunt. Visi sunt etiam Louanij, authore Schenchio, Gemelli sterno, & ventre ita glutinati, vt duplici solum capite, quatuor brachijs, & totidem pedibus distinguerentur: quapropter dissecto cadauere, cor vtriq; commune compertum est: cum cæteræ partes essent geminatæ. Idcirco tunc orta est inter eruditos homines controuersia, an vis rationis in corde, aut in cerebro suum domicilium habuerit. Sed hanc litem consultò omittemus, quia meminimus aliàs, ad aures Medicorum, asseruisse, dignitatem humanæ formæ, & domicilium rationis in cerebro, non autem in corde residere; quamuis in corde fons caloris, & præcipuus nodus facultatum naturalium, & animalium occultetur. *Vis rationis vbi resideat* *Connexio Gemellarũ varia*

Satius igitur esse arbitramur, si de more, in his recensendis ad seriem annorum nosmet conuertamus; sicq; connexionem Gemellorum primò iuxta partem anteriorem, deinde iuxta posteriorẽ, & deinceps iuxta lateralem manifestabimus. Itaq; anno mundi octingentesimo septuagesimo primo supra tria millia, & ante partum Deiparæ Virginis nonagesimo secundo, ex Licosthene, Vrelsinijs Gemellæ simul nexæ, & præmortuæ natæ sunt. Item anno Domini post millesimum sexagesimo tertio,

I. Gemelli vmbilico coniuncti.



II. Gemelli pectoribus connexi.



tertio, Constantiæ ad lacum Acronium, Gemelli vtriusq; sexus membris omnibus absoluti, sed circa vmbilicum copulati in lucem prodierunt.

Pariter in Pago Vallis superioris Arni Tertanio nuncupato, anno salutis humanæ post millesimum, & trecentesimum decimo sexto monstrum natum est referens duos Gemellos vmbilico copulatos, quorum alter duo crura, alter verò vnum tantummodo habebat, vt in icone I. ostenditur. I.

Similiter anno Domini post millesimum, & quadringentesimum nonagesimo quarto, mense februarij, Berhendiæ in Ditione Illustrissimi Principis Palatini Electoris, in Villa non procul ab Heyldelberga, nati sunt Gemini pectoribus conglutinatis, cæteris partibus recte formatis, & vmbilicus vtriq; erat communis, vt patet in icone II. A II.

Insuper anno salutis humanæ post millesimum, & quadringentesimum nonagesimo quinto, mense Septembris, vt Licosthenes, Cornelius Gemma, & Pareus testificantur, propè Vuormaciam, & Benshaim, mulier quædam monstrificas enixa est puellas fronte connexas, se se mutuo aspicientes, quas Moguntiæ vidisse, anno post sesquimillesimum primo fatetur Munsterus in Cosmographia: nam tunc temporis ad ætatem sex annorum peruenerant. Hæ simul incedere, simul dormire, necnon surgere cogebantur, immo altera procedente, altera retrocedebat, nasi vtriusque se se quasi contangebant. Oculi ad visionem in latera tantummodo torquebãtur, quia paululum supra oculos frontes tenaciter cohærebant. *Gemelli copulata viuentes, & crescentes.*

Ad decimum vsq; annum vixisse feruntur: quandoquidem vna prçmortua, altera paulò post obijt, vel quia superstes, separato alterius cadauere, vulnere perijt, vel quia cadaueris putrefactione cerebrum lethaliter affectum fuerit. B

Occasionem huius monstri hanc fuisse tradunt Authores, colloquebantur duæ mulieres inuicem, quarum altera geminos in vtero gestabat fœtus, sed tertia mulier superueniens de improuiso capita colloquentium concussit. Vnde fœta perterrefacta concussionis notam fœtui impressit, vt in icone III. ostenditur. III.

Amplius anno post sesquimillesimum tertio, in pago Gossou Agri Tigurini apud Heluetios, honesta mulier duos fœtus vmbilico copulatos peperit, duobus capitibus, quatuor brachijs, & totidem cruribus. Et anno post sesquimillesimum trigesimo octauo, authore Licosthene, similes fœtus vmbilico connati conspecti sunt.

Item anno post sesquimillesimum quadragesimo primo, Februario mense, Friburgi Misorum, puelli, tota parte anteriori fœtus cohærente, editi sunt: sicuti Peucerus in Teratoscopia exaraut. Immo subsequenti anno in Ducatu Vuintenburgensi, duo partus pectore coniuncti nati sunt. *Gemelli alio modo copulati.* C

Similiter Heyndelbergæ ad Neccarum fluuium, die Pentecostes anni post sesquimillesimum quadragesimi quarti, ex Gaspare Besler Fabro patre, & Chaterina matre natus est duplex fœtus virilis sexus ventre conglutinatus, cæteris partibus absolutis, vixit sesquidiem, & aperto cadauere, Chirurgi vnum tantùm cor inuenerunt. *Cor vnum in gemellis.*

Rursus anno post sesquimillesimum quadragesimo sexto, in oppido Saxoniæ ad Albim, infantes nati sunt á fœmoribus vsq; ad collum concreti; itaut se se mutuis amplexibus stringere viderentur. Hunc casum alio antiquiori, necnon recentiori stabilire possumus. Primus legitur apud Schenchium, nam anno Domini post millesimũ & centesimum sexto, Ianuario mense, in celebri, & imperiali ciuitate Argentina fœtus monstrosus ex plebeis parentibus nempe ex Stephano patre fabro lignario editus est, nimirum bicorpor fœminei sexus, capitibus, collo, pectore, & ventre connatus. Vna apparebat facies binis oculis, quatuor auribus, naso, & ore non indecenter formata, si tamen monstrum iuxta partem anteriorem spectabatur, nempe iuxta partem, in qua ex duobus conglutinatis capitibus facies effigiabatur. Verùm fœtu in faciem procumbente, vbi alterius infantis facies erat formanda, duo capita in modũ vtris copulata vifebantur, nihilque præter duas auriculas in colli fastigio locatas, exhibebatur spectandum. *Partus geminus adstrandus.* D

Hæ gemellæ pectore, & ventre cohærentes, se se inuicẽ complecti videbãtur, nẽpe brachijs & cruribus vicissim hinc inde decussatis, vmbilico vtriusquè subtus propendente. Vixit monstrum sesquihoram, & post obitum, cor pusculo aperto, Chirurgi

III. Gemellæ frontibus cohærentes.



IIII. Fœtus bicorpor complicatus Aethiops, & Albus.



G i vnicum cor vnicum pulmonem, vnicum ventriculum cum duplici hepate, & quatuor renibus inuenerunt.

Monstrum Regij natũ.

Non valdè absimilis sed recentior monstri natiuitas contigit Regij, mense Nouembris anni post millesimum, & sexcentesimum decimi quinti. Monstrum erat bicorpor vtroque sexu refertum, duo erant Gemelli Aethiops, & albus coniuncti ventre, thorace, & vnico vmbilico, cæteris partibus perfecti, qui quodammodo in manus amplexibus esse videbantur. Tres horas tantummodo vixerunt. Icon IIII. complexum, & connexionem ostendit. IIII.

Eodem anno Bononiæ, mense Iulij, duæ Gemellæ conglutinatæ natæ mortuę,
E & apertæ sunt. In primis partes exteriores vtriq; absolutissimæ erant, nec tantillum ab alijs perfectis partibus discrepabant, pectore tantummodo excepto, quod erat vnicum, & vtriq; commune. Nam hac parte inuicem copulabantur. Incipiebat autem coniunctio ab osse sterni, & in vmbilicum desinebat. Magnitudo corporis vtriq; eadem, sed non eadem erat figura.

Puella enim quæ latus dextrum occupabat alteri sese quodammodo inserebatur, itaut pectus alterius, & tergus incuruarentur. Quę corporis constitutio in causa fuit imbecillitatis virium; mortua enim prodijt cum altera viua egrederetur. Venæ vmbilicalis non vulgaris erat structura, quoniam in ipso exortu erat simplex, & vt in omni fœtu singularis, mox verò, vbi iecur ingrediebatur, in binos ramos diuidebatur, quorum singuli singulis fœtibus nutrimentum allaturi infigebantur.

Anatome partus gemi nati.

F Iecur erat quidem geminum, sed alicui haudquaquam diligenter inspicienti vnicum videbatur: nam alterum sub altero veluti occultatum latibulabat. Folliculi fellis erant duo in parte superiori hepatis collocati. Item ventriculi erant duo, qui deinde iuxta pylorum in intestinum ieiunum copulabantur. Renes non coniuncti, sed separati, vtriq; tamen bini. Alter iuxta latus iecoris, & alter sub eodem latitabat. Lien erat vnicus, & in fœtu sinistro tantummodo conspicuus, figuram potius canini lienis, quàm humani referens. Intestinum colon carebat cellulis. Diaphragma duobus in locis erat perforatum, quia duo erant œsophagi, & totidem ventriculi ad quos tendebant.

Lienis forma.

Ossa sterni (ibi enim fœtus copulabantur) ita inuicem nectebantur, vt vnicum tãtum os videretur. Pericardium erat vnum, quod bina tamen corda amplectebatur, quorum situs à vulgari valdè diuersus erat; nam cum in omni homine cuspis
G cordis deorsum vergat, in hisce gemellis cuspides cordium opponebantur.

Modò ad antiquam annorum seriem si reuertamur, incidemus in annum post sesquimillesimum quadragesimum, nam, mense Aprilis, ex Peucero in Teratoscopia, fœtus geminus Louanij in lucem exiit, capitibus, seu quodammodo occipitio copulatus, cæteris partibus perfectè absolutis, vt in icone V. cernitur. V.

Rursus anno post sesquimillesimum quinquagesimo, mense Augusti, in Ditione Abbatis Vrsini Pago Reidensi tribus milliaribus à Kauuburen Sueuiæ oppido distante, vxor cuiusdam fabri Gemellas omnibus partibus perfectas, sed ventre ad collum vsq; conglutinatas peperit. Denuò mense Martio anni post sesquimillesimum quinquagesimi tertij, Herbeslebij, in Pago Thuringiæ, Gemellę natæ sunt ventribus agglutinatæ, quæ ab ortu post horas duas expiraruntt.

H Iterum anno Domini post sesquimillesimum septuagesimo secundo, Ambrosio Pareo referente, in Ponte Sco ad Andes oppidulo, mense quinctili, prodierunt in lucem infantes fœminei sexus membris omnibus perfectæ, nisi quòd alterius manus quatuor tantùm digitis erat distincta: fœtus iuxta partem anteriorem cohærebant à mento vsq; ad vmbilicum, qui ambabus erat communis, veluti cor, & hepar in quatuor lobos diuisum. Vixerunt sesquihoram, & in icone VI. exprimuntur. VI.

Lib. 24. c. 2.

Lib. Cosmocrit.

Anno subsequenti, nempe post sesquimillesimum septuagesimo tertio, die sexta Octobris, ex obseruatione Cornelii Gemmæ, prodigiosa Gemmellarum species nata est, quæ omnibus partibus perfectæ in aluo materna, pectoribus, & inferiori maxilla ità concreuerunt, vt vnicum os quodammodo repræsentarent. Hæ post ortum spatio sesquihoræ extinctæ sunt. Aperto cadauere, cor cuiq; suum sua sede distinctum erat: cum totum oppositum in multis alijs huius generis monstris repertum sit. Effigies harum est talis, qualis in icone VII. collocatur. VII.

V. Fœtus bicorpor capitibus copulatus.



VI. Icon Gemellarum Parei.



VII. Gemellæ pectore, & maxilla inferiori coalitæ.



Rursus ex Schenchio, anno salutis humanæ post sesquimillesimum nonagesimo, mense Maio, in pago Hermeltzheim Ditionis Archiepiscopatus Argentoratensis, Margharita vxor Theobaldi Helden ciuis enixa est fœtum bicorporem cum duobus capitibus quatuor manibus, totidem pedibus; & duplici pudendo mulieris referrum, & omnibus partibus perfectè integratum, præter vmbilicum, qui vtriq; corpusculo erat communis.

Demum, ex Liceto, anno post millesimum, & sexcentesimum septimo mense Martio, in Ditione Genuensi, ex Baptista Calloreto, & Peregrina coniugibus natus est fœtus bicorpor ventre copulatus, alijs partibus ab inuicem separatis, virilis
E sexus, sed vnus erat altero duplo maior, & fœtus minor vnico crure mancus, in reliquis partibus rectè conformatus, nisi quod oculos recluſos non habebat. Parentes tamen non erant monstrosi, & secunda valetudine fruebantur: immò ante ortũ huius monstri alios filios optimè membris constitutos genuerunt. Hoc monstrum *Alia exempla huius generis.* postea quadrimum Venetijs, & Patauij Clarissimus Licetus non semel vidisse fatetur, quoniam Parentes per Orbem vagantes, ostensione huius monstri, non mediocrem pecuniam à curiosis spectatoribus colligebant.

Iuxta eiusdem Liceti narrationem, anno salutis post millesimum, & sexcentesimũ decimo quarto, Iunio mense, in Villa Porcetti propè oppidum Coloniæ, ex agricolis coniugibus Gemelli per tertium abdomen veluti copulati in lucem egressi sunt. Horum alter erat sexus virilis; eum sexus alterius non esset distinctus, cuius
F loco quædam cauitas ad genua vsq; protensa visebatur, quæ potius notam distinctionis fœmorum quàm fœminei sexus præ se ferebat; quoniam crura erant coalita, veluti duo plantarum trunci coalescere solent. Loco pedum, quædam carnosæ propagines in extremitate, instar pedum suis, diuisæ conspiciebantur.

Hactenus de Gemellis iuxta partem anteriorem connexis verba fecimus: modò *Connexio iuxta dorsum.* ad copulationem dorsi sermonem conuertemus, quoniam aliquando infantes in materna aluo iuxta tergus conglutinari solent.

Legimus enim in Historia Licosthenis, quòd anno salutis humanæ post millesimum, & quadringentesimum septuagesimo quinto, natus est fœtus bicorpor dorso copulatus. Sed id Ambrosius Pareus rectius explicat. Nimirum eodem anno, Veronæ in Italia, editas ex muliere duas fuisse puellas dorso ab imis humeris ad nates VIII.
G vsq; arctissimè conglutinatas; vt in icone VIII. cernitur.

Quamobrem monstri nouitas inopes parentes impulit, vt hoc monstrum per omnia Italiæ oppida, ad colligendam ex accurrente ad spectaculum vndiq; multitudine pecuniam, circumferrent.

Ex ijsdem Authoribus, anno Domini post millesimum, & quadringentesimum octuagesimo sexto, in Pago Agri Palatini non procul ab Heydelberga Rorbachio nuncupato, Gemini Hermaphroditi tergoribus conglutinati ad auras vitales pro- IX.
dierunt, quorum effigies in icone IX. apparet.

Quemadmodum ventre, & dorso, pariter lateribus interdum duo fœtus in matrice coalescunt, Propterea ex Historia Licosthenis colligimus, quòd anno salutis humanæ post sesquimillesimum trigesimo quarto, in oppido Seekingen Patria Clarissimi viri Ioannis Iacobi Beureri in Academia Friburgensi professoris tribus, miliaribus supra Basileam ad ripam Rheni sito, fœtus geminatus, & lateribus copu-
H latus natus est, sed propter graues parturientis dolores, diù non vixit.

Item Schaphusię Heluetiorum, vt Schenchius retulit, anno Domini post sesquimillesimum quadragesimo tertio, infantes duo nati sunt altero laterum coniuncti *Connexio gemellorum iuxta latera.* fœminei sexus, duobus capitibus, quatuor brachijs, & totidem pedibus, necnon vnico vmbilico vtriq; communi. Horum alter mortuus ab alio emersit, alter verò viuus natus continuò expirauit.


Similiter in AcKen oppido Saxoniæ, infantes latere tenus connati sunt, ea tamen ratione, vt dexter sinistra manu humero alterius incumberet, & sinister dextrã thoraci alterius transuersam prætenderet: veluti Peucerus in Teratoscopia delineauit.

Aliquando duorum Gemellorum lateralis connexio efficit, vt vnusquisq; fœtus latere tenus cohærens altero brachiorum careat. Quandoquidem anno salutis hu-


VIII. Gemellæ dorſo coalitæ.



IX. Gemelli Hermaphroditi tergore connati.



X. Gemini altero brachio carentes latere coaliti.



manæ post sesquimillesimum quadragesimo sexto, mulier Lutetiæ, Ambrosio Pareo referente, sexto grauiditatis mense, fœtum peperit geminatũ lateribus coalitum, consequenterque cum duobus tantũ brachijs, & quatuor cruribus; vt in icõe X. cernitur. Huius monstri cadauer Pareus dissecuit, & vnicum cor reperit. X.

Item Dodoneus in Obseruationibus meminit Gemellorum ab humero ad plantam pedis latere cohærentium. Horum alter sinistro, & alter dextro brachio carebat, vbi iuxta latus iungebantur, consequenterq; coxa, & pes vnus vtriq; erat communis, altera tamen parte corporis integra, & separata.

Non dissimilis monstri cadauer Ioachinus Camerarius in obseruationibus ad
E Schenchium missis, curiositatis gratia, se disecuisse retulit (iuuat enim sæpe huiusmodi monstra aperire, vt interna quoq; varia Naturę errata patefiant.) offendit igi- *Anatomia Monstri.*
tur prima facie vnicum ventriculum, vnum hepar satis amplum, & latum, quia magnum etiam vmbilicum habebat hoc monstrum, quo materni sanguinis alimentum hauriebat. Intestina erant vniusmodi, neq; ita distincta, vt quilibet infans sua possideret, nihilominus duo splenes visebantur, nam vtrumq; ventriculi latus vnus occupabat. Cernebantur etiam duæ vesiculæ felis vtrimq. hepati nexæ. Præterea in quolibet infante duo renes, vesica, vterus, & partes genitales in propria sede erant collocatæ. Medium thoracem vnum cor amplum, & latum occupabat minimè à pulmone circumdatum, sed membrana mediastino nuncupata, quæ erat gemina, & instar duorum parietum cor cum pericardio sepiebat, cum in reliqua pectoris cauiF tate exigua portio pulmonum conspiceretur. Capita infantium non fuerunt aperta; quia in his aliquid singulare, & præter naturam esse neutiquam arbitratus est. Verum quidem est quod alterum infantium caput altero fuit grandius.

MONSTRA HVMANA BICORPORA NATA CVM CAPITIBVS PER diametrum oppositis.

C ACCIDIT interdum, vt in humana matrice fœtus duo per nates, & perinæum coalescant, consequenterq; infantes per diametrum oppositi se se intueri videantur. nam olim Romæ, iuxta relationem Licosthenis, anno salutis humanæ post milleſimum, & quadringentesimum nonagesimo tertio Gemini orti esse feruntur, ita connexi, vt aduersis manibus, & facicbus se se intuerentur, qui paucos dies vixerunt.

Rursus anno Domini post sesquimillesimum quinquagesimo secundo, mense sextili, Mildeltostoni in Anglia natus esse perhibetur fœtus bicorpor, oppositis vultibus quatuor manibus, vnico ventre, vno vmbilico, necnon ano ad trudenda excrementa idoneo refertus. Ab vna parte corporis duo crura cum pedibus iusta proportione formatis pendebant. Ab altera parte vnicum crus cum pede exi- *Varia exẽpla.*
bat, qui ex duobus pedibus quasi conflatus, & nouem digitis exornatus visebatur.

H Addit Schenchius, ex mente Iacobi Rufi, non dissimile monstrum fuisse visum muliebris sexus, & fœtuum alter dies quindecim, alter verò vnicum tantùm diem superuixit. Hi rarò lacrymarunt; nam alter erat admodum lætus, alter verò mæstus, & in somnum propensus. Longitudo, & latitudo horum quinq; palmos fuisse perhibetur, & effigies monstratur in icone I.

De monstro non valdè absimili verba fecit Ambrosius Pareus, quod Lutetiæ anno salutis humanæ post sesquimillesimum septuagesimo, Iulio mense, natum est, & perinæo ad nates copulatum, cum vmbilico in loco sexus existente. Sic igitur inquit; in vico Grauillierorum ad Insigne Tintinabuli, ex patre baiulo Petro Germano dicto, & Matre Matthea Perneila duo paruuli nati sunt, quos vnitas natium, & vnus vmbilicus copulabat, qui per diametrum se se intuebantur, cum distinctione sexus; siquidem sacro latice intincti, Ludouici, & Ludouicæ nomine fuerunt appellati. I.

Præte-

I. Monſtrum bicorpor capitibus per diametrum oppoſitis.



Præterea hæc monstrosa corpora conglutinata optimatibus, & Populo monstrata fuerunt. De his tamen apud Sorbinum hæc carmina leguntur.

Vnde noui genus hoc monstri? quæ dira libido
Naturæ peruertit iter? partumq; creauit
Infandum, hærentes genitali parte Gemellos,
Cætera perfectas discreto corpore proles,
Oppositaq; oppositis spectantes ceribus ora,
Alternasq; manus, alternaq; crura, pedesq;
Vna alui cum sit compages, vnica rima
E *Subter, & è summa qui prominet vnicus alno*
Vmbilicus, certi neq; sunt discrimina sexus
Vlla, nisi secto quòd corpore dicitur alter
Signa tulisse maris; facieq; virilior illi
Fecit, vt Androgyni species noua posset haberi.
Coniectura procul nec abest, quin dicere possim
Illum illum androgynum nostri per carmina vatis
Plusquam bisdenis, & quinq; prioribus annis
Ostensum nobis, vt cætera multa malorum
Signa, decem quibus est iam conflictata per annos
Gallia, &c.

F Amplius anno Domini post sesquimillesimum septuagesimo secundo, Februario mense, vt Ambrosius Pareus recitat, in Viabani Parætia, via, qua Carnutum Lutetia itur, in Pagulo, cui Paruarum Bordarum nomen est, Cipriana Giranda Iacobi Mercatoris Agricolæ vxor, peperit puellos ad nates copulatos, consequenterq; per diametrum se se mutuo conspicientes, quibus pudendum commune fuit, necnon vmbilicus, & abdomen, cum huic monstro duo fuerint pectora, quatuor brachia, & crura, sed parùm superuixit. *Alij gemelli per diametrum se se intuentes.*

Venetijs quoq; anno post Christum natum septuagesimo quinto supra sesquimillesimum, Maio Mense, ex muliere Hebrea monstrum admirandum natum est. Erãt duo infantes iuxta nates, & perinçum coaliti, cruribus inuicem complicatis, locis secretis, & naturalibus destituebantur, quorum vicem vmbilicus supplebat; singuliq; oppositis inter se vultibus cibum, & potum sumebant. Omnia igitur ob oculos G in icone II. ponuntur. II.

Rursus Venetijs anno salutis post millesimum, & sexcentesimum decimo septimo monstrum huius generis natum esse intelleximus; nec dissimile ortum esse perhibetur Genuæ, Martio mense anni post millesimum, & sexcentesimum septimi.


Demum in Agro Pistorienſi, anno salutis humanæ post millesimum, & sexcentesimum decimo, Martio mense, ex coniugibus carbonariam factitantibus nati sunt infantes pariter circa pudenda, & nates adeo connexi, facibus similiter oppositis, vt sexus distingui non posset; quamuis sexus potius fœmineum participare viderentur. Erant igitur omnibus membris perfecti vsq; ad vmbilicum cum solo excrementorum exitu. Præterea alia etiam rima ibi obseruabatur, cuius interna cauitas duo foramina exhibebat. *Monstrum natum in Agro Pistorienſi.* III.

H Horum infantium alter vnum tantùm crus possidebat; quamuis manu chirurgi obseruantis ossa amborum crurum optime persentirentur: præterquamquòd huiusmodi crusculum in duos pedes mancos desinebat, nam octo tantum digitis integrabantur, vt ex delineatione monstri in icone III. monstratur.

Ambo infantes optimè lactebant, & potissimum primus, qui in lucem prodierat Interim dum horum alter mammam sugebat alter plorare visebatur.

MON-

II. Infantes duo iuxta nates conglutinati.



III. Fœtus geminatus vultibus oppoſitis in Agro Piſtorienſi natus.



MONSTRA BICORPORA EX FOETIBVS HVMANIS, ET belluinis coalita.

ANTEQVAM ad hiſtoriam monſtrorum belluinorum bicorporum exarandam deſcendamus, neceſſarium eſſe duximus nonnihil de mõſtris vtramq; naturam participantibus manifeſtare, vt ab vno extremo ad aliud extremum per aliquod medium tranſeamus, nimirum à monſtris humanis bicorporibus ad monſtra belluina pariter bicorpora, per illa, quæ vtramq; naturam participant.

Monſtra bicorpora trifariam ſumuntur.

Namq; in principio huius capituli vndecimi relatum fuit monſtra bicorpora trifariam eſſe intelligenda, primò quatenus humana, deinde quatenus belluina, & demùm quatenus ex fœtibus partim humanis, & partim belluinis integrabantur. Hæc poſtrema adhuc bifariam accipiuntur; quoniam nonnulli, per monſtrum bicorpor hominis, & beſtiæ naturam participans intelligunt illud, quod in ſimplici corpore duplici conſtat natura, veluti fuit partus ille ſemihomo, & ſemicanis, quem Romæ natum eſſe pronunciarunt, anno ſalutis humanæ poſt milleſimum, & quadringenteſimum nonageſimo tertio, ex puella virgine editum in ſignum prodigioſum totũ, quæ deinceps flagitia erant ſecutura. Quemadmodum in icone I. oſtenditur: ſed de ſimilibus monſtris in præſentia ſermonem non habemus, cum ſuperius de his in Capitulo de monſtroſis pedibus verba facta ſint.

I.

Verùm hoc in loco per monſtra humanam, & belluinam naturam participantia intelligere debemus illa, quę non ſolum ex duplici natura, ſed etiam ex binis corporibus inter ſe ſpecie diſcrepantibus conglutinata ſunt: vt poſſimus canere cum Poeta.

Eſſe queunt duplici natura, & corpore bino.

Exempla bicorporum.

Vnum huius generis monſtrum fuit illud, quod natum eſt anno Domini poſt octingenteſimum quinquageſimo quarto, circa finem Imperij Lotharij Cæſaris, qui fuit Dux Saxoniæ, ex quadam muliere partu editum ſpecie hominis, & canis. Erant enim duo corpora ſpina dorſi arctiſſimè conglutinata, & poſt ortum huius monſtri, mors Imperatoris ſecuta eſt.

Pariter anno poſt partum Virginis Chriſtiparæ vigeſimo ſexto ſupra milleſimũ, & centeſimum, in Albania, ignobilis mulier peperit monſtrum bicorpor, huiuſque altera facies erat humana, cum reliquis partibus proportione faciei reſpondentibus, altera autem erat canina cum reliquis membris caninis capiti canino congruis, & ſpinæ dorſi vtriuſq; fœtus erant coalitæ, vt in icone II. ante oculos proponitur.

II.

Eſt autem annotatione, & ſumma admiratione dignum, iuxta Arnaldi Sorbini mentem, quod eo tempore, quo monſtrum hoc ex cane, & homine conflatum, in Albania ortum habuit, miſera ciuitas montis Albani Aquitanorum eadem ferè rabie, quæ hodie adiacentia loca ferè omnia caninis diuexat morſibus, vicinas vrbes armis, & proditionibus, mordebat, Albigenſium infecta erroribus. Propterea narrabat Sorbinus quòd horum miſeria clarius ſignificari non poterat: quoniam hi cum homines in ſpecie viderentur multis in rebus abſtinentię profeſſores, à tergo tamẽ canes erant mordaciſſimi, procaces, blaſphemi, Sacrilegi, Caluiniſtarum errorem, & impietatem ſectantes: nam paſſim ab Hæreticis ſacerdotes trucidabantur, ſacra Dei templa ſpoliabantur, ciuitates proditionibus occupabantur, & demum viri Catholici, mœrore, & macie affligebantur. Alij facultatum iacturam deplorabant, alij propriæ patriæ oppreſſionem, & miſeram illius temporis calamitatem. Demùm lacrymis, & ſuſpirijs omnia replebantur, tanta erat hæreticæ prauitatis impia ferocitas. Hoc futurum, monſtri in Albania nati natiuitas præmonſtrabat.

Monſtri præſagia.

Scimus

I. Fœtus ſemihominis, & ſemicanis effigies.



II. Fœtus bicorpor humanus, & caninus.



III. Monſtrum bicorpor aliud caninum, & humanum.



IIII. Fœtus bicorpor humanus, & ſerpentinus.



Scimus quidem fuisse nonnullos, qui ad exprimendam iconem monstri bicorporis duplicis naturæ in Albania orti, alia vtantur icone, in qua partus humanus, & caninus conspicitur, sed cani manus etiam humanas assignant, vt in icone III. licet intueri. III.

Nihilominus nos secundæ iconi adherentes opinamur hanc effigiem esse desumptam ab illorum historijs, qui talia monstra in Aethiopia versari promulgant: quæ humana natura cum sint integrata; attamen supra humeros corpus canis humanis manibus refertum, & annexum gestare, & potestati magni Canis Tartarorum subiecta esse feruntur. Verùm hoc esse fabulosum, aut ex aliquo huius generis monstro in illis regionibus conspecto originem traxisse credimus. *Monstra fabulosa.*

Prædictis magis horrificum, & admirandum possumus publicare illud monstrum bicorpor huius generis, quod natum est mense Septembris, anno post partum Deiparæ Virginis nonagesimo quarto supra millesimum, & quadringentesimum, Cracouiæ, in platea, cui à Sancto Spiritu nomen est, vbi quædam mulier fœtum exanimem enixa est, cuius dorso serpens adhærebat, cadauer infantis depascens, vt in figura IIII. conspicitur. IIII.

MONSTRA BELLVINA BICORPORA.

NOn est credendum talia construi à Natura in humano vtero, quæ in fœtibus etiã brutorum non fabrefiant: quandoquidem Natura iuxta impedimenta, occasiones, & dispositionem materiæ, tam in humano, quàm in bellvino partu errare solet, & si bicorpora ab humana aluo monstra prodeunt, in brutorum etiam vtero fœtus bicorpores progignuntur.

Etenim legimus in historia Poloniæ, quòd Calissii in Polonia, anno post partum Virginis sexagesimo nono supra millesimum, & ducentesimum, intra octauam Natalis Christi, natus est vitulus bicorpor cum duobus capitibus, & dentibus caninis, quorum capitum maius (erant enim hæc duo capita paruitate, & magnitudine discrepantia) sua sede erat locatum, alterum verò nempe minus locum caudæ occupabat. Septem pedibus vitulinis nitebatur, quorum quatuor partem bestiæ anticam muniebant, & alij tres vnà cum cauda partem posticam exornabant. Postmodum ab huius monstri cadauere Canes, & Volucres abhorruisse referunt: hoc monstrum repræsentatur in figura I. *L. 7. c. 14.* I.

Non valde dissimile monstrum vitulinum bicorpor fuit illud, quod prodiit in lucem anno Domini post sesquimillesimum quinquagesimo sexto, mense Martio, in oppido Bergendorff. Fuit igitur Vitulus sextipes biceps, vnico podice, & duabus caudis. Deinde partes monstri ita erant distributæ, vt alterum caput Orientem, & alterum Occidentem spectare videretur. Tres pedes vni parti bestiæ, & totidem alteri parti inhærebant. Caudæ duæ cum podice circa latus monstri conspiciebantur.

Præterea non minus horrificum quàm admirandum fuit monstrum illud vitul inũ natum Bonæ oppidi inferioris Germaniæ nõ ignobilis ad Rhenum quatuor milliaribus à Colonia Agrippina siti, anno salutis humanæ post sesquimillesimum quinquagesimo secundo, Maio mense; fuit enim Vitulus duobus capitibus, & caudis; sed tribus tantũ oculis refertus: quemadmodum in icone II. conspiciendus proponitur. II.

Cæterùm accidit in Brutis, quòd in humana natura nondum fuit obseruatum, scilicet monstrum tricorpor procreari; hocq; inde oriri opinamur, quoniam multa bruta sunt hominibus fæcundiora. Namq; vbi fœtus numerosi in vtero concipiũtur, facilè duo, aut tria corpuscula coniungi, aut conglutinari possunt. Id accidit Basileæ anno Domini post sesquimillesimum quinquagesimo quarto in fele domestica Conradi Licosthenis.

Ipso

I. Vitulus bicorpor capitibus caninis.



II. Vitulus bicorpor tribus oculis prædítus.



III. Felis tricorpor ventribus copulatus.



Ipse enim narrat se domi aluisse felem fœcundissimam, quæ vnico partu tres catulos non vmbilici vinculo coniunctos, sed re vera in aluo materna ventribus conglutinatos edidit, quos angustia partus nascentes interemit. Hoc mõstrum in icone III. apparet. Matrem huius mõstri re vera fœcundissimam felem Licosthenes prædicauit, cum sæpè ter singulis annis conceperit, modò quinq; modò sex catulos enixa. Sed postquam annum octauum, ætatis attigit; monstra plerumq; peperit, & tandem, contra naturam matrum, editos catulos, & ad currendum idoneos deuorauit: ideoq; ob hanc fœuitiam submersa est. III. *Felis monstrosa.*

In genere auium bicorpora interdum inuenta esse feruntur. Quandoquidem anno
E Domini post millesimum, & quadringentesimum nonagesimo sexto, authore Licosthene, in quodam pago ad episcopatum Argentinensem spectante, cui Sugenheim nomen est, duobus ab Argentina milliaribus, Anser monstrosę formę ab ouo exclusus est, duobus capitibus, totidem linguis, collo vnico, quatuor pedibus, quorum duo locum occupabant, ex quo alę in alijs animalibus huius generis emergere solent, & alij duo pedes circa podicem visebantur, vbi duplex excrementorum erat exitus, & demùm alę collo quodammodo annectebantur. *Anes bicorpores.*

Itaq; hunc Anserem iure merito bicorporem appellare poterimus non valde discrepantem ab illo, quem se vidisse fatetur Albertus Magnus, duplici collo, quaternis alis, totidem pedibus, & dorso vnico, itaut vnus Anser alterum baiulare videretur: Qualis in icone IIII. spectari potest. IIII.

F Ad finem tanquam coronidem horum monstrorum in campum affere volumus monstrum bicorpor in genere lacertarum: si tamen in rerum natura vnquam fuerit, quod in Tabula Torquati Bembi delineatum inuenitur, & figuram duarum Lacertarum simul copulatarum repræsentare videtur: ideoq; placuit hoc monstrum lacertam bicorporem, seu amphisbænam indigitare, qualis in icone V. conspicitur. V.

Sed maior admiratio legentium animos occupabit, quando iconem bicorporis lacertæ meditabuntur, quę viua dono data fuit Clarissimo viro Vlyssi Aldrouando à Francisco Centensi Odontagogo celeberrimo. Hæc lacerta loco caudæ aliud caput habebat, & propterea ad vtrumq; caput versus gradiebatur. Quamobrem ex ouo gemino prodijsse fateri debemus, & talis in icone VI. cernitur, qualis viua fuit delineata. VI.

Id quod in partibus extrinsecis Animantium geminatis obseruauimus, de intrin-
G secis quoq; idem pronunciandum esse arbitramur: quoniam Pontanus testem citat, qui affirmauit vidisse Arietem exenteratum, in quo præcordia, & intestina geminata conspiciebantur. Præterquamquòd superius multis in locis viscerum in multis animantibus geminatorum meminimus. *Interna partes animalium mõstrosa.*

Quamuis causæ fœtuum bicorporum omnes ab vbertate seminalis materiæ originem trahere videantur: nihilominus multæ horum fœtuum causę ad materiæ inopiam referendæ sunt: veluti quando generantur fœtus bicorpores, iuxta partes supernas, vel infernas, & postmodùm cæteræ partes simplices tantummodo procreantur. Ratio est, quoniam materia duobus fœtibus constituendis destinata, cum non æquatur illam quantitatem, quam geminatus fœtus expostulat, tunc fœtus bicorpor tantummodo, vel quoad partes inferiores, vel quoad partes superiores
H producitur. Namq; Natura incumbens in fabricam Gemellorum, formatis partibus supernis, si deficiat materia, fœtus resultabit bicorpor quoad caput, & thoracem, & deinceps simplex corpusculum remanebit. *Causa bicorporum.*

Ex altera parte totum oppositum esset pronunciandum de fœtibus bicorporibus quoad partes inferiores, & simplicibus quoad partes superiores, nisi obstaret difficultas, de primo ortu partium præcipuarum, & potissimum cerebri generatione: siquidem Natura in formando cerebro, & capite primùm occupata, semper hoc genus bicorporum, & Gemellos, ob penuriam materiæ, quoad partes supernas, & simplices quoad partes infernas procreabit.


Cæterùm animaduertere oportet aliquando in hoc genere bicorporum producendo, non solum penuriam materiæ ad partes principales generandas idoneæ esse impedimento, quominus Natura Gemellos integros procreare possit in parte superiori, sed quandoq; angustiam loci, qui duplicem materiæ cerebri distributionẽ *Angustia loci quid præstet.*

capere

IIII. Anſer bicorpor.



V. Lacerta bicorpor.



VI. Lacerta bicorpor alia.



capere non poteſt ; ideoq; materia ſimul conglutinata vnicum tantùm caput pro Gemellis conſtituit. Quamuis etiam id ex vehementi matris agitatione prouenire poſſit; quocirca obſeruamus plerumq; Gemellos in partibus ſuperioribus ſimplices à capite admodum magno regi.

Neq; parentes monſtroſi ab his cauſis ſunt arcendi, quoniam ſi ambo aliqua parte ſuperflua eſſent integrati, facilè ex his monſtroſa proles cum numeroſis partibus reſultare poteſt cum Natura quid ſimile in ſpecie ſemper perpetuare nitatur. Licèt hoc poſtea non ſemper ſit neceſſarium, etenim ex ſuperfluis Genitorum partibus tam exigua ſeminis portio fœtui conſtituendo aſſignabitur, ne partes fœtus geminari poſſint. A

Quãdo autem Gemelli omnibus partibus integrati varijs modis in aluo materna conglutinantur, vt multis iconibus fuit oſtẽſum, Hoc à multis cauſis originem ducere arbitramur. Primò mulier vtero Gemellos gerens ex vehementi corporis cõcuſſione, caſu, & alia cauſa huius generis efficere poteſt, vt tenella fœtuum ſubſtantia coaleſcat. Et quoniã Gemelli in vtero nõ ſemper eundem ſitum occupant, hinc fit, vt partus bicorpores aliquando iuxta corporum longitudinem, & aliquando iuxta nates copulentur.

Cauſa bicorporum.

Interdum quoque morbi fœtuum in cauſa eſſe poſſunt, vt Gemelli coaliti in lucem prodeant, dum aliquis humor acris ad vterum fluens, tenellam Gemellorum ſuperficiem erodit: vnde, fluxione cohibita, partes illæ infantium vexatæ glutinantur in vnum, & Gemelli iuxta partem anteriorem, vel poſteriorem, vel lateralem B coniuncti ad auras vitales egrediuntur.

Quod de partu humano geminato hactenus aſſeuerauimus, de cauſis fœtus brutorum bicorporis confirmandum erit, quoniam Natura vtrobiq; iuxta diſpoſitionẽ materiæ, & impedimenta ſemper operatur.

Quoad illa monſtra bicorpora, quæ aliud corpus imperfectum, & minoris ſtaturæ annexum habuerunt; notandum eſt hoc plerumq; à ſuperfœtatione prodire. Nã quamuis hæc ſit rara, rara quoq; monſtra huius generis obſeruata fuiſſe feruntur. Præterquamquòd ſuperfœtationem omnes ferè Authores admittunt, & quotidiana experientia, & obſeruatio docent. Primitùs Cardanus in Commentarijs ad Hippocratem, ſua ætate ſuperfœtationem obſeruauit. Immò Dodoneus in Annotationibus ad Caput tertium Beniuenij narrat vxorem honeſti ciuis, anno Domini poſt ſeſquimilleſimum ſexageſimo die ſeptima Decembris enixam eſſe felicem partum, & poſtridie, nimirum octaua die eiuſdem menſis alium fœtum nondum quadrimeſtrem peperiſſe, qui oculorum, narium, & oris nullam adhuc effigiem præ ſe ferebat: idcirco poſteriorem conceptum, conſequenterq; ſuperfœtationem argoebat. Demum Alexander Benedictus monſtroſam quoq; ſuperfœtationem memorat, ad quem Lectores relegamus.

Superfœtatio quid præſtare poſſit. L. 5. Aphor. 36.

Lib. 25. de cur. morb.

Cum igitur interdum fiat ſuperfœtatio, hæc vario tempore gratiditatis contingere poteſt. Namq; ſi hæc accidat primo tempore geſtationis vteri, tunc ſemen alteri conceptui adhærens, nouam partem in illo poterit procreare: quemadmodũ obſeruatum fuit in illo monſtroſo fœtu, qui præter proprium caput, aliud in ventre geſtabat, de quo monſtro in Capitulo de monſtris bicipitibus verba fecimus.

At ſuperfœtatio, ſi menſe ſecundo, vel tertio gratiditatis contingat, tunc ſecun- D dus fœtus priori minor reſultabit, qui dum augetur aliquando ob loci anguſtiam, vel ob aliam cauſam nobis ignotam, fœtui maiori agglutinatur; veluti monſtratum fuit in fœtibus, ex quorum ventre, vel thorace aliud corpuſculum imperfectum pendebat. Hinc fit vt ratione ſuperfœtationis, & temporis varij conceptus, alterum corpus geminati fœtus altero grandius ſemper euadat; cum diuerſo tempore progenita fuerint: ſiquidem Gemelli eodem tempore concepti, ſiue diſcreti, ſiuè coaliti, ambo æqualem corporis molem ſemper ſortiuntur.

Tempus ſuperfœtationis varium.

Demùm cauſæ bicorporum ex humana, & belluina natura conſtitutorum eliciendæ ſunt ab illis vniuerſalibus cauſis, quæ fœtus ex partibus diuerſæ ſpeciei animantium integratos reſpiciebant. Namq; ex ſemine corrupto, & in alienam naturam degenerante etiam in vtero beſtiæ, ranæ, & ſerpentes progignuntur, veluti ſuperius explanatum fuit; ſicq; ortum eſſe infantem cum ſerpente eius dorſo adhærente opinamur.

Cauſæ bicorporum ex humana, & belluina natura.

Quam-

Quamquam imbecillitas generantis, principium materiale fœtus prauè dispositum, phantasia Genitorum, & congressus nefandus, nimirum belluinus, & humanus, necnon cætera huius generis inter has causas sint connumeranda.

Nihilominus hoc in loco vis Cacodæmonis non est omittenda, quæ, Deo permittente, in causis naturalibus mirum in modum operatur, dum partem seminis in vtero existentem in vilorem naturam transformat, vt inde nonnisi corpusculum bruti resultare possit; Interdum semen prolificum alicuius bestiæ latenter in vterum mulieris defert, vt illinc horrificum monstrum egrediatur. Immò fœtum alicuius bruti in aluũ mulieris trãsferre, & humano conceptui agglutinare potest, vt ex humana aluo semihumanum, & semibelluinum monstrum erumpat: & hæc de monstris Animalium dicta sufficiant. *Vis Cacodæmonis.*

DE MONSTRIS PLANTARVM.

Caput duodecimum.

RATIO ordinis in principio huius Historiæ memorata expostulat, vt in præsentia de monstris plantarum verba faciamus: cum in illarum procreatione, Natura pariter aliquos committat errores, & præcipuè quoniam plantæ cum animalibus maximam conuenientiam habere videntur. Fuerunt enim aliqui, qui plantis omnes quinq; sensus animantium assignarunt. Namq; liquidò constat Zoophytis sensum tactus inesse, cum Vrtica marina, Mimosa, & alia huius generis ad simplicem tactum se contrahant. Præterea aliqui plantis, & potissimum maritimis gustum attribuerunt: cum in Agro carente salsedinis satæ, vel non erumpunt, vel translatæ illico intereunt. Deinde olfactu præditas esse astruunt illas herbas, quæ propter accessum mulierum mensibus laborantium languescunt. Insuper in plantis auditum quidam obseruarunt propter violam albam in monte Myceno crescentem, quæ, statimatq; noueræ nomi- natur, confestim corrumpitur. Demùm in aliquibus herbis, & potissimum in Araxe visus fuit obseruatus, quæ planta, simulatq; se a Virginibus compertam videt, statim sanginem effundens contabescit. Sed vt veritatem fateamur hæc vana, & nugamenta esse opinamur. *Sensus in plantis.*

Quandoquidem, præter hæc, non desunt argumenta, quibus vti possumus ad probandam maximam inter animalia, & plantas conuenientiam: etenim inter animal, & plantam quoddam medium velut animalis, & plantæ vinculum à natura collocatum fuit, quod Zoophytum, nempè plantanimal, seu animalplanta nuncupatur: quod, more plantæ, humi adhæret, & ritu animalis ad quemlibet leuem tactum contrahitur. *Cognatio inter animalia, & plantas.*

Amplius cognationem inter plantas, & animantes cadentem, ex mutua generatione cognoscimus: cum animalia ex plantis, & vicissim plantæ ex animalibus oriãtur. Testes sunt Aristoteles, Theophrastus, & Plinius, ex cornibus viuentis Cerui hederam aliquando veluti ex humo erupisse. Item Plutarchus in arenam ducit, quemdam vrinæ difficultate diu laborantem, qui tandem culmum hordeaceum vnà cum lotio excreuit. Hinc nulla admiratione coerceri debemus, si spicæ hordei ex naribus mulieris viuentis aliquando eruperint: quemadmodum in Rubrica Prodigiorum memoratum fuit. Deniq; in dorso testaceorum, & crustaceorum herbę muscosæ crescentes interdum obseruantur.

Vicissim ex plantis animalia generantur. Namq; Acosta memorat vermes, & mures ex arundinibus in noua Hispania natos. Ioannes Baptista Porta, in naturali Magia, anguillas ex alga sponte prouenire docet, & tandem Cardanus scriptum reliquit ex foliis mori in Cœlo calidioti crescentis gigni bombyces, non secus atq; apes ex cadaueribus boum enascuntur. *Animalia ex plantis generantur.*

Demùm Terebinthus, attestante Plinio, quosdam folliculos emittit, ex quibus

animalcula, eeu culices paulò post euolant, sed breuitati studentes infinita huius generis omittimus.

L.4. de gen. an. c.4. His igitur intellectis de consensu plantarum, & animalium, iuri consonum esse videtur, vt pronunciemus vnà cum Aristotele monstra in plantis non secus, atque in animalibus necessariò contingere: quamuis sint ratiora; quoniam facilius est errare in operibus multarum partium miró artificio inuicem connexarum, quales animalia integrant, quàm errorem committere in partibus simplicioribus quæ plantas constituunt.

Monstra impropria. Verùm, antequam ad peculiaria plantarum monstra accedamus, satius erit monstra plantarum discriminare; cum hæc plurifariam intelligantur: siquidem monstra plantarum, vel propria, vel impropria nuncupantur, & hæc postrema bifariam accipiuntur, primò quatenus aliquid in plantis prodigiosum euenerit, deinde quatenus in aliqua arboris fronde, vel flore, aut arboris tronco Natura ludibunda nonnullis lineis tanto artificio exprimit iconem alicuius rei, vt omnibus industriè depicta videatur, aut aliquam radicem vel ramum varijs obliquitatibus, & tuberculis ita effigiat, vt cælaturam alicuius rei referat. A

Monstra naturalia quæ. At monstra plantarum propriè considerata, adhuc bifariam considerandæ se se offerunt, nimirum vel naturaliter, vel iuxta artem parata. Artificio enim plantæ duobus modis monstrosæ redduntur, aut per insitionem, cum vna arbos duplex vel triplex florum, vel fructuum genus producit, aut per talem compressionem vel deligationem fructuum, seu tenellæ plantæ, vt propria figura mutetur. Naturalia autem vocantur monstra plantarum, quando Natura in radicibus, caulibus, foliis floribus, & fructibus aliquo oppressa impedimento errorem committit: veluti quando duo, vel tres fructus intra rami angustiam copulantur; quod contingit etiam in vtero animalium, quando propter angustiam loci duo fœtus conglutinantur. B

L.2. physic. Quamuis hoc postremo modo omnes Authores, & potissimum Aristoteles in plãtis raró produci monstra asseuerauerint; tum quia semen plantarum est siccius, in comparatione ad semen animãtium, quod cum sit mollius cuicumq; alterationi magis est obnoxium; tum etiam quia maior partium numerus animantium constitutioni, quàm plantarum competit, quarum partium postea vna deficiente monstrum contingit. Nihilominus ex assidua obseruatione multa quoq; monstra in plantis comperimus: quapropter hanc historiam varijs iconibus huius generis illustrare decreuimus. C


MONSTRA PLANTARVM PRODIGIOSA.

MVLTA monstra ea quidem prodigiosa in plantis varijs temporibus conspecta fuisse legimus. Nam Gualterius Sigibertum citat authorem cuiusdam Sambuci, præter consuetudinem, vuas ferentis: ideoq; tractu temporis flores, & fructus Sambuci in flores, & fructus vitis transmutatos prædicabat. Nisi fortassis allucinatus fuerit ille sambuci specie fructus vuis simillimos producente, quæ hodie in viridarijs alta ab Herbarijs Sambucus muscatella vocitatur, quoniam fructus degustati, vuæ apianæ, vulgò muscatellæ saporem referant. D

Sambucus muscatella.

L. 18. c. 18. Vtcumq; sit, multa huius generis, præter consuetudinem, in plantis obseruata non negamus, & potissimùm quoniam Plinius testificatur fruges in arboribus natas esse, anno Mundi septingentesimo sexagesimo quinto supra tria millia, & ante Christum natum, centesimo nonagesimo octauo, quo tempore Plautus ex Sarsina Vmbriæ, Romæ interijt, qui ob penuriam annonæ ad molas manuarias Pistorise locauerat. Pariter, ex Licosthene anno Mundi octingentesimo trigesimo primo supra tria millia, & ante Christum natum centesimo trigesimo secundo, Bononiæ in ar-

I. Monstrificum frumentum in arboribus natum.



in arboribus fruges ortæ eſſe perhibentur. Rurſus anno mundi octingenteſimo
I. quadrageſimo primo ſupra tria millia, & ante Chriſtum natum centeſimo vigeſimo ſecundo, in Veiente, vt tradit Licoſthenes, frumentum in arboribus creuit; quemadmodum in icone I. Lector intueri poteſt.

Inſuper anno ſalutis humanæ nonageſimo octauo prodigioſam creuiſſe arborem
Vlmus obſequioſa. nonnulli recitant. Quandoquidem ex Philoſtrato in Vita Apollonij Tyanei habemus, quòd Theopetion Gymnoſophyſtarum Dux ſenior præcepit cuidam vlmo, vt Apollonium Tyaneum ſalutaret, quod ex ſententia ſucceſſit: nam arbor inclinato cacumine, frondibus ſuſurrans, mandatis obſequioſa fuiſſe perhibetur.

Immò, ex mente Plinij, in quodam luco Iunoni ſacro penès Nucerium, tempo- A
Salix Acer re belli Cymbrici, Vlmus vetus ad terram proſtrata, faſtigio cæſo, ſponte erecta, denuò frondes emiſit. Hinc Prodigiatores populum Romanum præſentibus ærumnis liberandum fore præſagierunt. Alibi quoq; Salix, & Acer arbores humi iamdudum ſtratæ folia denuò emiſerunt.

Cæterùm anno Domini poſt ſeſquimilleſimum quadrageſimo ſexto, Baſileæ
Caroli Quinti irruptio in Germaniã. Raurachorum, in quodam Viduę agro, vt teſtatur Licoſthenes, in Diui Albani ſuburbio habitantis, ſtipula ſiliginis decorata ſeptem ſpicis inuenta eſt, inter quas ſpica eminentior reliquas magnitudine ſuperabat; & eodem anno Carolus Quintus Imperator copijs Hiſpanicis ſtipatus in Germaniam irrupit, vt aliquos Principes minimè obſequioſos deprimeret.

Hęc prodigioſa Siligo in memoriam reuocauit culmum quindecim ſpicarum ſuis B
ariſtis affabrè munitarum, qui anno ſalutis humanæ poſt ſeſquimilleſimum quadra-
II. geſimo primo, in Germania, prope Pagum Malſch, non procul à Spira oppido imperiali abſq; vlla ſatione, iuxta mentem Licoſthenis, inuentus eſt, & deinceps præſentem annonæ caritatem rei frumentariæ vilitas ſubſequuta eſt. Hęc monſtroſa planta in icone II. oſtenditur.

Iterum maiori admiratione debent nos afficere vites monſtrificæ, quę anno ſa-
lutis humanæ poſt ſeſquimilleſimum quadrageſimo primo, vuas longis barbis re-
ferras produxerunt. Recitat enim Licoſthenes vuas barbatas vindemiæ tempore
comperras eſſe in Germania propè Alberſchuuiler, non longè à Landauo oppido,
quæ primùm ad Ludouicum Bauariæ Ducem, & Electorem dono miſſæ fuerunt; de-
III. inde à Ferdinando Rege, & Principibus Imperij, miraculi loco, conſpectæ; im- C
mò, ab Henrico Vogther inſigni pictore viuis coloribus fuerunt expreſſę: quemadmodum in icone III. delineantur.

Prædictis addere volumus prodigioſam Braſicam natam in Pago quodam non
procul à Norimberga, anno Domini poſt ſeſquimilleſimum quinquageſimo tertio,
Braſſica monſtroſa. iuxta hiſtoriam Licoſthenis, qui pagus lingua vernacula Zutdem Thon nuncupatur, ibi igitur in agro Villici Hofeleri inuentum eſt caput Braſicę, cui ſex alia capita ſupra decem ex vno, & eodem caule ſuis diſtincta foliis acreuerunt, quæ Braſica tanquam prodigioſa ad Dynaſtas illius loci delata, & multis alijs oſtenſa fuit.

Meminimus, & nos nonnullis ab hinc annis vidiſſe Bononiæ in Horto cuiuſdam
Olitoris Braſicam capitatam immenſæ molis ad quam conſpiciendam multi concurrebant. Itaq; olitor curioſitate ductus circa radices Braſicæ fodiens calceum vete-
rem terra obrutum inuenit ad quem radix Braſicæ perueniebat. Vnde olitor co- D
ria veteramentarij huic herbæ fore grata cognouit.

Poſſemus etiam, ex Plinio, in medium afferre quòd, ad primum Xerxis aduentũ
in Laodiceam, Platanus in oleam eſt tranſmutata. Et alibi Platanus iam exiccata virorem frondium denuò adepta eſt. Item poſtremo Imperij Neronis anno, in prædijs V. Marcelli equitis Romani res Neronis familiares adminiſtrantis, multæ arbores, & potiſſimùm oliuæ locum mutarunt. Imò, ex Licoſthene, anno poſt ſeſquimilleſimum quinquageſimo, circa, finem Iunij in Germania propè pagum Bertholdſzdorff non procul ab oppido Coburg, in Pyro arbore iuſtæ magnitudinis, & proceritatis pyra ad maturitatem vergentia reperta ſunt, cum in ſummitate arboris alij flores quaſi ſecundi fructus eiuſdem anni indices erumperent.
L. 2. de diuin. nat. car. c. 1.


Tandem Surius, referente Cornelio Gemma, narrat, quòd anno Domini poſt ſeſquimilleſimum quinquageſimo nono, Martio menſe, in Regione Angliæ, quam

Priſci

II. Monſtrificus ſpicarum quindecim culmus.



III. Monſtroſa vua barbis inſignita.



Prisci Cambriam, & Nuperi Valleiam vocitarunt, annosa quædam Fraxinus per medium immani tempestate dissecta effigiem Dominicæ Crucis affabrè repræsentauit, quæ ibidem pluribus annis remansit ad imprimendam humanis cordibus Crucis memoriam, & eo potissimum tempore, quo homines sceleratissimi viuebant. *Fraxinus monstrosa.*

Prodigiosa hæc omnia, siue sint propria, siue impropria, cuncta à summo Deo, vnà cum Diuo Augustino, originem ducere statuimus: cum is scriptum reliquerit. Quælibet igitur corporales, vel seminales causæ gignendis rebus adhibeantur, siue operationibus Angelorum, aut hominum, aut quorumcunq; animalium, siue matrium, fœminarumq; mixtionibus, quælibet etiam desideria, motusue animæ matris valent aliquid lineamentorum, aut colorum aspergere teneris conceptibus, ipsas omnino naturas, quæ sic, vel sic in suo genere efficiantur, non facit nisi summus Deus, cuius occulta potentia cuncta penetrans incommutabili præsentia facit esse quicquid aliquo modo est, in quantumcumq; est, quia nisi faciente illo, vt tale, vel tale esset, prorsus esse non posset: Hactenus Diuus Augustinus, & de his satis. *L. 12. de ciuit Dei cap. 25.*

MONSTROSA IN PLANTIS SIMVLACRA.

VARIA, quæ in radicibus, ramis, & alijs plantæ partibus, simulacra obseruantur, aut semper in illis, & in determinatis herbis à Natura repræsentantur, aut in aliquibus tantùm, & rarò effigiantur. Sin hæc simulacra per se in herbis figurentur, tunc hæ plantæ monstrosæ non appellantur; vt contingit conspicari in Antyrrhino syluestri, cuius capitula humanam caluariam referunt: hac de re Herbarij hanc plantam caput Defuncti indigitant. Insuper ἀνδράκλος est quædam planta apud Græcos homini similis, quasi ἀνδρώκλος, facta syncope, & mutata tenui in asperam. Hæc igitur cum Mandragora conuenire videtur, quæ in radice rudimenta humanæ figuræ refert: quapropter Columella mandragoram semihominem appellabat sic. *Antyrrhinū* *Androcelas.*

Quamuis semihominis vestans gramine fata
Mandragora pariat flores, maestamq; Cicutam.

Deinde hæc eadem planta Pythagoræ ἀνθρωπομόρφος dicebatur, quasi formam hominis referens. Vt omittamus alias plantas humanam figuram repræsentantes, veluti sunt quædam satyriorum species, quarum vnius flos figuram humanā perpulchrè æmulatur: quocirca Græcis ἀνθρωποφόρος cognominatur, quasi hæc planta in flore hominis figuram ferat. Pariter Palma Christi inter species Satyrij, & ipsa radices humanam manum æmulantes producit, & sic deinceps in multis alijs plantis idem obseruare licet: quemadmodum in primo Capite huius libri, nempe in Rubrica Denominatorum fuit enucleatum. *Anthropomorphos satyrij species*

Cæterùm in præsentia de his non est habendus sermo, cum assiduè secundùm Naturæ leges procreantur, sed tantummodo rara quædam in plantis simulacra interdum obseruata recensebimus. Huius generis fuit quædam Bryoniæ albæ radix inuenta cum aliqua effigie humana, & adhuc in publico Musæo seruatur. Rursus radix quædam nobis dono data fuit, in qua Natura artificiosè simulacrum hominis figurauit vt in icone I. ostenditur pronè, & supinè picta. *Rara bryoniæ radix.* I.

Natu-

I. Simulacrum hominis in radice cuiuſdam plantæ pronè, & ſupinè delineata.



Natura in radicibus, & plantis, non ſolum ſimulacra hominis, ſed etiam aliarum rerum identidem figurat, & monſtroſas radices colligentibus, & intuentibus exhibet. Seruatur hodie in Muſæo Illuſtriſſimi Senatus Bononienſis ξύλα ὀφιώδη, nempe radix ſerpentiformis, quoniam formam ſerpentis affabrè ſimulet: quamobrem iure optimo ſimulacrum ſerpentiforme in radice à Natura ſculptum erit appellandum quemadmodum apparet in icone II.

Simulacrũ ſerpentiforme.

II. Nec; volumus omittere ramum ophiphyton, ſiue ophixylon, qui Clariſſimo Viro Vlyſſi Aldrouando tanquam res admiranda donatus fuit. Quamobrem delinea-

tum

II. Simulacrum ſerpentiforme in radice à Natura cælatum.



III. Ramus Serpentiformis.



tum Lectori dare decreuimus, vt possit contemplari, quomodo Natura nonnullis eminentijs, & depressionibus in ramusculo figuram serpentis formauerit, vt in icone III. monstratur. Placuit Viro celeberrimo hanc figuram ramum serpentinum indigitare, cum sua effigie serpentem prorsus æmularetur. Ramus fuit appellatus, & non radix: cum alius similis fuerit obseruatus in Clematide, quæ vulgo Vitalba nominatur. Creuerat enim inter ramũ, & ramũ ramusculus, qui Cenchritem anguẽ prorsus referebat. Ideo quemadmodum tunc talis ramus in Clematide fuerat procreatus: pariter nihil prohibet, quin huiusmodi ramus in alia etiã plãta gigni potuerit. III.

Quòd autem icon delineata ramum, & non radicem repræsentet, hoc inde colligimus quoniã omni prorsus fibra careat: Siquidem nulla planta in rerũ natura cressit, cuius radix fibris vel magnis, vel mediocribus, vel minimis sit priuata; cum plantis siue perfectis, siue imperfectis fibræ ad vitam sint necessariæ, vt alimentum a terra hauriant, quia proportione venis meseraicis respondent, quæ in animalibus chilum ad hepar deferunt. E

Quod modo in radicibus, & aliquibus ramis à Natura cælatum obseruauimus, quandoq; in nonnullis saxis per Torrentes, & amnes deuolutis conspicari possumus, cum interdum lapides figuram Panis, Casei, & Peponum referant. Immo tradit Olaus Magnus in Litoribus Ostrogothorum, nempe Orientalium maris Brauiken nuncupati obseruari lapides, qui varias figuras partium humani corporis quasi artificiosè cælatas repræsentant. Quamuis Incolæ huiusmodi spectaculis assueti talia simulacra nihili faciant. *Varia figuræ in lapidibus.* F


Hactenus Naturæ cælaturas meditati sumus; iam Naturę picturas contemplari oportet. Namq; si contingit, vt ars sculpendo, & pingendo Naturam in omnibus æmuletur, vicissim Natura, quasi artem ludificando, sculptoris, & Pictoris munus imitari videtur, dum quædam lineamenta, quasi penicillo ducta in ramis, & truncis arborum, & interdum in lapidibus, ita affabrè accommodat, vt varias rerum icones exprimat. Proponimus igitur hoc in loco spectandam portionem trunci arboris Guaiaci adhuc in publico Musæo seruatam, in qua duę figuræ ad viuum expressæ conspiciuntur, quarum altera est auis aquatilis, altera verò fungi. *Picturæ naturales quę.*

Nam truncus arboris, in quo, hę duę figurę visuntur, non erat his exornatus nisi in parte illa inferiori, quę terram respiciebat: pars enim superior caudicis Guaiaci aliquantulum bifida apparebat, & quodammodo in duas partes minores diuidebatur sesquipalmi latitudine, sed in parte inferiori minimè bifida duę illæ figuræ inuicem oppositæ duobus ramis bifidis, seu potius ramorum medullis respondere videbantur. Cum Lignum guaiacum suapte natura medullam quamdam nigricantẽ, plerumq; cætero ligno illam circumdante maiorem habeat. Attameu in hoc ligno oppositum obseruatur: cum maculæ nigræ ligno circumdante minores sint. G *Signi Guaiaci truncus figuratus.*

Itaq; in altera parte ligni cernitur figura auis aquatilis, nimirum Ardeæ marinæ Totani nuncupatæ, & in altera parte trunci conspicitur icon referens formam illius fungi, quem Vulgus Galletto vocitat. Sicuti in icone IIII. exprimitur. IIII.

Quapropter non possumus nisi admirari perpulchra Naturæ opera, quæ non solum monstrifica in animalibus generat, sed etiam in lapidibus, & stirpibus, in quibus, macularum varietate, multas animalium, herbarum, & aliarum rerum icones fingit, quas proculdubio casu factas esse arbitramur. Licet nonnulli, & potissimum Albertus Magnus horum generationem constellationibus assignent. Namq; si accidat, vt sydera disponant agentia naturalia ad procreationem Canũ, tunc inquiunt hominem cum facie rictum Canis quodammodo æmulante nasci, & pariter tunc in quibusdam lapidibus, & truncis arborum non dissimiles Canum figuras delineari, & sic deinceps de alijs animalium formis asseuerant. H *Causę figurarum in truncis, & lapidibus.*

IIII. Arbòris Indici portio cum duabus figuris à Natura delineatis.



PLANTÆ IVXTA VARIAS PARTES MONSTRIFICÆ.

E REDDVNTVR plantæ monstrosæ plurifariam, primò per insitionē, quando ex commixtione diuersi generis plantarum arbor sua natura sterilis, accepto fœcundæ stirpis seminario, fructus producit. Quamobrem memoriæ dignum est, quod Plinius se vidisse testatur de insita arbore Tilia apud Tiburtes, omni genere pomorum onusta, alio ramo nucibus, alio baccis, alio vite, ficis, pyris, punicis, malorumq; generibus; non igitur præter rationem canebat Virgilius.

Inseritur verò ex fœtu nucis Arbutus horrida, *L. 2. Georg.*
Et strenua Platani mala gessere valentes,
Castaneæ fagos, Ornusq; incanuit albo
Flore pyri, glandemq; sues fregere sub vlmis.

Item Calphurnius in Eclogis hue respiciens scribebat.

F *Ars mea nunc malo pyra temperat, & modò cogit* *Ecloga. 1.*
Insita præcoquibus subrepere Persica Prunis.

Vidimus, & nos in pulcherrimis Viridarijs & Florarijs Serenissimi Magni Hetruriæ Ducis vuarum racemos ex malo limonia prodeuntes, necnon rosas, quas planta Iasmini proferrebat; sed hæc ferè monstrosa non videntur cum passim in hortis miro artificio parentur.

Itaq; prætermissis hisce plantarum monstris arte paratis, ad illas plantas ponderandas accedemus, quæ in primordio suæ generationis, iuxta radicem, vel folia, vel caules, vel flores, vel fructus monstrificæ à Natura procreantur: quandoquidem errata Naturæ in prædictis omnibus plantarum partibus obseruauimus, vt deinceps proponendo icones ostendemus. *Vera plantarum mōstraque.*

In primis monstrum circa radicem plantæ nobis se se offert considerādum, quod G elapsis annis in publico Viridario compertum fuit. Nascitur planta passim inter segetes, propè sepes, & in marginibus agrorum, foliis satiuo ocymo similibus, ramulis hirsutis, quorum fastigium flores candidi occupant, quibus cadentibus succedunt vascula in quibus semen nigrum continetur, radice tenui, & inani, quam Matthiolus ocymastrum, ocymoidem, & ocymum syluestre, immò Castor Durantes Basilicum syluestre appellat. Dodoneus verò Lychnidem syluestrem albam, & Bauhinus saponariam hirsutam Italorum nuncupauit. *Ocymastri descriptio.*

Quoniam autem huius plantæ quatuor species obseruantur: prima est iam descripta, quæ florem album simplicem emittit, à secunda flores purpurei erumpunt; tertia flore pleno candido crescit, propterea Lobelius hanc Lichnidem, syluestrem albam multifloram indigitauit: quarta demum florem purpureum plenum producit. Quamobrem hæ tres postremæ differentiæ ob pulchritudinem, & raritatem in Flo- H rarijs aluntur. Prima autem species tanquam villissima sponte in Hortis crescens à diligentissimis cultoribus eradicatur. *Species varia ocymastri.*

Accidit autem vt Hortorum Custos, in extirpandis syluestribus herbis, euelleret huiusmodi ocymastrum cum radice adeò tumente, vt rapum æmulari videretur: cū igitur hæc planta tenui radice suapte natura crescat, hanc delineatam tanquam mōstrificam Lectori spectandam exhibemus in icone I. Verum quidem est, quòd similis planta in Hortis ob alimenti vbertatem, & flores, & folia iustò maiora producit, I sed nunquam talis radix fuit obseruata, cum in terra stercore saturata prouenerit. Præterquamquod fastigium plantæ, vnde flores exibant, tumore quodam præter naturam laborare videbatur.

Sin ad monstrosa plantarum folia accedamus, prima facie proponemus ramum spectandum Amygdalifolijs monstrosis præditum, olim tanquam admirandum à

I. Ocymaſtrum radice monſtrifica cum tumore circa faſtigium.



Fratre Gregorio Capucino Regiensi Clarissimo viro Vlyssi Aldrouando communicatum.

Folia monstrosa Amygdali.

Est igitur Amygdalus arbor notissima, nimirum procera, caudice crasso, recto; cortice aspero, & folia gerit persico similia. Modò in summitate rami huius arboris quædam folia valdè magna, crassa, & crispa, necnon colore purpureo insignita conspiciebantur, quæ prorsus à veris Amygdali foliis degenerabant. Deinde inter hæc monstrosa folia quædam erant virore prædita, quædam admodum crassa, & quædam inter se se ita complicata, vt illos Vlmi folliculos æmulari viderentur, ex quibus animalcula veluti culices euolare solent.

E Quare coniectare possumus horum foliorum complicationem ab aliquibus erucis in fabricandis folliculis fieri, cum inter hæc monstrosa folia, filamenta candida cũ quibusdam ouis latibularentur, quæ proculdubio ab Eruca, vel simili animalculo fuerunt edita. Præterquamquòd aliquod genus erucarum determinatum fuisse existimamus, quod folliculos, ad prolem propagandam, inter hęc folia fabrefecerit: etenim ex contextis folliculis similia animalcula ritu erucarum in chrysalidem trãsmutata Papiliones procreant.

Causa monstrosa plantæ.

Cęterùm cum Amygdalus sit arbos multis redundans excrementis & superfluitatibus facere non possumus, quin dicamus monstrosa folia ex his dimanasse. Præsertim cum copia gummi ex hac arbore stillet. Vocatur enim Græcis ἀμυγδάλη ἀπὸ τῦ ἔχειν ἀμυχὰς πολλὰς, quia habeat multas rimas a quibus copia gummi exeat,

F & præsertim cum intellexerimus in huiusmodi arbore nonnunquam similia folia reperiri. Quamobrem ex hac materia redundante tales monstrosæ frondes emergere possunt, ex qua deinde materia proportionata generatio erucarum potest fieri, iuxta sententiam Aristotelis, non quodlibet, ex quolibet, sed determinatum ex determinato procreari. Nisi velimus asseverare tantam esse huius arboris atrahendi auiditatem; & frondescendi luxuriam, vt, ob fructus fata, fructibus iniuriam inferat, dum alimentum ab humo auidius atractum in frondes absumit: sicq; portio fructibus necessaria intercipitur. Probanda igitur est sententia Theophrasti, qui de vitio huius arboris loquens verbo ἐξυβρίζειν vsus est. Sonat enim apud Græcos ἐξυβρίζω insolentius efferor, seu petulantia modum excedo; videturq; ad illas spectare plantas, quę nimia soli vbertate lasciuiunt, & luxuriant. Hoc igitur mõstrum in icone II. monstratur.

Lib. 3. de cau. pl. cap. 3.

II.

G Ab hisce plantarum monstris non est arcenda quędam Vrticę species à Natura monstrosè procreata, quę ad nostras peruenit manus: sunt enim Vrticę varię, nimirum pungentes, & non pungentes, & hę vel fętidæ, vel non fœtidæ, vel maculosę, vel non maculatę crescunt. Illarum nempe vrentium duo à Dioscoride genera assignantur: quamuis in Italia tria genera passim virescant. Primum genus, crescit caule aspero rotundo, & pungente, & pilulas hirsutas & horrentes cum semine in caule gerit. Secundum genus prouenit foliis quidem similibus, sed caule veluti quadrato, aspero, & ad tactum horrente, cum semine racemoso, & minuto. Tertium genus foliis minoribus sed acrioribus crescit.

Lib. 4. de mat. med. c. 79.

Vrticarum varia genera.

H Primum genus Matthiolus Vrticam primam, Tragus Vrticam romanam, Lobellius Vrticam syluestrem semine lini, Fuchsius in Iconibus Vrticam veram, Gesnerus in horto medico vrticam masculam, & Dodoneus Vrticam vrentem priorem indigitarunt. Secundum genus vocatur Bauhino Vrtica vrens maxima, & vrtica secunda Dioscoridis, Vrtica maior Fuchsio, Vrtica syluestris asperior Lobellio, Vrtica vulgaris vrens Trago, & Vrtica fœmina, & communis quibusdam appellatur. Tertium deniq; genus apud Matthiolum cognominatur Vrtica vrens minor, Cania fortè Plinij apud Bauhinum. Vrtica exigua Cesalpino, & Vrtica vrens minima Dodoneo.

Ab his omnibus discrepantem Vrticam vrentem obseruauimus, quam damus in icone III. non tamen specie, sed tantùm monstrifica foliorum facie, quę postea ad secundam speciem referri posset. Nolumus enim imitari Tabernemontanum, qui primam Vrticæ vrentis speciem aliquando in caule, & radice rubescere animaduertens, duas Vrticæ species constituit, quarum alteram Vrticam maiorem, & alteram Vrticam rubram appellauit.

III.

II. Amygdali folia monſtrifica.



III. Vrtica monſtroſa.



In hac igitur monſtrifica planta, ratione ſitus, & figuræ, folia ſunt diuerſa: ſiquidem horum alia ſunt lata, alia anguſta, alia crenata, alia nequaquam, alia à pediculo pendent, alia cauli adhærent, alia demum perfectam formam ſunt ſortita, & alia malè conformata cernuntur. Id autem natura vario ſollicitata impedimento, in procreandis ſtirpibus, præſtare ſolet.

Neq; volumus ſilentio inuoluere monſtroſum folium in Malo medica, ſiue citria inuentum. Malus enim citria, vel medica, aut Aſſyria, aut Heſperica à Regione nomen ſortitur, & varietas pomorum in magnitudine, & ſapore obſeruatur. Arbor eſt perpetuò pomifera, quæ Auranciorum, & Limoniorum plantam proceritate adequat: etenim tria hæc malorum genera, ſcilicet citria, limonia, & aurantia in offi- A
cinis Medicorum vſitata ad vnum genus ſpectant: ſiquidem folia perpetuò in arbore vireſcunt, & à foliis aurantij mali, aut parùm aut nihil diſſentiunt exiguis ſoraminibus viſionem effugientibus peruia, cum ramis flexilibus, viridi cortice indutis, & ſpinarum copia munitis.

His igitur intellectis de recta figura foliorum mali medicæ, non poterimus niſi aſſerere folium in icone IIII. delineatum fuiſſe monſtrificum; cum omniquaq; à genuino mali aſſyrij folio diſcreparet; vt Lector contemplari poterit.

IIII. *Cauſa monſtri.*

Solet enim contingere plantis, quod, in productione Gemellorum, animantibus accidit: ſiquidem in vtero animantis duplex foetus interdum conglutinatur, & in plantis duo folia aliquando copulantur, & vnum monſtrificum conſtituunt: quemadmodum hoc in loco licet intueri: & quamuis ibi folium etiam Mechoacani conſpi- B
ciatur, hoc ideo factum eſt, quoniam à Pictore in eadem tabella fuerat delineatum, & à cęlatore inciſum

Monſtroſi caules plantarum.

Modò ad monſtroſam fœditatem caulium plantarum ſermo noſter dirigetur. Namq; in ſtirpibus interdum caules monſtroſè augentur, & dilatantur, veluti fœtus animalium quandoq; magnitudinem enormem ſortiuntur: quoniam autem monſtroſi caules in multis, & diuerſis plantis fuerunt obſeruati: idcirco ab herbis notioribus erit inchoandum.

Indiuię etymum.

Eſt igitur quædam planta κιχωριώδης nuncupata, vel quia cichorio ſit conſimilis, vel quia inter genera cichoriorum recenſeatur, Dioſcoridi. σέρις nominatur, & Latinis Intubus, ſiue Intubum, quoniam huius plantæ caulis in modum tubi tubulatus ſit. Hinc Herbariorum Vulgus, nomine latino corrupto, Indiuiam, quaſi Intubiã C
appellant.

Intubi ſpecies quot.

Eſt itaq; planta hæc duorum generum, quoniam in Intubum domeſticum, & ſylueſtre diſtribuitur. Domeſticum rurſus in duas ſpecies diuiditur, nempe in latifolium, necnon in anguſtifolium, foliiſq; magis inciſis. Pariter Intubum ſylueſtre duas complectitur ſpecies, quæ ratione exigui ſeminis, & anguſtiæ foliorum, ab Intubis hortenſibus diſcriminantur.

Modò inter has ſpecies vna eſt, quæ vocatur Intubum erraticum Plinio, Intubum agreſte Geſnero in horto medico, Intubum ſylueſtre, & anguſtifolium Lugdunẽſi, Solſequium Brunfelſio, Cichorium ſylueſtre Lobellio, Dodoneo, & Matthiolo, Cichorea cærulea Trago, & Deniq; Cichorium officinarum, & Seris picris Dioſcoridi apud Bauhinum. Hæc planta colore floris variat, nempe cæruleo, albo, & roſeo, quamuis hæc, quam damus, florem cæruleum protuliſſet. Immò caulis D
plantæ huius latitudo aliquando quatuor digitorum fuit obſeruatus, vt teſtificatur Dalechampius, referente Bauhino, in Hiſtoria plantarum in capite de Beta. Quandoquidem hæc planta, ob materiæ vbertatem, ſolet monſtroſos caules oſtentare.


V. Non diſſimile monſtrum Intubi exhibemus ſpectandum in icone V. vbi caulis admodum latus, & compreſſus conſpicitur, quæ compreſſio poſtea, vel ab anguſtia loci, vel ab aliqua re comprimente prodire ſolet.

Monſtrum Intubi obſeruatũ ab Illuſtriſſ. Senatore Sanperio.

Non diſſimilem plantam monſtroſam Illuſtriſſimus Ioannes Baptiſta Samperius Bononiæ Senator inuentam, ad locupletandum muſęum publicum, viuis coloribus pronè, & ſupinè delineari curauit, die vigeſima ſeptima Iulij anni poſt milleſimum, & ſexcenteſimum trigeſimi ſeptimi. Hæc erat Intubi ſpecies flore cæruleo, caule latiſſimo, & foliis ita complicatis, & connexis, vt nidum alicuius auis emulari videretur.

Soncho,

IIII. Mali Aſſyrij folium monſtrificum, cum folio legitimo Mechoacani.



V. Intubum ſylueſtre caule monſtroſo, nempe lato, & compreſſo.



Soncho, & Intubis affinia sunt Hieracia, ideo Authores post historiam sonchi, & Intuborum ad ponderandas Hieraciorum species accedunt. Dioscorides hanc plantam ἱερακίτιν vocitat ab aue accipitre, quæ ἱέραξ Græcis dicitur. Quapropter Latini Græcos imitati, hanc plantam Hieracium, & Accipitrinam indigitarunt, quoniã vt Plinius animaduertit Accipitres contactu foliorum huius plantæ obscuritatẽ oculorum discutiant. Præterquamquòd hæc herba aliquibus Græcis σογχίτης nominatur; cum à natura, & facultate sonchi non valdè recedat, vt paulò ante fuit annotatum. *Lib. 3. de mat. med. cap. 72.*

Huius plantę Dioscorides loco citato duas assignat species, nempe Hieracium magnum, & paruum, cum nostra ætate species multo plures obseruentur: namq; Bahuinus in Phythopinace duas species supra viginti enumerauit. Itaq; Hieraciũ maius Matthioli, Fuchsii, Dodonei, & Lobellij, seu Hieracium magnum Cesalpini, Taraxacon maius Loniceri, & Hieracium minus Dalechampij in Herbario Lugdunensi cum sit vnum, & idem crescit passim in locis incultis, folijs soncho, & intubo non dissimilibus, caule gracili, & floribus luteis, quitandem papposi facti in auras euolant. Hoc in locis stercore saturatis plerumq; ob copiam materiæ, & vbertatem alimenti, monstrificum euadit, vt licet conspicari in icone VI. vbi hæc planta caulem admodum crassum produxisse videtur, quare à natura Hieraciorum degenerans ad caulem Balsaminę fœminæ accedebat, cui caulis crassus, pinguis, & succo prægnans est. *Hieraciorum species quot.* VI.

Huic addere volumus Genistam caule lato, & monstroso à Natura errante ita procreato. Planta igitur, quæ Genista Matthiolo dicitur, Genista iuncea longifolia Bahuino, Genista Italica Dodoneo, Genista altera trunco rotundo Cesalpino, Genista Transalpina, siue Hispanica Camerario, spartium, siuè spartum Gesnero in Horto medico, & Spartium Dioscoridis Lobellio nominatur, & crescit folijs longiusculis ferè instar foliorum Lini, & flores luteos Lunę adolescentis æmulos producit. *Genistę descriptio.*

Hinc Mesue Genistam inter frutices montanos enumerauit, ex cuius radice multas erumpere virgas rectas, flexiles, & fractu contumaces retulit, cum floribus luteis figuræ lunaris, quibus cadentibus siliquæ succedunt magnitudine siliquarum erui continentes semina lenti similia, & quibusdam interuallis distincta.

His sic expositis, Genistam, quam hic damus, monstrosam esse intelligemus, cum caulis non sit iunceus, sed admodum latus, & monstrificus, vt in figura VII. ostenditur. VII.

Non absimilem Narcissi vulgaris plantam nonnullis ab hinc annis in publico Viridario nascentem annotauimus, quæ caulem latissimum cum aliquibus folijs cauli agglutinatis produxit; similiter, & Allium Vrsinum caule latissimo, & candido ibi meditati sumus, quarum plantarum icones in Historia generali plantarum spectandæ proponentur.


Insuper quamdam Leucoi speciem, ratione caulis, monstrificam comperimus. Cæterùm animaduertendum est, vt cognoscamus huius plantæ vitium, quòd Leucoium vel est bulbosum, vel non bulbosum. Nos in præsentia de Leucoio non bulboso verba facimus, quod Dioscoridi dicitur λευκόϊον, nempe Viola alba, non ratione florum, eoquod omnis planta huius generis flores albos emittat, sed ratione foliorum, quæ vt plurimum albicant; nam flores postea variant, dum cærulei, albi purpurei, & lutei inueniuntur; quamuis Plinius violas tantummodo albas, & luteas cognouerit. *Lib. 3. de mat. med. cap. 138.*

Itaq; Leucoium luteum est illud, quod florem luteum producit, & à Dioscoride in medicinis commendatur. Hoc igitur in satiuum, & syluestre distribuitur. Satiuũ, est multiplex, primum vocatur Leucoium luteum vulgare folijs viridibus apud Bahuinum, Leucoium aureum Matthiolo, Leucoium luteum Fuchsio, Viola lutea Trago, Keiri Gesnero in Horto medico, Viola parua lutea Tabernemontano. Alia species appellatur Keiri maximum, & delineatum cernitur in Horto Eystetensi, cũ hæc planta floribus luteis amplissimis exornetur. Demum Keiri pleno flore crescit hodiè vbiq; in Florarijs, quod Lobellius Keiri duplici flore indigitauit. *Leucoi differentię. Keiri syluestris differentię.*

Pariter Keiri syluestre duplex inuenitur folijs angustioribus, & floribus exiguis,

quarum

VI. Hieracium monſtrificum ?



VII. Geniſta monſtrifica.



quarum altera speciei apud Clusium, & altera apud Tragum describitur quæ inter se facie non valdè discrepant: namq; iuxta radicem, multa emittunt folia Leucoi lutei foliis similia, viridia, sed angustiora, inter quæ vnus, sed plerumq; plures assurgunt caules, foliis carinatis obiti, sustinentes flores quatuor integratos foliis, flauos, & Leucoi hortensis lutei æmulos, sed minores, minusq; odoratos. Succedunt floribus oblonga cornicula, vt contingit leucoio satiuo, seminibus referta. VIII. Radicem habet longam candidam, & multis tenuibus fibris præditam.

Ex descriptis, & enumeratis Leucoi speciebus Lector facile poterit elicere plantam, quam hic damus monstrificam, in icone VIII. esse referendam ad genus Leucoi lutei sylvestris, nam foliis admodum angustis, & floribus luteis quidem, sed exiguis A exornabatur.

Quamobrem plures huius plantæ caules quodammodo agglutinati videntur, cõsequenterq; flores, qui è summitate singulorum caulium prodire solent, simul conglobati hanc plantam monstrosam caule lato compresso, & contorto reddiderunt.

Lib. 2. de mat. med. cap. 131. Monstrosa caulis fœditas in Leucoio sylvestri luteo obseruata reuocauit in mentem monstrosum caulem illius plantæ, quæ ab Herbarijs Tragopogon appellatur. Hæc planta τραγοπώγων, καὶ κόμη Dioscoridi, & alijs Græcis fuit nuncupata, Latinis Barba Hirci, quoniam ex concluso calycis vertice quidppiam incanum pendeat Hirci barbulam imitans.

Erumpit à terra foliis Croci, latioribus tamen, & longioribus, flore luteo Taraxaci flori non absimile, maiore tamen in calyce contento, qui sereno Cœlo fatiscit B nubiloso; clauditur. Ex floribus papposum emergit caput, in quo semen oblongum seruatur, Radice nititur longa, alba, & gustui grata, nam cocta in acetarijs commendatur: hæc de re hanc plantam cunctis notissimam esse existimamus: in pratis enim, & locis saxosis sponte prouenit.

Tragopogonis species quot. Huius plantæ postea sex species in Phythopinace assignantur, quas hoc in loco recensere esset supersluum: cum de primâ tantùm specie verba fiant, quæ Matthiolo Tragopogon, Lobellio Tragopogon luteum, Trago Barba Hirci, Bahuino Tragopogon pratense luteum, & Hetruscis Sassefrica nuncupatur. Hæc planta cum copioso humore scateat non rarò in hortis, materia luxuriante, monstrosos caules progignit, in quibus, propter radicem in acetarijs gratam, alitur. Id ostendit icon VIIII. VIIII. vbi lector Tragopogon caule latissimo contemplari potest.

Etymum ti thymali. Neq; debemus oblivioni mandare monstrosum vitium in Tithymali caule obseruatum. Est enim Tithymalus planta nota ob copiam lactis, quam vulnerata effundit. Idcirco Lexicographi græci hoc nomen τιθύμαλος à θήλαις nempe mamma deriuant; cum ab herba hac leuiter incisa tanquam à mamilla lac effluat. Vnde Theodorus Gaza Plinium secutus Tithymalum Lactariam reddidit, Columella Lactucam caprinam, & Celsus lactucam marinam nuncupauit: Officinæ autem Esulam indigitant.

Lib. 4. de mat. med. cap. 160. Dioscorides Tithymalorum species septem recensuit. Prima κυπαρίσσιας dicitur, quibusdam ἀμυγδαλοίδης, & Tithymalus masculus. Secunda species vocatur Tithymalus fœmina, μυρσίνης, quam Alij κυπαρισσίας, καὶ μυρσινίτης cognominant. Tertia species nuncupatur παραλίας, quam Aliqui τιθυμαλίδα nominant. Quarta est ἀλεξικάκιος. Quinta κυπαρισσίας. Sexta δενδροΐδης. Septima φλασιόφυλλος. Theo- D *Species tithymalorũ.* phrastus plura recenset genera, & hodie in Phythopinace à Bahuino sex species supra viginti enumerantur.

Modò inter tot Tithymalorum species, quinta apud Dioscoridem Cyparissias nuncupata nobis se se offert considerandæ. Etenim Tithymalus cyparissias apud Dioscoridem est Tithymalus cupressinus, siue humi Pinus apud Lobelium, & Esula cupressina quorundam; exit à terra in caulem dodrantalem, & etiam maiorem, subrubrum, ex quo folia Pini, vel Cupressi æmula, sed molliora, & tenuiora exoriuntur; vnde nomen traxit.

Candido redundat succo, & eadem vi cum alijs Tithymalis pollere perhibetur. Hæc species inuenta fuit summitatem versus monstrifica: nam caulis dilatabatur X. cum multitudine foliorum; & floribus cauli adhærentibus, vt conspici potest in icone X.

Alitur


VIII. Leucoium luteum ſylueſtre caule lato, compreſſo, & contorto.



VIIII. Tragopogon caule latiſsimo.



X. Tithymalus Cupreſsinus monſtroſus.



Campanula quæ planta.

Alitur inſuper in Florarijs, ob florum copiam, & amœnitatem, quædam planta, quæ à Matthiolo Medium, & Viola mariana nuncupatur, & ſponte creſcit in locis nemoroſis, folijs intubo ſimilibus, caule procero, floribus amplis, & campanæ figuram æmulantibus; quocirca Bahuinus in Phythopinace hanc plantam ad earum claſſem retulit, quæ à forma floris campanulæ appellantur, quæ poſtea à Vvlgo Herbariorum genera rapi ſylueſtris vocitantur Hinc ruſtici monticolæ in

XI. agro Bononienſi rapunculum ſylueſtrem nominant, & Geſnerus rapi ſylueſtris genus maximum nuncupauit.

Hęc igitur planta nonnullis ab hinc annis lato caule in publico Viridario creuit, vt in icone XI. obſeruari poteſt. A

Lib. 4. de mat. med. cap. 23.

Ridiculum, & magis admirandum monſtrum in Anchuſa conſpicati ſumus. Eſt enim ἄγχουσα dicta παρὰ τὸ ἄγχειν, quia ſuffocandi facultate potiatur: quamuis alij ſic nuncuparam putant à rubicundo radicis colore; quandoquidem ἀγχύζειν apud Græcos eſt fuco illinire. Tria huius genera tradit Dioſcorides, Plinius quatuor, & Bahuinus in Phithopinace quinque, folijs, & floribus variantes. Producit vt plurimum folia aſpera inſtar Bugloſſi, flores per caulem ſparſos purpuraſcentes, & radicem ſanguineo colore refertam.

XII. Anchuſa igitur, quæ eſt ſecunda apud Matthiolū aliquando caulem admodum craſſum procreauit cum copia foliorum, & florum purpuraſcentium in ſummitate complicatorum, & in orbem ita diſpoſitorum, vt figuram ventilabri præ ſe ferret: quemadmodum in icone XII. apparet, vbi Lector plantā Anchuſę genuinā, & naturalē, B deinde monſtroſam conſpicari poteſt, vt perfecta, & imperfecta Naturæ opera in plantis quoq; manifeſtentur.

XIII. His addimus alium Anchuſæ caulem eleganter monſtroſum, qui alio tempore fuit obſeruatus; erat enim obliquus, & latus, cuius faſtigium floſculi purpuraſcentes exornabant, vt in icone XIII. ſub numero I. conſpicitur; vbi quoq; ſub numero 2. cernitur foliū moly monſtrificū: cū in eius faſtigio fructus rotundus à Natura fuerit procreatus.

Moly quot ſint differentiæ.

Moly, ſeu μῶλυ eſt herba ita à Græcis nuncupata ἀπὸ τοῦ μωλύνειν τὰς νόσους, nimirum ab emolliendis morbis: quapropter inter amuleta collocatur. Vnum tantummodo moly Dioſcorides cognouit, cum noſtra ætas ſpecies plures noſcat; ſiquidem in Phythopinace quatuor differentiæ habentur. Ideo inter has moly maius Bahuini, ſeu homericum Lobellij, & moly bulbum in folio gerens Theophraſti mōſtroſum illud folium edidit. C

Producit hoc moly folia ſcillæ folijs ſimilia, longiora tamen, & inuicem ſe amplectentia, caule longiſſimo, craſſo, concauo ſine folijs, multos flores ſtellatos longis pediculis inhærentes ſuſtinens, nigro ſemine, inſtar ſeminis cæparum. Radicem habet craſſam, albam, rotundam, & nigro cortice tectam, quam negat Theophraſtus difficulter erui poſſe, vt Homerus aſſeuerauit.

Præterea, iuxta caulem huius plantæ, inter folia plerumq; alius exit cauliculus planus, cuius ſummitas nucleum veluti Allij gerit, qui terræ commiſſus germinat, & prolem huius plantæ propagat Monſtroſum igitur folium procreatum eſſe exiſtimamus, quia cauliculus, materia luxuriante, in folium degenerauit, cuius faſtigium huiuſmodi nucleo, ſeu fructu rotundo à natura fuit exornatum. D

His monſtroſis plantarum caulibus tanquam coronidem, pulchertimum, & admirandum caulem præter naturam latiſſimum herbæ Lycopſis addere volumus; quæ à natura Anchuſæ non multum recedit.

XIIII. Quandoquidem Dioſcorides de Lycopſi verba faciens, eam ab aliquibus Anchuſam nuncupatam fuiſſe pronunciauit, nec præter rationem, cum & ipſa, inſtar Anchuſæ, ſtorido radicis colore referta ſit. Hoc monſtrum in icone XIIII. appa-

Ramus Cotini monſtroſus.


ret. Neq; à monſtris huius generis eſt ſegregandus quidam ramus Cotini, qui in ſummitate erat planus, & inſtar Pedi epiſcopalis contortus; qui in publico Muſæo exſiccatus, & delineatus ſeruatur, ſed cum non fuerit inciſus, propterea eius iconē ſpectandam proponere non potuimus.

Hactenus de monſtroſis plantarum caulibus, & ramis ſermonem habuimus, iā tempus eſt, vt deſcendamus ad monſtrificos flores, qui à natura in varijs plantarū gene-


XI. Medium Matthioli caule lato, & monſtroſo.



XII. Anchuſa purpuraſcens figura ventilabri.



XIII. Anchuſa caule monſtroſo purpuraſcentibus floribus. Et Moly folium monſtrificum.



XIIII. Lycopſis caule latiſsimo.



generibus interdum procreantur. A'notioribus igitur inchoantes, nonnihil de rosa ramulum herbaceum in centro floris gerente dicemus.

Lib. 6. hist. plant. cap. 6

Rosarum igitur permultæ differentiæ à Theophrasto recensentur, quæ foliorum multitudine, paucitate, asperitate, lævitate, stirpis colore, & odore variant, plerumq; tamen rosarum duplex genus, nempe satiuum, & sylvestre assignatur. Ad satiuum, & hortense genus refertur rosa illa purpurea, minus rubens à Plinio appellata, Italis incarnata dicta, in officinis medicorum rosa communis, & pallidè rubescens appellata. Huic succedit rosa alba pleno flore villior habita. Alia est saturatè rubens, holoserica Lobelio vocata, Damascena officinarum, quæ florem simplicem, & plenum emittit. Alia est huius generis, sed minus saturatè rubet. Alia moscatula ab odore vocitatur, & flore simplici, & multiplici crescit. Alia sine spinis provenit, magnitudine, & paruitate floris varians. Alia demum rosæ incarnatæ, & vulgari hortensi est similis, sed folio crispo. Deinde genus rosarum sylvestre multas comprehendit species, de quibus in Historia plantarum verba fient.

Rosarum differentiæ. Monstri huius descriptio.

Itaq; inter species rosarum hortenses, illa vulgaris, & incarnata Italis nominata, anno Salutis humanæ post sesquimillesimum nonagesimo secundo, monstrificata est, foliis grandibus, cum calyce non ita magno, ex quo foliola barbata erumpere solent; nam ibi folia viridia magna, & lata enata conspiciebantur.

Ex medio rosæ centro, vbi anthoræ nuncupatæ locus est, ramulus sesquipalmi longus foliis numerosis obsitus emergebat, sine vllo abortiuæ rosæ rudimento, quod in alijs quandoq; cerni solet.

Quandoquidem Natura ex præcipua calycis portione, luxuriante floris materia, alium florem in medio alterius fabricat. Sed oppositum in hoc monstro debemus attestari, nam, luxuriante herbæ materia, ex centro floris alia herbacea folia emisit: id monstrum in icone XV. monstratur.

XV.

Eodem anno, mirum post sesquimillesimum nonagesimo secundo creuit in horto pullico illa planta bulbosa, quam Matthiolus Martagon Chymistarum appellauit, Lobelius Lilium montanum, & Cesalpinus Lilium sylvestre purpureum. Varijt hæc planta ratione coloris florum; nam alij magis, alij minus rubent. Alij candidi sunt in maiori pretio habiti. Sed rubentes aliquibus maculis distinguuntur: omnium tamen flores terram spectant, & per interualla in summo caule nascuntur, & folia florum ad pediculum reflectuntur. Folia autem plantæ circa caulem sunt lata, radix est bulbacea, & colore luteo referta. Crescit passim in locis sylvosis, & propterea creditur esse notissima.

Descriptio Lilij montani.

Creuit igitur hæc planta monstrosa, & admirabilis, primò ob caulis proceritatem, quæ altitudinem sex dodrantum superabat: deinde licet caulis secus radicem per sesquidodrantem alijs plantis huius generis esset similis; nihilominus deinceps totus caulis erat latus, compressus, & herbacei coloris, vbicumq; foliolis stipatus. Sed cum plantæ huius generis ab imo ad summum florere soleant. Hæc planta eodem tempore cum flores quindecim apertos ostenderet, veritati consonum esse videbatur, nisi planta à corona radicitus fuisset excisa, quòd in maiorem proceritatẽ proculdubio se se extulisset, & reliqui flores quinquaginta numerati recluſi apparuissent. Exhibetur spectanda hæc monstrosa planta in icone XVI vbi decem tantummodo flores aperti fuerunt delineati, vt reliqui omnes clausi suis calycibus formam dactylorum repræsentantibus melius conspici possent.

XVI.

Contingit quandoq; nobis videre monstrosum Bellidis maioris florem, nam Matthiolus in Commentarijs ad Dioscoridem tria huius plantę recenset genera: cum tamen Bahuinus in Phythopinace duodecim species enumerauerit (vocatur Bellis ob florem bellulum, & pulchellum) hic autem de illa specie verba fiunt, quę Bellis maior nuncupatur, & emittit folia ex angusta origine in latum ambitum desinentia, subrotunda, & circumquaq;, more folij querni, serrata; sed quæ crescunt circa caulem angustiora, & magis oblonga sunt, instar foliorum senecionis. Ab vna radice plures caules cubitales, teretes, & robustos fundit, è quorum fastigio flores Anthemidis, & matricariæ floribus maiores erumpunt, colore intus aureo, & foliis albis luteum cingentibus.

Species Bellidis quot.

Bellidis maioris descriptio.

In simili planta à nobis obseruata flos ita monstrosè erat fabricatus, vt nonnisi

folio

XV. Roſa monſtroſa.



XVI. Martagon monstrificum quinquaginta florum.



folia alba simul iuncta sine aureo centro conspicerentur; cum calyx floris, ob membranæ forté duritiem dilatari non potuerit: quapropter folia coalita monstrificum florem repræsentarunt, vt in icone XVII. cernitur.

XVII.

Neq; admirati debemus, cum hæc membranæ durities in calycibus Narcissorum similem effectum produxerit: ideoq; Hortorum custos forticula talem membranam dilatare solet, ne flos monstrosus erumpat; alioquin, per compressionem folia florsi coalescunt, & monstra huius generis producuntur, dum folia tantummodo alba simul conglutinata sine centro luteo in lucem egrediuntur.

Lib. 2. de mat. med. cap. 106.

Paucis ab hinc annis Ranunculi quoq; monstrosi flores in admirationem nos traxerunt. Est ranunculus Dioscoridi *Βατραχιον*, quia locis humectis more Ranarum A
lętetur, Item *αἰγὸς ἄγρια*, nempe Apium agreste, quia foliorum forma Apium imitetur. Dicitur Herba scelerata, quoniam scelesti mendici, vt stipem extorquere possint hac in cruribus vlcera excitant. Vulgus interdum pedem Corui, nec non pedem Galli, à forma foliorum, hanc plantam indigitat. Huius multa genera

Ranunculi species quot

Dioscorides, & Plinius memorarunt, sed multò plura Bahuinus in Phythopinace enumerauit, dum quatuor species supra quadraginta recensuit.

Illa igitur species octaua in ordine apud Bahuinum, nempe ranunculus erectus hortensis multiplex, seu pes Corui flore pleno apud Brunfelsium, & Ranunculus polyanthemus multiflorus, seu oleraceus hortensis primus Lobelij in obseruationibus, & Ranunculus polyanthemus in iconibus apud eumdem exhibuit quandoque

XVIII.

flores, quales in icone XVIII. cernuntur. Quandoquidem in summitate caulium B
duo simul, & tres flores coaliti emerserunt. Hocq; non aliunde dimanare potuit, nisi ab vberi materia florifera, & á facultate formatrice, quæ flores ab inuicem segregare nequiuit.

Monstrum in Narcisso

In assertorum confirmationem, conspectus est quandoq; Bononię Narcissus mediolureus polyanthos duobus diuersis floriferis caulibus conflictis, & coalitis, naturæ luxuria compactus, quorum caulium alter ternos, alter quaternos flores ostentabat, sed vtrinq; sulcus quidam quasi caules segregaturus ducebatur. Erat igitur hic geminatus caulis septenum numero florum quasi iunctorum pulchellus mostrosus, & admirandus.

Aliud monstrum in floribus Aquilinę obseruatum anno post sesquimillesimum nonagesimo tertio circa finem Aprilis, summopere admirandum proponere spectadum volumus. Hæc est illa planta, quam Costeus Pothon Priscorum esse voluit, & C

Pothon veterum quid

Cesalpinus Iasionem Theophrasti. Dalechampius *Διὸς ἄνθος*, nempe Iouis florem apud Atheneum esse credidit. Fabius Columna Hopyrum Dioscoridis esse statuit, & tandem Gesnerus Leontostomum indigitauit.

Aquilina varia nomina.

Vtcumq; sit, hodie hæc planta Aquilegia, seu Aquilina nominatur, ob mucrones florum aduncos, instar vnguium Aquilæ: in folijs quodammodo cum maiori chelidonio conuenit; sunt tamen Aquilinæ folia rotundiora, & molliora: qua de re hæc planta sylvestris Chelidonia, & Chelidonia media apud Castorem Durantem nominatur, & á quibusdam Columbina dicitur; floribus autem Consolidæ regali est affinis.

Huius plantæ differentiæ quinq; in Phythopinace recensentur, sed multo plures in publico Bononiensi viridario obseruantur, ratione magnitudinis, coloris, & D
multitudinis foliorum: siquidem eius flos simplex, & plenus colore cæruleo, candido, rubicundo, variato, purpureo, necnon candido nonnullis lituris purpureis aspersо. Immò interdum crescit flore inuersо, degenere, & roseo.

Itaq; Natura videtur omnes prædictas varietates ad vnam Aquilinæ plantam

XIX.

retulisse, & monstrosissimam effecisse, quam spectandam damus in icone XIX. Produxit enim flores admodum varios, & insolenti forma admirandos; quosdam enim ex eadem radice, immo & caudice cæruleos protulit, alios partim cæruleos, partim herbacei coloris, & á folijs plantæ minimè distinctos. Qui viridi erant

Descriptio monstrosa Aquilinę.

colore habitum Roseę æmulabantur, cum folijs supra se dupliciordine inclinatis. Nulla cauitate corniculorum superne conspicua, aut caudis inflexis inferne apparentibus, stamine florum non luteo, sed nonnihil rufescente. Quæ autem medio flore extare solent veluti siliquæ pericarpij absq; vllo pericarpio in foliola tenuia

abibanti

XVII. Bellis maior flore monſtroſo.



XVIII. Ranunculus polyanthemus multiflorus Lobellij monſtrificus.



XIX. Aquilina monſtroſiſsima.



abibant; eaq; ratione quædam ad producendum ſemen inepta videbantur. Qua parte flos cæruleus rufulgebat, aliquæ caudæ inflexæ ſubtus viſebantur, qua flos viresceba t, nullæ; vt in propoſita icone conſpicitur.

Amelli differentiæ.

Poſtremo loco inter plantas flore monſtrifero natas quædam Amelli ſpecies à nobis collocatur, quæ à Bahuino inter quatuordecim differentias Aſteris Attici recenſetur ſub nomine Aſteris Tripolij variegato flore, Aliter vocatur à Lobelio in iconibus Aſter minor Narbonenſium, flore Tripolij, aut flore Linariæ, vt legitur in Aduerſarijs apud Petrum Pennam.

Flores igitur huius plantæ cum aureo, purpureoq; colore mixto reſulgeant, fuerunt nonnulli, qui Aſterem Atticum Dioſcoridis, & Amellum Virgilij eſſe voluerint. Aſteris appellationem ſibi vendicauit, quia folia floris inſtar ſtellæ radiata ſpectentur, & Attici nomen ſibi aſciuit, quoniam frequentius in Agro Athenienſi, quàm alibi creſceret. Amellus tandem nuncupatur quia naſceretur frequentius iuxta Mellam Galliæ fluuium: canebat enim Virgilius hunc in modum. A

L. 4. Georg.

——— Tonſis in vallibus illum
Paſtores, & curua legunt propè flumina Mella.

Creuit igitur in Hortis publicis planta huius generis ſemine ex Belgio miſſo, ideoq; placuit Amellum Belgicum cognominare, quæ tandem ob ſaturatum lętamine ſolum, vel ob aliam cauſam in monſtrum degenerauit, vt in icone XX. apparet, vbi materia herbacea, & materia ad florem producendum deſtinata ſimul confuſæ monſtroſum nobis florem generarunt. B

XX.

Iam peruenimus ad fructus plantarum, qui nonnunquam monſtroſi à natura procreantur. Quamobrem in primis de fructibus Herbarum, & deinceps de fructibus Arborum agemus: cum in omnibus aliquando monſtra obſeruata fuerint.

Dipſaci etymon.

In primis nobis olim ſe ſe obtulit fructus Dipſaci monſtrificus. Eſt Διψακος Dioſcoridis ex genere herbarum aculeatarum caulem habens altum, & ſpinis horridũ, foliis lactucæ ſpinoſis, & binis ſingula caulium genicula amplectentibus, concauo alarum ſinu, in quo aſſidué ros, vel imber ſeruatur: vnde planta hæc Dipſaci, nempè ſitientis, per antiphraſim, nomen inuenit. Hinc poſtea Latinis ſitibunda nominatur, quia rore, vel imbre ad pellendas ſitis iniurias in alarum ſinu recepto abutatur. In cacumine caulium capitula tanquam fructus oblonga, & echinata creſcunt. Quamuis Matthiolus, & alij plantam hanc Labrum, ſeu Lauacrum Veneris indigitauerint, vt Ceſalpinus arbitratur, quoniam aqua in hac herba reperta maculæ, ſeu mendę faciei emendentur. C

Dipſaci genera.

Huius igitur duo genera aſſignantur nempè ſatiuum, & ſylueſtre. Genus ſatiuum Carduus fullonius vocatur: cum Fullones echinato huius fructu, vel capitulo rudes adhuc pannos ex lana contextos pectant, & expolliant, antequam colore eos inficiant: quapropter multis in Regionibus magno quæſtu ſeritur. Aliter vocatur Carduus Fullonum ſatiuus Lobelio, & Trago, necnon Dipſacus ſatiuus albo flore Bahuino. Huius ergo fructus, vel capitulum aliquando inuentum fuit, non iuxta conſuetudinem plantæ in ſummitate acuminatum, ſed quaſi quadrangulum, veluti quatuor alta capitula inde producturum, vt in figura XXI apparet.

XXI

Fabarum differentia.

Inſuper faba κύαμος Dioſcoridi à feracitate dicta, planta eſt notiſſima, cuius ſemen inter legumina eſt maximum, & quò maius, eò magis iuxta longitudinem depreſſum, minus eſt rotundius. Fabæ in ſiliquis concluduntur vt plurimum albæ, ſunt, & nigræ, & ex colore rubicundo purpuraſcentes. flores ſunt vel candidi lituris nigris conſpicui, aut ex purpura nigreſcentes. Eſt autem faba ſatiua, & ſylueſtris, iterum ſatiua maior, & minor. D

XXII.

In genere ſatiuę minoris obſeruatæ à nobis fuerunt ſiliquę à natura conglutinatæ, dum ex duabus vna reſultabat, quaſi gemella, veluti in latere ſuperiori Thecæ ex oppoſito pediculi cernitur; vbi Theca bifida adhæret, vt in icone XXII. lector poteſt conſpicari.

Idem

XX. Amellus Belgicus monſtrificus.



XXI. Fructus monſtrificus Cardui fullonij ſatiui.



XXII. Siliquæ fabarum monstrificæ.



Idem quoq; in Animalibus contingere videtur, quando duo fœtus in aluo materna ob aliquam causam conglutinantur, & in vnum tantummodò fœtum coeunt, qui geminatus postea in vitales auras egreditur, vt in Capitulo antecedenti enucleauimus.

Huic monstro aliud simile, nimirum fructum gemellum in melopeponibus olim
H obseruauimus; quorum multæ dantur species, de quibus suo loco sermo habebitur. Vocatur πέπων à verbo græco πέπτω coquo, quoniam nisi calore Solis huiusmodi fructus coquantur, & ad perfectam maturitatem peruenerint, gustui minime gratificari possunt, ad differentiam aliorum fructuum, qui etiamsi perfectè maturi non sint, aliquam tamen gratiam palato conciliant. *Peponis etymum.*

Pepones autem, & Melopepones figura, & magnitudine discrepare videntur: nam qui maiores sunt, & oblongi Peponis nomen sortiuntur apud Authores, qui verò figuram mali rotundi referunt melopepones nominantur, nomine ex malo & pepone conflato. Hoc genus Palladius melonis quasi μηλοπέπονας scilicet pomeos à pomorum, & malorum forma nuncupauit, quod nomen hodie passim vsurpatur.


In hoc igitur genere duos Melopepones conglutinatos in lucem damus, vt cernitur in icone XXIII. qui affabrè fœtum gemellum æmulantur. Rursus in icone XXIIII. Melopepones gibbosi, & praue à natura conformati ostenduntur. XXIII. XXIIII.

Nam

XXIII. Melopepo gemellus.



XXIIII. Melopepones gibboſi, & malè conformati.



Nam velutiin vtero animalium duo fœtus plurifariam conglutinantur, vt quando diſrupta membrana adhærent, & poſtmodum tractu temporis cohærent: ſic etiã tenella fructuum ſubſtantia nimis vicina coaleſcit, & gemellos fructus prodecit. Immò ſi in vtero animantis ob varium ſitum infantium, varia ſit partuum copulatio: aſſimiliter ob varium fructuum ſitum diuerſa ſit eorumdem conglutinatio, vt in fructibus delineatis conſpicamur.

Cauſæ monſtroſi fructus.

Amplius quemadmodum ſæpè in vtero animantium ob angustiam loci, vel propter compreſſionem à partibus vicinis productam, partus gibboſi, & prauè conformati gignuntur: pari ratione fructus ſiue herbarum, ſiue arborum propter angustiam continentis, vel propter compreſſionem alicuius rami, fructus gibboſi, obliqui, & maligné formati naſcuntur: Quamquam, aliquando accidat, vt in fructibus pars rectè formata optimè nutriatur, conſequenterq; augeatur, & interim alia pars malè conſtituta, pauco alimento attracto, minimè creſcat, & fructus gibboſus euadat, vt in propoſitis Peponum figuris Lector poterit meditari. A

Napus monſtroſus.

Quòd autem angustia loci, & aliqua compreſſio tenellos plantarum fœtus poſſit monſtrificos reddere, poſſumus id ſtabilire alia obſeruatione in Napo facta, anno ſalutis humanæ poſt milleſimum & ſexcenteſimum ſecundo. Creuit enim Napus inter alios in Agro Bononienſi monſtroſè formatus, quia duos Napos copulatos repræſentabat. Erat autem huius figuræ. Napus primus, ex quo caulis plantæ erumpebat, erat triplo vel quadruplo craſſior altero, qui iuxta partem inferiorem maioris erat annexus coloris albi cum rubicundo mixti, ex quo poſtea radix dependebat, per quam ex terra vtriq; alimentum communicabatur. B

Cauſa monſtroſi Napi.

Cauſam autem huius gemelli Napi fuiſſe opinamur radicem cuiuſdam ſpeciei graminis, quæ Napum in primordio generationis complexa erat: ideoq. illum comprimens, atq; ſtringens effecit, vt fœtus Napi duos æmularetur. Hinc colligendum eſt compreſſionem, & loci angustiam tam in fœtibus animalium, quàm in fructibus plantarum eſſe in cauſa prauæ conformationis, & monſtroſæ fœditatis.

Ex monſtroſis Herbarum fructibus ad fructus Arborum aſcendere licet, in quibus ſimiles monſtroſos effectus, & geminatos fructus curioſitate minimè inani ſumus meditati. Primùm de fructu Amygdali geminato nonnihil dicemus.

Amygdali deſcriptio.

Eſt Amygdalus arbor ob iucunditatem fructus notiſſima; prægrandi enim, & robuſta firmatur radice, caudice eſt procero, foliis ſalicis prælongis, & perſico ſimilibus, cui tota etiam arbor aſſimilatur; florem, vt plurimum, producit album, & fructum figura cordis duplici putamine tectum inſtar iuglandis. C

Differentiæ

Si reſpiciamus fructuum differentias; hæ ratione ſaporis, magnitudinis, & figuræ erunt diuerſæ. Sunt Amygdalæ dulces, & amaræ.

Sunt item maiores, & minores: namq; triplo minores alijs ex Aſia deferuntur: ſunt tamen vt plurimum oblongæ, & figura cordis quamuis rotundæ etiam inueniantur. His addere poſſumus Amygdalo perſicum in Alſatia frequentem, cuius oſſeus cortex inſtar Perſici eſt rugoſus, & nucleus eſt grati ſaporis redolens perſicũ. Itaq; in icone XXV. non ſolum delineatas damus Amygdalas gemellas, ſed etiam Amygdalam magnam figura cordis, & Amygdalam rotundam magnitudine ferè mali perſici, de quibus poſtea in Hiſtoria plantarum, Deo dante, diſſeremus: cum in eadem tabella omnes prædicti fructus eſſent effigiati.

XXV.

Poma monſtroſa

D

Ad mala ſi noſmet conuertamus fructus etiam monſtroſos huius generis iam obſeruatos proponere ſpectandos poterimus. Eſt Malus arbos Græcis μηλέα dicta, & fructus μῆλον malum, mel, propter fructus dulcedinẽ, & pomum nuncupatur a Latinis, quia potum adimat, dum eius eſu ſitis tollitur.

L. 1. de mat. med. c. 131.


L. 15. hiſt. nat. cap. 14.

Si differentias mali inquiramus, ſcripſit Dioſcorides malorum genera eſſe, Vulgaria, Cotonea, Perſica, Armeniaca, Medica, ſeu Citria, Verna, Melimela, Epirotica, & Sylueſtria. Plinius multò plura recenſet, & tandem Tabernemontanus innumera ferè enumerat, quæ nomen ab Inuentore, à loco natali, à ſapore, ab odore, à colore, à magnitudine, & à figura ſortiuntur, de quibus ſigillatim ſuo loco agetur.

Inter malorum ſatiuorum genera, quædam rotunda epirotica numerantur, hodie Italis *Mele roſe*, fortè à colore roſeo. Hæc mala Primùm in Epiro prouenisſe Græci teſtificantur, dum illa Epirotica indigitant.

In

XXV. Amygdalæ geminatæ monſtrificæ.



XXVI. Mala Epirotica geminata, cum pomo paradiſeo monſtrifico.



In hac igitur specie duo mala gemella ex vbertate materiæ prouenerunt, licèt non omniquaq; copulata, sed tantummodo iuxta pediculum. Item alia duo Mala epirotica, seu rosea conglutinata vidimus, quæ, licet essent geminata, vnicum tamen pomum repræsentabant, & gemella erant ratione duorum pediculorum apparentium, ex quibus pendebant, qui fuerunt rudimenta, & signa florum, quibus de fluentibus, fructus, seu poma procreantur, vt in icone XXVI. ostenditur. XXVI.

Vbi proponitur quoq; spectandum pomum paradiseum monstriferum, quod anno Salutis humanæ post sesquimillesimum nonagesimo tertio, mense Nouembris, Illustrissimus Camillus Paleotus Bononiæ senator, Eminentissimi Cardinalis Paleoti primi Bononiæ Archiepiscopi frater, & Illustrissimi Camilli Paleoti hodierni Senatoris auus, rerũ naturalium diligentissimus indagator clarissimo viro Vlyssi Aldrouando donauit. Erat autem huiusmodi fructus pomum paradiseum Vulgõ nuncupatum, quia suauissimum odorem spirabat, sed iuxta pediculum eiusdem pomi adnata erat appendix substantię, & coloris eiusdem fructus, quæ rostrum alicuius auis, vel digitum cum vnguiculo æmulabatur. Verùm, vt veritatem fateamur, mentulam potius Canis vnà cum scroto, quam effigiem alterius rei repræsentare videbatur; & in summitate talis mentulæ cuspis quædam nigra, & acuta cernebatur. sed melius id apparebat, quando hæc pomi appendix deorsum vertebatur, quemadmodum Lector in icone poterit meditari. *Appendix pomi quid referret.*

Posteaquam incidimus in sermonem pomorum paradiseorum, quæ, ob iucundum odorem, & gratum saporem, paradisea quasi cælitùs missa nuncupantur; non erit abre describere aliud monstrum in hoc pomorum genere olim obseruatum a prædicto Illustrissimo Camillo Paleoto, anno post sesquimillesimũ nonagesimo quarto.

XXVII. Pomum paradiseum monstrificum.



Hoc nuncuparipoteſt Diorchites, quia ſit pomum gemellum figura ferè duorum teſtium, quorum vnus altero ſit longior, Pomum malus erat figuræ colochintidis pyriformis, alterum verò formam teſtis rotundioris imitabatur. Pediculus poſtea fructus vtriq; erat communis, ſed maiori pomo magis annexus. In vtroq; color flauescens ad aliquem ruborem vergebat.

XXVII. In ſuprema parte vtriuſq; fructus, cui flos hærere ſolet, vmbilicus conſpiciebatur, & propè vmbilicum minoris, erat rima quædam pudendi muliebris æmula, quaſi Natura alium vmbilicum ibi procreare voluerit, vt in icone XXVII. videri poteſt.

Natura igitur in plantis ſæpè numero aberrans à ſcopo, monſtra producit, ſicuti A
ſæpè vidimus, & præſertim in pomis: hoc enim anno obſeruauimus pomũ quod cucurbitam vinariam æmulari videbatur. Quandoquidem habebat figuram vaſculi rotundioris cum collo adhærente parti ſuperiori, quaſi paruum caput pomo inſideret. Hinc colligimus quòd Natura duo poma procreare voluit, ſed ex inopia materię, pomum magnum, & perfectum primò genuit, deinde aliud admodum paruum quemadmodum, etiam in multis alijs fructibus accidere ſolet.

Pyrorum differentiæ. Malis Pyri ſunt affines, quæ, & ipſæ monſtroſis fructibus non carent. Pyrus eſt arbor notiſſima, cum paſſim in Europa creſcat, ita nuncupata, quia eius fructus pyramidem referant. Differentiæ ſunt plurimæ ratione magnitudinis, figuræ, ſaporis, odoris, coloris, & temporis: itaut Cordus in ſua Hiſtoria, quinquaginta genera Pyrorum recenſuerit, quæ in Viridarijs, agris, & alijs locis cultis creſcunt. B

XXVIII. Sylueſtria dicuntur, quæ in locis incultis, & nemoribus ſponte oriuntur. In horum Sylueſtrium genere olim Pyrum obſeruauimus admirandam, & monſtrificam, cuius ramum damus ſpectandum in icone XXVIII. Erat hæc arbos ſpinis horrida,

Pyri ſyluſtres qualem fructus ferant. quibus Pyri ſylueſtres ſcatere ſolent, & pyra magnitudine, figura, & colore diuerſa procreauerat: quamuis poſtea eſſent inſipida, & guſtui ingrata, veluti fructus ſyluestres huius generis eſſe ſolent. Quare hæc arbos inter τελεσφόρα δένδρα non poterat connumerari, quoniam Arbores huius generis fructus æquales, vniformes & tempeſtiuos ferunt.

Paulò ſuperius, quando de monſtriferis plantarum folijs agebamus, mali mediæ, & Aurantiæ meminimus, de quibus in præſentia verba ſunt facienda, occaſione cuiuſdam fructus nobis donati, qui monſtroſam prorſus formam præ ſe ferebat. C

Sunt igitur tria malorum genera, Citria, Limonia, & Arantia, quæ ad vnum genus pertinent, & inter hęc mala Aurantia parumper ſunt conſideranda, quæ for-

L. 2 de cõp. med. ſec. loc. cap. 1. tè ab Arantio Achaiæ oppido, vel ab Aranea gente in Perſia cognominata fuerunt; niſi velimus cum alijs Arantia, quaſi aurantia ab aureo fructus colore cognominata: idcirco mala aurea Virgilio fuerunt nuncupata. An verò hæc ſint Ceſtiana mala apud Galenum, & an martiana mala apud Suetonium in Domitiano, & an Citrangula Auicennæ, & Meſuei, non eſt præſentis loci diſputare.

Differentiæ Malis Aurantijs. Hæc poſtea variant ſapore ſucci acido, dulci, & medio. Dulcia corticem habent glabrum, acida duriorem, & aſperum. Quædam corium habent magis viride, alia magis flauescens. Reperiuntur quædam ſine ſemine, alia duo ſeminum genera in eodem pomo gerunt. Noſtratium cortex amarus eſt; quamuis in aliquibus locis cortice dulci, & ſuaui creſcant. Variant quoq; forma aliquando rotunda, aliquando D
longa, necnon cortice magis, atq; minus rugoſo. Sed monſtroſum fuit illud pomũ

XXVIIII. nobis olim dono datum, cuius cortex multis, & oblongis ſcatebat tuberculis, & ſex triangulicum ſeminibus in eodem pomo diſſecto apparebant, vt conſtat in icone XXVIIII.

Ibi quoq; mali Limonij dulcis integri & ſecti effigies fuit delineata, in qua nouem trianguli conſpiciebantur. Romæ Limoncello appellatur, ob appendices, quas

Malum limonium dulce. in foliis habet: quamuis videatur potius ad malum Arantium, quàm ad Limonium ſpectare, præſertim cum figuram, & colorem ei ſimilem gerat. Diſſectum hoc pomum nouem exhibebat triangula, in quorum ſingulis bina ſemina concludebantur. Sed magna admiratione dignum, eſt, quòd nulla conſtat carne ſed tantùm exteriori cortice ſubtiliſſimo, & interiori parte ſucculenta: ideoq; ratione partium internarum neq; Malo Limonio, neq; Aurantio affine eſſe videtur; præterquamquod illa

pars,

XXVIII. Pyrus ſylueſtris monſtroſa.



XXVIIII. Malum Arantium monſtrificum cum malo Limonio dulci integro, & ſecto.



pars, cui pediculus annectitur, instar turbinis acuminata est, vt in effigie proposita cernitur: Sed hæc de hoc fructu obiter dicta sint, cum in eadem tabella vna cum monstrifico fuerit delineatus.

Cæteris addimus tanquam fructuum monstriferorum coronidem fructum Cerri. Est enim Cerrus apud Botanicos quintum genus quercus, Aegylops Idæorum, & Dodonei, Aspris Macedonum, & Latinorum, Cerrus apud Clusium; Plinio tamen, & Lobellio in Iconibus Cerris cognominatur, vbi duæ species maioris, & minoris glandis delineantur. *Cerri species.*

Arbor est Italiæ magna ex parte ignota, teste Plinio, cum in aliquibus solum
E Hetruriæ locis crescat, & passim in syluosis locis Græciæ nascatur, procera est, caudice recto, excelso, & robusto per longitudinem ad quælibet ædificia sustentanda. Folio est crasso amplis incisuris laciniato, & folijs quernis non multum absimili. Non est arbor sterilis, vt non nulli perperam scripserunt, sed glandifera, Glans est quodammodo rotunda, & calyce echinato munita, & adeo amari gustus, vt nullum animal, præter sues, illam attingant. Modò materia quandoq. huius fructus necnon materia calycis, & folij quodammodo confusa ad procreationem fructus concurrens glandem monstrosam generauit, qualis in icone XXX. delineata monstratur. *Glans cerri qualis.* XXX.

XXX. Cerri fructus monstrificus.



DE

DE MONSTRIS COELESTIBVS

Cap. XIII.

Ordo in sublunaribus.

IVXTA ordinem in principio huius Historiæ constitutum nostra interest mentem dirigere ad illa, quæ in supernis mundi partibus, præter consuetam Naturæ legem, generantur; quæ postea, ratione loci, monstra cælestia nuncupantur, quoniam Cœlum hoc in loco inlata significatione accipitur. Idcirco notandum est superiorem quemdam mundum, seu Naturam inueniri, ex pluribus sphæris constantem, quæ circulo tantùm mouentur, & huic proxima esse elementa, ex quibus hic inferior mundus, & sublunaris integratur, nimirum ignem, aerem, aquam & terram, quorum sedes, & loca ita inter se se sunt disposita, vt post cœlestem naturam ignis succedat, post hunc Aer, deinde illum Aqua, & hanc Terra sequatur. A

Itaq; ex his quatuor elementis mundum hunc inferiorem constituentibus, quidã aliquando effectus meteorologici dimanant; qui, quoniam non frequenter fiunt, monstra, & quia genita sunt in sublimi, cœlestia indigitantur: quamuis postea hoc nomen aliquod etiam nouum, & non amplius circa sydera obseruatum amplectatur. B

Anaxagoræ opinio.

Consultò supersedebimus dubitationi, circa corpora inter Cœlum, & Terram comprehensa, cui Anaxagoras ansam præbuit, dum, post supremum illud Cœlum, quod naturæ igneæ esse credidit, cœtera ad terram vsq; corpora Aerẽ tantummodo esse existimauit: quandoquidem non est præsentis loci de hoc disputare, cum alibi à Philosophis hęc dubitatio fuerit soluta. Nos enim in præsentia quodammodo induere debemus habitum illius Philosophi, quem Veteres meteorologicum cognominarunt, cuius partes sunt contemplari illa, quæ in sublimiori mundi sublunaris loco procreantur; cuiusmodi sunt pluuiæ, rores, pruinæ, niues, & grandines: sed hæc, quoniam per interualla quodam veluti circulo reuertuntur, monstri nomine non donantur, consequenterq; ad nostrum negocium non pertinent. Quamobrẽ altius ascendemus ad passiones ignitas, nempe ad Cometas, Sydera volantia, Columnas igneas, faces, & Pyramides accensas, nec non alia simulacra animantium in aere, & nubibus apparentium, quæ quoniam non ita frequenter fiunt, monstra, & ostenta nuncupantur. C

Qualia apparent in aere.

MONSTROSA ANIMANTIVM SIMVLACRA IN SVBLIMIORI sede conspecta. D

NONNVLLA tantùm hoc in loco hominum simulacra memorabuntur cum multa alia huius generis in Rubrica Præsagiorum primi capitis huius libri relata, & delineata fuerint. Itaq; admirabiles visu fuerunt multorum præliantium acies militum in Aere ab Incolis multorum locorũ Heluetiæ, anno post millesimum, & quadringentesimum septuagesimo quarto conspectæ; sicut in Annalibus Basilienſibus memoriæ proditum est: quo anno Heluetij aduersus Ducem Mediolani innumeras peditum, equitumquè copias eduxerunt, & Nouembri mense ad Tesinum flumen victoriam reportarunt.

Pariter

Pariter per annorum seriem progredientes, inueniemus quòd anno post millesimum, & quadringentesimum nonagesimo nono, Lucernæ Heluetiorum, Maio mense, Draco igneus immanis formæ, nimirum crassitudine Vituli, & longitudine octo cubitorum, maxima omnium Incolarum admiratione, volare visus est: & mense subsequenti Maximilianus Rex Romanorum numeroso stipatus exercitu in Heluetiam irrupit, & Engadinum ferro, flammisq; deuastauit. Rursus anno post sesquimillesimum trigesimo quinto, in Lusatia non procul ab oppido Ruben, quinctili mense, hominum duo exercitus à meridie ad Septentrionem fuerunt conspecti, qui pleniſſimis cohortibus, & centuriatis militibus tota acie manum conferre videbantur. Item anno post sesquimillesimum trigesimo octauo, Germaniæ Incolæ acies armatas, gladios, & funera passim in aere conspicati sunt. *Draco visus.* *Exercitus in aere visi.*

Similiter anno salutis humanæ post sesquimillesimum quadragesimo quinto, mense quinctili, hæc visa sunt in aere simulacra ab Incolis Silesiæ. Vrso instructam aciem ad Orientẽ ducenti, Leo copijs militum stipatus fiebat obuius, & consertis manibus sanguis ab inflictis vulneribus manabat, & cadauera cadebant: inter præliandum Aquila eminenti saltu ad copias Leonis volare visa est. Post pugnam Leo inter suas cohortes refulsit, Vrso nullibi conspecto. Immo eodem anno apud Polonos tres cruces punicei coloris in Cœlo apparuerunt, inter quas miles cataphractus ense igneo aduersus oppositum sibi exercitum præliatus est, qui deinde victor ab horrifico Draconẽ fuit deuoratus. Paulò post ingens Chasma per horæ spatium apparuit, demum tres Irides, quibus perpulchra Angeli alati species omnibus conspicua supersedebat, donec vnà cum nubibus omnia paulatim euanuerint. *Cruces tres in cœlo visæ*

Anno Domini post sesquimillesimum quadragesimo septimo apud Heluetios in aere duo exercitus, & duo Leones inter se acriter dimicantes visi fuerunt, quorum alter caput alterius mordicus euulsit. Eodem anno Calendis Octobris in Saxonia, oriente Sole, visus est in Cœlo tumulus panno nigro tectus, cruce rufi coloris superpositâ, quem præcedebant, & subsequebantur multi homines pullatis vestibus induti cum, tubis tantum clangorem edentibus, vt ab Incolis facilè audiretur. Item eodem anno in Italia non procul ab Vrbe, mense Decembris, Crux rubicundi coloris sereno Cœlo visa est, vbi etiam Aquila vibrãs alas triduo conspiciebatur. *Crux cum aquila.*

Rursus in Saxonia, subsequenti anno, nimirum post sesquimillesimum quadragesimo octauo, Quendelburgi, conspecti sunt in aere duo exercitus acriter pugnantes, & anno succedenti post sesquimillesimum quadragesimo nono, nonnulli viri Brunschuicenses fide digni iter facientes, teste Licosthene. Lunam obseruarunt illo coronatam circulo, qui Græcis ἅλως vocatur; immò igneum quoque conspexerunt Leonem, & Aquilam sibi pectus fodientem, vt in icone I. apparet. I.

Eodem anno in oppido Vortlandiæ obseruarunt Incolæ in aere simulacrum illius viri germanis vestimentis induti, de quo superius in Rubrica Præsagiorum primi capitis sermonem habuimus

Sequenti anno post sesquimillesimum quinquagesimo, intra Norimbergam Fichtuangit, & Anoltzbachium, initio mensis Sextilis, die sereno, multi sunt intuiti Solem vario colore deturpatum, cum simulacro Aquilæ varijs coloribus effigiatæ, passis alis, & pedibus carentis infra arcus erat cælestis, & iuxta illum eques, qui altera manu equum, & altera canem venaticum ducere videbatur, cuius monstrosi simulacri iconem Lector videat in primo capite huius Historiæ. *Vide Iconẽ in primo capite.*

Eodem anno, in Saxonia ad Trebinum, Iunio mense; non procul ab Vuittenberga celeberrimo omnium disciplinarum Emporio, multa simulacra in Cœlo comparuerunt, inter quæ perpulchra Cerui species visa est, pugnantibus hinc inde varijs militum aciebus, quorum sanguis instar pluuiæ stillare videbatur, & in icone II. ostenditur. II.


Rursus anno salutis humanæ post sesquimillesimum quinquagesimo tertio, Herbeslebij in Pago Thuringiæ, authore Licosthene, quinctili mense, gemini serpentes in Cœlo mordicus se se comprehendere visi sunt, caudis implicatis, in quarum medio crux ignea refulgebat, vt in icone III. cernitur. III.

Eodem anno in quodam vico Thymigræ, viri proceri effigies inter nubes apparuit

I. Simulacra ignea Leonis, & Aquilæ pectus ſibi fodientis.



II. Cerui, & pugnantium ſimulacra in Aere.



III. Serpentum mutuo ſe mordentium ſimulacrum.



E ruit cuius de membris paulatim sanguis manabat. Anno succedenti post sesquimillesimum quinquagesimo quarto, Iunio mense, vt scribit Licosthenes, in Pago Blech quinq; milliaribus à Norimberga distante, virgâ sanguineâ Solem deturpasse perhibetur, cum turmis equitum, quæ mutuo se bello aggrediebantur, vexillis cæruleis præcedentibus.

Viri cataphracti in aere visi.

Iterum eodem anno, vt Fristchius in Meteorologicis retulit in Palatinatu Rheni superiore ad syluam Bohemicam, duo viri cataphracti in aere comparuerunt, quorum statura minor ab altero in certamine superatus ad alterius pedes concidit, cui Victor gladio igneo vindictam maiorem minitari videbatur, donec vterq; euanuerit. Similiter prope Stolpen in Australi Cæli plaga, pugnantium, atq; magno clamore concurrentium acies in Cœlo fuerunt conspectæ: deinde, peracto prelio, ingens flammarum globus ab aere erumpens in terram cadere visus est. Demum anno post sesquimillesimum quinquagesimo sexto, mense Decembri, non procul ab Augusta Vendelicorum, Leonis, & Vrsi pugnam incolæ regionis in aere conspexe-

Armorum fragor audi tus.

F runt.

Præterquamquod varijs temporibus Fragor armorum in aere auditus est. Immò nuper, scilicet anno post millesimum, & sexcentesimum vigesimo primo per litteras intelleximus, quòd in Gallia, nimirum in ciuitate Augustarum Aquarum Aquitaniæ, non solum armorum strepitus in aere auditus est, sed etiam instructæ militum acies quasi bello aliquem aggressuræ per spatium horarum trium conspectæ sunt.

MONSTROSA RERVM INANIMATARVM IGNITARVM, ET præcipue cometarum varietas.

G

VT humanus intellectus ad simulacrorum huius generis cognitionem pronus, & idoneus reddatur, animaduertere oportet, iuxta mentem Philosophorum, & potissimum Aristotelis, in libris meteororum, ex his terrestribus, & aqueis corporibus duplicem halitũ virtute Solis in sublime continuò vehi, quorum alteri nomen vaporis, quia ab humectis terræ partibus prodeat, alteri nomen exhalationis Philosophi assignarunt, quia tenuior sit, & ab aridioribus terræ partibus emergat.

Horum igitur halituum prior tanquam grauior, & humidior locum in aere maximè infimum, & terræ proximum occupat, alter verò, quia calidioris, & siccioris est substantiæ, sedem sublimiorem, & tertiam aeris regionem petit. Namq; quod inter corpora calidius, & siccius est, ignem appellamus in primo sub sphæris cœlestibus loco consistentem. Quod verò humiditatem calori coniunctam possidet, & hac

H de causa est ponderosius instar vaporis, nõ potest ad altiores euolare sedes, sed paulò infra ignem residet, & aereum elementum nuncupatur.

Hypocaumaquid.

Pars verò illa superior appellatione ignis donatur, quia celerrimè exuri, & in ignem transmutari possit; ideoq; cum nostra exhalatione maximam conuenientiam habere videtur: quamobrem hanc Philosophi, & præcipue Aristoteles in Meteoris ὑποκαυμα, quasi succẽsibile à verbo ὑποκαίω succendo, indigitarunt: vnde hæc materia aptimè disposita, ob leuem motum quemlibet, confestim exuritur, & in flammam vertitur: quemadmodum contingere solet in face nuper extincta, quæ si illico rotetur, flammam denuò concipere solet.

His igitur sic constitutis, nimirum suppositâ re vstibili, seu hypocaumate, & motu corporum cœlestium, poterimus asseuerare, quòd ille calidior spiritus à partibus siccioribus terræ sublimatus, & ad destinatum locum ascendens celeri incalescat motu, & tandem inflammationem, & ignem concipiat.

Cæterùm quando prædicta hypocaumata circulari motu accenduntur, multæ

I. Haſtæ, Trabis, caprarum ſalientium, & Aræ ſimulacra ignea.



E rerum varietates, & diuersa simulacra in aere apparent; de quibus postea Lucanus cecinit hunc in modum.

Ignota obscura viderunt sydera nostri, *Lib. 1. Phar sal.*
Ardentemq; polum flammis, Cœlog; volantes,
Obliquas per inane faces, crinemq; timendi
Syderis, & terris mutantem regna Cometen.

Quamuis multò plura huius generis simulacra interdum obseruentur. Sæpè enim accidit: vt id, quod flammam in sublimi aeris sede concipit, æqualem longitudinẽ, & latitudinem sortiatur, & tunc impressio hæc imaginem flammarum stipulæ in campis accensæ imitatur. Sin æmuletur camin luculenti flammam, tunc Authores hanc impressionem Aram cognominarunt, quoniam similis ardor in Antiquorum aris cum sacrificijs accensis conspiceretur. Quando maior est longitudo, quam latitudo exhalationis, hæc accensæ trabis formam exhibet. Immò, quando in longum protensa est cum gracilitate, hastæ ardentis habet figuram. At quando accen- *Impressionum ignearum varietat.*
F siones, & scintillationes non sunt simul iunctæ, neq; iuxta rectam lineam positæ, immò dispersę, & dissipatæ, itaut prima pars exhalationis sit accensa, deinde aliæ portiones successiuè, prioribus extinctis, sed non per rectitudinem accendantur modico spatio inter se dissitæ; tunc temporis saltantium Caprarum vestigia imitari videntur.

Tandem si per rectam lineam exhalatio, consequenterq; inflammatio non procedat, sed huc, atq; illuc volitet, tunc stellam cadentem, aut volitantem præ se ferre; cum, vno sydere veluti extincto, ad sequentem exhalationis particulam inflammatio properare videatur. Horum nonnullorum effigies in sequenti icone I. monstrantur; vbi Aræ, Trabis, Hastæ, & Caprarum saltantium figuræ apparent. I.

Cum stellarum volantium, & prædictarum impressionum ignitarum, necnõ Cometarum materia, substantia, & natura sint consimiles; iuri consentaneum esse videtur, vt de Cometis, tanquam de monstrosis Cœli simulacris sermonem habeamus. Sunt autem Cometæ calidioris, & siccioris naturæ: quandoquidem locum,
G & regionem, quam suo splendore illustrare incipiunt, ibi calidiorem, & siccio rem aerem fieri præsignificant.

Philosophi igitur rerum naturalium scrutatores ad insinuandam Cometarum procreationem, iuxta mentem Aristotelis, probabilibus rationibus incedunt. Primò supponunt tria, quæ antea tanquam huius doctrinæ meteorologicæ fundamenta fuerunt exarata. Primum est sub corporibus cœlestibus esse exhalationem, quã vel hypocaumа, vel ignem appellare consueuerunt. Secundum est hanc substantiam, & aetem illi copulatam circulari motu agitari, & demum propter hunc motum *Causa ignitarum impressionum.*
hanc exhalationem accendi consueuisse, non tamen totam, sed illam portionem tantummodo, quæ ad ignem suscipiendum erat idonea mox cæteras inflammari partes, vnde postea tot impressionum ignitarum differentiæ originem ducere solẽt.

His ad mentem reuocatis, verum Cometarum ortum ad igneam vim Cœli, aut alicuius syderis referunt, iuxta quorum motum exhalationes illæ feruntur. Deinceps Cometas ad exhalationem, tanquam ad causam materialem reducunt, quæ in
H dies ex partibus terræ siccioribus in sublimiorem locum indefinẽter ascendit, itaut, absumpta priori exhalatione, recens, atq. noua veteri prestò sit: propterea cum id aliquandiu perseueret, non erit aliud Cometa, quam exhalatio successiuo modo accensa, & inflammata.

Verùm si huiusmodi exhalatio accensa aliquam stellam instar crinium, & cincinnorum ambiat merito poterimus hanc exhalationem Cometam, nempe stellam co- *Cometa etymum.*
matam appellare: præterea quando exhalatio, iuxta sydus, in modum barbæ fuerit accommodata, Pogoniam poterimus nuncupare. Est enim apud Græcos κομήτης crinitus, & comatus immò hoc vocabulum absolutè sumitur ab Aristotele pro ἀστὴρ κομήτης stella comans crinita, & cincinnata. Cum autem πωγωνίας exponatur barbatus, non est mirum si aliquando cometæ πωγωνίαι ἀστέρες nuncupentur. Ptolemeus autem Cometas τὰ φθαρτικὰ ἄστρα nempe corruptibiles, & elementares stellas vocitauit. *Stella corruptibiles quæ. Lib 2. Hist. nat. cap. 22*

Multi Authores, & potissimum Plinius nouem cometarum differentias constitu-

II. Nouem Cometarum differentiæ.

1. Cometa clypei formis.

2. Crinitus.

3. Cornutus.

4. Barbatus.


5. Iaculiformis.

6. Enſiformis.

7. Solaris.

8. Equinus.

9. Lampadiformis.



E unt. Primus Cometa in icone propositus vocatur δισκὶς, quia figurâ Disci, vel clypei referat. Secundus κομήτης, nempe comatus, seu crinitus, huicq; vocabulum hoc per excellentiam competit, quoniam vt plurimum Cometæ hac forma indutæ compareant. Tertius κυρτίας, nempe cornutus. Quartus dicitur πογωνίας barbatus. Quintus ἀκοντίας, iaculi formam habens. Sextus ξιφίας ensiformis. Septimus πίθινος effigiem dolij repræsentans, quem cometam postea nonnulli solarem, vel Rosam nuncupant. Octauus ἵππιος, quæ vox vt plurimum equitem apud Græcos denotat, nihilominus à Plinio trahitur a hunc cometam, quasi equinum dixerit. Nonus, & postremus appellatur λαμπαδίας, quia effigiem accensæ facis repræsentet. Hæ autem cometarum species in icone. II. delineantur. *Cometarũ nouem differentia.* II.

Verùm Authores Arabes Cometis varia nomina ab eorum effigie, tum à viribus assignarunt, quæ in campum afferre minimè necessarium esse iudicauimus, quoniam in delineatis figuris non tanta obseruatur discrepantia, quin varij cometæ ad vnum genus reduci, & pertinere possint, veluti sunt Cometæ clypeiformes, &
F Solares. Præterquamquòd aliæ quoq; Cometarum differentiæ à figuris petitæ recenseri possunt: sunt enim Cometæ, qui formam Tubæ, vel Pectinis referant, sunt quadranguli, necnon duobus, vel tribus cornibus decorati. Quamuis postea Cornelius Gemma, quoad fictionem figurarum, valdè dubitet, num vnquam Cometæ similibus induti formis a pparuerint, & potissimum quales ab Arabibus memorãtur: cum nulla Veterum monimenta personent alios orbi illuxisse Cometas, quàm illos; qui iaculi gladij, aut pyramidis effigiem repræsentauerint. Cornuti semel tantùm meminerunt. *Alia differentia cometarum.*


Cæterùm si alia Cometarum imago apud ipsos nominata, & descripta, præter memoratas, reperitur, ambigendum est, num Veteres reliqua ignita meteora cum legitimis, & genuinis Cometis confuderint. Rectius igitur, & satius præstitit Aristoteles, qui omnes figurarum varietates, in recensendis Cometis, ad duo tantùm genera redegit, nimirum, ad κομήτας, καὶ πογωνίας: cum eorum coma in longitudinem, vel in latitudinem proferatur. Quapropter hodiernum vulgus Cometas co-
G matos, barbatos, & caudatos appellat: quamquam alij in figuram acutam, alij in latam proprium iubar portendere videantur. *Arist. opinio circa differentias.* III.

Vt autem Historiæ nostræ nihil desit, in icone III. alias Cometarum differentias, ratione figuræ, exhibere spectandas decreuimus: vbi prima species vocatur κυρτίας altera, nempe cornuta, quamuis aliquo modo figuram tubę prę se ferre videatur. Secunda dicitur ξιφίας altera, Tertia est ξιφίας tertia; quarta τετράγωνος, nempe quadrata: quinta, & septima nuncupatur ἵππιος varia, nimirum, quia vario modo equum referat. Nisi velimus cum Alberto Magno differentias Cometarum quinq; statuere, non ratione numeri stellarum errantium, scilicet Mercurij Veneris, Iouis, Martis, & Saturni, sed iuxta quinq; differentias vaporis materialis; omnis enim vapor Cometæ, licet sit in genere crassus, & sibi cohærens: nihilominus secundùm exigentiam materiæ, potest esse crassus, tenuis, aut medius per æquidistantiam inter crassum, & tenue: vnde tria media resultabunt, consequenterq; erunt tantùm quinq; differentiæ Cometarum, ratione materiæ. *Cometarũ differentia ex Alberto.*

H Nolumus prętermittere duas Cometarum figuras, quas Cornelius Gemma proposuit spectandas, & à sydere, vel à colore saturnios Cometas nuncupauit, quorũ alter fulsit anno Domini post sesquimillesimum quinquagesimo octauo, die decima septima Augusti, in occasu Solis, circa duodecimum gradum Virginis, distabatque à cauda maioris Vrsæ, per spatium octo graduum supra viginti. Stabat in Occasu mæsta, & lugubri facie, nimirum naturæ saturninæ, & caudam versus orientalem plagam porrigebat, sed diu non fuit conspectus, nam, pluuia superueniente, ante diem septimam euanuit. *Cometa Saturnius qualis.*


Meminit pariter idem Gemma alterius Cometæ naturæ saturniæ, qui effulsit anno salutis humanæ post sesquimillesimum sexagesimo nono, circa initium Nouembris, cauda admodum longa versus subsolanum extensa, qui circa diem vigesimũ eiusdem mensis paulò altior fuit conspectus, sed paulò post impetu Ventorum inualescente, & imbre continuo dissolutus est. Horum imagines in icone IIII. spectantur. *Cometa Saturnius alter.* IIII.

III. Aliæ Cometarum differentiæ.



1. Ceratodes altera
2. Enſiformis altera
3. Enſiformis tertia
4. Quadrata
5. Et 7. Equina Varia.

IIII. Cometarum naturæ ſaturniæ duo differentiæ.



Cæterùm nullum Cometæ genus fuit tanti horroris, & tantæ admirationis, quàm illud, quod apparuit anno ſalutis humanæ poſt ſeſquimilleſimum vigeſimo ſeptimo, die vndecima Decembris, circa occaſum Solis, vt multi Authores, & præcipue, Liceſthenes annotarunt, in Ditione Palatinatus. Erat hoc Cometæ genus ratione propriæ figuræ enſiformæ, & cruentum, ſed ratione circumſtantium imaginum horribile: etenim nube terribili, ſtellis, haſtis, gladijs, & capitibus humanis hinc inde cingebatur, vt Lector in icone V. meditari poteſt. Hinc multi hoc ſolo ſpectaculo attoniti, & perterrefacti in morbum, & ſyncopem incidiſſe feruntur. A

Cometa horribilis. V.

Hactenus circa differentias, & generationem Cometarum, iuxta opinionem Ariſtotelis, & aliorum Philoſophantium mentem, verſati ſumus. Modò aliorum, nempe Veterum Philoſophorum ſententia eſt aperienda: quandoquidem Anaxagoras, & Democritus concurſum quendam quinq; planetarum, præter Solem, & Lunam, cometas eſſe dixerunt, quos Planetarum etiam nomine donarunt: ſunt enim opinati illas quinq; errantes ſtellas, ſi fortè fortuna congrediantur, & ſe contangant, vnius ſolùm ſtellæ imaginem repræſentare: cuius poſtea ſplendor longius diffuſus comam veluti quamdam præ ſe ferre videatur: præterquamquòd addebant, diſſipatis cometis, planetas quoſdam relictos comparuiſſe.

Anaxagoræ opinio.

B

Alijs prædictos ſecuti Philoſophos quinq; planetis ſextum addiderunt, quem cometam appellarunt, eumq; ſub radios ſolares vt plurimum latibolari, ab ijſq; rarò emergere: quapropter rarò Cometa apparet. Hanc opinionem ſtabiliunt exemplo Mercurij, qui, & ipſe cum ſit planeta rarò apparet, quoniam modico interuallo à radijs Solis recedit. Horum Philoſophorum ſententiam Albertus Magnus validiſſimis rationibus refellere nititur: vt communem Philoſophantium ſententiam circa generationem Cometarum probare poſſit. Quas rationes vnuſquiſq; apud eundem Authorem videre poteſt.

Nos autem hanc Priſcorum ſententiam, neq; prorſus damnandam, aut improbandam eſſe arbitramur. Improbatur, dum hæc Cometarum generatio planetis aſſignatur; tunc illa probatur, dum in ſedibus aethereis Cometæ fieri perhibentur. Nam Cornelius Gemma locum generationis Cometarum in parte nobiliore Vniuerſi eſſe ſtatuit, cum vim corruptibilis meteori ſapere non opinetur. Præterquàm quod hoc fuit perſpicuum in illo Cometa, qui apparuit fulgidus, anno poſt ſeſquimilleſimum ſeptuageſimo ſecundo, menſe Nouembris in conſtellatione Caſſiopeę, Ioue enim magnitudine ſuperabat, & eidem figura, & candore ſimillimus, limbo boreo Gallaxiæ affixus: itaut cum ſecunda, quarta, & duodecima Caſſiopeæ ſtellis tertiæ magnitudinis Rhombum ferè perfectum effingeret.

Nouorum ſententia circa cometas.

C

Hinc pleriq; phaſmatum indagatores hoc genus Cometæ in regione elementari non fuiſſe exiſtimarunt, quam ſedem Ariſtoteles Cometis aſſignauit, ſed in regione aetherea conſtituerunt, quia nullum prorſus motum proprium, & nullam paralaxim habebat. Hęcq; noua ſtella, inſtar lyræ, micabat, & de improuiſo abſq; vllo incremento maxima apparuit, nullumq; ſpargebat crinem, & diutius, quàm vnquam alius Cometa refulſit, nempe menſes ſexdecim, deinde paulatim in nihilum redacta eſt. Huius fulgor, in comparatione ad alias ſtellas, erat admirandus, quoniam Sirium, Procyona, Iouem, & cæteras ſtellas tam firmas, quàm erraticas ſplendore, & magnitudine antecellebat.

Splendor cometa qualis.

D

Non igitur multum à veritate receſſerunt Democritus, & Anaxagoras, qui Cometas, congreſſus quosdam ſtellarum eſſe exiſtimarunt. Item Nicephorus ſcriptis mandauit viſam fuiſſe nouam ſtellam, pœnè quam multæ ſtellulæ veluti tot apes penès Ducem ſuum congregabantur. Dion quoq; ſcriptum reliquit ſydus per ſpatium multorum dierum ab Vrbe fuiſſe conſpectum, quod poſtea in multas partes diſſolutum eſt. Demum Democritus obſeruauit, Cometis in nihilum redactis, ſtellas quaſdam apparuiſſe.

Quamobrem neceſſarium erit, vt aſſeueremus plura corpuſcula lucida, ceù tot ſtelliulas hactenus inuiſas, tum fixas, tum erraticas in Cœlo verſari, quas per Teleſcopium aliquando obſeruauimus. Immò harum aliquas in Pleiadibus vnuſquiſque ad libitum per tubum ſpecularem diligenter fabricatum intueri poterit. Item in vnica ſtella Cancri nebuloſa, per commodum inſtrumentum, quini ſtellularum tumuli

V. Cometa portentoſus, & horribilis.



tumuli ex opaco conſtantes lumine, aliquibus intermicantibus ſtellis, ſpectantur. A
Inſuper quædam ſtellarum congeries ſub vltimam Iugulæ conſpicitur, vbi in paruo ſpatio coaceruantur: deinde inter has ſtellulas lux candida inſtar nubis reſulget. *Sententia quorundam recentiorũ.* Amplius paulò ſupra iaculum ſagittarij globus etiam obſcurus intermixtis ſtellulis apparet.

Præterea erratica quoq; corpuſcula in Cœlo reperiri coniectandum eſt ex maculis quibuſdam Solis, quas excellenti Teloſcopio multi obſeruarunt: Hæc ergo, vel alia corpuſcula lucida, quæ ſortim non conſpiciuntur, ſi confluant in vnum, reſulgent: quemadmodum ſi planeta cum alio planeta, vel cum fixo ſydere copularetur; nam ita radij vtriuſq; confunduntur, vt vnius tantùm ſtellæ fulgor eſſe videatur. Quamobrem his ſic conſtitutis, Cometæ cuane ſcere dicuntur, diffluentibus huiuſmodi corpuſculis, quæ antea confluxerant: cum autem iſta corpuſcula ſint parua, lumine quodammodo confuſo ſant referta, ideo ſplendorem, & claritatem cæterarum ſtellarum adæquare nequeunt; vnde ex his corpuſculis Cometas conſtare multi per tubos opticos diligentiſſimè obſeruarunt. *Tubus optici inſtrumentum.* B

Coma autem, & cauda Cometarum non erit flamma, non hypocauma, ſed tenuis tranſmiſſio radiorum ſolis ea figurâ per corpuſcula minus vnita, eo modo, quo radij ſolares per foramen in aliquod cubiculum immittuntur. Præterquamquod reflexio, & refractio ex varijs emanans corpuſculis varijs Cometarum ſpeciebus crinitis, barbatis, & caudatis ſufficere poterit.

Quod autem Cometarum apparitio, Orbi terrarum mala præſagiat, multi Authores affirmãt. Ideo Virgilius lib. decimo Aeneidos arma Aeneæ, quæ liberalitate Vulcani meruerat, quoniam in multorum exitium fuerant fabrefacta, Cometis, & Syrio, ac Imirum Caniculæ comparantur, in quorum apparitione ægritudines, & hominum interitus reſultant. Verba Virgilij ſunt hæc. *Præſagia Cometarum.*

Lib. 10. Aeneid.

Non ſecus ac liquida ſi quando volſe Cometæ
Sanguineũ lugubrè rubeant, aut Sirius ardor
Ille ſitim, morboſq; ferunt mortalibus ægris,
Naſcitur, & lęuo contriſtat lumine Cœlum. C

Propterea referunt Actæos, in ortu Caniculæ obſeruando, fuiſſe diligentiſſimos, teſte Pherecy; nam ex illius coniectura, num ſalubris, vel peſtilens futurus eſſet annus, intelligebant. Etenim ſi hæc ſtella obſcurior, & caliginoſior extitiſſet, pingue, & concretum Cœlum eſſe, conſequenterq; annum grauem, & peſtilentem futurum ominabantur: ſin illuſtris, atq; pellucida apparuiſſet, Cœlum fore purum, & anni ſalubritatem præſagiebant.

Sitor, & tanta mala ſtella Canicula humano generi afferre poteſt, multo plura, teſte Plinio, ex Cometis elicere poterimus: cum bella, famem, cladem, morbos, euerſiones Vrbium, Regnorum mutationes, hominum interitus, & varia exitia portendere perhibeantur. Ideo non ſine ratione prolatum fuit illud græcum, & vetus adagium incerti Authoris. *L. 11. hiſt. nat. c. 25.* κάκιον κομήτου ὄτε μὴ κακὸν φέρει, quod quidam eruditus non illepidè numeris hexametris ſic reddidit.

Heu nunquam cerua viſus ſine clade Cometes. D

Huic poſtea eſt valde conſentaneum illud Claudiani:

Et num quam terris ſpectatum impunè Cometen.

Tacitus quoq; in Annalibus hæc habet, Sydus Cometes effulſit, de quo Vulgi opinio eſt, quod mutationem Regnis portendat. Propterea Silius Italicus ad rem ſic canebat. *Lib. 14.*

L. 1. Pun.

Crine vt flammifero terret fera regna Cometes
Sanguineum ſpargens ignem, vomit atra rubentes
Fax Cœlo radios, & ſœua luce coruſcum
Scintillat ſydus, terriſq; extrema minatur.

Pertinax quidem eſt hominum opinio, quòd apparitio alicuius Cometæ Principum interitum denotet. Teſtatur id Suetonius in Nerone ſic. Stella crinita, quæ ſummis poteſtatibus exitium portendere Vulgò putatur. Idem in Claudio prodidit Præſagia mortis eius præcipua fuerunt exortus ſtellæ crinitæ, quam Cometam appellant. Sed facetum fuit illud, quod in Hiſtoria Veſpaſiani recitatur: nam cũ

ſydus

E sydus crinitum apparuisset, fuit dictum illud ad Regem Persarum attinere, cui capillus est effusior, quasi crines effusiores illius tremendi syderis hoc ipsum de Persarum Rege portenderent.

Verùm per annorum seriem progredientes, Cometas admirabiliores memorabimus, vt, quid præsignificauerint, intelligamus. Anno mundi post tria millia quingentesimo quinquagesimo tertio, & ante partum Deiparæ supra quadringentesimum decimo, ante cladem Atheniensium in Sicilia, quæ accidit Olympiade nonagesima secunda, Euclea Athenis Prætore, insignis Cometa in Boreali plaga visus est. Tunc autem, teste Plutarcho, in Nicia, Athenienses superati sunt, & Nicias cum multis alijs interfectus est. Rursus anno mundi post tria millia sexcentesimo vigesimo primo, iuxta circulum æquinoctialem, alius Cometa effulsit. Athenienses, suasore Demosthene, cum Philippo Macedone congressi ad Cheroneam intempti sunt. *Cometarum variæ apparitiones.*

Anno mundi supra tria millia septingentesimo octuagesimo, & ante natum Chri-
F stum, centesimo octuagesimo tertio maximus Cometa effulsit, qui quartam Cœli partem ita occupauit, vt totus terrarum orbis vndiq; conflagrare videretur, & antequam dissolueretur, diem octuagesimum attigit. Hic bella ciuilia inter Syllã, & Marium, mortem Scipionis, & Annibalis, necnon cædem Celtiberorum in Hispania portendisse perhibetur. *Cometa magnus quando apparuerit.*

Anno post natum Christum septuagesimo secundo, hortificus, & ensiformis cometa die Azimorum per spatium annuum Vrbi Hierosolimæ imminuit; vnde secuta est miserrima Vrbis destructio, in qua, fame, & gladio vndecies centena milla Iudæorum perierunt, quod Iosephus Hebræus in sua Historia amplissimè scripsit.

Anno Dominicæ incarnationis post quadringentesimum decimo octauo, Cometa insignis visus est, & eodem anno omnes Iudæi ab Alexandria pulsi sunt. Anno post quadringentesimum octuagesimo octauo, Cometa horrendus apparuit, & tunc Theodoricus Ostrogothorum Rex à Mesia egressus, & in Italia profectus Ordoacem Italiæ Regem in fugam vertit, & Papiæ inclusum per triennium obsedit.

G Anno post quingentesimum octuagesimo nono, cometa memorandus per mensem effulsit, tunc multi Principes ab hac vita discesserunt, & anno quarto Mahumetus in Arabia natus est, qui Saracenis leges dedit. *Cometa alij Insigniores.*

Anno post septingentesimum vigesimo nono, duo memorabiles cometæ apparuerunt, quorum vnus orientem Solem præcedebat, & alter occidentem subsequebatur, hinc immensa siccitas dominata est, & mutationes admirandæ conspectæ sunt. Item anno post nongentesimum quinquagesimo sexto, in Italis cometa miræ magnitudinis conspectus est, qui insignem annonæ penuriam præsignificauit.

Anno post millesimum, & ducentesimum vndecimo, in Polonia permagnus, & horribilis cometa resplenduit, & vtraq; Sarmatia grauibus bellis fuit afflictata. Item anno supra millesimum, & trecentesimum quinto, cometa admirandus, hebdomada maiori visus est, & pestis terrerrima per vniuersum ferè terrarum orbem grassata est. Similiter anno post millesimum, & quadringentesimum septuagesimo secundo, cometa crinibus longissimis in principio anni plagam occidentalem aspe-
N xit, eratq; in primis Libræ partibus locatus, cuius splendor ad dies vsq; octoginta perdurauit; quo dissipato, altera ignita coma sub Arietis signo apparuit, & subsequenti anno, cuncta siccitate aruerunt. Item anno Domini sesquimillesimo supra quartum, memorat Augustinus Niphus cometam refulgentem biennio, post congressum superiorum planetarum sub signo cancri, & tanta siccitas in orbe dominata est, vt à mense Ianuario vsq; ad mensem Nouembris guttam pluuiæ Insubres desiderauerint. *Cometa insignis molis.* *Magna siccitas apud Insubres.*

Anno salutis humanæ post sesquimillesimum quinquagesimo sexto, apparuit cometa Gallicæ calamitatis prænuncius. Leguntur etiam quædam elegantissima carmina apud Cornelium Gemmam de prodigiosa specie, & natura cometæ, qui effulsit anno sesquimillesimo supra septuagesimum septimum, in quibus hi postremi cometæ comparantur, & ægritudinum terræ scopæ esse feruntur: versus sic se habent

Iuppiter in terram Cœli speculatus ab arce,
Quis nouus hic tantus est, inquit, in orbe furor?

Credi-

Crediderat ventrem, cum male nuper haberet,
Pocula purgando sumpta, fuisse satis. A
Sparsa sed in vastam morbi sunt semina molem
A' capite egrotant brachia, crura, pedes.
Cor, ex quo vita vigor, eo modò causa ruinæ est,
Et mors, Incolumi quo solet esse salus.
Pars ægrota suæ nescit contagia labis,
Vim tamen, & sanis partibus illa facit.
Ergo age nunc summo verrenda à vertice tellus:
Non metuunt molles aspera terga scopas.
Nuncius à foribus Capricorni prodeat Austro
Terrificam sparso qui ferat igne comam.
Vt mea si veteri purgata est Belgica flagro,
Europæ medicum totius illud agat.
Per sua dum populis misescant funera Reges, B
Subdere se Regi plebs sciat ipsa suo.
Dum bellis rabies cadat à radice revulsa,
Quæq; odium vulsit, glutinet arctus amor.

Hoc etiam in loco recensendi essent Cometæ, quos Aristoteles, & Hippocrates, nec non nouissima aetas obseruarunt, sed in his diu morari instituti opus negat, nonnullas tamen dubitationes circa Cometarũ præsagia dissoluere conabimur Prima est quia non videtur vlla ratio persuadere quòd Cometæ magis Principum, quã Subditorum mortem præsagire possint; propterea quòd si horum causa referatur ad exhalationes, hæ non magis ex terra Principum, quàm subditorum eleuantur. Sin ad concursum stellarum reducatur, hæ non magis in regionem Regum, & Diuitum, quam Plebeorum, & inopum operari videntur; cum facies inferioris mundi faciei superioris ad mentem Aristotelis in Meteoris subiecta sit.

Prima dubitatio circa præsagia cometarum

Deinde, ex sententia Philosophi, cometæ à causis naturalibus pendent aliquid aliud non respicientes: quamobrem ad mortem alicuius, vel ad bellum referri non C possunt. Sin ad hæc referantur, aut se se habebunt vt causa, vel tanquam effectus, vel tanquam signum, sed nullum horum est asseuerandum: non enim est causa, quia cometa neq; efficiens, neq; forma; neq; finis, neq; vt materia horum esse potest: Similiter non est horum effectus, quia neutrum necessariò alterum sequitur; cum tamen efficiens necessariò causam concomitetur. Tandem neq; cometa est considerandus tanquam signum, cum careat conuenientia: etenim constat inter signum, & signatum maximam conuenientiam semper cadere.

Secunda dubitatio.

Tertia dubitatio.

Insuper quinq; cometarum differentiæ penès quinq; stellas erraticas, seu planetas plerumq; fumuntur, sed non omnes planetæ producunt, tam prauos, & malignos effectus, quales à cometis prodire feruntur. Namq; Iuppiter fortunam significat; pariter Venus, & Mercurius infortunium non indicant. Hinc colligendũ est quòd mala semper præsagire, & indicare non debent, quod cometis semper assignatur. Præterquamquod scriptum reliquit Albumasar, in libro de Coniunctionibus Planetarum, aduentum Ignium, & cometarum non pendere ab aliquo planeta, nisi in aere, & potissimum quando radij fuerint in signis terreis, vel aereis, vel Luna non impediente, quoniam hæc commouet vaporem aqueum qui, postmodum effectus igneos impedire potest, & propterea non est asseuerandum quinq; cometas iuxta quinq; planetas esse considerandos, cum tales impressiones non producãtur nisi in coniunctione Martis; ideoq; ab ipso tanquam à primo mouente generari perhibentur. Sicuti etiam aliquando fiunt in Iouis, & Martis; synodo, cum ex hac copulatione scintillationes, corusationes, & ignes per aerẽ currentes procreẽtur. D

Quoad primam difficultatem dẽ indicio mortis Regum, & Principum, dicendum est exhalationem quidem ex terra tam magnatum, & diuitum, quàm inopum eleuari, consequenterq; vtriusq; necem denotari, dum aer alteratus inficit sanguinem, illumq; ad graues producendos affectus disponit: nihilominus Principes, & optimates, quia sunt delicatiores hoc mortis periculum magis incurrunt, quàm homines plebei, qui propter robur virium læthalibus morbis reluctari possunt. Præterquam

Soluio primi dubij.

E quamquòd etiamsi tam inopes, quàm diuites, & magnates moriantur: attamen ob famam, & dignitatem mors Principum magis, quam Plebeorum consideratur, & obseruatur.

Quando autem dicebatur cometas pendere à causa naturali, absq; relatione mortis alicuius: respondendum est, quod causa earum proxima ad mortem Principum refertur, sed tantùm prima eorum causa mouens fortitudinem martis significat, qui mortem potissimum violentam designare solet, & tunc mars in commotione elemẽtorum suum Dominium exercet. Ipse enim cum dominetur periodo, causam interitus quodammodo producere videtur. *Solutio secunda difficultatis.*

Demum quando Quærebatur, vtrum cometa mortis signum, vel causa esset: respondendum est cometam esse signum non causam: namq; dominium martis prælia, mortem, & populorum rixas significat: etenim ob nimiam siccitatem, & calorẽ, ingentes irarum motus concipiuntur; hinc gentes animosæ, & ad pugnas procliues redduntur: ideo significatio cometæ prius martem respicit, qui in causa belli, & de- F structionis populorum esse perhibetur. *Dubium tertium soluitur.*

ADMIRANDA CHASMATVM varietas.

PRÆTER monstrificos cometas multa quoque essent consideranda, veluti clypei, faces, & cętera ignita huius generis, quæ inter cælestia monstra à meteorographis recensentur. Nos tamen in præsentia hiatus, seu chasmata tanquam maiori consideratione digna memorabimus. Apud Græcos χάσμα vel χάσμη hiatum, vel hiationem signi- G ficat, vocabulo deducto à verbo græco χάσκω hisco, & hio: hinc χασμωδίας, apud Aristotelem legitur in libris de Cœlo, & mundo, & denotatur terræmotus, quoniã dum hic generatur, terra aperitur, & quemdam veluti hiatum edit: vnde meteorologici hoc nomen ad quasdam cœlestes impressiones transtulerunt, & præcipuè quando Cœlum dehiscere, & hiatus quosdam, seu voragines ostendere videtur.

Quandoquidem quando exhalatio crassior, & turbulentior nigredinem quamdam intus concipit, exterius verò ob viciniam lumini is rarior, & candidior apparet; tunc iuxta hanc diuersitatem, species profundioris rei in Cœlo repræsentatur, quæ ab hiatu, aut voragine nihil distare videtur: tunc enim fit, vt albedo visionem vehementius feriat, eaq; ratione propinquior oculis videatur; nigredo verò exhalationis, propter causam oppositam, longiori interuallo ab oculis distare, & quodammodo hiare creditur: quapropter Vulgus harum causarum ignarus hæc Cœli chasmata tamquam monstrosa vehementer admiratur. *Causa hiatus Cœli.*

Neq; solum chasmata, sed alia non pauca huiusmodi simulacra interdum eodem H in loco spectantur, veluti foueæ, fenestræ, dolia, & alia huius generis, quorum ratio cum hiatibus eadem est, diuersitate solius inter se partium nigredinis, & albedinis suscepta. Nam accidit perspicuè, vt aliter, quàm in chasmatibus album, & nigrum conspiciatur. Interdum enim album erit intus locatum, & nigrum extra situm, interdum vtraque, iuxta se posita, quandoque etiam æqualia, & nonnumquam inæqualia, longis excessibus inter se distantia.

Hæc autem tanta varietas tot, & tantorum Cœli monstrorum, & imaginum in causa esse solet, eadem planè ratione, qua aliquando obseruamus sub camino flammam diuersimodè fumo permisceri: vnde ex hac mixtione multarum rerum effigiès resultant: sic enim exhalatiò turbulenta, & crassa aeri permixta non dissimilia simulacra repræsentat. *Causa alia.*

Verùm quod ad Chasmata spectat, illud etiam prædictis addere non erit inutile, nimirum ex illis interdum torrium quorumdam imagines excidere, quæ à Meteorographis effluuia chasmatum nuncupantur, vt in iconibus suo loco reponendis ostendetur. *Effluuia quid sint.*

I. Chaſma cum diuerſis effluuijs.



A. Lucida exhalatio.
B. Orizon.
C. Locus ſub Orizonte.
D. Vinculum exhalationis.

E detur. Huius autem diuersitatis causa est, quoniam intimior pars eorum hiatuum semper ab extremo frigore mediæ regionis aereæ premitur, in qua sæpè numero hiatus contingunt, quæ tamen concretio pro ratione maioris, atq; minoris diuersa, & varia est.

Itaq; vbi valdè concreta fuerit exhalatio, necessarium est, vt magis incalescat illa pars, & instar torris exeat. Sin eadem exhalatio mediocris fuerit, Cœlum dehiscere absq; simulacro torris, & sine effluuijs videbitur. Cæterùm vbicumq; torres appareant, id in hiatibus est perpetuum, quia nunquam interdiu, sed semper noctu conspiciuntur, idq; propter splendorem Solis accidit, qui die cæteros colores opacat, veluti etiam nocte idem contingit, præterquam in colore nigro; nam licet tunc temporis non emittat iubar, vt aliorum claritatem obnubilet: attamen lumen etiam aliquod tempore nocturno ad sydera transmittit, cuius reflexus alijs coloribus est impedimento, ne prædictas rerum effigies repræsentare possint: siquidem cæteri colores, præter nigrum, albo sunt proximiores, quæ similitudo efficit, vt remotius, veluti distantia longiori apparente, à chasmate simulacrum repræsen

F tetur.

Causa torrium, & effluuiorum.

Sin ad peculiaria harum impressionum exempla accedere volumus, prima fronte incidemus in Plinium, qui retulit, anno Vrbis conditæ quadringentesimo supra tertium, horrificum chasma maximo incendij effluuio coronatum apparuisse. Sed per antiqua vagari exempla non est opus; cum anno post sesquimillesimum sexagesimo quarto id acciderit, quando in vltimis partibus Cancri, vel secundùm aliorũ sententiam, in primis gradibus Leonis tres superiores planetæ, nimirum Saturnus Iuppiter, & Mars, & cæteri ferè omnes congressi sunt. Nam talis synodus fuit admirabilis, non solum quia vis synodi horum planetarum in plures annos fuerit prorogata, sed etiam propter continuum Lunæ progressum, quæ ab vnius planetæ coniunctione, ad alterius congressum continua quadam serie voluebatur, & eodẽ anno variæ impressiones cœlestes fuerunt conspectæ.

Lib. 2. nat. hist. cap. 27

Comixtio planetarum admirabilis

Inter has autem impressiones duo chasmata fuerunt obseruata, quorum primum mense Februarij, alterum mense Octobris forma penè consimili, teste Gemma, magnum terrorem spectantibus incussit. Namq; nube illustri Lunæ claritatem superante intra limbum obscurum comprehensa, varia effluuia radiorum, & flammarum alternatim disposita ad simplicem ventorum impetum mouebantur: vnde Cœlo veluti dehiscente, & veluti facta ingluuie vasta, orbem totum sublunarem absorptura videbantur; quemadmodum in figura I ostenditur.

G

I.

Iterum anno salutis humanæ post sesquimillesimum sexagesimo octauo, mense Septembris in Belgio hiatus, siue vorago Cœli versus Septentrionem, velut excussis hastis ardentibus telis, atq; flammarum globis vniuersum aerem per noctem integram illustrauit; idq; accidisse dicitur ex Cornelio Gemma, ante infaustam irruptionem militum Germanorum in Belgium.

Pariter mense Septembris, anno salutis humanæ post sesquimillesimum sexagesimo nono, ex militibus Hispanis in Belgio versantibus, qui fortè tunc excubias agebant, intellexit Cornelius Gemma octodecima mensis visum esse Cœlum ab Hellesponto quasi sanguine perfusum, deinde cum luce horrida crucem rubicundam, & octogonam natam esse, postremò crucem albam admirandæ claritatis, itaut intuentes illam vix sustinerent: immò tunc Cœlum quodammodo discindi visum est, stellis veluti discurrentibus, & flammas iaculantibus: vt in figura II ostenditur.

H


II.

Verùm, vt inquit Gemma, si conferatur effusio sanguinis, quæ deinceps subsecuta est, ad Phænomenon fulgidissimæ crucis, proculdubio asserendum erit, id nõ à causa naturali, sed à prima omnium immediate prodijsse. Quamuis etiam anno Domini post millesimum, & centesimum decimo quarto, Henrico quinto Romanorum Imperatore, die festo Paschatis, Cœlum vasto hiatu discissum fulgorem illustrem per horæ spatium emmiserit, deinde crucis simulacrum aurei coloris in medio Chasmatis apparuit,


Amplius anno post sesquimillesimum septuagesimo primo mense pariter Septembris, in Belgio apud Louanienses, aliud Chasma conspectum est in illa aeris parte, quæ Circium spectat, & prioribus iam descriptis non absimile; quod, ad mentem

Chasmatis presagia.

II. Chaſma cum effluuijs diuerſis, & crucibus.



III. Chasma aliud.



A. Vinculum exterius exhalationum.
B. Exhalationes prærumpentes.
C. Orizon.
D. Locus sub Orizonte.

Gemmæ, externorum hostium alterâ irruptionẽ præsignificauit. Sicq; anno subsequenti sesquimillesimo supra septuagesimum secundum, varij in Plebe tumultus exorti sunt. A

At anno aduenière post sesquimillesimum septuagesimo tertio, die vigesima septima Ianuarij, denuò aliud chasma effulsit instar accensæ ciuitatis, fortè etiam propter frequentiam, teste Gemma, frequentes externorum hostium irruptiones, ruinas Vrbium, & Populorum, proditiones, conflictus, & clades vndequaq; significans. Secuti sunt assultus, atq; expeditiones variæ nec non terra, pelagoq; strages infandæ, quas in præsentia memorare instituto opus negat. Hoc autem postremum chasma in icone III. conspicitur. III.

MONSTROSA CIRCA SOLEM, LVNAM, & STELLAS B simulacra.

DE his, quæ circa Solem, Lunam, & Stellas in Regione cælesti mortalibus ostenduntur, est admodum sublimis consideratio. Quandoquidem hæc triplici genere discriminantur; quædam enim sunt supra ordinem Naturæ, veluti Eclypses, quæ suo tempore non celebrantur, & vna instar omnium fuit illa, impendente Domini Seruatoris Nostri passione, quã Beatus Dyonisius Areopagita in quadam epistola ad amicum suum describit. Item Solis quies, quæ habetur in sacris paginis, quando, Iosue populi Israelitici Duce post Moysem pro Israel præliante, steterit Sol in medio Cœli, neq; per diurnum spatium ad Occasum properauit; sicq; neq; antea, neq; deinceps tam longa dies fuit, C obediente Domino voci Iosue. Similiter ortus nouæ stellæ, quæ in Natalitijs Domini Nostri Iesu Christi Regibus Orientis apparuit.

Iosue c. 10.

Cælestium triplex discrimen.

Alia sunt naturalia, sed ratione raritatis inter res monstrosas, & prodigiosas collocantur: cuiusmodi sunt coitus superiorum trium Planetarum, qui nonnisi spatio triginta annorum celebratur; aut si in Eclypsi Solis, & Lunæ totus Diameter obscuretur, quod admodum rarò accidit. Alia demùm sunt, quę mediam quamdam conditionem inter diuina, & naturalia sortiuntur: quemadmodum si tres, vel plures Soles, aut Lunæ videantur, si circa stellas, & luminaria varij circuli appareant, & demum si hæc corpora veluti lumine destituta, & coloribus quibusdam deturpata conspiciantur.

Monstra circa Solem.

Itaq; de his postremis verba facturi, primitus de mõstris circa Solem differemus. Et quoniam facies Solis varijs coloribus, alijs Solis simulacris, & diuersis circulis deuenustatur, prima fronte de coloribus, & postmodum de alijs verba fient. Nam Priuerni, anno mundi septingentesimo sexagesimo sexto supra tria millia ex Licosthene Sol in meridie colore sanguineo deturpatus est. Deinde Plutarchus in Vita C. Cæsaris narrat, quod post eius obitum, inter alia prodigia, quæ acciderit, anno mundi noningentesimo vigesimo primo, & ante Christum natum quadragesimo secundo, Sol caliginoso obsessus colore annuum spatium illustrauit: itaut ob lumẽ imbecillum, & tenuem calorem non solum aeris intemperies, sed frugum etiam cruditas prodierit. Sed nostris etiam temporibus id cõtigisse refert Gemma, nimirũ anno post sesquimillesimum sexagesimo septimo, tunc enim Solis faciem rutilo & ferè sanguineo colore deuenustatã, sereno Coelo, die vigesima Septembris obseruauit. Non dissimilis facies monstrosa Solis, anno Domini post millesimum, & sexcẽtesimũ vigesimo quinto in Bohemia visa est, vt ex relatione virorum fide dignorum intelleximus. D

Alia huius generis.

Præterea monstrosa deformitas in sole obseruatur, quando sol alijs solis speciebus circumdatur, quod interdum contingit. Namq; ex Chronographis, anno mundi

di septingentesimo quinquagesimo nono supra tria millia, Albæ duo Soles conspecti sunt. Immo, authore Plinio, anno mundi octingentesimo quadragesimo septimo supra tria millia, tres Soles visi sunt. Item anno ante Christum natum quadragesimo secundo, Romæ tres soles orti paulatim in eumdem orbem coierunt, quod simulacrũ proculdubio vnius, & trini Dei cultum portendebat; quemadmodum etiam anno Domini quinquagesimo primo tres soles simul conspecti in eumdem statim orbem congressi sunt. *Lib. 2. nat. hist. cap. 31*

Item anno Domini post millesimum, & quadringentesimum sexagesimo nono, sol trigeminus Romæ visus multorum mentes perturbauit. Pariter Incolæ Ducatus Vuittenbergensis circa tertiam diei horam tres soles conspicati sunt. Et anno Domini post sesquimillesimum decimo quarto, pridie Idus Ianuarij, tres soles apparuerunt, quorum medius magnitudine alios superabat, & in omnibus gladij sanguinei eminebant. *Gladij in sole visi.*

Amplius anno post sesquimillesimum quinquagesimo sexto, teste Licosthene, Santgoiæ, mense quinctilj multi, Cœlo sudo, tres soles conspexerunt. Denique anno salutis humanæ post millesimum, & sexcentesimum vigesimo, nono, ex relatione fide digna, tres soles penès Neapolin apparuisse intelleximus.


Sed magis admirandum est, quod sol alijs speciebus solis associatus, variis circulis, & iridibus coronatus per Cœlum spatiari visus est. Primitus anno salutis humanæ post sesquimillesimum vigesimo octauo, circa finem mensis Maij, Tiguri heluetiorum metropoli, multi simul soles cincti varijs circulis conspecti sunt, & Hno adueniente, Tigurini cum gentibus confœderatis quinq; Heluetiorum pagos oppugnarunt. Item anno Domini post sesquimillesimum quinquagesimo primo, circa finem mensis Martij soles apparuerunt cum varijs circulis, quos Græci Pareliar vocant. *Præsagia.*

Theon enim apud Aratum, ex Possidonio refert παρήλια esse nubes rotundas, quæ circa solem irradiantur, nec proprio lumine sed solari vtuntur: quemadmodum etiam Luna similes illustrat nubes. Quamuis postea apud Aristotelem παρήλιος sol geminatus exponatur, & apud Suidam παρήλιος adiectiuè appellatur nebula admodum condensata, quæ à sole illustratur. Imo secundùm Philosophos ad solis latera semper vergit, veluti in virgis quoq; obseruatur. Hanc monstrosam impressionem contigisse Magdeburgæ Cornelius Gemma astruit, nec multo post iussu Imperatoris Caroli, Mauritio, & Alberto Ducibus, ciuitas ad menses quindecim obsessa pacem tandem cum insquis conditionibus obtinuit. *Lib. 3. Meteor. c. 3.*

Monstrosum quid simile in regione cœlesti apparuit Romæ, anno salutis humanæ post millesimum, & sexcentesimum vigesimo nono die vigesima Martij ab hora decima nona vsq; ad vigesimã primã cuius schema in icone I. monstratur vbi quinq; Soles cum triplici circulo conspiciuntur, nec non cum varijs litteris quæ explicantur.



I. Monſtroſum Solis Schema.



A. Oculus obseruantis.
B. Vertex obseruantis,
C. Verus Sol.
A. B. Planicies verticalis vbi est linea optica ad verum Solem, nam circa verum Solem duo apparuerunt circuli Iridis cum Sole concentrici.
D. E. F. Iris minor diuersorum colorum perfectum circulum non efficiens.
G. H. I. Circulus Iridis maior adeo debilis vt vix appareret, & quamuis suis esset decoratus coloribus, nihilominus erat instabilis.
K. L. M. N. Iridis circulus tertius, & maximus coloris tantùm albi, quo colore solet esse decoratus circulus Lunam interdum cingens.
In hoc exteriori circulo duo Soles imperfecti apparebant, nimirum in intersectionibus K. & N. quorum splendor erat similis Soli, & eorum pars exterior similis Iridi: immo circuli non erant perfectè rotundi sed inæquales.
Sol N. Erat inquietus & de se caudam quodammodo flammeam emittebat, quæ notatur N. O. P.
L. & M. Erant alij duo Soles in tertio circulo, seu Iride magis rotundi, & quieti, necnon coloris argentei.
Sol M. Non bene apparebat, ideoq; citò euanuit, quoniam circulus illius partis primùm euanuerat.
Sol N. Defecit ante Solem K., quo deficiente, Sol K. Splendidior euasit, qui postremo loco dissolutus est.
Q. & R. Equinoctialem signant.
S. & T. Meridianum indicant.

Tandem hoc schema in nubes albas dissolutum est, quo perdurante, verus Sol non recte refulgebat. A

Similes impressiones meditatus est Virgilius quando cecinit.

L. 1. Georg.

Sol tibi signa dabit, Solem quis dicere falsum
Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus
Sæpe, monet, fraudemq; & operta tumescere bella.

Quare ad memoriam reuocandum est, quod anno subsequenti, post apparitionē prædicti schematis Solaris, circumsessio, & oppugnatio Mantuæ secuta est, deinde

Præsagium.

teterrima pestis totam Cisalpinā Galliam, nempe Lombardiam occupauit.

Cæterùm circuli Solem, & Lunam aliquando coronantes, ratione temporis, & loci variare possunt: nam cum integer circulus circa Solem, & Lunam, aut alias micantes stellas, siue nocturno, siue diurno tempore, siue antemeridianis, siue pomeridianis horis cōspicuus apparuerit, ἅλως Græcis nuncupatur; & quamuis hoc vocabulum apud Græcos propriè significet aream in qua frumētum teritur; nihilominus

Halo quid sit.

apud Aristotelem in libris de Cœlo, & mundo, pro corona, & circulo syderum accipitur, & in Meteoris circulum integrum circa Solem, & Lunam apparētem denotat, de quo in præsentia verba fiunt. B

Fit igitur Halo ex refractione intus facta; refrangitur autem visus interdum, nec vltra ferri permittitur, causa aeris, & vaporum, qui in nubem cesserunt, & præcipuè in nubem raram cum plana superficie: etenim cum à re visibili quidpiam exierit versus oculum intuentis, & interim vsq; ad oculum penitus non perueniat, alicuius rei occursu impeditum, id tunc retrocedere cogitur, & in reditu opus est, vt diffundatur; quamobrem fortè quandoq; rotundam figurā procreauerit; sicq; Halonē

Generatio Halonis.

factum esse asseuerauimus. Immò hæc corona solem sepiens interdum cum parelijs obseruatur; quemadmodum in icone II. conspicitur.

II.

Semper autem phænomena huius generis varios rerum publicarum motus præsagierunt: quandoquidem, anno mundi octingentesimo vigesimo tertio supra tria millia, Lauinij inter horam tertiam, & quintam duo discolores circuli faciem solis circumdederūt, quorū alter ruborem, & alter alborem præ se ferebat, deinde nō mul- C tō post Carthago fuit diruta.

Item anno salutis humanæ octingentesimo quinquagesimo primo, in ciuitate Paderburnensi duo circuli circa Solem fuerunt obseruati, quibus euanescentibus. Vrbs ferè tota conflagrauit. Amplius anno Domini post millesimum centesimo quinquagesimo septimo, circulus amplæ latitudinis ignei, & cærulei coloris solem fædauit, & in Normannia, imbrium copia non mediocris subsecuta est, quæ labores Agricolarum impediens annonę caritatem produxit. Pariter anno salutis post

Præsagia varia

millesimum, & trecentesimum octuagesimo septimo, in Heluetijs ingens circulus solem deformauit, deinde fames, bella & inundationes non vulgare incolis detrimentum attulerunt. Anno etiam post sesquimillesimum vigesimo, quando Carolus quintus Romanorum Imperator Aquisgrani fuit coronatus, Area circa solem cū iride visa est.


Insuper anno post sesquimillesimum septuagesimo tertio, die vigesima nona Aprilis, ab hora duodecima vsq; ad meridiem, Cornelius Gemma fatetur se obser- D uasse solem Cœlo sereno admodum pallentem, quodam circulo redimitum, qui inter Halones frequentiores erat monstrificus, & instar iridis florentissimę, conspicuus, trium colorum varietate distinctus. Immo addit, quòd rei ratio ad causam physicam relegari non poterat, sed insigne simulacrum in admirationem populum trahens effecit, vt id cuidam portento non absimile putaretur. Ierum addit Gem-

Halonis varietas.

ma se multos obseruasse Halones cum nube candida leui, æquali, & tranquillo Cœlo ante planitiem solis extensa: cum tamen in hoc nulla fuerit conspicua nubes, sed circulus sereno Cœlo exactam iridem præ se ferebat: hinc postea ille angustias secutum temporum præsagiuit.

Verùm inter cæteros Halones ingens, & admirandus fuit circulus solis subimperium Augusti Cæsaris, authore Plinio, qui ceu radiantibus stellis insignita corona apparuit, deinde alij duo circuli, vt ex Suetonio, & Dione constat, prædictum circumsepiebant, quorum alter elegantissimæ iridis formam, alter verò ex spicis triticeis

II. Halo cum parelijs.



ceis ſertum repræſentabat; claro, & euidenti religionis christianæ impendentis, pacis, & vbertatis argumento. Quapropter huius egregij, & memorandi Halonis speciem in icone III. ſpectandam proponimus. A

III.

Quæ hactenus explanauimus de circulis ad ſolem attinentibus, eadem de circulis Lunam coronantibus intelligenda ſunt: namq; ſi Halo prænès ſolem quandoq; apparet, ſimiliter circa faciem lunæ generatur: immò in Sole Paralios, & in Luna Paraſelinos obſeruatur. Præterea ſi plures Soles interdum fuerint viſi, quandoq; etiam plures Lunas Veteres cõſpicati ſunt: etenim anno mũdi poſt tria millia ſeptingentesimo vigeſimo nono Arminenſes magna cum admiratione tres lunas conſpexerunt, & eo anno, ex relatione Hiſtoriographorũ Carthaginenſes Corſos, & Sardos in Romanos incitarunt. Anno Domini poſt milleſimum centeſimo decimò octauo, Henrico primo Angliam regente, duæ Lunæ pleno orbe apparuerunt, quarum altera Orientem, & altera Occidentem illuſtrare videbatur: non multo poſt Normannia fuit ſubacta.

Tres lunæ quando conſpectæ.

Anno Salutis humanæ poſt milleſimum, & centeſimum quinquageſimo ſeptimo, menſe Septembris, Cœlo ſereno tres ſoles, & paucos poſt dies eiuſdem menſis tres Lunæ viſæ ſunt: quarum media crucis nota ſignabatur. Vnde rerum naturalium perſcrutatores difficultatem, & ſordiam in eligendo Pontifice Maximo præſagierunt, & id à veritate minime fuit alienum, vt in Hiſtoria Alexandri Pontificis Romani illius ætatis liquidò conſtat. B

Item anno Salutis humanæ poſt ſeſquimilleſimum quinquageſimo tertio, Incolæ Madelburgi tres ſoles viderunt, quorum medius lucido planè colore erat conſpicuus, ſed collaterales rubro, & ſanguineo colore tædati apparebant: his occidentibus, cum iam nocteſceret, tres lunæ apparuerunt, quæ longè maiorem intuentibus metum attulerunt: cum ea quæ noctu appareant horribiliora videri ſoleant, & anno ſubſequenti, in principio Aprilis, Saltzfeldij, quod diſtat tria milliaria à Schuuinfurto oppido imperiali, dum nõcteſceret, duæ Paraſelinæ conſpectæ ſunt, & paulò poſt uicus pernicioſo incendio periit.

Tres ſoles, tres lunæ viſæ.

Inſuper Halo circa lunam pluries viſus eſt; nihilominus inſignis ille fuit, quem obſeruarunt Baſileæ Rauracorum, anno Domini poſt ſeſquimilleſimum quinquageſimo tertio, die vigeſima tertia menſis Ianuarij circa octauam noctis horam: ſiquidem amplus, & magnus circulus, inſtar iridis, Lunam per tres horas cinxit; deinde gelu non mediocre eſt ſubſecutum, quod arboribus, & omnibus plantis maximum attulit detrimentum. C

Halo circa lunam.

Aliquando etiam præter geminatas Lunas, & circulos Lunam ſepientes, monſtrifera ſimulacra in Luna apparent: quandoquidem anno Salutis humanæ poſt milleſimum & centeſimum quinquageſimo ſexto, Crucis imago in Luna fuit conſpicua, eaforma, quæ in icone IIII. repræſentatur. Et eo tempore, vt recitat Licoſthenes, Albericus miles Belluacenſis pro chriſtiana fide martyrio fuit affectus, & Mediolanum à Friderico Barbaroſſa Imperatore oppugnatum, & in fidem receptum fuit, & ſequenti anno Tyberis inundatio Romæ maximum detrimentum attulit.

IIII.

Non diſſimile ſimulacrum in Luna, anno poſt ſeſquimilleſimum, quadrageſimo quarto, menſe Aprilis, Cœlo ſereno, in ciuitate Vuyl Turganiæ, homines ſunt conſpicati: namq; circa corpus Lunare crux albare fulgebat; neq; mirandum eſt, quia eadem crucis nota punicea, anno poſt ſeſquimilleſimum quinquageſimo quarto, in Oppido Griſſenſe Thuringiæ viſa eſt, quæ totum Solis corpus tegebat cum multis alijs circulis, quos in præſentia recenſere non eſt opus D


Cruxin lunæ quando refulſit.

Iam tempus eſt opportunum, vt per cauſas prædictorum effectuum tranſeuntes ad finem huius Hiſtoriæ properemus. Nam quamuis in examinandis, & deſcribendis huiuſmodi monſtris Cœleſtibus, aliquæ cauſæ fuerint exaratæ, ſine quibus talis effectus intelligi nõ poterat; nihilominus in præſentia omnes amplecti conabimur.

Inchoantes igitur à cauſis generalibus, eas in duplices diſtinguemus, quarũ altera cœleſtis, altera vero elementaris dicitur. Prior meteorologicos effectus producit, poſterior autem illos recipit. Priorii dicitur contingere bifariam. Primò quia ea eſt cauſa omnium effectuum, nedum meteorologicorum, motu tamen intercedente: deinde quia æterna rerum infimarum, & non æternarum cauſa eſſe ſolent.

Cauſa meteorum cœleſtium.

III. Ingens, & admirandus Solis circulus.



solent. Est autem superior illa natura aeterna, & infinito mouetur tempore; ideoq; principium, & finem sui motus possidet; cum cætera corpora sint finita; & finitos motus habeant, & propterea cuicumq; corruptioni sunt obnoxia. A

Causa vniuersales.

Hinc colligendum est quòd suprema illa natura cunctorũ aliorum effectuum, nedum meteorologicorum causa est, & effectus postea in materia elementari recipiuntur. Idq; alia expositione indigere non opinamur, quoniam alia non dantur corpora, præter elementa, quæ descriptas impressiones recipere possint. Immò elemẽta in rebus Meteorologicis subeunt magis rationem subiecti, quàm materiæ, cum elementa verè sint illa, quæ impressionibus meteorologicis subijciuntur, & cœlestes actiones in se recipiunt. Nisi velimus has actiones diuinam potestatem appellare, quæ proculdubio in re quacunq; reperitur, siue vim solis, cui etiam cælestis virtutis appellatio ob quandam excellentiam competit; cum lumen, & motum cæterarum stellarum moderari videatur. Ab his igitur causis vniuersalibus cæteræ talium effectuum peculiares dependent.

Præterea causæ generales prædictarum impressionum, quæ in suprema aeris regione generantur ad duas iterum reduci possunt, quarum altera hypocauma nominatur, vt superius etiam fuit explanatum, quòd causæ materialis vicem gerit: altera verò est motus circularis, qui functionem causæ efficientis obire perhibetur. Namq; cum illùc ascenderit siccior ille spiritus à terra eleuatus necesse est, vt incalescat eo modo, quo Res aliqua à celeri motu calorem haurire solet, quæ calefactio eatenus procedit, quatenus inflammationem concipiat. B

Sin ad causas impressionum, quæ citra inflammationem contingunt, animum dirigamus: hæ à præcedentibus non valdè discrepabunt: cum hiatus, seu chasmata, vel Cœli voragines fiant, vt antea exposuimus, quando exhalatio turbulentior nigrorem quendam contrahit, qui crassarum, & obscurarum imaginum color proprius esse solet; sed extra, ob vicinitatem luminis rarior, & candidior euadit: quocirca ratione huius diuersitatis, quod magis intus est, speciem cuiusdam profunditatis repræsentat, quam ab hiatu nihil differentem esse spectatores opinantur.

Causa Chasmatum.

Tunc enim fit, vt album vehementius percellat visionem, eaq. ratione propinquius oculis videatur: nigrum autem, ob causam oppositam, longiori interuallo videtur distare, & quodammodo hiare creditur. Qua de re vulgares homines id intuentes, chasmata, seu hiatus, in Cœlo esse arbitrantur, & tanquam monstrosa admirantur. C

Neq. ab his causis multùm discrepant illę, quæ sanguineos colores in Cœlo, & circa astra procreant. Quandoquidem exhalatio pariter turbulentior, & inopia cælestis lucis, dum in vnum congrediuntur, non alium, quàm purpureum colorem sanguineo proximum generare possunt: dummodo quædam proportio, & æqualitas inter hæc duo seruetur.

Colorum varietatis causa.

Alioquin si exhalatio fuerit ita turbulenta, vt longè splendorem lucis superet, color niger magis, quam ruber, vel quilibet alius apparebit, quoniam lux iuxta eum diffundi nequeat, quæ vice versa in causa est, vt, quando eadem lux fuerit copiosa, & crassitudinem exhalationis superauerit, colorem album pariat. Hinc denuo fit, vt, si neutrum horum alium vicerit, neutrum etiam præ dictorum colorum emergat, sed alius quidam vtriusq. naturam participans, qui sanguineus, vel purpureus color erit appellandus. D

Hinc etiam prodire potest causa, propter quam huiuscemodi colores noctu magis, quàm interdiu videantur: etenim causa huius effectus est inopia lucis: cum diurnum lumen nocturno semper sit copiosius, vnde fit, vt cuncta interdiu magis albicantia appareant. Verùm si huiuscemodi sanguinei colores fortè etiam interdiu conspiciantur, quod minime negandum est, vt exemplis superius memoratis manifestauimus, tunc asserendum erit id contingere æstiuo potissimum tempore, quo, ob copiam caloris, & incendij fumosæ, & turbulentæ exhalationis, hypocauma magis viget: propterea perspicuitas prioris luminis auferetur, vel saltem remittitur: ideoq; tunc non candida, sed sanguineo veluti colore fædata astra, & luminaria conspiciuntur.

Circulorum causa.

Quoad causas circulorum, qui aliquando Solem, Lunam, & quoduis astrum circumdare videntur, notandum est aliam non esse horum circulorum siue halonum

causam,

IIII. Admirabile Crucis signum in Luna.



causam, quàm vaporem, & nubem, in qua splendor astri frangitur, quam fractionē A
meteorographi halonem indigitant. Nam radij astrorum dum vltra visum ferrinō
possunt, æqualiter in ipsa nube franguntur: verùm si nubem æqualem offenderint,
exactus circulus prodibit: sin nubem inæqualem inuenerint obuiam, tunc non in-
teger circulus, sed semicirculus tantummodo apparebit.

Præterea circa Solem rarius, & circa Lunam frequentius halones apparent, quo-
niam calor Solis, qui multò maior est, quàm calor Lunæ appropinquantes nubeculas
facilius dissipat, quàm Luna, quæ caloris est imbecillioris, & propterea hæc nubes fa-
cilius admittit, & frequentius halones patitur.

Cur Halo circa lunā frequentior

Paralios autem neq; iuxta Solem, neq; admodum longè produci potest, quoniam
propinquitas Solis nubem prius dissolueret, quam speculi vicem obire posset; nam-
què distantia refractionem visus ita adimit, vt nubes longè distans à Sole formam
nec etiam pusilli speculi præ se ferre possit: quocirca redditur inepta ad albedines,
& ad illos recipiendos colores, quos apparitio paralij expostulat. Quamo-
brem simulacra huius generis neq; supra Solem, vel propè, vel eminus B
formari possunt; decet conecesse est, vt tantummodo iuxta latera So-
lis producantur, mediocri tamen distantia: ne propinquitas
Solis dissoluendo nubeculam, horum generationem im-
pediat, & longa distantia vim formandi speculi adi-
mat. Hæc sunt quæ quoad causas physicas de
prædictis effectibus pronunciare pos-
sumus. Quando autem huiusmodi
cælestia monstra à manu Di-
uini Opificis immedia-
tè prodeunt, eo-
rum causas
humani ingenij acumen penetra-
re, neq; reddere
potest.

Causa physica.

Historiæ Monstrorum finis.

L. D. D. P. Q. S. V.



INDEX MONSTRORVM ET RERVM MEMORABILIVM COPIOSISSIMVS.

A

Abaus qui 111.f.
Abortus quando dicatur 62.d.
Abortus trimestris Aldrouādo donatus 62.d.eiusdē icon 65.
Abortus biceps 410.a.
Abortus parenchimati affixi icon 63.
Abortus cum membranis, & vasis vmbilicalibus icon 64.
Abortus duo supra viginti 53.f.
Abortus causæ 62.d.
Abstemij potu aquæ facti 209.e.
Achelous in flumen mutatus 200.b.
Achilli qui 137.g.
Achillis arma cui data 205.g.
Accipitris transmutatio 204.b.
Accipiter tripes 567.e.
Acontium quale 198.b.
Acridophagi qui 97.e.
Adagia ex capite humano 168.a.b.c.d.ex capillis ibidem. ex fronte 169.e. ex oculis 169.f.ex supercilijs 170.c.ex ore 170.d.ex lingua 171.e.ex dentibus ibidem g.ex labijs ibidem. ex auribus ibidem h.ex barba, & facie 172.b.c.ex pectore 172.d.ex manibus 173.e.ex digitis 174.d.ex vētre 175.f.ex pedibus ibidem h.ex vnguibus, sanguine, & cute 176.d.ex ætatibus 77.e.ex pueritia, & senectute ibidem g.ex scientia 179.e.ex amicitia ibidē g.ex humanis cōmoditatibus ibidem h.ex paupertate 180.a.ex probitate ibidem b ex pulchritudine ibidem d. ex vitijs 181.f ex motu 182.b.ex variis hominū operibus 182.c. ex hominum multitudine, & paucitate 183.c. ex mulieribus 183.g.
Adamus mas fœmina an fuerit 397.h.398.a.
Adolescens mortuus quid denotet 236.a.
Adonis in florem 203.c.
Adonis mater quæ 202.d.
Aduenæ vbi sacrificabantur 315.g.
Aduersarius contradicens quomodo pingatur 348.c.
Adulterij pœna apud Indos 457.c.
Ægritudinum moralia 255.a.
Ægritudines humanæ 132.a.
Ægypti hieroglyphicum 154.d.
Ægyptiorum mores 95.h.
Ænigmata quæ monstra 319.h.
Æternitatis simulacrum 269.d.
Æschili poetæ mors 274.c.
Æneæ prælium 207.h.
Æthiopis quatuor oculis icon 11.
Æthiopis prodigium 145.c.
Æthiopum mores 95.g.
Æiurogonum quid sit 543.h.
Æsculapius cur barbiger natus 291.g.
Æsculapij icon in monetis 282.a.
Æsculapij variæ icones 291.f.
Ætas aurea 209.c.
Ætas quid sit 69.c.
Ætas ad congressum apta 44.b.
Ætas hominis qualis 69.c.
Ætatis diuisio 9.h.
Ætatum numerus 70.a.250.d.
Ætatum etymologia 70.b.
Ætatum temperamenta 70.d.
Ætatum moralia 250.d.
Affectiones ab homine denominatæ 133.f.
Affectio marmorea quæ 218.c.
Agnus capite monstrifico 473.c.eiusdem icon 471.
Agnus biceps Bononiæ natus 416.c.
Agnus triceps vbi natus ibidem.

INDEX.

Agnus ore triplici 416.d.
Agni nigri vbi generentur 399.h.
Agni quinq; pedibus nati 543.f. eorundem icones 544.
Agni bicipitis icon 418.419.
Agnatio quæ 111.c.
Agilitas humani corporis mirandæ 217.f.
Agones qui 182.d.
Agriophagitæ qui 12.a.
Alaudæ metamorphosis 194.c.
Ala, & axila quæ partes 77.c.
Alopeciæ moralia 256.b.
Amantium mores 169.h.
Amantium infælicitas 115.h.
Amazonum mores 97.c.
Ambrones qui 181.f.
Amelli differentiæ 702.a.
Amelli monstrosa icon 703.
Amira quæ 112.a.
Amici veri qui 179.h.
Amicitia simulata 266.c.
Amoris domitor quis 274.d.
Amoris varia simulacra 290.b.
Amor occultatus cur cæcus pingatur 290.a.
Amor letheus qualis 290.c.
Amygdali folia monstrosa 677.c. causa ibidem f. icon 678.
Amygdali fructus differentiæ 708.c.
Amygdali fructus monstrosi icones 709.
Anaxagoræ sententia aurea 114.a.
Anas quadrupes 563.c.
Anchusæ quot species 690 a.b.
Anchusæ monstrosa icon 692.
Ancilla quinq; filios enixa 51.f.
Andagauillæ populi 97.g.
Androdamas 135.c.
Androphagi qui 133.g.
Androsaces etymum 135.c.
Androclos herba 135.f.
Andromeda scopulo alligata 192.a.
Andromeda quod sydus 299.c.
Androgyni qui 41.c.
Androgyni icon 42.
Angrogyni ab Antiquis necati 513.h.
Androgynorum synonima 513.d.
Androgynorum variæ icones 514.515.517.
Androgynorum varietas 513 f.
Angelorum lingua qualis 228.a.
Anginæ remedia 311.c.314.b.
Anginæ moralia 257.h.
Angli quales 105.g.
Anguillæ adagium 270.a.
Anguillas captare qui dicantur 369.h.
Anguitenens qui 299.c.
Anhelitus moralia 258.a.
Animarum transmigratio 209.c.
Anima peccans cui assimiletur 253.g.
Anima hominis templum Dei 114.a.
Animal diuinum quale 113.c.
Animalium elementa quæ 71.g.
Animalia quomodo homini seruiant 112.b.
Animalia genita in aspera arietia 214.a.
Animalia monstrosa vbi 337.c.
Animalis in vtero mulieb ri genitorsi 601.c.f.
Animalium in homine genitorum icones 219.
Animalium geminatorum causæ 627.c.
Animalium, & plantarum cognatio 663.g.
Animalium generatio ex planetis 663.h.
Animalis Africani deformis descriptio 322.d. eiusdem icon 323.
Anus saltat quid sit 184.a.
Anni climaterici qui, & quot 70.b.
Anni tempora quomodo denotentur 281.g.
Annorum computatio apud Aegyptios 69.f.
Anser quadrupes 563.c. eiusdem icon 564.
Anseris geminati icon 626.
Anseris bicorporis icon 660.
Anteuorta apud Romanos quid 363.d.
Anterotes quis 190.b.
Anthropodæmon quid 135.c.
Anthropomorphos herba 135.f.
Anthropophagi qui 16.a.
Antichristus qui 225.h.
Anubis Deus quis 430. d.
Appetitus ceruicis humanæ 128.a.
Apelles Alexandrum pingit 264.c.
Apollo in Coruum 193.c.
Apollo cum musis in monetis 281.g.
Apollo sapientiæ symbolum quomodo figuretur 289.c.
Apollinis variæ icones ibidem.
Apollinis currus à quibus animalibus trahatur 341.h.
Apri metamorphosis 189.f.
Aquæ commoditas quomodo pingatur 191.c
Aquarum differentiæ 290.d.
Aquarum variarum vires 399.h.
Aquarius quis fuerit 259.h.
Aquilinæ varia nomina 698.d.
Aquilinæ monstrosæ descriptio ibidem. eiusdem icon 701.
Aranæ metamorphosis 194.c.
Arabiæ superatæ simulacrum 284.d.
Arcades populi antiquissimi 280.a.
Arcas in Arctophylacem 186.b.
Archilochus poeta 222.c.
Arctophilax cur ita dictus 298.c.
Arcæ Noe dimensio 67.c.
Arcturus quis 298.c.
Ardea auis vnde dicta 208.a.
Argo in Pauonem 185.c.
Architectus 139.h.
Arimaspi etymum 13.a.
Armi qui 77.c.
Arion citharedus 271.g. (286.d.
Arrogantiæ, & demissionis animi simulacra
Artocreata qualia 75.f.
Artologanum 73.h.
Arundinum origo fabulosa 204.a.
Asomus vbi pingeretur 292.d.
Asinus ad lyram quid 348.b.
Aspis à vipera venenum 166.d.
Astrologus 138.c.168.d.
Ataxus 111.f.

Atreus

INDEX

Arcus quis 170.a.
Atlas in montem sui nominis 191.h.
Auaritia nostræ ætatis 266.a.
Auaritia inferno assimilatur 119.f.
Auaritiæ descriptio 271.c.
Auarus quid prædet 242.b.
Auis anserformis 345.
Auis monstrifera 346.
Auis sceleti icon 88.
Auis biceps 347.
Auis quadriceps 426.d.
Aues bicorpores 659.e.f.
Aues Americæ quales 210.a.
Aues circa sepulcrũ Memnonis versãtes 206.a
Auium voces quomodo intelligantur 117.e.
Aui etymum 111.h.
Aulicorum mores 274.g.
Aurus quis 131.f.
Aurunculus cur ita dictus 111.h.
Auentinus mons vnde dictus 208.e.
Aurago morbus 580.b.
Auris barata qualis 172.a.
Auris cur fit dicta 76.a.
Auris mysticus sensus 225.h.
Auris partes 70.g. eiusdem anatomia 78.b.
Aures humanæ cur aliquando mobiles 72.d.
Aures in Angelis quid 226.a.
Aures cur geminæ 241.f.
Aurium signatura in plantis 307.f.
Aurium somnia 150.d.
Aurium morbi 123.f.
Aurium næui 130.b.
Auxilium mutuum 174.a.
Axillarum peripheria quæ 69.c.

B

Baal quid sit 233.c.
Babylonia in psequa 189.f.
Balsamum podagricum 310.b.
Balsamorum item quid sit 619.c.
Bacchus in Captum 193.c.
Bacchi variæ icones 290.d.
Bambini etymum 66.a.
Baptismatis virtus 350.a.
Barba vbi colatur 205.
Barba quid præstet 240.b.
Barba ægrotantium, & senum cur magis crescat 137.h.
Barbæ præcocis causa 479.f.
Barbæ significatio 95.a.
Barbata mulier Germana 495.h.
Barberini Card. mentio 539.f.
Barrus in lapidem 187.c.
Basanites lapis 309.c.
Bauarorum mores 105.c.
Beneficium mutuum 173.
Benignitatis symbolum 186.d.
Benedictio respicit fœcunditatem 306.d.
Belli Troiani præsagium 205.c.
Bellitarij cæcitas 221.c.
Bellidis quot species 695.h.
Bellidis descriptio 695.h.
Bellidis monstrosa icon 696.
Bestiæ cum fœtu humano ex vtero mulieris egrediuntur 600.d.
Bilis moralia 248.b.
Bicorpor in morali doctrina quid notet 360.b.
Bicorpor nomen æquinocum 606.d.
Bicorporis monstri varia connexio 607.c.
Bicorporum causæ 659.h.662.a.b.c.d.
Bicipitis fœtus anatomen 403.g.410.b.
Bicipitis fœtus variæ natiuitates 410.a.b.c.d. 408.a b.c.d.
Bicipitis vnico brachio icon 411.
Bicipitis caudati icon 412.
Bicipitis cum altero capite in ventre 413.
Bicipitis causæ 429.h.
Bicipitium in emblematibus quid 362.d.
Bicipites in morali doctrina quid denotẽt 360.a
Bifrontis fœtus icon 409.
Bifrontis fœtus causæ 408.d.
Bohemorum mores 133.g.
Bolognetorum mentio 305.g.
Borgiæ epitaphium 167.g.
Bos cum facie humana in embl. 361.h.
Bos quinq; pedibus natus 539.g. eiusdem icon 540.
Bos pumilus 605.c. eiusdem icon ibidem.
Bouis cum tertio cornu in ceruice icon 510.
Bouis bicipitis icon 420.
Bouigenæ 397.g.
Botellus quid 75.c.
Brachium legeos spicas quid 229.h.
Brachium proiectum 229.h.
Brachio vnico nati, vel mutilati 483.c.f.g.
Brachia scimpiterna 230.a.
Brachia Christi quæ 244.c.
Brachia mutilata, & transposita 483.e.
Brachia monstrorum multiplicata 489.e.
Brachiorum deficientium, mutilatorum, & transpositorum causæ 488.a.b.c.d.
Brachiorum prana conformatio 475.c.
Brachiorum effigies in Zodiaco 261.g.
Brachiorum somnia 151.c.
Brachiorum figura in stemmatibus 305.h.
Brachiorum mystica 229.g.
Brachiorum moralia 244.b.
Brachiorum næui 130.b.
Brachijs carentes fœtus 475.f.g.h. 479.c.f.g.h. eorumdem icones 476.477.478.480.482.
Brachijs transpositis nati 483.h. eorumdem icones 484.485.
Brachijs careus homo deinde latro deprehensus, & suspensus 479.f.
Brassica monstrosa 666.c.
Bronchi qui 137.g.
Bruta cur non habeant intellectum 72.b.
Bruta an lugeant 72.c.
Bruta an rideant 72.c.
Bruta cur manibus careant 157.a.
Bruta nana 605.c.
Brutorum comparatio ad homines 221.f.
Brutorum apodia 525.c. eorundẽ icones 526. 527.528.530.531.532.
Bryones cara ra fix 669.h.

Bubonis metamorphosis 193.g.
Bubuli fœtus anatomia 525.g.
Buccones qui 76.a. 137.g.
Buccula, & buccinator 76.a.
Bufonis caudati icon 599.
Bufonis cremati virtus 124.b.
Bufonibus quæ vescantur 74.a.

C

Cadauera vbi cita circumliniantur 97.f.
Cadauera cur homines perhorrescant 161.f.
Cadauerum Ægyptiorum conditura 312.a.
Cadauerum Nouicorum conditura 312.b.
Cadauerosi fœtus causæ 599.f.
Calua, & Caluaria quæ 75.g.
Caluaria hominis inter fœtum, & lignem picta 261.c.
Caluaria hominis propoculo vbi 313.h.
Calculus in cerebro genitus 223.f.
Calculi in corde inuenti 224.a.
Calamitatis hieroglyphicum 157.c.
Calisto in Vrsam 180.a.
Calcetus cur symbolum mortalitatis 333.h.
Calcaneus in mysticis quid denotet 234.c.
Calcanei ossa 244.g.
Calculi faicorum mensio 711.c.
Campanula quæ planta 690.a.
Candela ex humano sebo ad quid 518.a.
Canis triceps vbi 194.b. 416.a.
Canis oculum quis habere dicatur 348.a.
Canis serpentino capite 378.a.
Canis biceps vbi visus 416.a.
Canis capite accipitrino 437.h. eiusd icon 443.
Canis monocolus 473.c.
Canis monstroso capite 472.a.
Canis sine testibus natus 512.b.
Canis bipedis icon 527.528.
Canis tripedis icon 531.
Canis octipes Bononiæ natus 547.g. eiusdem icon 545.
Canes ad tutelam vbi alantur 19.c.
Canes syluestres vbi nutriantur 97.c.
Canum bicorporum icones 622.623.
Canities præcox miraculosa 248.c.
Canities repentè facta 212.d.
Canities vnde proueniat 240.b.
Canitiem intempestiuam cur aliqui incurrant 158.c.
Cannibalorum mores 309.f.
Canuti Regis Angliæ assertum 1964.c.
Canopus pumilio 59.c.
Canopi Dei imago 212.b.
Cancrorum remedium 314.c.
Capilli aurei vbi fiant 209.c.
Capilli longissimi vbinam 446.c.
Capilli à quo generentur 240.a.
Capillorum signatura in plantis 306.c.
Capillorum virtus 510.a.
Capillorum somnia 150.b.
Capillorum physiognomia 89.g.
Caput detuncti herba 135.c.
Caput, & cauda in mysticis quid denotet 224.a
Caput humanum in Capitolio inuentum 141.g.
Caput humanum inter globos flammarum visum 141.h.
Caput pusionis canescens 141.h.
Caput quid denotet in morali doctrina 240.c.
Caput muliebre in monetis 281.c.
Caput lauro coronatum in monetis 280.d.
Caput humanum in monetis 280.b.
Caput thersiticum quale 449.f.
Caput mentulatum 457.c.
Capitis partes quot 75.g.
Capitis tempora cur sic nominata 75.g.
Capitis etymum 79.c.
Capitis partes quæ 79.c.
Capitis vitia 400.d.
Capitis physiognomia 89.f.
Capitis fœda constitutio 446.c.
Capitis morbi 125.f.
Capitis somnia 150.b.
Capitis galea muniti simulacrum 260.d.
Capitis humani figura in stemmate gentilitio 305.g.
Capitis signatura in plantis 306.d.
Capitis alieni procreatio in fœtu humano 430.a
Capitis alieni procreatio in fœtibus brutorum 433.c.
Capitis brutorum deformatio 468.a.
Capita piscium monstrosa 439.c.
Capita statuarum Cæsarum quando deciderint 141.h.
Capitum varietas 400.d.
Capitum multiplicatio in fœtu humano 403.e.
Capitū multiplicatio in fœtibus brutorū 416.e.
Capitum monstrosorum causæ 444.a.b.
Capita ex plumis auium 110.a.
Capi tripedis icon 560.
Capra cum cornu in ventre 509.f.
Capra humana facie 457.c. eiusdem icon 456.
Capræ monstrosus partus 383.f.
Capreolus polycerus 420.d. eiusdem icon 425.
Capreolus bexapus 549.f. eiusdem icon 548.
Capreolorum color qualis 549.f.
Carduelis quadrupes 507.c. icon 569.
Carnes ed les quæ 74.a.
Caro cur in cibo gratior 361.f.
Caro cur dicatur fœnum 274.a.
Caro humana cuius saporis 309.g.
Carnis appendices in fœtibus brutorum 585.g.
Carnis moralia 248.d.
Carnium esus syncopem generat 218.c.
Carpophagi qui 74.a.
Cartilagines moralia 249.h.
Carica edulij genus 75.c.
Carinthiorum ritus in electione nouis Principis 105.c.
Castratio apud Turcas qualis 532.d.
Castratio sine opera Chirurgi 533.c.
Castrationis humanæ causa 532.c.
Castor Deus 283.c.
Castor, & Pollux qui 299.f.
Cassiopea 298.d.
Cato senex litteras græcas discit 274.b.
Causa triplex 380.b.

INDEX

Causa efficiens monstrorum 391.f.g.h.
Causa finalis qualis 393.g.h.
Causa formalis 394.a.
Causa transpositionis partium 488.c.
Causa monstri multis manibus prædita 492.c.
Causæ multiplicationis pedum 567. f.g.h.
Causa defectus manuum 495. h.
Causæ inficientes quæ 380.c.
Causæ efficientes Monstrorū ex Septalio 392.c.
Causæ monstrorum implicatæ 394.b.
Causæ staturæ brevis, & procerę 606.a.b.
Causæ peculiares mōstrorum 473.c.f.g.h.474.a.b.c.d.488.a.b.c.d.498.a.b c.d.505.h.
Causæ monstrorum cælestium 744.d.
Causæ varietatis colorum 746.c.
Causæ circulorum cælestium 746.d.
Causæ chasmatum 746.b.
Causæ abortionis 62.d
Causæ fœtus hirsuti 580.d.
Causæ geminatorum fœtuum 627.c.
Causæ figurarum in truncis arborum, & lapidibus 673.h.
Causæ monstrosorum fructuum 708.a.b.
Causarum quatuor genera 381.c.
Caudarum monstra 592.c.
Caudarum multiplicatio 595.h.
Caudarum defectus causæ 597.c.
Caudarum geminationis causæ 597.f.
Cæcitas in somnijs quid 156.c.
Cæcitatis moralia 237.h.
213.h.
Cæcus senex vulnerātus visionem recuperat
Cæci fœtus causæ 474.a.
Cæci homines exercentes operationes videntium 213.g.
Cælestium triplex diuisio 738.c.
Centauri qui 30.a.
Centauri vbi 30.c.
Centauri icon 31.32.33.
Centauri an sint 32.33.c.
Centauri etymum 34.a.
Centaurorum origo 36.b.
Cepheus Rex Aethiopum 298.d.
Ceruix quæ pars 76.d.
Cerebrū in doctrina morali quid denotet 240.d
Cerebri partes 79.c.
Cerebri generatio 47.a.
Ceres currus à quibus tractus 194.a.
Cerę adulteratio 220.a.
Ceri Dei imago 293.g.
Cerri species 715.c.
Cerri glans qualis ibidē fructus mōstrosus ibid.
Cenodoxia quid agat 129.c.
Cerui metamorphosis 187.h.
Cerui, & pugnantium simulacra in aere 71.g.
Cerua in sacrificio adhibita 205.c.
Ceruino lacte quis alitus 215.h.
Chaldeorum mores 97.c.
Charontis 294.c.
Chasmatis prælagia 735.h.
Chasmatum varietas 733.g.
Chasmatum causæ 733.h.
Chasmatum icones 734.736.737.
Chænix quid sit 272.a.
Chilus cui assimiletur 71.g.
Chilones qui 137.g.
Chimæræ monst. ofæ icon 336.
Chirurgiæ instrumenta 134.a.
Christi ortus symbolum 231.c.
Christus cur filius hominis dicatur 238.a.
Christi cruxa quæ 233.c.
Christi pedes qui 233.g.
S.Christophori os fœmoris vbi 58.a.
Chymistæ cur miseri dicantur 273.h.
Cibus hominis 73.a.
Cibi liberales 254.a.
Cibi, & potus morālia 254.c.
Ciborum differentiæ 254.a.
Cicadarum natura 279.h.
Cilium vnde dictum 76.a.
Ciliorum somnia 150.c.
Cincinni qui 75.h.
Circes quæ 75.h.
Circus quid sit 75.h.
Circulator 138.d.
Citharœdorum præcentiones quæ 319.f.
Ciuis optimi merita 277.e.
Clauistrum virginale quid 84.d.
Clitoris quid sit 84.c.
Clitoris excrescit ad magnam molem 525.c.
Clypeus duo præstat munia 273.f.
Clysteres per os reiecti 124.b.
Coccentum edulium 75.c.
Coclites qui 137.g.
Cogitationes in mysticis à quibus designentur 223.f.
Cognatio 111.c.
Colis quid 78.a.
Coleonum familiæ etymum 512.a.
Collum vnde dictum 76.d.
Colli variæ qualitates 91.c.
Colli moralia 243.c.
Columbæ monstrosæ quæ 563.g.
Columbæ quadrupedes 563 h.earumdem icones 565.566.568.
Columbarum natura 563.f.
Columbarum Cypriarum differentia 567.c.
Columbarum metamorphosis 206.b.
Comi Dei imago 293.g.
Compedibus aureis qui detineantur 273.g.
Cometa Saturnius qualis 735.h.
Cometæ horribilis icon 729.
Cometæ etymum 723.h.
Cometæ magni, & insignes quādo apparuer 731.c.f.g.h.
Cometarum varietas 721.g.h.
Cometarum nouem icones 724.
Cometarum aliæ icones 726.
Cometarum aliæ differentiæ 725.c.f.g.
Cometarum origo 728.a.b.c.
Cometarum prælagia 732.c.d.
Cometarum dubia 731.c.f.
Conceptio quomodo admatur 318.c.
Concussionis remedia 16a.

INDEX.

Congressus humani tempus 44.a.
Congressus nefarius quid præstet 395.f.
Congressus humanus, & belluinus 446.a.
Contumaciæ hieroglyphicum 154.a.
Constantiæ hieroglyphicum 155.f.
Contemptus mortis hieroglyphicum 156.a.
Conuiuæ quot esse debeant 183.c.
Connubia mutanda 220.b.
Concionatores quibus desiguentur 233.g.
Conscientia quid 252.c.
Contemplationis virtus 245.c.
Conceptus dehonestatio 49.a.
Concubini qui 41.c 113.f.
Concupiscentiæ differentiæ 259.b.
Concordiæ simulacrum 278.a.
Concordia herba quæ 307.g.
Constantino politanus ritus 192.b.
Constellationum ordo 297.b.298.a.
Consiliorum conscij qui apud Persas 362.a.
Conscellatij in morali doctrina quibus partibus denotentur 246.a.
Consanguinitatis gradus 131.c.
Cor cur carnosum, & crassum 47.a.
Cor humanum crescit, & decrescit 69.g.
Cor pilosum inuentum 80.a.
Cor Angelorum quid sit 228.d.
Cor induratum quid 229.c.
Cor Saperis quid 229.f.
Cor terræ quid ibidem.
Cor inuenire quid 229.f.
Cor Indorum quale 229.c.
Cor Dei quid 228.d.
Cor est præsul 243.f.
Cor vnde dictum ibidem.
Cor in homine interiore quid ibidem.
Cordis generatio 47.a.
Cordis ventriculi quot sint 82.a.
Cordis mystica 228.d.
Cordis moralia 243.f.
Cordis situs 243.g.
Cordis ardentis spectura 276.a.
Cordis figura in numis Antiquorum 287.a.
Cordis figura apud Cinamillas 287.f.
Cordis signatura in plantis 307.g.
Cordati qui 172.d.
Cordus qui 137.f.
Corpus humanum sine ossibus 218.a.
Corporis humani longitudo qualis 68.a.
Corporis humani longitudo communis ibidem.
Cornu natum in capite humano 126.b.
Costæ viginti quinque in cadauere mulieris inuentæ 59.a.
Cotini ramus monstrosus 690.d.
Coxarum conditiones 91.b.
Coxarum somnia 151.b.
Coronis in Cornicem 186 b.
Crapula quid præstet 119.c.
Cranium absque suturis 79.c.
Cranium quomodo generetur 47.a.
Cranium humanum cur ad pedes Christi crucifixi positum 287.c.
Cranium humanū in quibus morbis adhibeatur 310.b.
Cranium humanum ex apostemate exemptum 414.a.
Cranij humani Extractum 110.b.
Cranij humani olcum ibidem puluis ibidem (al) aqua, & magisterium ibidem.
Crania humana pro poculis 781 102.a.
Creatoris rerum omnium icon 887.g.
Cretensium mores 102.b.
Crescionem quis abhorruerit 213.f.
Crimina vermibus assimilantur 259.c.
Crises quando accidant 131.f.
Croci adulteratio 120.a.
Crura vnde dicta 247.c.
Crurum moralia 247.c.
Cruciamenta qui facie sustinuerint 216.d.
Crux in Luna quando visa 744.d.
Cruces variæ in Cœlo visæ 717.f.
Cupediæ 254.a.
Cupido frangens fulmen quid 156.d.
Cupido cur cæcus 179.a.
Cupidinis arma contra omnes animantes quælia 29.a.
Cupidinis hodierna effigies ibidem.
Curiositatis icon 335.c.
Cupressi metamorphosis 201.a.
Cutis monstrosa quæ 578.d.
Cutis color qualis 92.b.
Cutis moralia 248.d.
Cutis porcorum signatura in plantis 308.c.
Cutis monstrosa vulnera 588.a.
Cutis durities monstrosa 591.f.
Cutis monstrosæ appendices 582.a.
Cutis villosæ causa 580.b c.d.
Cygni metamorphosis 185.b.
Cygnus cur auis aquatilis ibidem.
Cyclopis icon 13.
Cynocephalea quid sit 529.c.
Cynocephalorum mores 212.
Cynocephali effigies ibidem.
Cyprini varietas 351 g.
Cyprini monstrosi icon 352.
Cynocardamum quid sit 529 g.
Cynomazum heroa quid sit 529.c.

D

DAphnis metamorphosis 148.d.
Dæmonum longa quales 228.b.
Dæmonum vis 400.b 416.b.
Dæmoniformis partus cauis 399.c.
Defloratio quid sit 86.a.
Delphini & hominis sympathia 272.d 271.c.
Diapnuorum metamorphosis 189.c.
Democriti, & Heraclti mos 279.f.
Dedecoris hieroglyphicum 155.b.
Deus natus in palato 124.a.
Dens theoninus qui 172.g.
Dentes lati & crassi quid denotent 90.c.
Dentes geminati in ore humano 214.b.
Dentes triplicati in homine 214.b.
Dentes pueri Septennis ad quid 318.c.
Dentium Gigantis effigies 47.
Dentium numerus 79.g.

Dentium etymum ibidem.
Dentium mystica 227.g.
Dentium moralis doctrina 246.g.
Dentium signatura in plantis 507.f.
Dentium vsus in medicina 510.c.
Dentati infantes orti 214.b.
Dentitionis tempus 473.f.
Dessidiæ descriptio 272.a.
Desperanoangeri peccatum 217.g.
Deus charitas 117.g.
Deus Ter maximus qui 275.f.
Deus apud Priscos quis 178.d.
Dei hieroglyphicum 153.f.
Dei vltor qualis 232.c.
Deorum misterum hieroglyphicum 153.h.
Diabolus dicitur monstrum 320.c.
Diana in felem 193.c.
Dialecticæ hieroglyphicum 155.g.
Diarrheæ moralia 258.d.
Diæta quæ comprehendat 231.f.
Dies natalis cui sacratus 168.a.
Dies æstiui, & brumales quomodo figurabantur 289.c.
Digitus Dei 231.h.
Digitorum & vnguium symetria 72.d.
Digitorum omnium varia nomina 77.h.
Digitorum morbi 125.c.
Digitorum numeri 130.b.
Digitorum somnia 251.f.
Digitorum varij gestus quid significent 155.g.
Digitorum mystica 231.h.
Digitorum moralia 245.c.
Digitorum signatura in plantis 507.h.
Digitorum multiplicatio in manibus 492.a.
Digitorum vitiata conformatio 495.c.
Digiti quatuor in manu, & aliquando duo 498.d.
Digiti superui in manibus 503.e.f.
Digiti Ecclesiæ qui 245.c.
Digiti icon in rumore 287.f.
Digiti computatorum 173.c.
Dij cur dicantur habere pedes lancos 272.d.
Dij vestibulary 380.a.
Diluuium vniuersale 184.d.
Diogenes hominem quærit 166.b.
Diogenes mendicissimus 260.a.
Diogenes cyathum abijcit 274.b.
Diplaci etymum 70.b.
Diplaci differentiæ ibidem.
Diplaci monstrosa icon 704.
Diptadis natura 269.h.
Disciplinæ liberales quæ 116.d.
Dispensator 139.c.
Diuinitatis hieroglyphicum 152.d.
Diuinitatis occultæ hieroglyphicum 548.d.
Diuitum miseria 115.h.
Docti cur pauciores 159.c.
Dominium indicat ingenium 178.c.
Dominorum, & seruorum conditiones 253. c.
Domitiani arrogantia 282.a.
Dormientes qui ambulauerint 125.f.
Dorsi partes 86.c.
Dorsi moralia 224.a.
Draco volans 737.c.
Dracunculus morbus 129.c.
Dryope in truncum 201.c.
Ductores vbi dormirent 176.d.
Dysentericus puluis 310.d.

E

EBrij vitium 271.c.
Ebrij aqua facti 209.c.
Echo Iunonis filia 188.c.
Edulia varia 71.c.
Effluuia quid sint 733.h.
Effluxiones quæ sint 62.d.
Elephanti ætas 69.f.
Elephantiasis remedium 311.c.
Eloquentiæ hieroglyphicum 154.a.
Eloquentia flexanima 294.c.
Emblemata ex monstris 301.a.
Emblemata ex partibus humanis 267.h.
Ex hominibus cum varijs instrumetis 271.c. f.g.h. 272.a.b.c 13.
Ex pluribus virorũ iconibus 278.c.d 279.e.f.
Ex hominibus armatis 278.a.b.
Ex statuis 275.f. ex hominibus in dignitate 276.a.277.c.f.
Ex senibus 274.b ex mulieribus 274.d.
Ex hominibus adultis 269.f.g.h.
Ex pueris 268.a.b ex iuuenibus ibidem c.d.
Epilepsiæ moralia 256.c.
Epilepsiæ remedia 127.c.310.b.311.c.314.c.
Epistola non erubescere cur dicatur 120.a.
Epitonica mala quæ 708.d.
Equus alatus quid 149.c.
Equus alatus Leonem concalcans 360.d.
Equus marinus monstrosus qualis 355.c eiusdem icon.356.
Equus Comitis Philippi Aldrouandi 446.d.
Equus pedibus ecrumis 573.c.
Equus pedibus humanis 573.f. eiusdẽ icõ 567.
Equus cute lacera 588.d. eiusdem icon 590.
Equi quinq; pedibus nati icon 537.
Equi octo pedibus nati icon 538.
Equorum duplex genus 536.c.
Equorum pernicitas qualis 536.d.539.c.
Equorum Solis nomina 185.g.
Equis albis quis vehebatur 143.c.
Equa octo pedibus Romæ nata 535.f.
Equæ tranimutatio 186.d
Equæ vtriusq; sexus 518.a.
Equini pulli manci icon 525.
Equini capitis monstrosi icon 360.c.
Equitantium iconcs in monetis 283.c.
Eucratus boni simulacrum 273.f.
Eunuchi etymum 132.c.
Eunuchi nati qui 511.f.
Excrementa humana quot 313.c.
Excrementa humana vtilia quæ ibidem.
Excrementa inutilia ibidem.
Excrementa monstrosi quæ 121.c.

F

FAbarum differentiæ 702.d.
Fabarum monstrosarum iconcs 705.

Facies

Facies manu mensuratur 67.b.
Facies hominis in mysticis 226.d.
Faciei longitudo 67.f.
Faciei color varius quid denotet 90.d.
Faciei somnia 151.c.
Facici mystica 226.d.
Facici maculæ quomodo deleantur 313.b.
Facierum similitudo mirabilis 216.d.
Familiæ de Ferris mentio 306.a.
Famulus 139.c.
Fascinatio 313.c.
Fauoris iconismus 296.d.
Fœtus quot diebus formetur 49.a.
Fœtus assimilatur fructui 49.g.
Fœtus quando fuerit formatus 51.c.
Fœtus membranæ quot 63.b.
Fœtus sinæ vaginibus causa 73.g.
Fœtus lapideus 218.a.
Fœtus lapidei causæ 592.a.
Fœtus nō humanus an in vtero mulieris gene-
retur 398.c.
Fœtus cum vulnere natus 399.f.
Fœtus humanus capite asini 430.b.
Fœtus scissis natibus causa 474.a.
Fœtus sine brachijs cum cauda pisces 480.a.
Fœtus capibo carnoso icon 586.
Fœtus humanus cum cauda suilla 599.c.
Fœtus à Genitoribus degenerans an sit inter mō-
stra 597.b.
Fœtus maximo capite 601.b.
Fœtus bicorporis æthiopis, & albi icon 636.
Fœtus bicorporis icones variæ 638.639.640.
Fœtus bicorporis humani, & canini icones 652.
653.
Fœtus bicorporis humani, & serpentini ico 654.
Fœtus trecenti sexaginta 53.f.
Fœtus turpes vbi plerumq; oriantur 383.b.
Fœtus cur dissimiles aliquando à parentibus
385.b
Fœtus monstrosi circa aures 457.c.f.
Fœtus cornuti 457.g.h.
Fœtus humanus pedibus caprinis 570.c.d.
Fœtus volco brachio nati 484.a.
Fœtus sine brachijs cum cauda pisces 480.a.
Fœtus in parte superiori geminati 628.630.
Fœtus iuxta dorsum connexi 641.g.h.
Fœtuum humanorum numerus 51.c.
Fœces alui per vulnam excretæ 124.c.
Fœtore cur homo fœdatur 101.f.
Fœtoris oris causæ 257.h.
Fœminæ facie simiæ icon 469.
Fœminæ ore hiante icon 476.
Fœminæ in marem cur non fiat mutatio 512.b.
Fœminarū pudenda male conformata 512.c.d.
Fœmorum mystica 532.d.
Fœmorum moralia 246.d.
Febre annuersaria quis laborauerit 523.a.
Febris purpurea quæ 125.c.
Febris alba quæ 128.c.
Febris amatoria ibidem.
Febris ephemeræ moralia 260.a.
Febris putridæ moralia ibidem.
Febris hecticæ moralia ibidem.
Febrium differentiæ 125.c.259.d.
Febrium moralia 259.h.
Febrium typicarium remedium 314.b.
Febrius pilcis qualis 123.c.
Felis bipes 529.f.
Felis octipes Bononiæ natus 542.h.
Felis hexapus 542.h. eiusdem icon 548.
Feiis monstrosis pedib. 573.f. eiusdem icon 575.
Felis cruribus humanis 577.b.
Felis monocephali, & bicorporis icon 620.621.
Felis tricorporis icon 638.
Felles moralia 245.g.
Fera currens quomodo coerceatur 216.d.
Ferula cur in simulacro Bacchi 190.d.
Fidei symbolum 163.f.
Filij Cœli qui 180.c.
Filij quando corrigendi 172.d.
Filij naturales qui 111.g.
Filij cur aliquando Auis assimilentur 580.a.
Filiorum alienatio in natura à patribus quid
præstet 60.d.
Filiorum moralia 250.h.
Fœcus licni comparatur 276.b.
Fœci hieroglyphicum 155.c.
Fistulatorum remedia 311.c.
Flammæ natura 272.b.c.
Flagella icone manus denotantur 83.f.
Floridensium mores 105.h.
Fluuiorum statuæ 304.a.
Fluuiorum simulacra 296.c.
Fortitudinis hieroglyphicum 154.c.
Fortunæ icon quale 164.c.297.c.
Fortunam implorare quid 173.h.
Fortuna quomodo inuocanda 269.c.
Fortuna in monetis 282.d.
Fortuna cur biformis 334.b.
Forma trifariam vitiatur 327.h.
Formicæ in homines 198.d.
Formoforum nomina vbi scriberentur 180.d.
Francisci Seuerini mentio 559.c.
Franconiæ mores 103.g.
Fratruelles qui 111.h.
Fratricidia 121.h.
Fraudis icon 334.c.
Fraxinus monstrosa 669.c.
Frons vnde dicta 75.h.
Frontis physiognomia 89.h.
Frontis nzui 129.h.
Frons pudori dicata 269.c.
Frons cuius sit index 169.f.
Frons in doctrina morali quid notet 241.c.
Fronti Sacerdotis cur lamina aurea imponere-
tur 224.a.
Fruges vnde dictæ 77.c.
Frumenti pondus quomodo augeatur 122.b.
Fruerenti monstrifici iconcs 665.667.
Fructus monstrosi causæ 708.a.
Fullonis hieroglyphicum 156.a.
Fundamenti hieroglyphicum 156.a.
Funambuli icon in symbolis 265.f.
Furoris simulacrum 297.c.

INDEX.

Furunculorum emplastrum 313.f.

G

GAlatarum nobiles qui 105.f.
Galbæ 137.g.
Galbus gallinaceus quadrupedes 550.d.
Gallus quadrupes alius 551.h. eiusdē icon 552.
Galli quinq; pedibus nati icon 550.
Galli monstrifici descriptio 387.h. eiusdem icō 388.
Galli tripedis icones 554. 555.
Galli Indici descriptio 323.h. eiusdem icō 324.
Gallina cur in simulacro Aesculapij 291.f.
Gallinæ quadrupedis icon 553.
Gallinæ tripedis icon 556.
Gallinæ monstrosæ illustris. Matescalchi icon 562.
Ganimedes in quod sydus transmutatus 299.h
Gemellæ copulatæ viuentes, & crescētes 634 a.
Gemellorum vmbilico iunctorum icon 632.
Gemellorum pectore connexorum icon 633.
Gemellorum frontibus cohærētium icon 635.
Gemursa quid sit 125.e.
Gena vnde dicta 76 a.
Genarum nævi 130.a.
Genarum mystica 226.c.
Genarum moralis doctrina 242.a.
Geniorum icones 293.h.
Geniculator quis 298.c.
Genitalium moralia 246.c.
Genitalium prava constitutio 505.h. 511.c.f.g.
Genitalium morbi 124.d.
Generatio in doctrina morali quid 239. h.
Generatio trium ampullarum 46.a.
Generationis humanæ hieroglyphicum 155. c
Generationis initium quale 111. f.
Generationes adulterinæ quæ 397.f.
Genistæ descriptio 683.f.
Genistæ monstrosæ icon 685.
Genua mentis quæ 233.c.
Genuum moralia 247.c.
Generositas quæ 279.g.
Germanorum ritus 103.g.
Germani fratres qui 111.h.
Geometria 138.c.
Geometriæ inuentor 289.h.
Gethæ qui populi 103.h.
Gigas ad vitam reuocatus 38.a.
Gigas seruus Caroli Quinti 38.b.
Gigantes in Regno Suarum 33.c.
Gigantis lectus qualis 36.d.
Gigantum cadavera vbi reperta 38.a.
Gigantes cur nostra ætate non sint 161.h.
Gigantum picturæ 294.d.
Gingiuarum figuratura in plantis 307.f.
Ginus quid sit 397.c.
Glabella quid 75.h.
Gladiator 139.g.
Glis in vtero humano genitus 399.f.
Glauci icon 291.c.
Gomorrum sacrificia 203.h.
Grammaticæ inuentor quis 289.h.
Gratiarum trium nomina 294.a.
Grauidarū operationes inconcinnæ quid præstent 303.g.
Græcorum mores 102.a.
Gressus in physiognomia obseruatur 92.c.
Grus biceps 349.e
Gryphes quæ animantes 341.h.
Gryphis variæ icones 342.343.
Gubernatoris Sumatræ icon 100.
Gustus hieroglyphicum 154.b.

H

HAlo quid sit 742.a.
Halo cur frequentior circa Lunā 748.a.
Halonis generatio 742.b.
Halonis varietas 742.d.
Halonis præsagia ibidem c.
Halonis icones 743. 743.
Halcyones aues 204.c.
Harpyiæ quæ 197.c.
Harpyiæ cur Neptuni filiæ 351.f.
Harpyiæ etymum 337.c.
Harpyia carcinoformis 341.c.
Harpyiarum variæ icones 337. 338. 339. 340.
Harpocratis varia simulacra 292.c.
Heliades in Populos 185.h.
Heliotropij metamorphosis 190.a.
Heliotropium cur solem sectetur ibidem.
Heluonis mos 172.a.
Hæmorrhagiæ remedia 311.g.
Hæmorrhoidalium venarum signatura in plātis 308.c.
Hepatis & lienis situs 81.c.
Herbam dare quid sit 175.c.
Herbæ andrographiæ 135.h.
Herbæ capillamenta æmulantes 306.d.
Herbæ caput simulantes ibidem.
Herbæ oculos repræsentantes 307.c.
Herbæ nasi figuram fingentes ibidem.
Herbæ aurium formam reddentes ibidem.
Herbæ surdæ quæ 76.b.
Herbæ gingiuarum, & dentium signaturam habentes 307.f.
Herbæ pulmonum, & cordis effigiem referentes 307.g.
Herbæ figuram manuum digitorum, & intestinorum æmulantes 307.h.
Herbæ cum nota lienis, hepatis, renum, vesicæ, & vteri 308.c.
Herbæ referentes pudenda, vtrumq; sexum, & porros cutis 308.b.c.
Herculis famulus in scopulum 200.c.
Herculis icon cum figura orbis supra humeros 263.h.
Herculis hydrā necantis icō in symbolis 264.a.
Herculis statura qualis 34.c.
Herculis eloquentis imago 267.f.
Herculis templum mulier non intrat 184.a.
Herculis variæ picturæ 293.c.f.
Hercules se ipsum vulnerans 182.d.
Hercules iudificatus 200.b.
Hercules cur lacertosus dictus 774.g.
Hercules poma eripiens in monetis 284.c.
Hermanial statua quæ 302.d.

INDEX.

Hermaphroditus mas qui dicatur 41.f.
Hermaphroditus fœmina qui ibidem.
Hermaphroditi anatome 41.e.516.c.d.
Hermaphroditi pedibus aquilinis icon 572.
Hermaphroditi an inter monstra recensendi 518.c.
Hermaphroditorũ quatuor differentiæ 41. f.g.
Hermaphroditorum officia 42.g.
Hermophroditorum discrimen ratione vigoris 41.h.
Hermaphroditorum matrimonium ibidem.
Hermaphroditorum varietas 523.f.
Hermaphroditorum causæ 518.d.519.e.
Hermaphroditorum causa fabulosa 190. c.
Herniæ intestinalis remedia 132.e.321.f.
Herniæ morales 259.g.
Herodis mors 222.d.
Hieracij varia genera 683.c.
Hieracij virtus ibidem.
Hieracij monstrosa icon 684.
Hieroglyphicum firmitudinis benè consultorum 347.g.
Hieroglyphicum temporis ibidem.
Hieroglyphicum Lunæ,& Diæ 347.h.
Hieroglyphicum divisionis mensium 348.a.
Hieroglyphicum temporis 347.g.
Hieroglyphicum impudentiæ 348.a.
Hieroglyphicum multiloq; 348.a.
Hieroglyphicum Dei ibidem.
Hieroglyphicum hominis imperiti ibidem.
Hieroglyphicum scrutatis 348.b.
Hieroglyphicum Veris, Hyemis, & Solis ibid.
Hieroglyphicum sapientiæ ibidem c.
Hieroglyphicum aduersarij contradicentis ibidem.
Hieroglyphicum mortuum meretricis ibidem.
Hieroglyphicum perditionis rerum 348.d.
Hieroglyphicum occultæ diuinitatis ibidem.
Hieroglyphicum humanæ vitæ fugacis 349.e.
Hieroglyphicum mundi ibidem.
Hieroglyphicum feracitatis, & famæ ibidem.
Hieroglyphica ex capite humano 153.c.ex oculis 153.f.ex supercilijs 154.a.ex naso, & auribus ibidem. ex ore, dentibus, & lingua ibidem ex barba 154. b. ex cervice 154. c. ex corde ibidem.ex pudendis 155.c. ex manibus 155. f. ex digitis 155.g.ex homine toto 156.b.
Hippogryphes quod animal 341. h.
Hippobos quale animal 573.c.
Hippobonis icon 574.
Hipponax poeta 222.b.
Hipponactem præconium ibidem.
Hippomenes quis 221.a.
Hippocentaurus 30.c.
Hippopos 32.a.
Hispaniæ symbolum 289.g.
Hippophagi qui 74.a.
Hircanorum mores 97 f.
Hirundinis metamorphosis 196.d.
Historica de vsioore 221.c.de fatuitate 221.f.de parricidijs, fratricidijs, & alijs 221. h. de morte voluntaria 221.b.
Homeri excitatis causa 221.c.
Homo Dei qui 2.c.
Homo promiscui generis 2.a.
Homo herba 2.b.
Homo interior, & exterior 2.b.
Homo mundanus 2.c.
Homo igneus ibidem.
Homo magnus ibidem.
Homo parvus 2.d.
Homo altus Chymistarum ibidem.
Homo vnde dictus 3.c.
Homo cur dicatur parvus mundus 3.h.
Homo refert vniuersa quæ sunt in mundo 3.h.
Homo brutorum mores imitatur 4.d.
Homo varijs munijs fungitur 4.a.
Homo ore,& collo gruis 14.
Homo pedibus anseris 15.
Homo temperatus, & intẽperatus qualis 71.f.
Homo liene,& hepate carens 81.c.
Homo cur animal præstantissimum 112.d.
Homo cur Rex dicatur 113.h.
Homo numisma Dei 114.a.
Homo non est animal inerme 213.g.
Homo vmbra somnij 115.c.
Homo quando fiat brutum 118.b.
Homo mendax quid sit 119.f.
Homo ad virtutem pronus quomodo reddatur 116.a.
Homo mingens quid significet 156.b.
Homo monstrosus pictus quid 156.c.
Homo imago Dei 165.g.
Homo cur nascatur citò moriturus 161.c.
Homo vasi comparatur 166.a.
Homo ridiculus, odiosus, & miserabilis 168.a.
Homo calvus comatus 170.c.
Homo animal multiparum 51.c.
Homo Ianus 169.g.
Homo inuictus quis 173.c.
Homo honorans 179.c.
Homo quadratus 180.c.
Homo novus qui ibidem.
Homo trium litterarum 181.c.
Homo bulla ibidem.
Homo cerinus qui 181.g.
Homo euripus 181.h.
Homo Tenedius 182.a.
Homo multa mala,& bona significat 237.g.
Homo primus ibidem.
Homo secundus ibidem.
Homo in Paradiso locatus 237.b.
Homo centum oues possidens 237.b.
Homo natus in Sion ibidem.
Homo redimens ibidem.
Homo Rex 237.h.
Homo à Paralitico expectatus ibidem.
Homo pater familias 237.b.
Homo serens sinapim 238.b.
Homo Solis unctus ibidem.
Homo terræ iunctus 238.c.
Homo cur vnus creatus, & non multi 238.c.
Homo ferens amphoram ibidem.
Homo habens manum aridam 238.d.

INDEX.

Homo iumentum quid 239.c.
Homo non habens vestem nuptialem ibidem.
Homo vetus ibidem.
Homo ineptus ad redimendum 239.c.
Homo inimicus ibidem.
Homo habens spiritum immundum 239.f.
Homo pacis ibidem.
Homo cur vestes induat 250.a.
Homo pomo similis 269.f.
Homo calculos in mensa numerans 273.g.
Homo vivus cum defuncto ligatus 276.a.
Homo vitiatæ figuræ est vitiosæ naturæ 332.c.
Homo capite can no quid denotet 348.a.
Homo capite accipitrino quid denotet ibidem.
Homo capite asinino quid denotet 348.a.
Homo in equum desinens quid denotet 349.c.
Homo bicorpor an duplici anima sit refertus 359.c.
Homo serpentinus in emblematibus 362.b.
Homo absque brachijs natus Bononiæ visus 282.a.
Homo duplici mentula refertus 511.f.
Homo mendicus ritu quadrupedis gradiens 533.g.
Homo cruribus equinis 570.b.
Homo imperfectus perfecto agglutinatus 610.b.c. icones 611.612.
Hominis primus significatus 2.a.
Hominis nomina græca 2.d.3.g.
Hominis nomina hebraica 3.f.
Hominis nigritæ icon 9.
Hominis Fanesij auriti icon 10.
Hominis sylvestris pellis ad quid 16.a.
Hominis sylvestris icon. 307.
Hominis villosi manugradi icon 21.
Hominis creatio 43.c.
Hominis centrum vbi sit 68.c.
Hominis noua mensura ibidem.
Hominis Chinensis icon 101.
Hominis cornuti historia 126.c. eiusdem icon 127.
Hominis peregrini hieroglyphicum 153.c.
Hominis imperiti hieroglyphicum 153.c.
Hominis multiscij hieroglyphicum 153.f.
Hominis hieroglyphicum 153.h.
Hominis veridici hieroglyphicum 154.c.
Hominis descriptio 167.c.
Hominis vespertilionis natura 169.g.
Hominis nomen Angelo attribuitur 238.a.
Hominis quadragenarij brachijs carentis icon
Hominis sex brachijs referti icon 494. (480.
Hominis ventre malè confirmato icon 508.
Hominis quadrupedis æquinoctio 533.c.
Hominis æquiuoca 2.a. Synonima, & Etymum 3.c. Differentiæ 4.d. Icones 6.7.9.10.11.13.14.15.16.17.18.19.20.21.22.23.24.25.27.28.31.32.33.35.36.40.42. Generatio, & congressus 43.c. Partus 50.b. Vox 66.a. Symetria 67.c. Aetas 69.c. Temperamentum 70.d Natura 72.a. Partes externæ 75.g. Anatomia 78.d. Physiognomia 89.e. Agnatio, & Cognatio 111.c. Præstantia 112.b. Miseria 114.c. Virtutes 116.a. Vitia 118.a. Ægritudines 123.c. Næui 129.f. Morborum medelæ 131.e. Castrario 132.b. Denominata 133.c. Epitheta, Dignitates, & Officia 136.d Partes quibus Dijs sacratæ 140.c. Prodigia 141.g. Miracula 148.c. Mithologica 149.f. Somnia 156.a Hieroglyphic 152.d. Problemata 154.h. 157.h. Phrenoschemata 163.c. Apophtegmata 165.f. Adagia 168.a. Metamorphoses 184.b Mirabilia 112.c. Historica 221.c. Mystica 223.f. Moralia ex partibus 239.f. Moralia ex toto homine, & attributis 250.b. Moralia ex ægritudinibus 256.a symbola 260.d. Embiemata 267.h. Numismata 280.b. Simulacra 286.d Simulacra cælestia 297.h. Statuæ 300.c. Insignia gentilitia 305.f. Signaturæ partium in plantis 306.c. Vsus in cibis 386.c. Vsus in medicina 310.a. Vsus in sacrificijs 315.c. Vsus in spectaculis 316.c. Vsus in bello 317.g. Vsus in varijs 318.a.
Hominis icon in insigni gentilitio 306.a.
Hominis astomi figura 6.
Homines simi vbi 8.a.
Homines astomi 5.h.
Homines auribus longissimis 8.b.
Homines collo carentes 8.d.
Homines monoculi 12.a.
Homines collo oblongo 12.b.
Homines caudati 12.c.
Homines colentes deserta Libyæ 21.c.
Homines sylvestres vbi 16.a.
Homines sylvestres Americæ 110.a.
Homines marini 26.d.43.g.
Homines panniuoti 73.h.
Homines prisci quamdiu viuerent 69.f.
Homines nudi vbi & cur sic incedant 110.a.
Homines centimani 149.c.
Homines in saxa mutati ibidem.
Homines cur sint ferino animo 149.g.
Homines duo nudi præliantes 156.a.
Homines quo tempore in venerem sint propliniores 259.c.
Homines sibimetipsis infesti 166.c.
Homines adamantini 180.b.
Homines ex fungis nati 198.a.
Homines effæminati vbi 206.c.
Homines noctu absq; luce videntes 213.f.
Homines semper in aquis viuentes 217.g.
Homines imperforati an vixerint 220.a.
Homines sibi mortem inferentes 222.a.
Homines multiplicati 238.d.
Homines regionis Amortheorum 238.
Homines in sphæristerio ludentes 265.h.
Homines dicuntur pueri à Seneca 268.a.
Homines nefarij qua ratione indicētur 275.h.
Homines trecenti vbi sacrificati 315.f.
Homines fontes vbi immolabantur 316.a.
Homines voce bruta imitantes 320.b.
Homines belluini qui 362.c.
Homines multis brachijs referti an inter mōstra recentendi 492.a.
Homines tribus testibus referti 511.h. 512.a.

Homi-

INDEX.

Homines statur gigantææ 602. a.
Hominum duplex genus 4. d.
Hominum differentiæ ratione clymatum 5. e.
Hominum differentiæ ratione ingenij ibidem.
Hominum differentiæ ratione figuræ 5. g.
Hominum ictuitus veneficus 8. c.
Hominum differētiæ ratione oculorum ibidē.
Hominum pilosorum icones 26.
Hominum mores quomodo cognoscantur 89. c. 93. f.
Hominum mores iuxta mentem Astrologorū 93. f.
Hominum simulacra in aere visa 141. c.
Hominum plura simulacra in symbolis 665. g.
Hominum variæ icones in monetis 282. a. b. c. d
ominū nudorū simulacra in monetis 283. h.
Hominum pilosorum variæ historiæ 580. d.
Hominum bona quæ 129. e.
Hominum epitheta ratione ægritudinum 137. f. ratione affectionum animi 137. c. ratione originis 137 g. ratione vitiorum 137. h. ratione operum 138. a. ratione doctrinæ 138. b. ratione ætatis, sexus, & staturæ 138. a. ratione dignitarum 138. b. ratione variorum munerum 138. d. ratione officij militaris 139. f. ratione motus localis 139. h. ratione formę operis 140. a. ratione instrumenti 140. b.
Homulum quæ voces græcæ exprimant 133. c.
Homunculus apud Chymistas qui 133. c.
Homuncionis indici habentis eminentias carnis descriptio 585. c. eiusdem icon 587.
Homunciones quales 612. c.
Honestatis, & vtilitatis hieroglyphicum 157. f.
Honoris icon 282. c. 296 d.
Honorij Beati mentio 539. f.
Hortorum tutela qualis 292. a.
Hortorum cura cur Priapo assignata 78. a.
Humani fœteti icon 87.
Humeri quales 91. g.
Humeri vnde dicti 77. c.
Humeri animæ quales 244. b.
Humor cricundans fœtum qualis 529. c.
Humorum numerus 71. g.
Humorum temperatura 81. h.
Humorum dominium quomodo cognoscatur ibidem
Hunnias quis fuerit 278. d.
Hydropis remedia 224. b 314. c.
Hyacynthus in florem 202. b.
Hydrargiri vis 274. a.
Hypocritæ icon 335. h.
Hypocrita in mysticis quomodo ostendatur 225. g.
Hypocritæ mores 238. b.
Hymen quid 84. d.

I

Ianus cur biceps 362. b.
Ianus cur quadriceps 292. b.
Ianus a quibus interemptus ibidem.
Iani imago qualis 292. a.
Iauani hominis icon 101.
Iauanorum vestes 119. d.
Iethiophagi qui 26. c. 97. c.
Idolum Laponiæ quale 110. c.
Idoli tricipitis icon 110.
Iecoris signatura in plantis 308. a.
Iecoris moralia 245. f.
Iecoris situs 245. f.
Icinni cur diutius aliqui viuant 160. d.
Ignominia in mysticis quibus denotetur 233. c.
Ignauiæ hieroglyphicum 155. f.
Ignorantiæ icon 334. d.
Ignorantia est monstrum triforme 361. f.
Ignorantiæ causæ quot sint 363. g.
Ignorantia vitiorum nutrix 119. f.
Ilia quæ partes 577. c.
Imaginatio vehemens in mulieribus 445. f.
Imaginationis vis 385. c. 386. c. d. 399. c. g. 445. c. 447. g. 503. h. 567. f.
Imaginationis operatio 400. a.
Imperforatio quid 124. c. 220. a.
Imperatoris sacra facientis simulacrum 282. a.
Impressionum ignitarum varietas 723. f.
Impressionum ignitarum causæ 723. g.
Imperatoris annonam procurantis icon 283. f.
Imposturæ variæ 120. a.
Indiuiæ etymum 680. c.
Indorum mores varij 97. f.
Infans ab vtero gradiens, & loquens 50. d.
Infans gracilis quid præsset 55. h.
Infans in vterum matris recurrens 146. a.
Infans quinquaginta dierum loquitur 148. d.
Infans nutritus lacte patris 215. c.
Infans in mysticis quid 235. h.
Infans tricornis vbi natus 376. b.
Infans pyramidalis 522. a.
Infans armatus natus 585. c.
Infans cute lacera natus 588. c. eiusdem icon 589.
Infantis geminati vnicipitis icon 608.
Infantis maturi icon 54.
Infantis partus naturalis icon 54.
Infantis sine naso nati miraculum 349. g.
Infantis septicipitis miraculum 349. h.
Infantis dæmoniformis miraculum 349. h. Dæmoniformis causa 385. g.
Infantis cum mole carnea nati miraculū 350. c.
Infantis ore gemino, & quatuor oculis descriptio 363. h. icon 365.
Infantis bicipitis obscæno membro icon 407.
Infantis capite therisinco icon 447.
Infantis vultu obscæno icon 348.
Infantis naribus scissis icon 455.
Infantis auribus leporinis icon 456.
Infantis sine collo icon 462.
Infantis sine collo Bacchum æmulantis icon delineata iuxta tres partes 463. 464. 465.
Infantis collo torto icon 466.
Infantis sine brachijs, & pedibus icon 478.
Infantis brachio transpositio icon 487.
Infantis manibus mutilatis icon 469.
Infantis digitis gemmatis icon 497.
Infantis distortus manibus, & pedibus icon 499.
Infantis manibus, & pedibus anterinis icō 504.

In-

Infantis aperto ventre icon 506.
Infantis loco pedum cuspidati icon 521.
Infantis crure carentis icon 477.
Infantis tripedis icon 514.
Infantis quadrupedis icon 535.
Infantis pedibus caninis icon 571.
Infantis Aethiopis icon 579.
Infantis villosi icon 581.
Infantis cucullati icon 583.
Infantis pallio carneo induti icon 584.
Infantis lapidei situs in vtero 591.g.
Infantis varij situs in vtero 49.h.
Infantis in vtero existentis icon 50.
Infantes nouem vnico partu editi 51 h.
Infantes quomodo validiores reddantur 103.g
Infantes vbi lacte non nutriantur 103. h.
Infantes cum nota nobilitatis nati 215.c.
Infantes Magnatum in sacrificijs adhibiti 315.c.
Infantes cum dentibus nati 446.d.
Infantes sine pedibus nati 519.g.h. eorundem icones 520.521.523.524.
Infantes tribus pedibus nati 533.h.
Infantes quatuor pedibus nati 533.h.536.a.
Infantium geminorum iuxta dorsum connexorum icones 642.643.
Infantium iuxta latus connexorum icones 644.
Infantium moralia 251.c.
Infantium caudatorum miraculum 349.h.
Infantiæ erymum 250.d.
Influxus cælestis vis 391.h.392.a.
Ingratitudinis vitium quale 118.d.
Ingrati hieroglyphicum 156.c.
Inguen quid 78.a.
Inimicorum dona qualia 269.c.
Insino quid præstet 272.b.
Insignia gentilitia cum figura capitis 305. g. cũ figura manuum 305. h. cum figura brachiorum ibid. cum figura crurum, & pedum 306 a. cum figura integri hominis ibidem.
Instrumentum instrumentorum qui 113.g.
Instritores 139.h.
Insula aurifodina vbi 39.c.
Insula à simijs occupata 39.h.
Intellectus ratio 72.b.
Intellectus hieroglyphicum 157.f.
Interscapilium quæ pars. 77.f.
Intestinorum somnia 151.h.
Intestinorum signatura in plantis 307.h.
Intestinorum moralia 246.a. 253.d.
Intestinorum numerus 80.d.
Intubi species variæ 680.c.
Intuba monstrosa 680.d. eorum icones 682.
Inuidia omnes virtutes exterminat 119.f.
Inuolucra membranea fœtuum ad quid 582.d.
Io in Vaccam 185.c.
Ioannes Pontifex Romanus fœmina creditus 211.g.
Ioan. Antonij Godij mẽtio 416.c.543.c.554.h.
Ioannis Augustini Caccchij mẽtio 419.g.513.c.
Iouis seruatoris simulacrum 483.h.
Iouis statua cum tribus oculis 301.c.
Iouis varia simulacra 268.b.
Iracundi hieroglyphicum 156.d.
Ischiade laborans casu sanatus 125.c.
Italiæ hieroglyphicum 157.f.
Italia restituta quomodo picta 282.d.
Italorum mores 105.f.
Itinerantium diuorum historia 152.b.
Iudæi cur Verpi nominati 78.a.
Iudæorum ritus 97.c.
Iudex monorulus quid 164.d.
Iudex iustus quid præstare debet 266.a.
Iudicis hieroglyphicum 157.c.
Iudicum statuæ sine manibus vbi 301.g.
Iudicium per oculos monstratur 225.c.
Iudices in morali doctrina quibus partibus designentur 241.h.
Iugulus vel Iugulum quid 76.d.
Iuno in Vaccam 195.c.
Iuno in Berorm 188.a.
Iunonis icon 294.a.
Iupiter in Dianam 186.a.
Iupiter in Taurum 187.f.
Iupiter in Arietem 195.a.
Iupiter propugnator 284.a.
Iupiter stator ibidem.
Iupiter apud Eleos quâ ratione pictus 288. c.
Iupiter quatuor auribus vbi 268.d.
Iupiter tribus oculis vbi 268.d.
Iupiter in varia transformatus 195.c.
Iuris prudentia qualis 134.c.
Iusta à Deo petenda 277.f.
Iuuẽtus in doctrina morali qua parte figuretur 240.a.
Iuuenum simulacra in symbolis 262.a.
Iuuenis Galliæ cruribus, & pedibus carentis icõ 532.

L

Labia ex quibus integrata 80.c.
Labia monstrifera 461.c.
Labia multa in Monstro 321.c.
Labiorum næui 130.a.
Labeones 137.g.
Labotis hieroglyphicum 158.b.
Labyrinthus Cretæ 199.c.
Lac per vesicam exit 128.b.
Lac ex vena secta manat 215.c.
Lactis abominatio 214.c.
Lactis humani vires 313.c.
Lacertarum cũ multis caudis icones 594.595. 596.
Lacertarum bicorporum icones 661.
Lacertus quid 77.g.
Lacedemonij ritus 101.a.
Laconicus sermo qualis 102.a.
Lacrymæ sanguines 123.h.
Lacrymę in fontem 201.f.
Lacus die gelidus, & nocte feruens 209.c.
Lacuna in facie quæ 76.b.
Lamiarum vaguentum quale 318.
Lanius qualis 139.c.
Lanius cæcus 213.h.
Lanifices 140.a.
Lapathi icon in symbolis 264.b.

INDEX.

Lapis index quis fuerit 387.c.
Lapides varias figuras habentes 673.c.f. 135.g
Lapides cum figuris membrorũ humanorum
Latro quidam suspensus non moritur 80.a.
Laurus cur Phœbo sacrata 284.d.
Lætitiæ signum in clarus quale 501.c.
Leges contra mulieres latæ 102.a.
Lœna meretrix 216.d.
Leo humano capite 417.h. eiusdem icon 442.
Leonis, & aquilæ simulacra ignea 718.a.
Leonum formam qui induerint 203.c.
Lethargi moralia 257.c.
Lepræ moralia 259.g.
Lepusculus octipes 543.h. eiusdem icon 547.
Leucoi different. 683.b.
Leucoi monstrosa icon 687.
Liberi cur ita dicti 111.g.
Libertatis ligatæ symbolum 274.a.
Liceti mentio 529 f. 559.g.
Licnis forma 81.c.
Licnis proprietas 276.b.
Licnis moralia 245.g.
Licnis signatura in plantis 307.h.
Lienosorum remedia 214.d.
Ligni Guaraci truncus monstrosus 663.g. eiusdem icon 674.
Libij montani descriptio 695.g. eiusdem monstrosa icon 697.
Lingua hominum venenata 214.a.
Lingua pro corde 228.a.
Linguæ privati loquuntur 148.d.
Linguæ nocumenta 171 f.
Linguæ mystica 227 h.
Linguæ & labiorum moralia 241.h.
Linguæ icon 261.f.
Lithiasis remedia 314.a.c. 160.a.
Lithopædum quid sit 391.f.
Lites ubi ferro decernantur 105.g.
Litigatoris hieroglyphicum 150.d.
Litterarum symbola 261.f.
Litteratum fœtus nota 264.c.
Loca à viris denominata 133.h.
Loquaces vocem amittunt 214.a.
Loti herbæ visus 127.g.
Lotophagorum insula qua 278.d.
Lucanica 75.c.
Lucini qui 187.g.
Lucij voracitas 269 h.
Lucs noua Moraviæ 125.f.
Lumbago quid 124 c.
Luna quando maiorem humiditatem influat 289.g.
Lunæ signo qui vtereptur 280.a.
Lunæ simulacrum cum cruce 747.a.
Lunæ vires quando vim. 749.a.
Lupino lacte alti qui 316.a.
Lusitanorum mores 103. g 99.h
Lusitanorum Vlyssem Ocrtan habitantium icon 100.
Luscinia metamorphosis 196. f.
Luteri prælagia 52.a.
Lycanthropia 133.f.g.
Lycanthropos quod animal, & eius icon 344.
Lyncis transmutatio 194.b.
Lycopsis herba monstrosa 690. d. eiusdẽ icon 694.

M

Magatæ Capuccini mentio 414.a.
Magnanimitatis hierogyphicum 155.c.
Mahumetis aduentus prælagia 366.a.
Maiorum exempla quid præstent 242. d.
Mali citrij varietas 680.a.
Mali arantij differentiæ 711.c.
Mali arantij monstrosa icon 714.
Malæ vnde dictæ 76.a.
Mammæ, mamillæ, & papillæ differentia 76.d.
Mamma nomen æquinorum 76.d.
Mamillarum spatium quid denotet 68.d.
Mamillarum moralia 244.a.
Manassis statua quæ 310.d.
Manes Dij 194.b.
Manus dicitur manus 67 a.
Manus organum organorum 113.h.
Manus Dei quæ 310.a.
Manus violenta quæ 231.g.
Manus palma quid metiatur 68.a.
Manus mensura quando colligatur 67.g.
Manus palma cur sic dicta 77.h.
Manus monstrosæ icon 500.501.
Manus cum oculo in emblemate 267.h.
Manus cum pugione picta 261.c.
Manus prodigia 143.a.
Manus mystica 230.b.
Manus moralia 244.d.
Manus summa quid 173.g.
Manus altera aquâ, & altera ignem ferre 174.a
Manus longas quis habeat 174.b.
Manus cur solus homo habeat 157.h.
Manus hyeme cur primo calefiant 162.a.
Manus geminatæ 495.h.
Manus distortæ in fœtu 498.a.
Manus enormes quis habuerit 498.b.
Manus more anteris procreatæ 505.g.
Manuum praua conformatio 475.c.495.c.
Manuum vitiatarum causæ 498.b.
Manuum catena vinctarum icon 261.g.
Manuum effigies in monetis 281.g.
Manuum effigies in stemmate gentilitio 305.h.
Manuum signatura in plantis 307.h.
Manuum ablutio quid 231.c.
Manuum somnia 151.f.
Manuum osculatio 93.f.
Manibus deficientibus pueri dati 495.f.g.
Matrimonia qui dicatur 41.c.
Mores in mulieres non vertuntur 211.f.g.
Marcschalchi Senatoris mentio 559.g.
Martagon monstrificum 697.a.
Mars variis modis figuratur 282.b.
Martis simulacrum 289.h.
Martis comprehensio 180.d.
Martis epithetum 133.g.
Marsias quis 138.d.
Marsiæ icon quid denotet 136.d.
Marsiæ sanguis in fumum 196.b.

Ma-

INDEX.

Matertera quæ 112.a.
Matrimonij simulacrum 296.d.533.e.
Materiæ dispositio quid agat 444.d.
Matrices colli descriptio 86.a.
Mauritij Imperatoris Statua 35.e.
Maxilla cur sic dicta 76.a.
Medici munia 151.e.
Medici in India quo pacto adhibeantur 97.f.
Medici morales qui 256.a.
Medicorum imperitia 176.a.
Medicorum opinio de monstris geminis 359.e
Medicinæ Aegyptiorum quæ 155.h.
Medicinæ instrumenta quot 131.f.
Medicamenta simplicia quot 131.h.
Medicamenta composita 132.a.
Meditationis hieroglyphicum 156.a.
Medorum mores 97.f
Medulla spinalis vnde oriatur 48.a.
Megarensium mores 348.d.
Melancholiæ morbi 248.c.
Melanior quis 180.c.
Meleagri sorores in aues 19.h.
Melitis quis fuerit 179.f.
Melopeponum monstrosorum icones 706 707
Mellis quantitas quomodo augeatur 120.a.
Membrum simpliciter quid sit 78.a.
Membrũ virile in sacris Ceretis abhibitũ 292.a.
Membrorum, & artuum differentia 78.c.
Membrorum distortionis causæ 505.f.
Membrana in ouis quid præstet 380.d.
Membranarum fœtus generatio 44.d.
Memnonis statua qualis 275.g.
Memoria cur melior in pueris 158.a.
Memoria humana qualis 112.g.
Memoria præstantissima 215.g.
Memoria hominũ quorundam mirabilis 215.g
Mendicus cur ex Aetolia oriundus 174.c.
Mendicitas inexpiabilis 100.a.
Mensis diuisio qualis 289.g.
Mensium simulacra 295.f g.h.
Mensuræ hieroglyphicum 155 g.
Mentum quibus animalibus concessum 76.e.
Menti næui 150.a.
Mentis humanæ hieroglyphicum 154.d.
Mentæ metamorphosis 203.f.
Mentula cur sic dicta 78.a.
Mentulæ defectus, & multiplicatio 511.c.
Mergi metamorphosis 204.d.
Mercurius Laurum irrigans 161.a.
Mercurij icon varia in monetis 281.h.
Meretrices cur scorta dicantur 235.f.
Mermecidis industria 116.d.
Mesenterij etymum 80.d.
Metamorphoseon quot species 184.b.
Metamorphoses naturales 210.a.
Metamorphoses diabolicæ 211.h.
Metamorphoses miraculosæ 212.a.b.
Metaphreni obseruatio 91.f.
Metoposcopia quæ 92.d.
Mexicanorum ritus in sacrificijs 316.a.
Mexicanorũ mos peculiaris obseruandus 97.g.
Midas auri fitientissimus 203.g.
Midæ aures quales 203.h.
Militis sinus Antongil icon 99.
Militis mercenarij hieroglyphicum 157.c.
Milites cur salubriores 161.h.
Milites triarij qui 183.c.
Militum varia munia 317.f.
Militare stratagema 169.h.
Mineruę origo 288.b.
Mineruæ iconismus 294.a.
Mingere in patrios cinetes adagium 95.f.
Minois bellum 198.b.c.
Minotaurus quis 362.a.
Minutal 75.c.
Mirabilia humanæ vitę de capite 212.d. de oculis 213.f.g de lingua, & dentibus 214.a.b. de olfactu 214.c. de gustu 214.d. de tactu ib. de ritu 215.c. de ingenio, & memoria 215.f. g.h de fausto euẽtu 216.a. de robore virium 216.b.c de similitudine facierum 216.d. de agilitate 217.f. de inedia, & esu 217.h. de morbis 218.a. de connubijs 220.b. de effectibus animi 220.d.
Miraculum à Diuo Augustino patratũ in Anglia 12.c.
Miracula physica quæ 1.g.
Misanthropia quid 133.f.
Mithridatis encomium 173.c.
Mola quid sit 330.a.
Mola ex causa monstrorum 488.d.
Mola anthropomorphos 330.b.
Molæ etymum 330.a.
Molarum differentiæ 330.d.
Moly differentię 690.c.
Moly monstrosa icon 693.
Momi Dei imago 295.g.
Monedulę metamorphosis 198.c.
Monachus hermaphroditus grauidus 516.a.
Monastria iuuenescens 213.c.
Monastrum caput cur abradatur 223.g.
Monoscelli qui 12.d.
Monstrum effigie monachi 29.e.
Monstrum marinum saxis necatum ibidem.
Monstrum vitiorum quid 118.b.
Monstrum milleped 8 219.a.
Monstrum pro monstratione 319.f.
Monstrum pro pulchritudine, & deformitate 319.h.
Monstrum pro singulari ingenio 320.a.
Monstrum dicitur aliquid mirandum 320.c.
Monstrum in medicina quid sit 321.c.
Monstrum quasi monestrum 325.a.
Monstrum vniforme, & multiforme 320.c.
Monstrũ artificiale in genere humano duplex 329.h.
Monstrum capripes quid denotaret 349.c.
Monstrum in Tybri inuentum 367.h. eiusdem icon 368.
Monstrum horribile Cracouiæ natum 372.a. eiusdem icon 373.
Monstrum oculatum vbi natum 376.a.
Monstrũ capite asinino vbi 376.d eiusd. icõ 377
Monstrum ex Betica Regione delatum 378.a.

INDEX.

Monstrum figura mētu'e 387.h. eiusdem icon 82.
Monstrum ninum sepultum 409.h.
Monstrum figura Bacchi 401.h.
Monstrum tribus brach is 480.f. eiusdem icon 490.
Monstrum quatuor brach is 489.g. eiusdem icon 491.
Monstrum bicorpor quod pervenit ad ætatem viridem 615.e. eiusdem icon 620.
Monstrum b corpor unico capite monstroso 610.a eiusdem icon 609.
Monstrum geminatum Bononiæ natum 337. c. 625.f.
Monstrum natum in Agro Pistoriensi 647.g.
Monstrum quadrupes capite humano 573. h. icon 577.
Monstri f. mihominis, & semicanis præsagia 610.d. icon 631.
Mōstri geminati anatome 637 f. 645.c 625 g.
Monstri virilium arietas 424.a b c.d.
Monstri tribus oculis, & quatuor manibus icon 452.
Monstri altero brachiorum mutilati icon 486.
Monstri multis brach is præd i caui æ 491 c d.
Monstri hermaphroditi quatuor brachiis icon 491.
Monstri cum capite Vulpis, Draconis & Aquilæ descriptio 376. a eiusdem icon 375.
Monstri alati retrachati descriptio, & icon 374.
Monstri cornuti, & alati icon 369. eiusdem descriptio 367. h 370 371.
Monstri instar Cacodæmonis descriptio 363. g. eiusdem icon 364.
Monstri marini draconiformis descriptio 355 f. icon 357.
Monstri de nouo 322.h.
Monstri marini icon 27 28.
Monstri Serpentini icon 215.
Monstri acephali icon 403.
Monstri acephali causæ 422.d.
Monstri synonima græca 280.a. differentiæ ex Septalio 316.d. ex Aristotele, & Aucerde 316.e ex Schenckio 317.e. ex Aldrouando 317 f ex Pererio eiidem Acquinoca 319 f. synonima omnia, & etymum 323.f. definitio 311. Natura 312.a. denominata 313.d. epitheta 332.f fundacta 334.a El crog y pasca 347. g. miracula 349. f. Problemata 350.e. morala 36. a Symbola ibidem c. embricata 361 c præsagia 363.c. causæ 390.b. dubitationes 394 c.
Monstra attinent ad animalia, & plantas 1.g.
Monstra inanimatorum 1 h.
Monstra cælestia ibidem. 221.a.
Monstra Niliaca 26 d 351.h icon 354.
Monstra mera quæ 319 g.
Monstra pro mendacijs 319 h.
Monstra speciem non multiplicant 384.b.
Monstra Poetarum qualia 321.f.
Monstra non monstra, sed quasi monstra quæ 322. b.
Monstra propriè dicta 325.c.
Monstra spatium antenatum 327.h.
Monstra artificialia in rebus inanimatis 329.
Monstra artificialia in brutis 329 h.
Monstra artificialia in plantis 325.f.
Monstra naturalia quæ 324.c.
Monstra quæ non sint vera 331.b.
Monstra contingunt in omni genere rerum naturalium 322 d.
Monstra humana cum multis manibus in bicorporibus 648.b.
Monstra cur à natura producta 25 .b.
Monstra cur in vitro viuant, & nata citò pereant 351.d.
Monstra in quo genere animalium sint frequentiora 351 c.
Monstra aquatilia minus nota 351.f.
Monstra an semper aliquid præsagiant 354.g.
Monstra ante bella Brutt, & Cassij 361. f.
Monstra demoniformia quo ratione generentur 376 d.
Monstra trifariam sint diminuta 382. a.
Monstra in quo loco inuenta 389 h.
Monstra diminuta producta 392.d.
Monstra an per accidens generentur 394.d.
Monstra an sint errata natu æ 395.g. 406.a.
Monstra an faciant in mundo nisi 396 b.
Monstra frequentiora vbi 398.c.
Monstra discephala hermaphrodita 403. b. icones 405. 406
Monstra Bononiæ nata 402.b 449 g.
Monstra in serpentibus cur rara 427.c.
Monstra sine oculis 454. a.
Monstra sunt breuis vitæ 492.d.
Monstra sine pedibus 522.a.
Monstra in genere gummaceo multa 549 h.
Monstra Arietum quæ 578.a.
Monstra caudarum 590.c.
Monstra humana bicorpora vnico capite 607. f g.
Monstra bellua bicorpora vnico capite 615. 58 h.
Monstra humana bicorpora capitibus oppositis 615 g. h icones 640. 648 649.
Monstra fabulosa 655.c.
Monstra naturalia quę 654.b.
Monstra bellua geminata 655 f g h.
Monstra plantarum prodigiosa 664.a.
Monstra plantarum quę 665.f g h.
Monstra impropria 664.a.
Monstra humana in partibus inferioribus simplicia, & in superioribus geminata 617.g h.
Monstra bicorpora ex iguoto humanis, & bellunis 640 a.b.c.
Monstra bicorpora triplicia 651.a.
Monstra humana bicorpora varia congruda & congiunata 631. g h.
Monstrorum cur rarę sint abortiones 351. c.
Monstrorum defectus causæ 382. d.
Monstrorum superfluitatis causę ibidem.
Monstrorum diuino 398. a.
Monstrosa statura quę 322.h.

Mon-

INDEX.

Monstrosa animalium simulacra in aere 716. d.
Monstrosa simulacra circa Solem, Lunam, & Stellas 738. c. d.
Monstrosus homo an die nouissima cum tali fœditate sit resurecturus 160. c.
Monstrosus pro turpi 332. d.
Motalia ex partibus humanis 239. h. ex capillis 240. a. b. ex capite ib. c. d. ex fronte 241. e. ex oculis ib. f ex auribus ibidem g. ex dentibus ib. h. ex gingiuis ibidē ex lingua, & labijs ib. ex genis 242. a ex ore ib. ex gutture ib. ex voce 242. c ex collo 243. c. ex corde ib. f. g. ex pectore ib. h. ex mamillis ib. ex dorso 244. a. ex humeris, & brachijs ibidē ex manibus 244. d. ex digitis 245. e. ex stomacho ibidē ex hepate 245. f ex felle ib. ex liene 245 g. ex renibus ib. h. ex vesica 246. a. ex intestinis, & vmbilico ib b. ex genitalibus ib. c. ex fœmoribus ib. d. ex genibus 247. e. ex cruribus ib. ex pedibus 247. f. ex calcaneo ib. g. ex venis ib. h. ex sanguine 248. a. ex bile 248. b. ex pituita ib. ex melancholia ib. c. ex carne ib. d ex adipe ib. ex neruis 249. e. ex ossib. ib. f. ex chartilagine, & cute ib h. ex attributis humanis 250 b. ex spōsis 250. c ex ætatibus ib. d ex infantia 251. e. ex pueritia ib. h. ex amore parentum 252. a. b. c. ex filijs 252. d. ex dominis, & seruis 253. e. f. g. ex rebus non naturalibus 253. h ex cibis 254 a ex potione ib. b c. ex vino ib d ex somno, & vigilia 255. e f ex motu, & quiete ib g. h ex morbis 256 a. ex alopecia 256. b. ex epilepsia ib. c. ex paralysi ibidem d ex phrenesi 257. e ex lethargo 257. f. ex sternutatione ib. ex morbis oculorum 257. g. ex morbis oris ib l. ex angina 258 a. ex anhelitu ib. ex stomacho male aff. cto ib b. ex repletione ib. c. ex alui profluuio ib. d. ex verminatione 259. e. ex podagra ib ex morbis cutis ib. f ex lepra, & hernia ibid. ex febribus 259. h. ex venenis 260. c.
Morbus Britannicus 125. e.
Morbus effœminatus 128. a.
Morbus Virginum 128. c.
Morbus ibidem.
Morbi simplices & compositi 123. e.
Morbi vniuersales 125 f.
Morbi quo remedio omnes curentur 155. h.
Morbi solutæ vnitatis 125 g.
Morborum numerus 123. c.
Morborum signa 131. e.
Morborum differentiæ ibidem.
Mori fructus cur nigri 189 g.
Mortes variæ 223. c.
Moschouitarum mores 102. b.
Moschouitarum crucis lignæ icon 103.
Mosys ætas 69 g
Mosys manus leprosa 231. g.
Mulier quadriennio gestat vtero 50 d.
Mulier quatuor fœtus enixa 51. f.
Mulier sexaginta filios parit ibidem.
Mulier Aegyptia septennos concipit ibidem.
Mulier pariens quando ad cubile est ducenda 60. d.
Mulier in marem per quietem mutata 152. a.
Mulier mortem simulans 149. h.
Mulier grauida cur vt plurimum valetudinaria 159. h.
Mulier cur pondus vertice melius ferat 162. c.
Mulier cur facile irateatur ibidem d.
Mulier cur loquax ibidem.
Mulier modesta viri corona 165. g.
Mulier Thessala quæ 184. a.
Mulier liene carens 81. f.
Mulier in virum 201. g.
Mulier cur monstrum dicatur 359. f.
Mulier monstrosa in emblemate 361. c.
Mulier barbata vbi 446. d.
Mulieris synonima 4 b.
Mulieris nomina hebraica ibidem.
Mulieris nomina græca ibidem. c.
Mulieris Cinnaminiæ icon 20.
Mulieris proceræ prodigium 145. c.
Mulieris selenitidis icon 36.
Mulieris grauidæ percussor qua pœna afficiendus 49 g.
Mulieris multiplici sobole grauidæ icon 52.
Mulieris Iauanæ icon 101.
Mulieris monstrosæ symbolum 360. c.
Mulieris spicas vomentis icon 147.
Mulieris cadauer cur pronū supernatet 162. c.
Mulieris animus 183 h
Mulieris gremio cur non credendum 183. h.
Mulieris conceptionem quid impediat 248. d.
Mulieri cur Sacramentorum administratio inhibeatur 3. f.
Muliere nil peius 183. h.
Mulieres gygantææ 38. c.
Mulieres semel in vita parientes vbi 51. e.
Mulieres nuptæ vbi faciem velant 102. a.
Mulieres inuptæ vbi faciem non velant ibidem.
Mulieres Americanæ mensibus non laborant 128 a.
Mulieres castratæ vbi 132 b.
Mulieres quædam cur salaciores 159 c.
Mulieres cur infœlicis sint ingenij 159. g.
Mulieres in viros mutatæ 210. a. b.
Mulieres mares creditæ 211. g.
Mulieres barba insignes 213. c.
Mulieres eruditæ quæ 215. f.
Mulieres quæ militauerint 317. h.
Mulieres Aegyptiæ cur frequentius monstra pariant 351. c.
Mulieres vehementius imaginantur 445 f.
Mulierum pilositatis icones 17. 18.
Mulierum clinicarum officium 56. a.
Mulierum lenitas 73. c.
Mulierum comparatio ad Pauones ibidem f.
Mulierum vitia peculiaria 119 g. h.
Mulierum morbi quo t 128. a.
Mulierū icones in phrenoschematibus 164. a.
Mulierum vitia taxantur 166. d.
Multiloquium quid præstet 117. g.

INDEX.

Mulus vtriusq; sexus 518.a.
Malos an generet 197.c.
Mumia quæ vox 312.b.
Mumia vera non habetur 312.a.
Mumiæ tinctura qualis 312.d.
Mundi iconismus 195.c.
Muris effigies in simulacro solis 189.c.
Muridi sanguinis virtus 223.c.
Musarum metamorphosis 192.d.
Musculi intercostales quot 79.h.
Musicæ inuentor 289.h.
Mustelæ metamorphosis 200.d.
Mustelæ omen 170.b.
Muti loquuntur 214.a.
Myrrha in arborem sui nominis 202.d.
Myrtilus scuti encomia celebrat 273.c.
Mystica de partibus hominis 223.f. de capillis, & capite ibidem h. de fronte 224.a. de oculis ib.b.c.d. de aure 225.h.226.a.b de naso 226.c.de genis,& facie ib.d.de ore 227.c.f.de lingua ib.h.228.a.b. de pectore ib.c. de corde ib.d.229.c.f. de brachijs 229.g.h. de manib⁹ 230.a.b.c.d.231.c.f.g. de digitis ibidem h. de vnguibus 232.a.de ventre ibidem d.de vmbilico,& vtero ibidem e.de fœmoribus,& genibus,& cruribus 232.d.233.c.de pedibus 233.f.g.h.234.a.b. de calcaneo ibidem c. de ossibus ibidem d 235.c.f.de toto homine 235.g.h.de pueris ibidem. de viro 236.a.b.c. 237.c.f.de homine 238.a.b.c.d.239.c.

N

NAbatheorum mores 97.c.
Naiadū nympharū metamorphos. 199.h.
Nakir morbus 129.c.
Nanus Ducis Caroli de Creqy descriptus 39.f.
Nani quidicantur 38.c. icon 40.
Nani cur malorem penem habeant 162.a.
Nani cur à natura generentur 359.f.
Nani varij 612.c.
Nanorum Illustriss. Cospij descriptio 602. icones 603 604.
Napus monstrosus 708.a.
Narcissus monstrosus 698.b.
Narcissi metamorphosis 188.d.
Nares vnde dictæ 75.h.
Narium morbi 123.h.
Narium næui 129.h.
Narium mystica 226.c.
Nasus simus quid indicet 90.b.
Nasi somnia 150.d.
Nasi moralia 241.c.
Nasi signatura in plantis 307.c.
Nasi symetria 67.f.
Nasicæ 137.g.
Natura hominum 72.a.
Naufragi vbi sacrificati 315.g.
Næui etymon 129.g.
Næui spectant ad physiognomiam 129.h.
Næuorum causæ 130.d.
Nereides quæ 29.h
Neptuni simulacrum 284.a.290.d.
Neptuni equorum origo 355.c.
Neptuni equi quales 355.c.
Neptuni transformationes 195.f.
Nepotis etymon 112.a.
Nerui præcisi non regenerantur 249.c.
Nerui vnde oriantur 48.a 79.f.
Neruorum paria quot ibidem.
Neruorum morbi 123.f.
Neruorum resolutione laborans quomodo liberatus 123.f.
Neruorum moralis doctrina 249.c.
Neruæ qui 237.g.
Neronis mors 222.d.
Nigritarum descriptio 8.a.
Nili inundatio 95.h.
Nili simulacrum 196.c.
Nili inundantis hieroglyphicum 155.c.
Niloscopij icon 96.
Nisi metamorphosis 199.c.
Nobilitas quæ 279.g.
Nobilitatis signum apud Athenienses 279.h.
Noctuæ trani mutatio 186.c.
Noctua cur in simulacro Aesculapij 191.f.
Nomen neutrum an apud hebræos 398.a.
Nothi etymum 111.g.
Nouerca mortua priuignum necat 184.a.
Nouercæ amor in priuignū dicitur monstrum 320.d.
Numerus taciturnitatis symbolū qualis 302.b.
Numerorum varietas ex vario gestu digitorum in statuis 301.h.302.a.b.
Numismata rara quæ 286.a.
Numismata rarissima 286.b.
Numismata cum figuris partium humanarum 280.b.c.d. 281.c.f. cum figuris integris hominum 282.a.b.c.d cum figuris hominum animatorum 283.d. cū figuris equitantium 283.c.f. cum figuris hominum nudorum,& seminudorum 283.g.h.284.a.b.c.cum figuris humanis in curru 284.d.
Nymphæ quæ 29.d.
Nympharum muliebrium etymum 84.b.
Nymphotomia quæ 128.a.

O

OBedientia per aurem denotatur 226.a.
Obesitas vbi damnata 175.f.
Obliuio memoranda 215.h.
Obrippi qui 117.g.
Obstetricis officium 55.h.56.a.
Oculus vnde dictus 76.a.
Oculus mulieris qualis 169.f.
Oculus in mysticis quid denotet 124.b.
Oculus in rebus mundanis quid 224.c.
Oculus corporis qualis.
Oculus comparatur animæ 257.g.
Oculi concaui quid significent 89.h.
Oculi Leonum quales 90.a.
Oculi pupilla in mysticis 224.d.
Oculi cur duo 241.c.
Oculorum partes 79.g.
Oculorum morbi 123.g.
Oculiorum somnia 150.b.
Oculorum visio acuta 213.c.

Ocu-

INDEX.

Oculorum moralis doctrina 241.f.
Oculorum signatura in plantis 307.c.
Oculorum multiplicatio in fœtibus 454.b.c.
Oculorum multorum causa 474.d.
Occiput 75.g.
Occasionis imago 293.h.
Ocymastri descriptio 675.g.
Ocymastri monstrosi icon 677.
Odor an nutriat 5.h.
Officium gratissimum quale 179.g.
Oleum ex cranio ad quid 310.b.
Oleum viuum quid sit 311.g.
Oleum ex fœcibus humanis distillatis 314.c.
Oleum liliorum alborum ad quid 57.a.
Olei augmentum 120.a.
Onocentaurus 30.c.
Onoscelli qui 34.a.
Onoscellis puella 570.c.
Onocrotali natura 271.g.
Operationes rectæ per manum demonstrantur 230.b.
Operationis icon 335.g.
Operationes admirandæ hominis sine manibus 479.h.
Ophogeni 214.d.
Ophiophagi 207.c.
Ophiomachus lacertus 597.c.
Ophthalmica remedia 311.f.
Opiter qui 137.f.
Orchithomi qui 132.c.
Ornithanthropos quod animal, & icon 344.
Orphei iconismus 294.c.
Orphei discessus ad Inferos 201.h.
Orion quæ constellatio 299.c.
Oris mystica 227.c.
Oris moralia 242.a.b.
Orthopnoicorum remedia 314.a.
Os paruum cur homini datum 157.h.
Os duodecim salientum 170.d.
Os morale 257.h.
Ossa Behemoth 235.c.
Ossa in mysticis quid designent 234.c.
Ossa sine medulla 215.c.
Ossa medullis irrigata 235.c.
Ossis tibiæ signatura in plantis 308.d.
Ossium humanorum virtus.
Ossium humanorum oleum 310.d.
Ossium humanorum vsus varius 318.d.
Ossium moralis doctrina 249.f.
Ossium brachij nomina 86.c.
Ossium partium inferiorum nomina 86.d.
Osticuli à natura ferruminati icon 125.
Oticulum, & oscillum 76.b.
Otentum quid 325.h.
Oxyris icon 289.f.
Ouum quid pariat 118.d.
Ouidij Montalbani mentio 416.c.
Ouium monstra 335.h.
Ouum Aegypti natura 549.h.
Ouum gallinæ cum effigie Serpentis 387.
Oua monstrifica 390.a.
Oxima edulia 75.f.

P

PAdi simulacrum 296.c.
Pagodi Chinensis icon 98.
Palestræ inuentor 289.h.
Pandoræ simulacrum 164.a.
Panis pondus quomodo augeatur 120.a.
Panos varia simulacra 291.g.
Papauer cur in simulacro Bacchi 290.d.
Papaueris capita vbi imolata 316.h.
Papaueris varijs vsus 318.a.
Papilla quid sit 77.c.
Paralysis moralia 256.d.
Parasitorum mores 232.b.
Parcarum numerus, officium, & etymū 294.a.
Parentes monstrosi quid præstent 345.f.
Parentum etymum 111.g.
Parentum moralia 552.a.
Pares Franciæ qui 105.g.
Particidia varia 221.h.
Partes hominis externæ 75.a.
Partes genitales virorum 81.h.
Partes in vtero quæ primùm generetur 251.f.
Partes humanæ præcipuæ quæ 239.h.
Partes humanæ vnde sensum, & motum hauriant 240.c.
Partes internæ monstrosæ 659.g.
Partium præcipuarum generatio 45.h.
Partium humanarum officia 141.c.
Parthorum mores 97.f.
Partus decimi sexti mensis 50.d.
Partus mora in vtero 51.c.
Partus decimi mensis qua ratione sit naturalis 51.c.
Partus tempus quale 50.d.
Partus forma naturalis 53.h.
Partus forma non naturalis 55.c.
Partus non naturalis cum manibus ad latera icon 55.
Partus nō naturalis cum manibus supra caput icon 55.
Partus non naturalis tertiæ formæ icon 56.
Partus non naturalis quartæ formæ icon ibidē.
Partus non naturalis quinta icon, & sexta 57.
Parsus periculosus qualis 58.a.
Partus nō naturalis icon septima, & octaua 58.
Partus noni non naturalis, nec non decimi iconcs 59.
Partus non naturalis Geminorum 60.
Partus manu ad exitum porrecta ibidem.
Partus geminus quotuplex 61.
Partus forma ex naturali, & non naturali mixta 60.
Partus non difficilis 61.
Partus naturalis Geminorum ibidem.
Partus decimi tertij non naturalis icon ibidem.
Partus Gemellorum periculosus 62.a.
Partus humani, & omini icon 366.
Partus impeditus 100 d.
Partus duo eamdem sortem incurrētes 117.c.
Partus collo carentes 461.g.
Partus geminus admirandus 634.d.
Paruuli in mysticis 235.h.

INDEX.

Patagones qui 35.c.
Patientiæ simulacrum 164.b.
Patrui etymum 181.b.
Patrueles qui 111.b.
Pauo quadrupes 567.f.
Paupertatis ænygma 174.c.
Paupertas qualis 376.d.
Peccata spinis assimilantur 224.a.
Peccati symbolum 233.c.
Peccatum venale cui assimiletur 260 b.
Peccantis guttur quale 258.a.
Pectoris etymum 79.b.
Pectoris moralia 243.b.
Pectoris membranæ quot 80.a.
Pectoris somnia 151.c.
Pectoris mystica 228.c.
Pediculi pro Tributo vbi 97.g.
Pedes in Deo quales 233.f.
Pedes in Angelis ibidem.
Pedes Animæ ibidem.
Pedes calcecati, & discalceati quid 233.h.
Pedes Apostolorum cur fuerint lauati 234.a.
Pedes magnos cur homo habeat 158.a.
Pedes loco manuum operátes 475.h. 479.c.f.g.
Pedes geminati 495 h.
Pedum prodigia 142 a.
Pedum somnia 151.h.
Pedum moralia 247.f.
Pedum statuarum gestus 302 d.
Pedum vitiata conformatio 519.f.
Pedum multiplicatio in fœtibus humanis 533.c.
Pedum multiplicatio in brutis quadrupedibus 536.c.
Pedum multiplicatio in auibus 549 g.
Pedum animalium maligna cõstitutio 570.a.b.
Pedum monstruosorum causæ 578.a b.573.h.
Pedum multiplicationis & defectus causæ 567. f. g h.
Pelagia quæ 211.g
Penatum icones 293.h.
Penelopes mos 183.g.
Penis etymum 78.a.
Peponis etymum 705.h.
Perdicis metamorphosis 199.f.
Perna quid 78. b.
Pernones cur ita dicti ibidem.
Perpetuitatis hieroglyphicum 157.c.
Persarum mores 97.f.
Persei simulacrum in symbolis 262.b.
Persei constellatio 298.d.
Persianorum ices 97.g.
Pes gubernaculum nauis 176.c.
Pes dexter illimitus 234.a.
Pes superioræ quid significet ibidem.
Pes symbolum voluptatis 234.a.
Pestis præsagium 147.c.
Pestis vbi non fuerit 220.a.
Pestis remedia 312.d.
Petauri qui 137.g.
Pharmacia quæ medicamina comprehendat 331.g.
Phasiani metamorphosis 156.d.
Phasmata quæ 325.h.
Phœbe cur senex 289.g.
Phœbi soror quæ 289.f.
Phi anthyropus nomen æquiuocum 135.f.
Philanthropos herba ibidem.
Philipp. Macedo cur Arimaspis cognatus 18.a.
Philippi Aldrouandi mentio 427 h.
Philosophia qualis 254.c.
Phrenesis moralia 257.c.
Phrenoschemata 163.a.
Phthisin cur homo solus incurrat 260.a.
Physiognomonica 89.a.
Pica morbus 591.h.
Picarum transmutatio 194.b.
Picturæ naturales quæ 673.f.
Pietatis simulacrum 284.d.296.d.
Pilatum qui adorauerint 97.g.
Pilati mors 223 c.
Pincerna 139.c.
Pini metamorphosis 201.h.
Pinguedinis moralia 248.d.
Pinguedinis humanæ præparatio 311.c.
Pinguedinis puerorum virtus 318.b.
Piperis impostura 120.a.
Piscis humana facie 322.c.142.a.
Piscis episcopi descriptio 355.g. icon 358.
Piscis bicipitis icon 428.
Piscium monstrosa capita 427.h.
Pithecusæ insulæ vnde dictæ 207.c.
Pituitæ moralia 248.c.
Planetarum dominij in partes humanas 140.c.
Planetarum mixtio admirabilis 735.f.
Planetarum cognitio in genituris 92.d.
Plantæ iuxta varias partes monstrificæ 675.c.
Plantarum monstra 663.f.
Plantarum simulacra mõstrosa 669.f.
Plantarum vera monstra quæ 675.f.
Plantarum caules monstrosi 680.b.
Platani monstra 666.d.
Platonis simulacrum 270.b.
Plauti qui 137.g.
Plenilunium grauidis nocet 73.g.
Plica morbus 321.c.
Ploti qui 137.g.
Plutonis varij iconismi 294.b.
Podagræ moralia 259.c.
Podagræ remedia 310.a.
Podagrici cur non possint liberari 159.h.
Podicis varia nomina 77.f.
Podicis etymum ibidem.
Poetæ cœci qui 221.c.
Pollex pedis quot habeat ossa 87.c.
Polonorum mores 103.g.
Poma monstrosa 7. 8.d. icones 710.711.
Populus lapideus vbi 303.g.
Populi audaces qui 210.b.
Populi in cursu veloces ibidem.
Populi carpophagi icon 24.
Populi diu viuentes vbi 69.h.
Porcellanica vasa vbi venalia 200 b.
Porcus sex pedibus 543.g.
Porcus biceps vbi natus 416.b.icon 417.

INDEX.

Porci auribus carentes 473.c.
Porcigemiorum icones 617.618.
Porcorum mos in pascendo 275.h.
Porcorum varia monstra 437.e.f.g.
Porcorum monstrosorum variæ icones 438. 439 440 441.
Porrectum quid 225 h.
Portulacæ vius 115 c.
Postuorta apud Romanos 362.d.
Posthumus 137.f.
Potestas quibus non concedenda 177 c.
Pothon Veterum quid 690.c.
Potio medicata quæ 254.b.
Potiones quæ vitandæ 255.c.
Potionum differentiæ 254 b.
Prælia hominum cum bestijs 316.c.
Præsentia ostenditur per oculos 225.c.
Præsagium Gemellorũ in Gallia natorũ 372.c.
Præsagia ex monstris 363.c.f.408.a.
Præsagiendi ratio 379.c.
Priapi simulacra 291.h.
Principes in doctrina morali qua parte denotentur 246.d.
Principes quomodo omnia videant, & sciant 172.b.
Principum statuæ cum oculis auersis 301.c.
Principis statua sine oculis 301.g.
Principij hieroglyphicum 152.d.
Primignus qui 112 a.
Proauus 11 f.
Problemata varia 157.a.
Problemata de capite, & capillis 157.h. de barba ibidem. de memoria 158.a. de pueris 158. b. de senibus 158. c. de congressu humano 158. d. de mulieribus 159. c. de doctrina, & disciplina 159 g. de morbis 159. h. de oculis 160. d. de cibo 161. e. de potu 161. h.
Processus mamillares vbi 79.f.
Prodigium quid 225.h.
Prodigij potionum icon 142.
Prodigij viri Germani icon 143.
Prodigij equitis icon 144.
Prodigij cucularum icon 145.
Prodigij tumoris præter naturam icon 146.
Proditoris hieroglyphicum 156.c.
Promethei fabula 149.g.
Promethei icon cum face 163.h.
Pronomus quis 172.c.
Proserpinæ raptus 193.c.
Proprietas individualis 5.g 73.f.
Prudentia medium tenet 268.d.
Prudentia quomodo generetur 177.h.
Prudentia aliarum virtutum dux 118.a.
Prudentiæ icon 334.b.
Prussiæ, & Luoniæ mores 103.g.
Psoleon quid 78.a.
Psyllorum mores 79.c.
Pubes quid 84.a.
Pudenda fœminarum malè conformata 512. c.d. 513.c.
Pudendorum signatura in plantis 308.b.
Pudendorum somnia 151.h.
Pudendorum varia nomina 78.a.
Pudendorum partes externæ 84.a.
Pudendi muliebris aliæ 84.b.
Pudoris sinus 84.a.
Pudor quando abijciendus 180.a.
Puella onoscelis quæ 43.h.
Puella per decennium ieiuna 148.a.
Puella mortua quid denotet 235.h.
Puellæ pilosæ descriptio 18.a.
Puellæ villosæ icon 579.
Puellæ sine brachijs icon 476.
Puellæ oculis bubulis icon 45.3.
Puellæ manibus, & oculis carentis icon 450. 451.
Puellæ bicipitis icon 404.
Puellæ vbi sacrificabantur 315.g.
Puellarum moralia 252.a.
Puer semestris loquitur 146.a.
Puer dormiens supra cranium humanũ 267.b.
Puer nudus cum pugione in emblemate 268.a.
Puer capite carens 403.d. 402.a.
Puer capite anserino 430.b.
Puer capite arietis 430.b.
Puer capite leonino ibidem.
Puer capite elephantino 430. b. eiusdem icon 431.
Puer capite canino 430 c. icon 432. 367.c.
Puer cum barba natus 446.d.
Puer cũ genitali, & testibus circa caput 449. f.
Puer facie bubonis 467.c.
Puer sine mentula natus 511.c.
Puer cruribus coalitis 370 b.
Puer natus ventre aperto 588.b.
Puer geminatus Florentiæ natus 629.g.
Pueri digitis diminutis icon 502.
Pueri quaternis brachijs, & pedibus icon 491.
Pueri tribus brachijs, & totidem pedibus icon 490.
Pueri vnico brachio, & tribus pedibus nati icon 485.
Pueri facie ranæ icon 468.
Pueri cornibus arietinis icon 460.
Pueri cornuti icon 458.459.
Pueri nati cum cultro in ventre icon 379 Præsagium 380.a.
Pueri, & stulti cur vaticinati dicantur 171.e.
Pueri sapientia præcoci 177.f.
Pueri vbi castrentur 309.f.
Puerorum morbi 178.d.
Puertitiæ moralia 251.h.
Puerperæ vbi in lecto non decumbant 103.h.
Pulchritudo corporis affectata quid sit 1.9.f.
Pulegij virtus 267.h.
Pullastri tripedis icon 558.
Pulliceni quinque digitis in vtroque pede icon 561.
Pulliceni tripidis icon 557.
Pulliceni quadrupedis icon 551.
Pulliceni prodigiosi mystica significatio 619.g
Pulli geminati icones 624.625.
Pullus equinus humano capite 433.f. icon 1.4.
Pulmo ex quibus constet 80.b.

INDEX.

Pulmo quomodo generetur 47.a.
Pulmo cum quinq; lobis ibidem.
Pulmonis signatura il plantis 307.g.
Pupilla duplex 213.c.
Pygmæi vbi visi 38.d.
Pygmæum quis habuerit 39.c.
Pythagoræ dogmata 209.c.
Pythagorica symbola 266 d. 275.b.
Pythitiæ 73.b.
Pyrri syluestris quales fructus 712.b.
Pyrri syluestris monstrosa icon 713.
Pyrrorum differentiæ 712.a.

Q

Quadrimanus & quadrupes puer 367.g.
Quadrupes animal mancum 329.g.
Quadrupes paruæ corporaturæ cur frequentius monstra appareant 351.c.
Quadrupedes bipedes nati 529.f.
Quadrupedes tripedes nati 529.f.g.
Quæstus vbi fiat 180.a.
Quercus metamorphosis 200.a.
Quietis, & motus moralia 255.g.
Quintus Deus qui 208.d.

R

Rabici remedia 314.c.
Radix andromorphos 135.g.icon 136.
Radicis monstrosæ icon 670.671.
Rami monstrosi icon 672.
Rana caudata 593.c.
Rana in vtero mulieris genita 308.d.
Ranarum metamorphosis 196.a.
Ranini fœtus causæ 399.c.
Ranunculi differentiæ 698.a.
Ranunculi flos monstrosus 700.
Rationis sedes vbi 359.f.
Regio quid præsit 182.a.
Reginæ insulæ Floridæ icon 106.
Regina pauci quid sit 549.f.
Regibus quid conueniat 276.b.
Regis sinus Antogli icon 99.
Regis quoniambec icon 108.
Regis Cannibalorum icon 109.
Regum Galliæ & Angliæ virtus 213.h.
Regum triumphantium consuetudo 234.b.
Regnum vbi non sit hæreditarium 105.g.
Religio soli & omni homini conuenit 59.g.
Remedia vnde eliciantur 131.h.
Renum, & vesicæ moralia 245.h.
Renum situs 81.g.
Renum affectorum moralia 258.c.
Renum signatura in plantis 308.a.
Reorum crura cur olim frangerentur 175.h.
Res non naturales quæ 253.h.
Rerum non naturalium moralia 254.a.
Restitutæ reipublicæ simulacrum 283.f.
Rex tragicus qualis 178.d.
Rhetor 138.c.
Rhetorum gestus 134.d.
Rhizophagi populi vbi 57.a.
Risitus quid sit 76.c.
Risus cur facilior in pueris 158.b.
Risus admirandus 315.c.
Ritus lugubris in conuiuijs vbi 95.g.
Robur sine prudentia quid valeat 173.a.
Roboris, & ingenij symbolum 278.a.
Romæ ædificatio 108.d.
Rotis origo 206.a.
Rosæ odor deliquium animi generat 214.b.
Rosæ monstrosæ descriptio 695.c.f.icon 698.
Rosarum differentiæ 695.c.
Rumen quid sit 77.c.
Rutæ odor aliquos fugat 214.b.

S

Sagacitatis hieroglyphicum 154.a.
Sal ex lapillo humano ad quid 314.a.
Salernitanarum mulierum natura 398.d.
Saliua mulieris ad quid 313.g.
Saliuæ vires 313.c 319.c.
Salsamentariorum mores 172.d.
Salutationis ritus 95.c.
Sambucus muscatella 664.d.
Sanctorum pedes quales 233.g.
Sanguis, & anima quod dicatur 176.d.
Sanguinis moralia 248.a.
Sanguinis humani vsus in medicina 311.c.
Sanguinis humani aqua 311.f.oleum 311.g.elixit ibidem sal ibidem puluis ibidem.
Sanguinis humani varij vsus 318.a.
Sanniones qui 76.c.
Sapientis, & insipientis hieroglyphicum 156.b.
Sapientis prærogatiua 270.c.
Sapientis, & stulti exemplum 279.c.
Sapientiæ icon 335.c.
Sardanapalus quam statuam in tumulo habuerit 124.d.
Sardanapali mores 182.a.
Sardanapali simulacrum 276.d.
Sardanapali mors 232.c.
Sargi piscis natura 299.g.
Saturni, & Bacchi metamorphosis 195.g.
Saturni cultus quid 175.g.
Saturni simulacrum quale 287.b.288.a.
Satyri vbi visi 24.a.
Satyri marini qui 26.c.
Satyrorum variæ icones 23.24.25.
Satyrorum species 135.g.
Saxonum mores 103.g.
Saxorum figuræ variæ 329.c.
Scala quatuor entium qualis 112.c.
Scauri qui 137.g.
Sceleti humani simulacrum in symbolis 267.h.
Scelcton infantis diu gestatum in vtero 218.a.
Scelcton humanum coronatum 275.f.
Sciopodes qui 22.d.
Scindi appetitus mirabilis 1.h.
Scilla in sacrificijs à quibus adhibita 728.c.
Scorpius in cerebro genitus 123.f.
Scurra 138.d.
Scutum Principum regionis Cumanæ quale 317.h.
Scytharum mores 102.a.
Sebum quomodo vinctur 120.a.
Securis Tenedia 182.a.
Seculi felicitas 296.d.

Secun-

INDEX.

Secundina quomodo expellatur 313.h.
Segetes in arboribus natæ 148.a.
Semen fœcunditate priuatur 567.g.
Seminis anima quæ 193.c.
Semidei qui habiti 26.a.
Semihomo herba 135.f.
Semiramis in Columbam 189.f.
Semones qui 334.a.
Senis baculus qualis 178.a.
Senes depontani qui ibidem.
Senes vbi honorentur 165.h.
Senes cur non facilè corrigantur 158.e.
Senes cur cibo satiati parum dormiant ibidem.
Senum supercilia cur crescant 154.a.
Senum mutatio in iuuenes 197.f.
Senum prudentia qualis 177.h.
Senum simulacra in symbolis 265.c.
Senectus in Doctrina morali, quibus denotetur 240.a.
Senectus duplex 70.a.
Septicipitis monstri icon 415.
Sepulcra sumptuosa vbi 95.c.
Seraphini cur Dei caput velare dicatur 223.h.
Serici pondus quomodo augeatur 120.a.
Serino quotuplex 303.f.
Sermonis varietas vnde 66.c.
Sermonis hieroglyphica 153.h.155.c.
Serpens cum capite accipitris 349.c.
Serpentis bicipitis icon 427.
Serpentis tricipitis mentio 427.h.
Serpentis cauda compressa icon 593.
Serpentem bipedem mulier peperit 600.a.
Serpentem bos enixa ibidem.
Serpentes in corpore humano geniti 218.b.
Serpentum mutuo se mordentium simulacrum 720.
Seruus à manu 139.g.
Serui vernaculi qui 253.f.
Serui emptitij ibidem.
Serui conductitij ibidem.
Seruorum etymum ibidem.
Seruorum differentiæ ibidem.
Seueritatis hieroglyphicum 154.a.
Sexus abditus quomodo detegatur 120.d.
Sexus ambiguitas in brutis 518.a.
Sexum vtrumq; quis expertus 188.b.
Sibyllæ ætas 207.f.
Sibyllæ statua 305.c.
Siculæ mulieres fœtus bicipites peperetũt 402.f.
Silenij signum in statuis 301.c.
Silentij simulacra 292.d.
Sileni qui 348.d.
Siliones qui 75.h.
Similarum metamorphosis 707.c.
Simones qui 75.h.
Simulacrum ignitorum icones 722.
Sinagoga quomodo significetur 232.a.
Sinciput 85.g.
Sirenes recipiunt alas 193.h.
Sirenes quæ 29.h.
Sirenes in parte inferiori aues 30.a.
Sirenum nomina 193.h.
Sisyphus pumilio 30.c.
Sitis patientes qui 214.d.
Sobrini, & Consobrini qui 11.h.
Sol oriens quomodo denotaretur 280.d.
Sol cur dictus centimanus 149.f.
Solis icon 289.c.
Solis & Lunæ hieroglyphicum 153.g.
Solis radij cur vitentur 161.g.
Solis monstrorum schema 740.
Soles tres quando visi 744.b.
Solstitij hieroglyphicum 156.a.
Somni hieroglyphicum 154.b.
Somnium Galeni 152.c.
Somnia 150.
Somnia vt plurimum cuius sint naturæ 152.c.
Somnus longissimus 221.g.
Somni moralia 255.c.
Somniculosi hieroglyphicum 155.f.
Sordes humanæ ad quid 313.g.
Sorores vndæ dictæ 111.h.
Spadonis etymum 132.c.
Spadonum, & Eunuchorum discrimen 511.c.
Species tertia qualis 445.h.
Spectacula Romanorum quot 316.c.
Spei simulacrum 273.g.
Spermatophagi 75.c.
Spermatis vires 313.c.
Sphynx in quo genere animalium 361.f.
Sphynx triformis pingitur ibidem.
Sphynges simulacra 294.d.
Sphynges megaricæ quæ 348.d.
Sponsi vita qualis 182.c.
Sponsi, & sponsæ moralia 250.c.
Spontam fax accensa præibat 150.a.
Spurij vnde dicti 111.h.
Spurij hieroglyphicum 157.c.
Statuam quis meruerit 303.c.f.g.
Statuæ æneæ intus cauæ ad pusiones sacrificandos 316.a.
Statuæ regionis sinarum icon 304.
Statuæ in antris quæ 300.d.
Statuæ quæ hodie Romæ visuntur 303.g.h.
Statuæ sine manibus quales 301.f.
Statuæ viginti ancillarum 301.g.
Statuæ humanæ è Cœlo cadentes 146.a.
Statuarum cur varij gestus 300.d.
Statuarum cur tanta varietas 300.c.
Statuarius cæcus operatur 213.g.
Staturæ humilis & proceræ causa 606.a.b.
Stellionis metamorphosis 193.f.
Stella corruptibilis quæ 723.h.
Stercoris humani vis medica 314.a.
Stercoris humani aqua 314.c.
Stercora bubula pro lignis 102.a.
Sternutationis moralia 257.f.
Stomachi concoctio quo tempore absoluatur 71.f.
Stomachi partes 81.c.
Stomachi hieroglyphicum 155.h.
Stomachi moralia 245.c.258.a.
Strumarum remedia 311.h.
Struthiopedes qui 12.d.

Saupa

Stupa cur seni assimiletur 178.a.
Stultorum magister quis 179.f.
Stultitiæ genus mirandum 221.g.
Subluuarium ordo 716.a.
Sudor cur potius à capite quam aliunde exeat 160.b.
Sudoris humani virtus 313.g.
Suevorum sacrificia 103.h.
Suffragines quæ partes 78.b.
Suffragiorum ferendorum ratio 176.b.
Sugillationis remedia 313.f.
Suis marini monstrosi descriptio 351.g. icon 353.
Superbiæ hieroglyphicum 154.c.
Superfœtatio quid præstet 661.b.
Supercilium censorium quid 170.c.
Superstitiosi qui 170.c.
Suræ quæ partes 78.b.
Sutura coronalis qua ratione inuestigetur 67.g.
Syluani Dei qui 26.a.
Symbolum Innocentij noni Pontificis maximi 167.c.
Symbolum Hieronymi Columnæ 361. c. Fabij Cunctatoris ibid. Henrici Primi Regis Lusitani ibidem. Fœlicis Salerni Principis ibid.
Symbola cum figura capitis 260.d. cum icone manus 261.c. cum figura brachiorum ibidē g. cum figura cordis ibidem h. cum effigie pedum ibidem . cum simulacro Iuuenum 262.a.b.cum pictura virorum 262. c.d.263. passim cum effigie Herculis 263.b.cum iconibus hominum, & aliorum animantium 264.a b.c.cum iconibus senum,& mulierum 265. e.f.g. cum pluribus hominū simulacris 266.b.c d. 267.e.f.
Symetria partium humani corporis 67.a.
Syringa in arundinem 285.f.
Syrones qui 129.c.

T

Tabellarij mexicani enrsus 217.g.
Tantali pictura 294.c.
Taprobanæ mores 105.g.
Tartarorum mores 102.a.
Tata nomen æquinoctium 76.d.
Taurus pedibus equinis 573.c.
Temerarij vitium 171.c.
Temperamentum hominis 70.a.
Temperamentum ad iustitiam quale 71.f.
Temperamentum hominis ratione regionum 71 c.
Temperamentum temperatum quale 71.c.
Temperamentum ad pondus 71.f.
Temperamentum partium humani corporis 72.a.
Temperamentorum numerus 71.f.
Temperantia quid præstet 117.h.
Tempora hieroglyphicum 157.c.
Temulentia quid agat 119.c.
Terra sine homine quid 238.b.
Terroris simulacrum 297.c.
Testium etymologia 78.a.
Testium defectus,& multiplicatio 511.g.h.
Testudo alata in symbolis 160.d.
Tetis,& Achilles 165.c.
Thales quis 179.c.
Thebanorum statuæ quales 276.c.
Themis Dea quæ 277.f.
Themidis simulacrū cur simulacro Ionis additum 237.g.
Theologia qualis 254.c.
Theologorum veterum mos 397.h.
Thersites quis fuerit 449.c
Thesauri inuentio 318.b.
Thoracis limites 76.d.
Thoracis ossa quot 79.h.
Thoracis partes 80.a.
Thoracis morbi 124.a.
Thracum mores 102.b.
Thuris arbor 190.a.
Tiliæ metamorphosis 200. a.
Tineæ remedia 314.c.
Tithimali etymum 686.c.
Tithimali species ibidem.
Tithimali cupressini monstrosa icon 689.
Tomacula 75.f.
Tomotochia quod remedium 118.c.
Tragopogoni species 686.b.
Tragopogoni monstrosa icon 688.
Tribades quæ mulieres 84.c.
Trichiasis nomen æquinoctium 123.h.
Tricipitium quod 347.g.
Trinitas Ethnicis insinuata 287.g.
Triorchis bestia quæ 348.a.
Triticum cum salina quid præstet 313.g.
Tritanus qui 111.f.
Tritones qui 26.c.
Truncus in homine quid 76.d.
Tubus opticus 730.b.
Tubicen 139.g.
Tumorum differentiæ 116.a.
Tumorum moralia 259.g.
Tunicarum in vtero genitarum figura 45.
Tunicarum mores 102.a.
Turdi furditas 172 b.
Tyberis simulacrum 296.c
Tympanum in aure quid 7.9g.
Tyranni mores 553.c.

V

Vacca octo pedibus nata 539.h.
Vacca serpentem enixa 600.b.
Vacca duos fœtus humanos enixa 600.c.
Vacca imperforata viuit 220.a.
Vaccarum monstra 416.d.433.g.
Vaccij 137.g.
Valetudinis tutela 132.a.
Vari qui 137.g.
Vasa genitalia mulierum 82.a.
Vasa spermatica quæ 81.h.
Venæ Aortæ orificium ostium 80.b.
Venarum moralia 247 h.
Veniæ hieroglyphicum 156.a.
Venenorum differentiæ 260.c.
Venenorum moralia ibidem.

INDEX.

Venenati animalis ictus remedium 314.a.
Ventorum simulacra 295.c.
Ventorum plagæ septentrionalis icon 104.c.
Venter aureus carere cur dicatur 175.f.
Venter animæ qualis 154.d.
Ventres in humano corpore tres 78.d.
Ventris inferioris partes 80.d.
Ventris infimi morbi 124.a.
Ventris mystica 232.a.
Ventris somnia 151.g.
Ventris hieroglyphicum 156.a.
Ventris morborum moralia 258.c.
Ventris prana constitutio 505.h.
Ventris monstrosi causæ 548.b.
Ventriculi regio qualis 91.h.
Venus vnde orta 191.f.
Venus in piscem 193.c.
Venus cur genitrix dicta 286.a.
Venus nefaria an sit causa monstrorum 445.g.
Veneris hieroglyphicum 154.c.
Veneris icon 294.a.
Veneris icon supta testudinem 275.c.
Veneris oestrum quale 84.c.
Venerem cur homo semper appetat 158.d.
Venerem masculam cur solus homo sectetur 158.d.
Verborum vis 314.d.
Veretrum cur sic dictum 78.a.
Veritas in puteum demersa 273.c.
Vermis monstrosi icon 319.
Vermes in capite geniti 123.f.
Verminationis moralia 259.c.
Verpa quid 78.a.
Vertebræ quot 86.c.
Vertumnus Deus 208.c.
Veruex octo cornibus 424.d.
Verruca naturalis quæ 129.h.
Vesica in homine duplex 81.g.
Vesicæ signatura in plantis 308.a.
Vesicæ somnia 151.h.
Vesicæ suillæ pro loculis 170.a.
Vespertilionum metamorphosis 191.e.
Victoria in monetis cusa 282.d.
Victoriæ naualis figura 284.b.
Victoriæ consilio partæ simulacrum 285.c.
Victima humana, quibus Dijs immolata 315. f.g.h.
Vigilias annuas qui passi sint 123.g.
Vigiliæ longissimæ 221.g.
Vigiliæ moralia 255.f.
Vincentij Tanarij mentio 507.g.
Vinum abhorrentes 214.d.
Vini prærogatiuæ 254.d.
Viperam mulier peperit 598.d.
Vir vnde dictus 3.f.
Vir in mysticis quid 235.g.
Vir Dei quis 236.a.
Vir iuxta eor Dei ibidem.
Vir indutus vestibus albis ibidem.
Vir dolorum 236.b.
Vir rixæ ibidem.
Vir dextræ Dei ibidem.
Vir pugnæ ibidem.
Vir equitans equum sanguineum ibidem.
Vir pugnator 236.c.
Vir vnus ex aere fugiens ibidem.
Vir pugnans contra fratrem 236.c.
Vir vnus persequens mille ibidem.
Vir linguosus ibidem.
Vir testiculis auulsis 236.d.
Vir qui non erat vir 237.c.
Viri armati icon in symbolis 261.g.
Viri cataphracti in aere visi 721.c.
Viri Anathoth 237.f.
Viri duo portantes botrum 236.d.
Viri tres ibidem.
Viri quinque 237.c.
Viri fortes sexaginta ibidem.
Viri mille in monte Bethel ibidem.
Viri exercitus ibidem.
Viri virturis ibidem.
Viri diuitiarum 237.f.
Viri Iuda ibidem.
Viri Niniuitæ ibidem.
Viri sanguinum ibidem.
Viri sexaginta apud Athenienses quales 183.
Viri à fœminis animantur 165.h.
Virgilij statua vbi 303.f.
Virgo signum cæleste 299.g.
Virgines vbi immolatæ 315.g.
Virgines vestales ob incestum punitur 147.c.
Virginum flos quid sit 84.d.
Virium robur admirandum 216.b.
Viriplaca Dea quæ 294.a.
Viriporci qui 397.g.
Virtus nutriens quid operetur 444.d.
Virtutes per quas partes humanas figurentur 251.f.
Visio restituta 148.c.
Visio cur varia 160.d.
Vita humana comediæ assimilatur 168.f.
Vita humana instar careeris vnius dei ibidem.
Vita humana theatro assimilatur 166.a.
Vitæ humanæ longitudo 174.d.
Vita gratiæ 254.a.
Vitam qui iterarunt 220.c.
Vitelij patina qualis 73.h.
Vitia hominis 118.a.
Vitium dicitur monstrum 320.b.
Vitricus qui 112.a.
Vitulomonachus monstrum 371.a.
Vitulus humano capite 433.g. icon 435.
Vitulus sex pedibus natus 539.h. icon 541.
Vitulus septem pedibus natus 539.h. icon 542.
Vitulus octo pedibus Bononiæ natus 543.c.
Vituli situs in vtero 525.h.
Vituli bicipitis icones 421.222.423.
Vituli bipedis icon 516.
Vituli bicorporis icon 616.
Vituli bicorporis aliæ icones 656.657.
Viuere, & conuiuere quid 350.d.
Vlcerum differentiæ 126.a.
Vlcerum remedia 310.d.
Vlceris cancerosi præsidium 314.b.

INDEX.

Vlmus monstrosa 666.a.
Vlysses tocios recuperat 207.f.
Vmbilicus vnde dictus 77.c.
Vmbilici somnia 151.g.
Vmbilici moralia 246.b.
Vmbilici mystica 232.b.
Vmbilici humani vius in medicina 310.d.
Vmbilici signatura in plantis 307.h.
Vngariæ mores 103.g.
Vnguentum armarium quale 310.c.
Vngues quales 91.g.
Vnguis adamantinus 231.a.
Vnguium mystica 232.a.
Vniuersium quod appelletur 396.b.
Vola quę 77.h.
Volæ moralia 244.d.
Voluminis Antiquorum icon 94.
Voluptatis veneręæ sedes 245.h.
Voluptatis hieroglyphicum 156.d.
Vomica laborans obitet sanatur 221.f.
Vopiscus qui 137.f.
Vox humana 66.a.
Vox articulata quæ 66.b.
Vocis moralis doctrina 241.d.
Vocis mutationes tot sunt, quot animi 66.b.
Vpupę metamorphosis 196.d.
Vrbani Octaui Pontificis Maximi mętio 539.f.
Vrina puerorum ad quid 214.a-314.a.
Vrina per anum reddita 124.d.
Vrinę maxima copia breui tempore reddita 124.d.
Vrinę potus famem sedat 217.h.
Vrinæ vius in variis 105.g.
Vrinę humanę vis medica 313.h.
Vrinatorum mos 172.a.
Vrna terebrata aquā ferre quid significet 3.g.
Verticarum varia genera 677.g.h.
Vrticę monstrosę icon 679.
Vteri cum orificio exteriori, & vasis adhęrentibus icon 82.
Vteri partes 83.c.
Vteri situs ibidem.
Vteri interuum ostendentis orificium icon 83.
Vteri partes compositæ 84.a.
Vteri icon cum fœtu intus sito 85.
Vteri etymologia 86.b.
Vteri sectio sine vitæ diserimine 132.d.
Vteri mystica 232.c.
Vteri signatura in plantis 308.a.
Vteri angustia quotuplex 474.d.
Vterus an habeat cellas 382.b.
Vterus lapideus in muliere 218.a.
Vtilitatis hieroglyphicum 154.b.
Vulcani artificium 189.h.
Vulcani imago qualis 293.g.
Vulnerati sagitta casus pulcherrimus 125.g.
Vultus etymum 76.c.
Vultus monstrosi causæ 461.f.
Vulua vnde dicta 78.a.
Vuæ monstrosæ icon 668.
Vxor improba quid præstet 149.h.
Vxor an ducenda 167.e.
Vxoris conditio 283.g.
Vxores viuæ cum defunctis maritis sepultæ 102.b.

Z

ZOdiaci signa 141.c.
Zodiaci signorum facies 300.a.

FINIS.

Menda sic emenda.

Pag.1 g delireare l. delineare. pag. 5 f. exeruntor l. exercebor. pag 8. in marg occulorum l. oculorum. pag. 15 effigiar Lesfigiata ibid. connalle l connalle pag 19 e. Cinnamij l. Cinamuj. ibid. in margine Papiæ Cinamij l popoli Cinamuj pag 22. illesi l illæsi ibid in margine armatur l. armorum pag 39 e. vmbelicum l. vmbilicum pag. 40. h. Syrenes l. sirenes. pag 51. in margine Cosmographus l Cosmographus pag. 52 d magnetudinis l magnitudinis. ibid. quem magnitudinem l. qui magnitudinem pag 58 d Pygmeos l. Pygmæos pag. 54 e septenis l septennis. pag 58 a Ægiphi l. Ægipij. pag. 5 . h Germagnia l. Germania. pag. 61 g Guglielmum l. Gulielmum ibid Szaro l. Saxo. pag 50 in margine periculisssimus l. periculosissimus pag 70 b quam lexiæ l. quasi lexiæ. pag. 72 a. medula l medulla. pag 72. c. Achilis l. Achillis pag 74 a velcerentur l velcuntur pag 81 e pyloron l pylorus. pag 82 in margine Tribades mulier l. Tribades mulieres pag 97. in margine ryophagi l rhyophagi. ibidem Mexicanus l. Mexicanus pag 101 a. exficcant l. exiccatis pag 103 e ncedit l incedit. ibid enique tum l enique tu pag 113 h vestimentorum cultum l. ob vestimentorum cultum. pag. 121. b crepidos l. crepidas. pag 123 g lugophthalmia l lagophthalmia. pag. 126 a refeccauit l refecauit pag 129 g femiliter in marg physionomiam l physiognomiam pag 135 g. Saxonum l. Saxorum. pag. 137 f. Aggripa l Agrippa pag. 47 crassara l grassara pag 156 item in margine Hippocrita l hypocrita pag. 160 d. Physiognonomis l Physiognomis pag 170 a Syrenarum l Sirenarum pag 170. d in margine Agua l ad agua. pag. 185. d. misericordiæ l misericordia pag 186 a. Phætontis l Phaetontis. pag. 187. h his l is pag. 193. h Syrenes l Sirenes. pag. 195 g. Deolida l Dooida pag. 206 a Igitur l. legitur. ibidem perficilli l perficilli. pag. 234 d. geminantia l. germinantia. a. pag 241 e. physionomiæ l physiognomiæ pag 249 f. in margine ossa Lothum. pag. 252 d referebatur l præferebantur. pag. 261 f epar l. hepar. pag. 269 f. embla l. emblema. pag. 269 h. in versu ipse l. ipse. pag. 270. a. pungitur l pugitur. pag. 274 d. in margine Alchili l. Aeschili. pag. 274 d. in versu draque l. duraque pag. 289 g. ostendiur l ostenditur. pag. 299 e. in marg. Adromeda l. Andromeda. pag. 313. e. affignat l. affignant pag 315. h. Lacundæ l Lavendæ. pag. 315 g. in marg. filii sacrificant l. vbi sacrificantur. pag. 320 c. Phætontis l. Phaetontis. pag 327 æ encæ l. æneæ. pag. 349 g. egro l. ægro. pag. 380 a. ifla l iuflu pag 392 d partiantur l. patiantur pag . 24 d. Septicipitem l. Sepiceps. pag 425. polycoras l. polyceros. pag 441 h. in marg. Bacci l. Bacchi pag 403 Bracchi l. Bacchi. pag. 474 c. fe l fed. pag. 475 f. Tygres vifos. l. Tigres vifas ibid milles l. miles. pag. 479 c paruitus l. perotus. pag. 519 g Fiorelio l. Fiorello pag. 543 h. & 544. Aeluragano l. Aelurogono. pag. 578 d. in marg fgrus l. fœtus. pag. 601 g. fed flaturam l. led de flaturæ ibid infolitam l. infolitæ pag 669 c. in marg. monstrofas l. monstrosa pag. 673 g in marg fgni l ligni. pag. 717. duo l. duæ.

PARALIPOMENA

ACCVRATISSMA HISTORIAE OMNIVM ANIMALIVM.

Quæ in Voluminibus Aldrouandi desiderantur.

BARTHOLOMÆVS AMBROSINVS

in Patrio Bononiensi Archigymnasio
Simpl. Med. Professor Ordinarius,

Musæi Illustriss. Senatus Bonon. necnon Horti publ.
Præfectus summo labore collegit.

MARCVS ANTONIVS BERNIA BIBLIOPOLA BONONIENSIS
propriis sumptibus in lucem edidit.

BONONIÆ, Typis Nicolai Tebaldini 1642.
Superiorum Permissu.

ILLVSTRISSIMIS

BONONIENSIS REIPVBL. SENATORIBVS

Bartholomæus Ambrosinus F.

NUNQVAM posßum, Illuſtriſs. Senatores, inter illa veſtræ benignitatis, & beneficentiæ argumenta, quibus quotidie veſtros Ciues, & præſertim Miniſtros proſequimini, illud poſtremo loco reponere, dum me omnium minimè peritum non modò cuſtodiæ veſtri Muſei bauuarequaxiu deſignaſtis, ſed etiam mihi tot, tantorumq; operum condendorum, & perficiendorum curam demandaſtis. Quod poſtea munus pro viribus exercendum aggreſſus, quàm vigili ſtudio, & quanta ſedulitate præſtiterim, interdiù, noctuque huic inuigilans meſſi, narrare non eſt opportunum: quia nunquam talem virium mearum imbecillium ſolicitudinem in hoc opere conſumere poſſum, quin ſemper maiorem Illuſtriſſima tantorum Patrũ humanitas non mereat. Sed animus meus hoc identidem verſiculo recreatur.

Si deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas.

Itaq; hoc tantùm annuo, quòd nudius tertius in veſtro dũ verſarer Muſæo, vaſtum hiſtoriæ omniũ animantium intuens pelagus, multas Icones omiſſas, hiſtoriiſq; minimè inſertas animaduerti. Quarè id admiratus, tum ne perpetuis obruerentur tenebris, tum vt vobis in obſequioſos pergratis morem gererem: iuxta illud Virgilianum.

Et benè apud memores veteris ſtat gratia facti. Li. 4. Aen. verſ. 519.

Ex Iconibus collectis hæc Paralipomena historiæ cunctorum animalium accuratissima, ab omnibus studiosis expetita concinnaui, & eadem Vestro Nomini, quasi Numini obtuli: nec immeritò: sic enim Vestrum campum, quem olim mihi dedistis excolendum, nunc Vepribus expurgatum, semitis reclusum, & multis lucubrationibus cultum restituo, seu potius floret in hoc fertili, & ameno lectos agro quasi in fasciculum compositos Vobis olfaciendos reuerenter porrigo. Pergite Vos Vestro patrocinio me fouere, quem olim ad hoc munus obeundum tanto susceptis ardore Valete, & felices viuite.
Bononiæ Cal. Decembris M. DC. XXXXI.

PARALIPOMENA ORNITHOLOGIAE

OLIM Ornitologia ab Eruditiſſimo viro Vlyſſe Aldrouãdo in tres partes fuit diſtributa, in quarum prima aues rapaces, tam diurnæ, quàm nocturnæ recenſebantur; in ſecunda, præter aues graniuoras, nempe gallinacea genera, columbas, pauones, phaſianos, ſimileſq; alias, illę etiam, quæ vermibus vitam ſuſtentant, necnon pamphagæ numerabantur: in tertia demum quotquot aues in aquis ſe mergunt, vt anſeres, & anates, & quæcirca aquas, pabuli gratia, ſemper verſantur, vt Ardeæ, & cæteræ huius generis, collocabantur. Nos in præſentia, hoc ſeruato ordine, pauca addemus, quæ partim ob multitudinem iconum, quæ in Muſæo olim Aldrouandi, & nunc Illuſtriſſimi ſenatus Bononienſis ſeruantur, partim quia, maturius Author non obſeruauerat, typis non fuerunt mandata. *Pamphagæ aues.*

Primitùs proponimus ſpectandum, & conſiderandum Lectori vnguem alicuius auis rapacis, qui in muſæo adhuc diaphanus conſpicitur. Hanc enim iconem Lector contemplabitur, num ad diurnas, vel nocturnas aues huius generis ſpectare poſſit. *Aues rapaces nocturnæ, & diurnæ.*

Sin hic vnguis ad rapaces aues diurnas attineat, aliam, atq; aliam iconem ad nocturnas pertinentem exhibemus: namq; figuram Periophthalmij noctuæ, ſiue Vlulæ, necnon ouum habebit Lector, & meditabitur.


Vnguis rapacis Auis.



Periophthalmion Noctuæ.



Ouum Noctuæ.



Nolumus prętermittere iconē Accipitris capite,& cauda nigri,cęteris verò albi, si tamen hoc animal in rerum natura versatur de quo valdè dubitamus,quandoquidem hæc icon obseruata fuit in tabula Rembi supra caput Apollinis effigiata,in qua tabula multæ aliæ aues monstrificæ fuerunt delineatæ, vt in Historia monstrorum explicauimus.

Accipiter capite, & cauda niger.



A

DE AQVILIS.

REpulchrum, & regium Aquilæ genus corona, vel crista nigra redimitum per Indiam vagatur, quod Incolæ Yzquauhtli nuncupant, rostro circa radicem luteo, deinceps nigro, pedibus pallidis, unguibus nigris, cruribus, & ventre ex colore nigro, & candido permixtis, collo fuluo, dorso, & cauda nigris, atq; fuscis. Hæc Aquila magnitudine vulgarem æquat Arietem, magna audacia, & ferocia est prædita, itaut homines, cicur etiam facta, leui de causa adoriatur: miteſcit tamen, & aucupio, instar aliorum Accipitrum, quorum videtur species, famulatur.

Aquila ad aucupium.

Aquilæ albæ, præter memoratas à Doctissimo Aldrouando, vagantur per montes vltra regnum Malabar, per mille milliaria ad regnum Morsili, quod nemini est tributarium, & serpentibus in conuallibus illis versantibus vescuntur. His Incolæ in venatione gemmarum, & præcipuè Adamantum vtuntur: cum in montibus huius regni multi Adamantes generentur. Ideirco post pluuias multi homines egrediuntur ad riuos aquarum de montibus descendentes, & in arena aliquos inueniunt adamantes. Sed quoniam plurimi ad conualles inaccessas ab vndis conuehuntur, æstiuo tempore homines ascendunt montes, & in illas valles proijciunt recentium frusta carnium, Aquilis albis aspicientibus, quæ postea ab ipsis in montes sublata nonnullos adhærentes habent Adamantes. Aduertunt igitur, quò aues sublatam portent carnem, & accurrentes strepitu Aquilas abigunt, & lapillos carni adhærentes colligunt. Sin Aquilæ proiectam carnem in conuallibus comederint, obseruant diligenter locum, in quo noctu Aquilæ dormiant, & mane ab excrementis lapillos eliciunt, si quos vnà cum carne deuorauerint.

B

Venatio adamantũ per aquilas.

C

DE AVRIS, SIVE AVIBVS Ventorum

AVIS est quædam apud Indos, quæ nomen aduersus quamuis auræ violentiam, & ventorum impetum meruit. In locis maritimis vocatur Zamuro, Peruanis Suyunu, Mexicanis Tropiloti; Coruini videtur generis, & magnitudine ad Aquilam accedit, colore est nigro, vngue adunco, & atro, crure fusco, rostro instar Psittaci, fronte depili, & cute pilicatili obtecta, necnon raris, & nigris pilis circumuallata; Morticina carne, stercore humano, & alijs sordibus vescitur.

Corui genus

D

In arboribus, & rupibus huiusmodi aues pernoctant, sed mane ad ciuitates aduolant, & à locis eminentioribus diligenter intuentur plateas, vt quicquid immundum, & exangue in escam sumant. Perspicaces enim sunt, præpetes, & mirifice ntij, neq; enim vociferantur, neq; canunt, sed quoddam leue murmur edunt. Hernandus author est ignotæ esse originis, cum locus, vbi nidulentur, & sobolem alant, ignoretur: tamen in singulis nouæ Hispaniæ angulis sunt frequentissimæ. Nihilominus Acosta scribit eorum pullos esse albos, & adolescentes coruinam nigredinem adipisci, & odoris esse ingrati. Cinis pennarum ortum pilorum coercet. Caro estur ad morbum gallicum expugnandum; stercus hausum in aliquo liquore, melancholicis confert, & cor Sole exiccatum suauissimum spirat odorem. Quocirca huiusmodi aues in aliquibus Prouincijs, lege lata pœna, non interimuntur.

Vsus in medicina, & alijs.

Aues ventorum.

Alia auis est Cozcacoauhtli ab Indis vocata, & regina Aurarum, scilicet earum esse perhibetur, quas Mexicani Auras, nempe Ventorum Aues nominant. Mexicanę

E canæ Prouinciæ est indigena, hancq; nomenclaturam sibi vindicauit; quoniam magna vi resistens ventis, ijsdem sedibus perstet immobilis. Magnitudine Gneſias adæquat Aquilas. Totum corpus, præter collum, & pectus, ex nigro purpurascit. Alæ subtus circa exortum nigræ, cætera cinerea, desuper verò mixtim fuluæ, nigræ, & nonnihil ad purpureum colorem tendentes. Crura rubra sunt, vngues vnci, rostri extremitas Psitacorum æmula, alba, cætera rubicundo colore infecta: narium foramen est amplum, oculi nigri, iris fulua, rubræ palpebræ. Frons sanguineo est perfusa colore, rugis plicatilibus exornata quas instar galli pauonis aliquando explicat, cum pilis quibusdam raris, & nigris. Cauda est Aquilæ inferne cinerea, foris autem nigra. Vescitur, & ipsa morticinis carnibus, & stercore humano, deinde anguibus, lacertis, & muribus, quibus in dies insidiatur. Indi plumas huius auis vlceribus admouent, & carnes elixas, perdurante hoc affectu, necnon in profligandalue gallica fæliciter vsurpant. *Vſus in medicina.*

F

DE AVIBVS PSITACO congeneribus.

EX Moluccanis insulis quædam auis Noyra nuncupata in Indiam defertur, quæ Psitaci faciem aprimè exprimit, & cantum etiam imitatur, nisi quòd pennis rubicundioribus est vestita, & caro pretio venditur. Præterea hoc peculiare sibi vindicat, quòd altorum suorum capita, aures, nares, & vultum, lingua studiosè, more Canum, detergit; itaut his gesticulationibus Dominis suis non parum oblectationis afferat. Præterquamquòd vario, & amæno pennarum colore alios Psitacos longè superat.

G In Chiappa quoq; aues quædam, Accipitres fluuiatiles nominatę versantur, monstrosæ quodammodo pedibus videntur: cum horum alterum anserinum, & alterum aquilinum habeant: etenim dum altero innatant, altero prædam rapiunt. *Accipitres fluuiatiles.*

DE PICIS.

QVædam auis à fedando, & dissipando capitis dolore Picus salutifer fuit appellata, merula est maior, rostro longo, & nigro, sed inferna parte breuiori, vertice, & toto ferè collo desuper rubicundo, infernis partibus prorsus cinereis, alis autem, & dorso nigris, sed albis lineis transuersis variatis. Frequentat agros prouinciæ Totonacapæ, & ad Pici genera referri creditur; cum arbores rostro perforet. *Picus ſalutifer.*

H Plumæ capitis rubescentes applicatæ, capitis dolorem leuare feruntur: siue id à signatura retulerint, cum in vertice capitis huius auis emineant, siue quia experimento id comprehenderint.

Est ibi alia species huius auis, quæ Picus imbrifœtus indigitatur lingua vernacula Quatotoni, magnitudine Vpupam aequat, nigro, fuscoq; colore variatur. Rostrum, quo arbores cauat, tres digitos est longum, firmum, & candens, sed infernè breuius. Caput est paruum, plumisq; rubris contectum, & decoratum crista rubicunda tres vncias longa, & in superna parte nigra. Ab alterutro colli latere fascia nigra ad pectus vsq; descendit. Pedes, & crura sunt liuida. Non longè à mari australi degit, in excelsis arboribus nidificat, cicadis, & vermibus victitat, & tempore imbrium in prolem incumbit, vnde nomen sibi comparauit. *Picus imbrifœtus.*

DE

A

DE NOCTVIS, ET VESPERTILIONIBVS.

NOctua canora est, Chicoatli apud Indos vocata, quæ magnitudine nostratem æquat, rostro est longo, tenui, & pullo, necnon tænijs iuxta vtrumq; oculum luteis, & obliquis. Inferiora corporis pallida sunt, nigris quibusdam plumis circa collum intersertis. Nigri ei sunt oculi, iride lutea. Cætera ex fuluo, fusco, & cinereo permixta sunt, monstrosa colit loca, & in vimineam coniecta caueam non mediocriter garrit, vnde nomenclaturam acquisiuit. Facili alitur negocio: quia pane, vermibus, & alijs huiusmodi rebus vescitur. Calidis, & frigidis regionibus comprehenditur, & non insuæ præbet alimentum. Nonnulli à Noctua vulgari Chiaquatotol appellant, quoniam illa non minus sit auguralis.

Vsus in cibis.

B

Vespertiliones occidentales grandes sunt, itaut horum nonnulli pedalem longitudinem superent, duris, & longiusculis pilis prædíti, color est diuersus: nam quibusdam ex fuuo est cinereus, aliorum est magis fuscus, & nonnullorum spadiceus. Alarum partes corpori proximiores pilis sunt tectæ rarioribus, earumq; supina pars magis, quàm prona. Sunt autem alæ sesquipedalis longitudinis, & latitudinis octo vnciarum: quamuis in aliquibus sint breuiores, & angustiores, sicuti vicissim in alijs latiores, & longiores. Color alarum ex fusco est cinereus, summa singularum alarum pars officulum duas vncias longum continet, in acutum, & curuum vnguem desinens, quo arboribus adhærent; similiter ab extrema ala vnguis minor, & vix eminens pendet.

Vespertiliionum descriptio.

Duas habent aures sed paruas in comparatione ad magnitudinẽ, & crassitiem capitis, extima parte angustas, & in mucronem desinentes. Rictus nonnullorum obtusus, quasi rictus felis obseruatur, aliorum verò oblongius, & ad vulpeculæ rictum accedens.

C

Demum in superna mandibula vtrinq; seni, & in inferna septeni sunt dentes, quorum anteriores cæteris sunt longiores, & candidi. Crurá binas vncias longa, pedes parui, & semiunciales, qui in quinq; digitos binis articulis integratos distribuuntur, quorum singuli in magnos firmos, acutos, curuos, & nigros vngues desinunt, ijs similes, qui membranaceis alis ineſſe retulimus, quibus de arboribus se suspendunt.

Gomara, in sua generali Historia, horum animalium magnitudinem prędicat, sed eorum faciem non describit, solum addit esse animantes admodum mordaces, morsumq; esse valdè nocuum, qui ablutione aquæ marinæ, & adustione curatur. Deinde paulo inferius ad rem, non iniucundam narrat historiam. Accidit, inquit ipse, vt in Prouincia Chiribichi, famulus monachorum Dominicanorum in Cœnobio, cui nomen Sanctæ fidei, pleuritide corriperetur, sed vena, ad tollendum morbũ à Chirurgo minimè deprehensa, ægrotus deploratus relinquebatur, interim sequenti nocte Vespertilio ægroti decumbentis pedem nudum inueniens circa venã momordit, & sanguine satur, aperto vulnere discessit; ideoq; tantùm sanguinis effluxit, vt patiens à morbo liberaretur, non sine magna monachorum admiratione: vnde pro miraculo id prędicare solebant.

Cap. 61.

Cap. 80.

D


Casus pleuritidis.

In Plaga Orientali viuunt etiam Vespertiliones immensæ ferèmolis, quoniam magnitudine gallinas æquare perhibentur, quorum caro palato est grata, & iucunda: sunt tamen fructibus admodum infesti, propterea noctu agros custodire oportet, & hęc de Auibus ad primum ornithologiæ tomum attinentibus dicta sint.


DE

DE GALLINIS, ET VROGALLIS.

GAllinarum, in Regione Mozambicha, caro atra est; immò pennæ, carnes, & ossa ita nigricant, vt si coquantur, in atramento elixę esse videantur: nihilominus sapidissimę sunt, & reliquis longè meliores creduntur. Icones gallinarum indicarum habētur in secundo tomo Ornithologię hic autem damus Iconem oui gallinę Indicę vt lector discrimen inter hoc, & ouum gallinę nostratis meditari possit.




Ouum Gallinæ Indicæ.



Amplius

Icones variæ ouorum Gallinæ.



Amplius addantur icones omissę varietatis ouorum gallinæ quę monstrificam quodammodo naturam referunt veluti in hac tabella conspicitur.

1. Ouum gallinę rotundum instar pilę.
2. Ouum aliud gallinę parvum rotundum cortice durissimo.
3. Ouum gallinę magnitudine oui columbini.
4. Ouum gallinę monstrificum, nempe vndosum, & rugosum.
5. Ouum gallinę monstrosum nempe figura cucurbitę perticalis.

Cęterum ova delineata sub numero sexto & septimo sunt aliorum animalium siquidem sub numero sexto repręsentatur figura oui Testudinis terrestris, & sub numero septimo effigies oui Noctuæ quę ambo in eadem tabella erant incisa.

Prędictis addimus iconem alterius oui gallinę magis monstrosi; quando quidem collum instar phialę habet.

Ouum gallinæ cum collo instar phialæ.



De Vrogallo postea tam maiori, quam minori in secundo Ornithologię tomo fusius egit Vlysses Aldrouandus, quos Tetraonem maiorem, & minorem appellauit. Verum Olaus, Magnus, pręter memoratos, alios Vrogallos minores in septentrio-

Vrogalli minores Septentrionales.



E ne, nimirum in Noruegia, & regionibus finitimis, degere scripsit, qui sub niue duos aut tres menses, absq; cibo latibulantur, fortassis eo modo, qui pingitur in superiori icone: ideoq; tunc à Venatoribus facilè capiuntur.

Hos igitur si attente Lector meditabitur proculdubio discrepare ab illis asseuerabit quos Clarissimus Aldrouandus loco citato delineauit.

Hę autem aues, iuxta sententiam Ornithologi, non erunt absimiles illis, de quibus in libro mirabilium Aristoteli adscripto, hæc habentur. In Ponto per hyemem quædam aues reperiuntur, quę neq; excernunt, nec, si pennæ euellantur, sentiunt, nec etiam si uero transfigantur, sed tantummodò quandò ab igne incaluerint, & quamuis aliqui id sibi persuadere nequeant: attamen quando inferius de auicula epilepsię uerba fient, & illius propietates narrabũtur, proculdubio id etiam credẽt. *Aues hyeme uelut mortuæ.*

F

DE AVIBVS INDICIS PHASIANIS nuncupatis,

AVis montana Tepetototl ab Hispanis indigenis Phasianus nuncupatur, est magnitudine Anseris colore nigro, & splendenti, plumis nõnullis infernè candicantibus circa caudam, & in postremis alis cruribus, & pedibus cinereis, rostro curuo, partim cinereo, partim luteo, & circa radicem veluti tumente, crista plicatili, & oculis nigris, frugibus frumentaceis, seu in massam, seu in panem coctis, alijsq; similibus edulijs uescitur. Caro est edilis, & palato grata. Auis postea, est valdè familiaris, & hominum amica: propterea sępè domesticorum pallium rostro apprehendens cibum exigit, & ianuam domus clausam rostro similiter pulsat, hominemq; sequitur, si ei liber detur aditus, & domum repetentem blanditijs excipit. Hinc Lector colligerè debet, quod adulatio, & societas canũ hanc auẽ minime superat. *Auis blandiens more canum.*

G

Non dissimiles aues habet Tartarja, quas uocant Seyserach, magnitudine, & pennis Phasianum æmulantes, & in planitie quadam monga nuncupata uersantes. Sed quoniam in loco non procul hinc Ciba appellato, militum agmina ad custodiam residunt, ut quorumcumq; hostium impediant transitum, quando huiusmodi aues aduolantes, & unica facta ueluti acie, fugientes obseruant, inimicorum aduentum intelligunt, & illico ad arma, & ad tutelam se accingunt. *Aues hostẽ indicantes.*

DE PERDICIBVS.

H

PEgunt Perdices tam magnæ in insula Sanctæ Helenæ, ut crassitudinẽ Gallinæ adæquent, coloris sunt cinerei, & adeo cicures, ut homines sibi appropinquantes intueantur, nec facilè auolent. Magna frequentia foueis conduntur, ut quandoq; uiginti, & plures in una tantùm crypta latibulentur.

DE COTVRNICIBVS INDICIS.

Differentiæ

VNt huiusmodi aues nostris Coturnicibus quodammodo similes; quamuis ad genus Perdicum potius sint referendæ. Multa genera apud nouos Hispanos reperiuntur. Nonnulla sunt fusca, & cristata, quæ Quauhtzonecolin appellant, mediocris magnitudinis: alia fusca, sed cristarum expertia, & paulò minora: alia omnium maxima, & fulua, sed capite albo, & nigro colore variato, extremis autem alis, & dorso albicantibus. Pedes, & rostrum nigra sunt, omnia tamen genera homini optimo sunt alimento, & gulæ gratificantur, dummodo per triduum iugulentur, antequam mensis apponantur. Immò harum auium carnem ægrotis, & valetudinarijs exhibent, neq; Indi habent aliam carnem, quæ post carnem cohortalium huic præferri possit. Canunt more postratium, quamuis aliæ alijs suauius, in vimineis carceribus includuntur, & frumento indico, & nostrate aluntur.

Vsus carnis

Alia auis Coyolcozque nuncupata est species Coturnicis mexicanæ, quæ nostratibus magnitudine, cantu, nutrimento, volatu, & moribus assimilatur, diuerso tamen est colore prædita, nam supernè color est ex fuluo, candidoq; permixtus, infernè autem tantummodò fuluus. Præterquamquod verticem, & collum nigræ, albęq; plumæ occupant. Oculi sunt nigri, & crura fulua. Indigena est auis, & alimento nostratibus communi victitat.

Alia species

Est alia species Acolin dicta Sturno magnitudine similis, cruribus, pedibusq; ex viridi palescentibus, & in quatuor longos digitos diuisis. Rostrum est luteum, & longiusculum pro corporis proportione, necnon tenue, & mucronatum. Oculi nigri iride fulua cincti, corpore tamen paruo. Inferna corporis alba sunt, lateribus fusco colore maculatis. Superna verò, & cauda breuiuscula, fulua sunt, sed maculis nigricantibus distincta, & candidis lineis quascumq; pennas ambientibus. Indigena est auis Mexicani lacus, quia muscis, & paruis animalibus circa aquam volitantibus vesci solet.

DE PTEROPHÆNICO INDIÆ.

Auis Comendadora qua.

AVis quædam alarum nota insignis vocata Acolchichi, propter humeros rubicundos honorificum apud Hispanos nomen meruit: quandoquidem aues huius generis Comendadoras indigitant; cum insignia equitum militarium circa latus rubore fulgentia æmulentur. Staurnis magnitudine, colore, & forma sunt æquales, & cum illis vbicumq; versantur; quamuis humeri primò fului appareant ad rubedinem tendentes; deinde tractu temporis, & ætatis, talis rubor in fuluum prorsus colorem degenerat. In caueis interdum seruantur; nam le pidè garriunt, & voces humanas imitantur, etiamsi liberè per domos incedere permittantur; qualibet re sed potissimum pane, & frumento indico nutriuntur, in Regionibus calidis, & frigidis inueniuntur, in arboribus non procul ab hominum commertio nidificant, & fata in quibus fortè consederunt, depopulantur. Tandem horum animalium caro non insuauem, & minimè gratum succum præbet.

Mores, & vsus.

E

DE TVRTVRIBVS INDICIS.

TVrtur indica, siue Cocotzin passere nostro paulò est maior, cuius vniuersum corpus superne est fuscum, plumis tamen singulis ambiente nigro colore. Alarum partes anteriores partim sunt nigræ, sed pro maiori parte fulueſcunt. Cauda extrema albo, & fusco colore promiscuè referta est. Plumæ infernum tegentes corpus sunt albæ, sed lineis atrofuscis terminantur. Infernæ alarum partes fuluæ, cinereæ, & nigræ. Caput paruum est, rostrum paruum, & nigrum, collum breue, crura rubentia, & demum vngues fusci, & parui.

F Apud Mexicanos ab alarum colore, & strepitu, apud Hispanos, quia has aues Turtures vocant, à murmure, sapore, & nutrimento nomen sortiuntur: quamuis nostris Turturibus longè sint minores. Versantur potissimum in montibus, & etiã iuxta oppida, & Mexicani agri sunt alumnæ. Referunt autem harum carnem, si mulieri insciæ in edulijs permisceatur, Zelotypiæ mederi. *Nomen vnde sumptum*

Præterea est aliud genus prædictæ auis prorsus simile, sed fuluo, & nigro corpore, capite autem cinereo. Sunt qui Tlapalcocotli ob fuluum colorem indigitent. *Aliud genus.*

DE AVIBVS PARVIS INDIÆ.

G HAec auis florida Xochitototl nuncupata plumis multicolor: pallet enim, nigrescit, candet, partim quoq; est fusca, & vbiq; incola. Passerem magnitudine, & forma fere æmulatur. Vermiculis, & exiguis seminibus vescitur, ex arborum ramis nidum suspendit, ibiq; ouis incubat; amæna est auri, & palato, quoniam canora est, & gulæ mirandum in modum gratificatur.

Fortassis hæc eadem, vel non multùm in moribus discrepabit ab auibus Chagrinis, quæ instinctu naturali ductæ pensiles nidos miro artificio struunt, vt à latrocinio Simiorum securæ sint, qui circa fluuium Chagren frequentes sunt, & omnes arborum ramos visitant, vt nidos auium exinaniant. Itaq; huiusmodi aues ex besucis nidos suspendunt. Sunt autem besuci palmites tractabiles absq; foliis hærentes, & reptantes per arbores proceras vsq; ad earum culmina, quibus Indi pro funibus vtuntur. *Aues Chagrinę. Besuci quales.*

Præterea minores adhuc aues in regione Peruana versantur; sunt enim ita exiguæ, vt apes, papiliones, seu cicadæ volantes esse videantur. Immò harum auicu-

H larum volatus est adeo celer, & præpes, vt alarum motus non magis conspici possit, quam crabronis, & qui talem auiculam præteruolantem videt, crabronem esse opinatur, & Auis nidorum magnitudini respondet, quos ex floccis gossypij illic abundè crescentis construit. Plumæ elegantibus coloribus, nempe aureo, viridi, alteriusue generis colore præditæ sunt. Rostrum est adeò tenue, vt acu, qua vestes sarciuntur, sit exilius. His auiculis nomen, *Tomineio*, impositum est, quoniam auis ita sit leuis, vt vno tantùm tomino, nimirum duodecim grana pendat. *Auium minimarum mores.*

Sunt tamen hæ auiculę diuersæ speciei, quarum vnam Indi Hoitzitziltototl appellant; nos variam auem dicemus, quia plumis tegitur vario colore infectis, quibus postea artificiosè copulatis, & contextis Diuorum effigies, & quarumlibet aliarum rerum imagines Indi artifices eleganter exprimunt. His auiculis talis est natura, vt eatenus volitent, quatenus herbæ, & flores perdurant virides, quorum succo aluntur: quandoquidem aduentante hyeme ad Pinus, vel alias arbores confugiunt, & de earum ramis tanquam mortuæ rostro se suspendunt, donec vernan- *Natura auicularum.*

tibus agris, & resloreſcentibus herbis, denuo reuiuiſcant, ſeu potius expergiſcan A
turi indeq; ad floruleuta loca euolent, ſimiles vices pluries ſubituræ, neq; hoc nu-
gamentum videri debet: ſiquidem hoc multorum virorum fide dignissimorum testi-
monio compertum eſt, qui auiculam ſtipiti affixam intra cubiculum tulerunt, & eam,
cum menſes brumales tãquam exanimis ibi iacuiſſet, ſtatuto ſibi à natura tempore,
Vſus in me dicina. reuiuiſcentem, & dimiſſam, ad agros volitantem obſeruarunt. Inſuper referunt
huius auis concrematæ pulueren epilepticis ſummo eſſe adiumento, quod à ſigna-
Auis Epilep ſiaqualis. tura, vel ab experimento, vel ab vtroque nouerunt; propterea non immerito auis
epilepſię eſſet nuncupanda. Gomara tamen in Hiſtoria de expugnatione vrbis
Mexicanæ, Vicicilin hanc auiculam nominare videtur.

DE AVIBVS AQVATICIS, ET

primùm de Cycno cucullato. B

PER aues aquatiles non ſolùm eas intelligere debemus; quæ in vndis natantes alimentum quæritant, ſed etiam illas, quæ circa aquas ſtagnales, marinas, & ſtagnantes victum ſibi comparant. Miris igitur Natura vaſtamentis inſtruit aues quaſdam Prouinciæ Veræ pacis, quæ victum inueniunt egeſto in amnes ſtercore, ad quam eſcam piſces emergentes rapiunt.

Quædam auis Cycnum magnitudine æquans, reperta eſt in inſula, quam Batani inſulam Mauritij à Principe Mauritio cognominarunt, antea tamen Luſitani inſulam Cyceneam forſitan ab aue, de qua in præſentia ſumus acturi, appellabant, quoniam
Inſula Cyc nea qua. ipſi hanc auem verum Cycnum eſſe opinabantur; licèt Cluſius hoc animal gallina- C
Gallus peregrinus. ceum gallum peregrinum nominet.


Itaque hæc auis magnitudine Cycnum quidem æquat, aut ſuperat, Forma tamẽ longe diuerſa; quandoquidem eius caput eſt magnum, & tectum quadam veluti membrana cucullum referente. Deinde roſtrum non planum, ſed craſſum eſt, & oblongum ſubflaui coloris, parte corpori proxima, cuius extimus mucro eſt niger. Superior roſtri pars aduncа, & curua, inferior verò ſubcærulea, & macula mediam partem inter flauum, & nigrum occupat. Raris, & breuibus pennis auis eſt tecta, alis caret, quarum loco quaternæ, aut quinæ tantùm pennæ admodum longæ, & nigræ apparent. Poſterior corporis pars præpinguis, & craſſa eſt, in qua pro cauda pennæ criſpæ, & conuolutæ cinerei coloris conſpiciuntur. Crura illi ſunt craſſa potius quàm longa, quorum pars ſuperior genutenus nigris pennis eſt vellata, inferior vnà cum pedibus ſubflaui eſt coloris. Pedes in quatuor digitos ſunt diſtributi, quorum terni longiores antrorſum ſpectant, quartus verò breuior retrorſum, omneſque nigris vnguibus ſunt præditi. Nautæ hanc auem ſuo idiomate Vualgh. D
Vogel vocitant, quaſi auem nauſeam mouentem, quoniam huius caro per diuturnam
Auis mouẽs nauſeam. ejxationem non fiat tenera, ſed dura remaneat, & difficilis concoctionis. In
Lapilli auium. ventriculo huius auis duo lapilli fuerunt inuenti, non quod ibi fuerint geniti, ſed potius ſecus maris litus ab aue deglutiti, cum huiuſmodi aues ſecus litora maris ad victum inuenien dum verſentur.

DE

DE AVE VIVIVORA PELICANO simili.

EST quædam auis peregrinæ gulæ Tlauhquechul nominata, viuis tantũ piscibus vitam sustentans: mortuos enim pisces non attingit Plateæ, seu potius Pelicano, nempe Onocrotalo est similis, sed coccineo, & pulcherrimo vniuersi fere corporis colore, lato, & rotundo circa finem rostro, & cinereo, pupilla nigra, iride rubra, fronte galli pauonis, depili ferè capite, & albicante cum vniuerso collo, & parte pectoris, necnon fascia nigra, & lata caput à collo discriminante. Circa litora maris, & ripas fluminum viuit.

Posteaquam in sermonem Onocrotali, seu Pelicani incidimus non à ratione alienum esse existimauimus hoc in loco Anatomen, & sceleton Onocrotali recensere, eiusq; iconem spectandam proponere, quoniam in tertio Ornithologiæ Tomo, tãquam in propria sede haudquaquam fuit delineata. *Onocrotalus.*



Onocrotali Sceleton.



Litteræ in Onocrotali ſceleto exaratæ ſic explicantur.

A. Mandibula inferior palmi longitudine ſuperiorem excedens, cum ab interiori parte capitis ortum ducat.
B. Ingluuies, vel receptaculum piſcium tantæ capacitatis, vt etiam exiccatum, pedem immiſſum capiat: conſtat enim ex duplici membrana omni fibrarum genere præditâ, quæ ſe ſe contrahentes ingluuiem anguſtant, & ſe ſe extendentes dilatant.
C. Mandibula ſuperior tres digitos lata, longa autem duas ſpithamas.
D. Roſtri extremitas curua inſtar hami,
E. extremitas ſuperior æſophagi, quæ ingluiei nectitur.
F. Pars oſſis Hyoidis.
G. Cranium.
H. H. H. Vertebræ colli.
I. Sternum.
K. Iugulum ſiniſtrum.
L. Iugulum dextrum
M. Omoplata ſiniſtra
N. Omoplata dextra.
O. ooooo. Extremitates ſterni cartilagineæ, quæ extremitatibus coſtarum nectuntur.
P. ſuperior pars alæ dextræ, quæ humerus etiam dicitur
Q. R. media pars alæ, in qua Q. deſignat cubitum, & R. Radium.
S. Pars inferior alæ, quæ manui reſpondet, cuius prima pars carpum, ſecunda metacarpum, & tertia digitos denotat.
T. T. Os ſacrum, cui iuxta latera oſſa anonyma nectuntur
V. V. Vropygium in vertebras diuiſum
X. X. Dextrum & ſiniſtrum os femoris, quæ primæ partes cruris dicuntur
Y. Y. Pars ſecunda cruris cute velata
Z. Z. Tertia pars cruris, quæ pes nominatur ſua cute, & unguibus munita membrana inter digitos intercurrente.

A

DE ANSERIBVS DOMESTICIS, & feris.



Anserum vigilantia.

Antiquæ domesticorum Anserum historiæ recentem horum animalium vigilantiam, ex Ioanne Eusebio Nierembergio Madritensi addere debemus; quæ accidit anno salutis humanæ post millesimum, & sexcentesimum vigesimo octauo, in Libu, vbi quidam Nigrita noctu imaginem pueri Iesu furatus erat, sed cum icone prodiens obuiam habuit Anserum gregem, qui impetu in furem irruerunt, & horum Anserum non- B nulli morsibus vestes furis apprehenderunt, alij ad Cœnobij turrim auolantes cãpanam pulsarunt, alij horribiliter gracitantes incolas excitarunt, qui tandem à somno expergefacti, & accurrentes furem deprehenderunt. Non ergo dicendum erit posthac, quod Roma solum harum volucrum excubijs fuerit redempta.

Præterea Anseribus feris addendus est Anser Magelanicus ita Clusio nuncupatus, quia in insulis Magelanici maris cum Batani inuenerint, sed hi á copia pinguedinis huiusmodi aues *pinguins* nominarunt. Est admirabilis hæc volucris ex genere Anserum, quamuis rostro sit dissimilis: in mari victitat, & semper magna pinguedinis copia redundat. Magnitudo est prægrandis anseris, prona parte nigris pennis tecta est auis, supina, & circa ventrem albis. Collum crassum, & breue candidis pennis instar torquis cinctum. Cutis crassa, & densa instar suillæ. Est alarum expers, quarum loco duæ pinnæ, quasi ex corio confectæ circa vtrumq; latus tanquam brachia propendent, prona parte breuibus, angustis, & rigidis pennis tectæ, supina C verò minoribus, rigidioribus, & albis, quibus nonnullis in locis nigræ permiscentur, quæ pinnæ ad volandum sunt ineptæ, ad natandum verò huic animali maximo sunt adiumento: cum vt plurimum in aquis versetur, & terram tantummodò soboli gratia petat. Namq; quaternæ, aut quinæ huius generis aues in vna scrobe nidulantur, quia cryptas valdè latas, & profundas, instar cuniculorum, in litore fodiunt; immò interdum adeò altas, vt Nautæ per litus gradientes sæpius in eas genu tenus ruant. Huiusmodi volucres rostrum coruino maius habent, non adeo tamen elatũ, & caudam valde breuem, pedes nigros, planos, & forma pedum Anseris, non tamen ita latos. Erectæ, & capite sublimi incedunt, demissis pinnis tanquam brachijs in latera, itaut procul intuentibus tot homunciones, seu Pygmæi gradientes videantur. Aemulatur profectò gallinam illam monstrosam, quam domi alit Illustrissimus Fulvius Antonius Marescalchus, cuius icon in capite quinto Historiæ Mõstrorum conspicitur. Hæ igitur aues erunt fortassis Anseres, quos Gomara scripsit sine pennis esse, nunquam á mare egredi, & pennarum loco villis quibusdam tegi.

Anser Magellanicus qualis.

Descriptio Auis.

Varia differentia Anserum.

Insuper in Farris insulis duæ diuersæ Anserum species vagantur, quarum prima D Helsingegaas nominatur, magnitudine Anseris, caput, & collum habet magnum torque albicante cinctum, pectus album, alas leucophæas, tergum cyanæi coloris, & pedes rubros. Altera species vocatur Erandgaas Ansere syluestri paulò minor capite leucopheo, collo rubente torque decorato, pectore fusco, alis, & pedibus rubris. Hæ species Anserum syluestrium Farris rarissimè conspiciuntur, neq; ibi fœtificant; vnde autem veniant, & quò migrent adhuc nemini est cognitum. Longa autem experientia superstitio quædam ibi nata est, quòd, cum huiusmodi aues apparuerint, mutatio Magistratuum immineat.

DE

DE ANATIBVS.

VAedam Anatis ſpecies circa paludes Mexicanas verſatur. Xlepapantotl nominata, cuius roſtrum in acutum deſinit, nullum illi Natura colorem negauit, quoniam pennarum varietas pulchritudinem, & pulchritudo ei nomen aſſignauit, cum paſſim auis pulchra cognominetur. *Auis pulchra qua.*

Amplius eſt quædam auis Mexicanæ plagæ familiaris, rauca, ob vocis ſonitum, nuncupata, quam nonnulli ad Halcyonium ſpecies, alij ad Anates feras reducunt: cum eius caro non diſſimile nutrimentum, & guſtum carnis Anatis feræ præbeat, eſt F tamen fera Anate paulo minor. Roſtrum habet ſpithameum tres digitos in medio latum, mox in acumen deſinens, & morſui idoneum, ſuperne nigrum, inferne albū, & circa latera pallidum. Oculi ſunt nigri, inde circa pupillam rubra, deinde pallida, & demum candicante. Ab oculis vſq; ad roſtri originem faſcia ex viridi palleſcens procedit. Crura & pedes in digitos fiſſi viteſcunt extrinſecus; intrinſecus verò ad pallorem inclinant. Color totius corporis magna ex parte albus eſt, fuluis inſertis pennis. Sed ſuperna magis fuſca ſunt, inferna autem alba. Alæ infernæ cinereæ, deſuper circa extremitates nigræ, mox ex fulvo rubeſcentes, deinde palleſcentes, cauda brevi, & nigra. Piſcibus veſcitur, & facilè cicur redditur. Vere inter iuncta in ſobolem incumbit; ſed mirandum eſt, quòd ceruicem habet, in comparatione ad reliquum corpus, longiſſimam; nihilominus, frequenter in miram breuitatem illam contrahit. *Deſcriptio.*

Tandem in Farris inſulis, quæ vulgò Ferroyer à plumarum copia nomen adeptæ videntur, multæ aues ſunt palmipedes, ſed, inter has, multæ etiam ad feras Anates G eſſent referendæ, & potiſſimum illæ, quas Incolæ Landas, Alkas, & Iomuuias nuncupant, quæ tum copia, tum plumæ vſu reliquis harum inſularum auibus præferuntur. Landa roſtro eſt rubente, & latiuſculo pectore candido, tergore nigro, alis, & pedibus rubicundis, mole corporis anatæ inferiori. Hæc proculdubio videtur illa auis, quam Carolus Cluſius in exoticis anatem arcticam nuncupauit, quæ in cauernis excelſorum ſcopulorum nidificat, & oua gallinarum ouis æqualia parit, ſingulo Vere reuertitur, & Hyeme, quò abeat, ignoratur. *Landa auis* *Anas arctica*

Alka prædicta aliquanto maior eſt, roſtro lato, & nigro, itemq; corpore, niſi quòd ſub extremo pectore, & alis albicat. Pedes ſunt nigri, caput deniq; fuſcum, & linea alba ab vtroq; oculo ad partem roſtro proximam ducitur. In editiſſimis pariter ſcopulis, vt Landa, nidulatur, & oua, ex albo, & nigro maculata enititur.

Iomuuia demum eſt grandior, cuius corpus totum eſt nigrum, præter pectus, quod albicat, pedes item nigri ſunt, roſtrum nigrum, acutum, & oblongum, oua ſimiliter in eminentioribus ſcopulis excludit cyanei quidem coloris, ſed lineamentis di- H uerſorum colorum variegata.

DE CORVIS AQVATICIS.

MIſſa Corui Indici hiſtoria, qui Cacaloti nuncupatur, & aliquibus pennis candidis veſtitur, & triplici colore variatur, duploq; maior, quàm Europeus eſt, noſmet conuertemus ad Coruum aquaticum plagæ mexicanæ indigenam ab extrema cauda vſq; ad acumen roſtri, quatuor ferè ſpithamas longum, & mediocris latitudinis. Crura ei ſunt ſeſquiſpithamea, roſtrum, inſtar arcus, curuum, duos palmos longum, & mediocriter tenue, pedes in quaternos digitos finduntur vnguibus nigerrimis munitos, crura minus *Coruus Mexicanus.*

Descriptio.

nus nigrescunt digitis, rostrum est cyaneum, & caput exiguum. Pennæ infernæ sunt A
fuscæ insertis rubris supernæ verò promiscuè purpurascunt, deinceps subnigræ, viridescentes, atq; splendentes. Caput, & collum pennis fuscis, albis, & viridibus, necnon paulisper fuluescentibus teguntur. Oculi sunt nigri, iride sanguinea. Verùm ab extremis oculorum angulis vsq; ad rostrum vnius vnciæ interuallo, pellis est deplumis, & ex albo rubescit. Alæ viridi, & nitente fulgent colore, supernæ propè originem violaceæ, deinceps viridi, & colore pauonino refertæ. Assidue circa Lacus mexicanos versatur, quia piscibus vescitur, & iuxta lacustria loca educat sobolem.

Piscatio ope Corui marini peragitur

De Coruo autem marino Sinarum, Mendoza Augustinianus hæc habet. Rex Sinarum in cunctis Vrbibus iuxta fluuios sitis quædam habet ædificia, in quorum singulis multi Corui marini aluntur, quorum opera piscatio mirandum in modum peragitur, illis potissimum mensibus, quibus pisces suos fœtus ediderunt. Quandoquidem eductos ex illis ædificijs coruos ministri ad ripas fluminum deferunt, vbi scaphæ piscatoriæ aqua semiplenæ detinentur, quibus in ordinem digestis singulis singulos Coruos assignant. B

Coruos deinde longo funiculo sub alis vinciunt, & alio funiculo ingluuiem stringunt, ne captos pisces vorare possint, postea ad capturam piscium aues dimittunt, quæ suum munus tam diligenter obeunt, vt cunctis intuentibus admirationem pariant: namq; magna celeritate huiusmodi aues se se mergunt, & tandiu sub vndis morantur, donec ingluuiem à rostro ad pectus vsq; impleuerint: postmodum emergentes eadem velocitate ad scaphas toties reuertuntur, donec piscibus repletæ fuerint. Tunc enim soluto gutturis vinculo liberè dimittuntur, vt pisces ad proprium victum venentur. Sunt enim famelicæ, quia die piscationem præcedente nulla eis cibaria fuerunt suppeditata, vt ad piscationem alacriores redderentur.


Sed dubitandum est, ob memoratam ingluuiem, cum Author nullius coloris, & conditionis auium meminerit, quòd huiusmodi auis non ad genus Coruorum aquaticorum, sed potius Onocrotalorum sit referenda.

Corui aquatilis Carbo, & Mergus Magnus.

Vtcumq. sit, nos in præsentia proponimus lectori spectandam iconem Corui, seu Carbonis aquatici, qualem in publico Musæo inuenimus, de quo animali in tertio Ornithologiæ tomo actum fuit: quandoquidẽ hæc auis apud Albertum, & Carbo aquaticus, & Mergus Magnus niger appellatur.

DE

Carbonis Aquatici Sceleton.



A

DE MERGIS.

GOruis aquaticis mergi sunt affines, quorum plures differentiæ in Tomo tertio Ornithologiæ assignantur, sed, præter illas, mergus arcticus ex Norvegia missus, & à Carolo Clusio descriptus non est silentio inuoluendus. Est enim auis marina, palmipes, anseri domestico maior: vt plurimum à collo, vbi pectori iungitur, vsq; ad vropygium, duos pedes lõga est, & corporis ambitus binorum pedum: Alæ quatuordecim vncias longæ, cauda breuis, & vix trium vnciarum. Collum ferè octo vncias longum, caput breue tres vncias latum. Rostrum nigrum, mucronatum, magnitudinem quatuor vnciarum superans.

Descriptio Auis.

B

Lingua tres ferè vncias longa, nigra, mucronata, chartilaginea, & circa partem superiorem, vbi rostro nectitur, dentibus introrsum recuruis vtrimq; prædita, media autem parte aspera. Similiter palatum quatuor exiguorum, & breuium dentium introrsum spectantium ordine munitur, quibus facilè pisces retinet, & conficit: cum rostrum dentibus careat.

Totum corpus densis pennis tegitur, quæ in pectore, toto ventre, & alarum supina parte breues, & albæ, in dorso autem, & parte alarum prona longiores, & nigricantes, singulæ tamen circa extremitatem maculis candidis insignitæ: hæc enim pennarum varietas circa dorsum, & latera meleagridis, seu gallinæ Numidicæ varium colorẽ repræsentat. Deinde collum torque ex nigris constante pennis decoratur: caput etiam similibus pennis tegitur. At quæ rostrum, & oculos ambiunt candidis maculis sunt distinctæ. Sub gutture quoq; aliquas paruas pennas albas nigris habet permixtas. Crura in extremo corpore sunt sita tribus vncijs paulò longiora, plana, & nigra. Pedes sunt quatuor vncias longi, nigri, tribus digitis referti, & atra membrana simul ad vngues vsq; copulati. Immò circa posteriorem partem singulorum pedum paulò supra inflexionem paruus articulus instar calcaris conspicitur.

Pennarum varietas.

C

Hoierus scriptum reliquit autem huius generis, in Farrensi insula inter Norvegiam, & Islandiam sita, fuisse deprehensam; in aquis educare, necnisi aduentante Autumno conspici, terram autem rarò attingere. Huic non valde dissimilis videtur mergus ille marinus, quem Gesnerus in Paralipomenis memorat. Pariter ab his auibus non multùm degenerat Mergus Americanus alis exiguis insignitus: qua de re auis monstrosa esse perhibetur.

Mergus Marinus Gesneri.

DE COTVRNICIBVS.

D

QVamuis in secundo Ornithologiæ Tomo vnum duntaxat Coturnicum genus fuerit memoratum: licet Aristoteles scripserit visam fuisse Coturnicem albam, tamen diuersam speciem haudquaquam constituit: cur postea aliquibus in locis interdum aues albescant suo loco fuit explicatum. Nihilominus legimus apud Martinum Cromerum visas fuisse Coturnices pedibus virentibus, quarum esus, & vsus conuulsionem generat, & tamen nostrates virore pedum carent. Modò Coturnicem aquaticam addimus, non quia ad idem genus referenda sit, sed solum ratione magnitudinis, & velocitatis pedum.

Aris cõuulsionem gentans.

Est enim quædam auis fusca Mexicani lacus indigena, magnitudinem Coturnicis æmulans, prolixo tamen rostro, & ad inferiora curuo, pedibus longis, & iuxta summitatem aquarum celerimè cursitans; cum nunquam ferè volet, vescitur piscibus, & ab Incolis lingua vernacula Coturnix aquatilis cognominatur.

Coturnix aquatilis.

DE

E

DE AVIBVS FVLICIS congeneribus.

RElatum fuit in tertio Ornithologiæ tomo ad mentem Alberti quasdã aues fulicas nuncupari, quę potius ad Mergorum genera erant reducendę: pariter Ornithologus scribebat apud Italos duas fulicarum species, nempe maiorem, & minorem versari; quamuis ipse maiorem fulicam Coruum aquaticum Aristotelis esse putauerit: quandoquidẽ in Italia vnum tantummodò fulicæ genus habetur.

F Apud Indos Yachacintli auis ad fulicas Nuperorum videtur referenda, virentibus est cruribus, capite, & ventre cyaneis, sed in colorem purpureum tendentibus, alis promiscuè fuluis, & nigris. Rostrum tres digitos latos longum, & circa extremum in coccineum colorem vergens, parte anteriori capitis depilli. Piscibus iuxta lacus, & flumina viuit, edilis est eius caro, sed minime grato alimento. *Descriptio.*

Eodem nomine indigitant aliam auem Indi fulicę pariter æmulam; quamuis alijs vocetur quachiltone, coloris est purpurei ex nigro intersertis albicãtibus pennis. Rostrum initio pallet. Adolescentibus rubet, cũ calutie iuxta originem rostri. Crura sunt lutea ad virorem inclinantia, & quatuor digitis pallidis terminantur. Oculi sunt nigri, iride fulua, circa paludes cursitat, piscibus victitans, & huius caro ad differẽtiam superioris palato non est iniucunda. Tandem huiusmodi auis vigiliam, & cantum Galli gallinacei imitatur: siquidem nocte intempesta, & crepusculis aduentantibus matutinis canit. *Auis galli gallinacei æmula.*

G

DE PASSERIBVS AQVATICIS, & exoticis.

VErsatur in Mexicanis Plagis auis nuncupata Acototloquichtl, seu passer aquaticus, quoniam passerem nostratem magnitudine, & forma simulet, rostro est nigro, cruribus, & pedibus fuluis, inferiori parte corporis plerumq; candida, cæteris fuluis albedine aliqua, & nigredine variatis. Pertinacis cantionis est animal, quia non minus canit, quàm sol pergit, dum contumaci sonitu mures imitante garrit. In iuncetis plerumq; insidet, & nidulatur, & toto Cœlo discrepat ab illo passere aquatico, qui in secundo Ornithologiæ libro fuit memoratus.

H Est alia auis in illis regionibus passer aquatilis pariter nuncupata, cui insignis stultitia, & simplicitas nomen dedit, quia manus apprehendentium non fugit, admiratur solum, & tanquam auis stolida stupet; voce Graculum, magnitudine Picã, & forma Larum æmulatur. Rostro est tenui tres vncias longo, rotundo, & recto, necnon propè extremitatem nonnihil curuo, pupilla nigra, & membrana oculos cingente in ambitu cinerea. Crura sunt nigra, & pedes instar animalium palmipedũ membrana muniuntur. Marina est auis, & vescitur piscibus. *Vox auis qualis.* *Passer stultus.*

Cęterùm aues huius generis, nautis appellentibus, arboribus insident, & securę ad manus accedunt: qua de re passeres stulti nominantur: Bononiæ verò auiculam longè ab his diuersam passerem stultum indigitant, nimirum motacillæ quamdam speciem nonnullis etiam Aucupibus magnanimam vulgò nominatam; item aliã auiculam, quę corporis habitu passerem simulat, licèt colore sit diuersissima; de quibus postea in secundo Ornithologiæ libro vberius actum fuit. *Motacilla auis qua.*

PARALIPOMENA HISTORIÆ INSECTORVM.

De Vespis.

OMnes persequi Vesparũ differẽtias admodũ difficile esse opinamur, cũ aliæ ab Antiquis, aliæ à Nuperis recẽseantur. Præterea aliæ legitimæ aliæ spuriæ, aliæ nostrates, aliæ exoticæ, & potissimum Indicæ nuncupantur. Modò, præter illas in Historia Insectorum memoratas, quoddam Vesparum genus aculeatum, & pungens Tetlatocha ab Indis vocatur, quoniam, singulis quibusque diebus effossa terra, & aliò delata, cubiculum sibi parat, sed favos minime construit. Vespa est nigrã ad cæruleum vergens, exceptis alis, quæ fuluæ sunt; similiter cornicula luteo tinguntur colore. In montibus potissimum Tepoatlamicis viuit.

Vespa Indica.

DE PAPILIONIBVS.

SI genera Papilionum inquiramus innumera ferè inuenientur. Namque alij sunt diurni, alij nocturni, nempe lucis & tenebrarum amantes. Alij magni, alij parui, alij mediocres. Alij vno tantùm prædite sunt colore, alij duobus, alij pluribus. Alij maculati, alij maculis carent.

Papilio Indicus.

Inter hos autem nullus reperitur aculeo infestus; cum tamen in India plures huius generis nascantur, vbi etiam quoddam Papilionum genus versatur, quod à Barbaris Araueis nuncupatur, grilli magnitudine, vt Lerius testificatur. Huiusmodi autem Bestiæ gregatim tanquam grilli ad focum. & ad loca calidiora accedunt, & si edile aliquid offendunt, illico exedunt; immò vestes ex corio paratas ita aliquando corrodunt, vt earum superficiem penitus absumant. Deinde si Pullastri cocti, aut aliã cibariã per incuriam, noctu incondita remanent, manè vsque ad ossa carnibus nudata reperiuntur, & hæc est noxa, quam huiusmodi Insecta Incolis afferunt.

DE SCARABEIS.

HÆC animalcula primùm inter se colore discrepare videntur, dum alij nigri, alij uirides, alij quouis colore, præter album, insigniti obseruantur. Alij magnitudine, alij sono, alij generandi modo, alij demum capitis constitutione differunt: cum alijs caput cornutum, vt Ceruis volantibus, alijs absque cornibus insit.

Illud igitur genus cornibus refertum varios habere vsus perhibetur, vt in Historia Insectorum fuit explanatum; siquidem in doloribus sedandis fæliciter vsurpantur, & contractiones neruorum mirandum in modum tollunt, quem affectum Vulgus *Grancio* vocitare solet. Immo in hiusmodi affectionibus vice amuleti auro, & argento tales bestiolæ includuntur. deinde ex cornibus harum bestiarum amuleta ad fascinationes, & ad terriculamenta puerorum parant: quamuis alij in omnibus puellorum affectibus tale præsidium commendent. Præterquamquod multi, in quartanis febribus abigendis, hæc cornua vtiliter suspendunt.

Vsus in medicina.

Sed

E Sed, præter hæc iam suo loco narrata, sciendum est in nouo Orbe Scarabeos ex genere cornutorum generari, quos Temolin Incolæ nuncupant, & quorundam cornua deradunt, & in aqua propinant, & Venerē mirandum in modum stimulare posse dicuntur. *Scarabei cornuti Indici.*

DE MVSCIS.

F Libro postremo Historiæ Insectorū Muscæ fluuiatiles Rondeletij memoratæ fuerunt, quæ supra vndarum superficiem, Aestate, volant, oculis magnis pro corporis mole, dorso rotundo, ventre plano, senis pedibus, & postremis maioribus, qui ad corpus in aqua impellendū, eis magno sunt adiumento: quamuis inter natandum geminæ alæ extendantur; quæ de re non solum natare sed etiam volare possunt.

Verūm in Plaga Mexicana, musca palustris non prosus prædictæ dissimilis in aquis versatur, Akkagacatl nuncupata, quoniam faciem aquosam repræsentet, & valde similem elemento, in quo assiduè versatur. Hæc continuam annonam Plebi mexicanæ suppeditat; dum vber harum muscarum copia, statis quibusdam temporibus ad retia venit: ex his tritis, & commixtis globuli ad totius anni emporia præparantur, namq; Indigenæ illas membranis spicæ mayzi, nimirum frumenti indici conuolutas, & in aquam nitratam coniectas coquunt, atq; ita bonum, & gustui minime ingratum alimentum præstant. Præterquamquod ijsdem mille auicularum genera alunt, quæ caueis inclusa, non sine audientium voluptate voces varias modulantur: tandem harum muscarum genus maius, & minus reperitur. *Musca Mexicana palustris.* *Vsus in cibis.*

Insuper lacus Mexicanus magnam præbet copiam Ahoautli: sic enim oua prædictarum muscarum Indi cognominant. Hæc Papauerum seminibus sunt similia, & G capiuntur proiectis in lacum fanibus brachialis crassitudinis, qua parte fluctus sunt tumidiores: siquidem illis oua adhærescunt, & inde Piscatores illa corradunt, & in vasis ad vsum seruant. Ex his postmodum placentas, aut orbes effingunt, & membranaceis inuolucris spicarum Mayzi recondunt, vt deinde, oblata occasione, torrefaciendo fercula parent. Piscium odorem spirant, nec prauum penitus alimentum præstare perhibentur: immò ventriculum imbecillum, & dissolutum roborare dicuntur. *Ouа Muscarum India ad quid.*

Iam explicatum fuit, muscarum alias esse aquatiles, alias terrestres: pariter terrestrium duplex generatio suo loco fuit assignata, quarum altera ex ouis, altera ex putredine procedit, quamuis postea ex ouis prius vermis dimanet, qui sensim pedes, atq; alas effert, & tandem volucris, nempe musca euadit.

Cum igitur vermiculorum muscas progignentium duplex sit origo, nimirum congressus muscarum, & putredo: aduertendum est, quòd hæc putredo non solum cadauera, sed etiam corruptionem fructuum respicit. Quamobrem hoc in loco libuit H exhibere iconem muscæ in quercus pilula natæ, vbi Lector poterit etiam intueri iconem Blattæ telas sectantis. *Muscarum varia origo.*

Musca ex Quercus pilula prodiens, & Blatta telas sectans.



DE ARANEIS.

C

MVLTAE Araneorum species apud Indos generantur, quarum præcipuas memorare decreuimus, cum multæ aliæ in historia Insectorum enumeratæ fuerint: quædam species magnitudinem ouum columbinum superans Ahoachrocatl vocitatur, quæ cum tantæ sit molis, nullius tamen esse veneni dicitur. Rursus alij apud Caribes sunt Aranei, dimidium malum citrium adæquantes exiguis tamen pedibus, dentibus tamen longis, & acutis referti, qui elaborant telam satis resistentem, in qua si parua volucris incidat proculdubio irretitur. Posset hæc aranea tanquam Calantica, seu reticulum capitis mulieribus inseruire, & potissimum quia ablutione alba redditur.

Reticulum capitis.

Alia species araneï

Alia species Hoitzatocatl, nempe Araneus spinosus dicitur, qui morsu dementat, superna, & media corporis parte est niger, cætera luteus, figura aculeata, & tribulo similis: vnde apud Indos nomen sibi comparauit cum Hoitzatli spina vocetur.

Atocatl autem est Araneus iuxta aquas degens, rubro, aureo, & nigro variatur D colore, & vitam ducit in planta ab Incolis Metl vocata; mira dexteritate telam peragit circino veluti semper rotundatam: innocui, aut saltem leuissimi est ictus.

Tertia species.

Tandem in illis regionibus aranei paruuli sunt, aureis, & punctis nigris distincti Horum vulnus est noxium, quoniam ictus ad quamdam veluti insaniam patientes ducit, & partibus stuporem communicat non sine anxietate, & dolore, quibus postea Indi proprijs antidotis resistunt.

DE

DE MVLTIPEDVM Differentijs.

TRIA diuersa, & terrestria Insectorum genera multipeda Prisci appellatũt, nempe Iulum, Scolopendram, & Oniscum, sed de postremo in præsentia habetur sermo. Oniscos vocauit Aristoteles ὄνους πολύποδας, nimirum Asellos multipedes, nec præter rationẽ, quoniam nomen Aselli multis animantium generibus apud Græcos competit; ideoquè adiecit multipedes, quoniam Latini etiam Veteres à numero pedum has
F bestias multipedes indigitarunt. Galenus ὀνίσκους appellauit, & apud suos κυάμους edici tradidit eosque sic descripsit. Aselli sunt animalia, quæ in globum se se contrahunt: qua de re nuncupant κυάμους, nempe fabas, quia fabis esculentis similes sub hydrijs intueri licet. Immò Galenus pluries horum Asellorum meminit, & semper sub hydrijs nasci, & versari scripsit. *Asellorum descrip.*

Marcellus Virgilius in Commentarijs ad Dioscoridem has bestiolas ὄνους, nempe asinos, similiter Galenus ὀνίσκους, nimirum asellos nominauit, quia liuido colore instar asinorum tales bestiæ sint præditæ. Quid si addatur incessus, cum hæ multis instructæ pedibus, tardo tamen gressu, instar asinorum moueantur. Itali Porcelletos à totius corporis specie, & Latini pariter Porcelliones cognominant, Horum autem dantur variæ species, quę in Historia Insectorum, neque memoratæ neque delineatę fuerunt. Quamobrem Lector hoc in loco eas meditari poterit: siquidem hic obseruatur Oniscus cinereus, deinde alter cinereus obscurus. Item alia species punctis albis medium dorsum maculantibus, & demum Oniscus peregrinus, qualis fortè ab
G Ambrosio Pareo depingitur, vbi de varijs animalibus per vrinam excretis verba fiunt. *Oniſci etymum.* *Onoſci varij.* *L. 19. c. 5.*

1. Oniscus cinereus.
2. Oniscus alter cinereus obscurus.
3. Alius punctis albis dorsum maculantibus.
4. Oniscus peregrinus.



DE

A

DE HIRVDINIBVS.

DVorum generum esse hirudinem, siue sanguisugam, alteram in aquis salsis, & alteram in aquis dulcibus viuentem iam in libro septimo de Insectis fuit enucleatum. Modò prædictis addimus hirudinem tenuem, & terrestrem ad Indos spectantem, quæ Incolis Lamatech nominatur. Est molestissima hirudinis species inter herbas, & montanas arbores degens semidigitum longa, & admodum tenuis, prætereuntibus tenaciter adhæret, & quoscumque humani corporis meatus etiam angustos, & fœdos subit, neque prius illinc discedit, quàm humano satietur sanguine; tunc enim, instar nostratium, sponte cadit; minusque molesta est vigente Sole. Remedium est quibusdam B præcautis arundinibus eas euellere, aut se se intra aquas saxis considendo tueri, aut igne illas abigere. Itaque huiusmodi hirudo à natura nostratium abhorret, dum inter herbas versans aquas auersatur.

DE VERMIBVS.

DIfferentiæ vermium sunt plurimæ; nã ratione corporatur, alij sunt magni, alij parui, & alij mediocres: ratione partiũ, quidã caudati, quidã cornuti & quidam pilosi; ratione coloris, alij sunt albi, alij flaui, & alij alterius coloris: ratione originis, quidam in animalibus viuis, & quidam in mortuis proueniunt. Ratione qualitatis, alij sunt venenati, alij C veneno carent, & tandem ratione loci natalis, quidam nostrates, & quidam exotici nuncupantur. Etenim Peruani habent vermes, ex quibus lethifera venena parant.

Præterea, in Huexotla Prouincia Panicensi, vermes generantur lineis albis, & cyaneis distincti versantes inter folia quarumdam herbarum, quas Tunas vocant. Mirabilis sunt facultatis in curanda insania: nam bini vermes tusi & in aqua dissoluti per os sumuntur, & si morbus sit inueteratus, bis, & ter medicamentum repetitur, siquidem somnus conciliatur, & patiens post longum excitatus somnum resipiscit, sunt enim huiusmodi vermes innoxij. Hinc fit vt tutò propinentur, immo Paralyticis, & Epilepticis feliciter etiam præscribuntur.

Stella trib. vadijs supra decem exor nata.

Aliud vermis genus est in Mexicanis agris iuxta moros, & salices degens, qui Cuchipilutl, seu vermis concilians somnum nominatur, magnitudine, & forma quasi Bombycis; nam, de illius more, mense Octobri, firma se conuoluit membrana, & Aprili in Papilionem mutatus prodit. Hunc Indi cunis infantium suspendunt, atque illis somnum conciliare asseuerant, & ab hoc effectu nomen bestiæ imposue- D runt. Eumdem in pulucrem redigunt, & cum vini portione ad stimulandam Venerem præbent. Tales bestiolæ ex prædictis arboribus victum sibi comparant.

Reperitur etiam quoddam genus Vermium, seu lumbricorum tenuissimorum Yxcahoitli dictum, capitur retibus, seruatur vasis capacibus in mercatus deferendum. Posteaquam illos Institores concoxerint, in pullum abeunt colorem, & odorem spirant non absimilem ouis piscium. Inde sunt placentæ, quas exiccatas seruant, quoniam puerperarum, & nutricum lac augere perhibent.

Versantur etiam in paludibus illarum regionum quidam Vermes similes illis, quos caro putrida hospitatur. Mexicani hos vocant Oculiztac, crudi sunt nigri, & torrefacti albicant, quoniam hi quoque gulæ famulantur.


Vermes varijs coloribus decorati reuocarunt ad mentem Amphisbænam marinam, cuius icon nusquam est expressa; ideoque non prætermittenda. Fuit igitur Amphisbæna hæc cõprehẽsa in mari Anglico, vbi multæ aliæ huius generis versabantur

Habet

Amphisbæna marina descriptio.

Habet talis bestia binà capita geminis exornata oculis. Capita ab invicem discerni non possunt, nisi quòd alterum altero maius conspicitur. Quatuor lineæ coloris amethistini totum corpus decorant, quæ quidem lineæ undequaque floscul is quibusdam pulcherrimis videntur insignitæ, ad instar florum Pseudosycomori arboris. Hæc autem in sequenti icone repræsentatur.

Amphisbæna marina.



DE PVLICE MARINO.

PLinius Pulicis marini meminit, qui noctu in mari somnū pisciū infestare creditur. Xiranides hanc bestiolam Psyllum marinum appellauit. Niphus, & ipse memorat hoc animal, sed illud postea cum scolopendra confundit. Rondeletius pulicem marinum esse animalculum tenui crusta tectum asseuerat, quod aspectu homuncionem, vel simiam simulat alijs partibus locustæ similibus, cum appendicibus in cauda, ritu squillæ; idque opinatur esse pulicem marinum, nempe ψύλλον θαλάττιον, cuius meminit Aristoteles, quando de somno piscium verba fecit. Sed, vt veritatem fateamur, ex hac Rondeletij descriptione non possumus nisi coniectare, pro pulice marino, squillam marinam minorem intellexisse: quapropter aliam iconem hic damus in publico inuentam Musæo ab icone Rondeletij valdè discrepantem, vt Lector optime poterit intueri.

Piscium somnus.

Pulex marinus iuxta vtramq; partem delineatus.



DE


E

DE STELLIS MARINIS.

VARIA stellarum marinarum genera obseruantur; quædam enim in ingentem excrescunt molem, nonnullæ mediocri contentę sunt magnitudine, & quædam semper paruæ manent, neque vllam auctionem adipiscuntur. Item aliæ sunt aculeatæ, alię reticulatæ, aliæ leues, sed hæ sunt rarę, alię ramosæ, quæ à nonnullis arborescentes appellantur, aliæ tandem sinuosę, & omnes postea colore plurimum variant. Tandem aliæ quinque tantùm radijs, & aliæ pluribus sunt refertæ, *Stellarum differentia.*

Inter illas, quæ constant quinque radijs, collocatur ea, quæ à Rondeletio sol
F marinus nuncupatur, quoniam Solis picturam quodammodo referat: nam è medio corporis trunco, tanquam à centro quinq; radij erumpunt, minimè asperi in superiori parte, sed veluti ex squamis compositi, in lateribus verò paruis veluti aculeis rigentes, & ad extremitatem vsq; gracilescentes. At corpus stellæ rotundum in medio effigiem rosæ pictæ habet expressam, vt in icone proposita in Historia Insectorum appareat, vbi pronè tantùm delineatur: sed, hoc in loco, icon huius stellæ mariqæ iuxta vtramq; partem delineata exhibetur.

Stella quinq; radijs constans, seu Sol Rondeletij iuxta vtramq; partem delineatus.



Pariter

Pariter in Historia Insectorum differentiæ marinarum stellarum duodecim tantùm radijs ornatarum à Clarissimo viro Vlysse Aldrouando obseruatæ, delineatæ, & descriptæ fuerunt; quibus addimus stellam tredecim radiorum insignem, quam Carolus Clusius in calce libri sexti Exoticorum descripsit. Erat hæc stella ex genere aculeatarum, orbe corporis satis amplo, & radijs non admodum longis constabat, qui numero erant tredecim recti, & minimè sinuosi, omnes tamen æqualis longitudinis. Hi igitur radij æquales sesquitiam erant longi, & diameter corporis orbiculati binarum vnciarum. Singuli radij prona parte quinis aculeorum ordinibus erant præditi, tribus medium occupantibus, & duobus alijs latera; itaut singula latera decem aculeis pectinatim munirentur. Stella hæc pronè rubescebat, & supinè flauescebat.

Stella trib. radijs supra decem extr nata.

Quoniam autem multæ icones Insectorum post impressionem Historiarum, inuentæ fuerunt, & illas publicare voluimus, hoc in loco tanquam coronidem eas collocauimus.

1. 1. Papilio oculatus fuscus hirsutus mediocris, pronè, & supinè effigiatus.

2. Item Papilio paruus cæruleus polyophthalmos pronè pictus.

3. & 4. Papilio alius exiguus rufus nigris guttis notatus pronè, & supinè delineatus.

5. Papilio alius exiguus ex fusco rufus oblonga macula transuersim distinctus.

7. & 8. Papilio corpore crasso fusco villoso magnis oculis pronus, & supinus, Tabani fortè species.

1. Teredo in cortice iuglandis genita suo folliculo inuoluta.

2. Forbicina tota nigra.


3. Forbicina rubra, & nigra culioptera in fungis boletis reperta.

4. Culiopteron exiguum aranco simile.

5. Cimex maximus syluestris.

6. 7. Termites.

DE


1
2
3
4
5
6
7
8

1. Papilioni caudato inſectum congener.
2. Inſectum ambiguum tergo bicorni habitu Bubonis rictu Bufonis.
3. Papilionaceum inſectum.
4. Muſciforme inſectum pedibus longiſſimis.
5. Analytrum quadripenne roſtro acuminato.



1. Cimex ſylueſtris colore leucophæo.
2. Cimicis ſylueſtris alia ſpecies.
3. Cimex ſylueſtris non fœtidus colore viridi diluto.
4. Cimex alius ſubuiridis,& ſubluteus duplici punctorum ordine diſtinctus.
5. Cimex totus viridis.
6. Cimex ſylueſtris ſubuiridis fœtidus.
7. Cimex fœtidus ſubtus tantùm quatuor punctorum ordinibus varius.
8. Cimex colore ſubnigro capite rubeſcente.



1. Insectum cinereum cimiciforme figura ouali.
2. Insectum aliud cinereum cimiforme.
3. Insectum aliud aluo longiuscula.
4. Insectum culici simile sed monstrosum aluo oblonga, & cauda trifida.



1. Musca sylvestris chrysopteros aluo lineis albis cincta.
2. Musca leucophæa capite albo.
3. Musca api similis.
4. Musca boaria, Tauanello vulgò dicta.
5. Musca oblonga tęnijs nigris, & luteis aluo alternatim variata.
6. Musca aurea alis argenteis.
7. Musciforme insectum ventre acuminato.
8. Musciforme insectum minimum.
9. Insectum quadripenne musciforme.
10. Musca cum longa promuscide.



1. Muſcilionaceum inſectum.
2. Eiuſdem oua ex quibus prodierat.
3. Inſectum muſciforme quadripenne cauda tricuſpida.
4. Inſectum inter culicẽ,& muſcã ambiguum cauda tricuſpida.
5. Inſectum papilionaceum cauda bifurca.
6. Inſectum muſcilionaceum.
7. Inſectum papilionaceum aliud.
8. Inſectum muſciforme ventre oblongo,& anguſto.



1. Vermis triticarius κλὶς Græcis nuncupatus
2. Eiuſdem ſpolium.
3. Eiuſdem chryſalis.



1.2.3. Pediculi campeſtres cimicibus lectularijs ſimiles.

1. Chryſalis aquatilis inſtar ſeminis ricini, aut phaſeoli in radice nymphæ inuenta.
2. Vermiculus ex chryſalide tranſmutatus parte ſupina pictus
3. Idem vermiculus parte prona delineatus.
4. Nympha ſeu rudis quædam formatio inſecti cimiformis.
5. Inſectum cimiforme vaginipenne corpore oblongo.



1. Folliculus alicuius Erucæ incertæ.

2. Eiusdem spolium.



PARALIPOMENA MOLLIVM, Crustaceorum, & Testaceorum.

DE LEPORIS MARINI Differentijs.

LEpus marinus, est animal de genere mollium, quod ab Aeliano cochleę testa exemptæ comparatur, nec præter rationem: quandoquidé Plinius & ipse hãc bestiam offam informem, nimirum massam carneam potius, quàm piscem apellauit: cum neque pinnę, neque oculi, neque alia membra rectè distincta in hoc genere animalium, quemadmodum in alijs piscibus conspiciantur.

Rõdeletius tria genera huius animalis descripsit, quorum icones libro primo de Mollibus spectandæ fuerũt expositæ. Præter hæc tria genera, alia etiã tria à Doctissimo viro Vlysse Aldrouando fuerunt effigiata, quorum primum lepori terrestri, colore, & parte anteriori, planè assimilatur, sed posteriori parte informis offa, iuxta sententiam Plinij, apparet. Secundum genus forma, & colore ab antecedenti discrepat, quia colore amethistino maculis albis variato refulgeat. Tertium genus est cinereo colore magis refertum, deinde albo, & amethistino macularum.

Alia genera Leporis marini.

His, & alijs in generali Historia expositis, duas alias addimus differentias, in quarum prima Lepus marinus colore prorsus amethistino collocatur, & in altera Lepus marinus purpurei coloris, veluti in subsequentibus iconibus exprimuntur.

DE

Leporis Marini duæ differentiæ, nimirum coloris prorsus amethistini, & coloris purpurei.



DE CANCRIS

A

ALijs canerorum speciebus Cancer Molluccanus addendus est, quia circa Molluccanas insulas fuerit comprehensus. Descriptus fuit à Clusio in Exoticis hunc in modum. Perpolitam is habebat crustam, & versicolorem, in qua lumini oppositæ, colores ex flauo, & rubro mixti obseruabantur. Constabat autem testa duabus partibus, anteriore, & posteriore inter se quadam chartilagine connexis: anteriore quidem breuiore, & angustiore, tres tamen vncias longa, & quatuor lata, & posteriore longè maiore; nimirum quatuor vncias cum semisse longa, & septem cum semisse lata. Vtraq; pars in dorsum instar fornicis assurgebat, posterior tamen magis, quàm anterior, & veluti in tres eminentiores diuisiones breuibus quibusdam aculeis refertas distincta. Pariter vbi anterioti parti connexa erat magis eminens, & breuibus quibusdã aculeis armata, deinde in lunata quædam cornua se se diuidens ad longos vsq; anterioris partis aculeos pertingentia, dentata vtrinq; & in firmam spinam desinentia, & circa connexionem asperis quibusdam villis tecta. In media quasi parte crustæ iuxta dorsi latera orbiculatæ quædam eminentiæ conspicicbantur, oculorum ferè effigiem repræsentantes, duræ tamen, & testaceæ.

Descriptio Cancri Molluccani.

B

Anterioris partis descriptio.

Anterior verò crustæ pars, quæ posteriori nectebatur tres vncias erat lata, & quatuor, vbi erat ampliſſima, extima binas tantùm vncias, quæ in tres breues aculeos æquali spatio inter se distantes desinebat. Iuxta medium aculeum, adnexum habebat non exteriori crustæ adhærens, sed quadam articulatione sub ipsa crusta cornu triangulare septem vncias longum angustum, & mucronatum. Supremus in prona aculei parte angulus breuibus aculeis instar serræ erat refertus, suprema eius pars leuis, & carinata. Latera anterioris partis crustæ septem aculeis, præter eximum, firmis, planis, & vnciam, longis spadicei coloris erant insignita.

Pedum animalis numerus.

C

Totum huius animalis corpus siccitate contractum, & vetustate ferè corruptum Clusius est conspicatus: nihilominus decem pedes habuisse obseruauit, quorũ priores, an chelas habuerint necne, non potuit conspici. Posteriores quidem pedes subsequebantur exiguq; chelæ tribus articulis integratæ nullis vel capitis, vel caudæ vestigijs apparentibus. Illa autem pars testæ, ex quà ortum ducebat triangulare mucronatum cornu, erat concauum.

Aliqua hirsuties huius cancri in memoriam reuocauit quandam speciem Caneti heracleotici, cuius icon in Historia Crustaceorum fuit locata: vocatus enim fuit Heracleoticus ab Heracleis Vrbibus, quarum vna Põto, altera Propõtidi adiacet. Huiusmodi Cancer crusta nec valde leui, nec valde aspera tegitur. Rondeletius hunc gallum marinum nominauit, non alia de causa, nisi quia brachia huius animalis, instar cristæ galli formata esse videantur, quemadmodum Lector in iconibus propositis, & proponendis intueri potest.

Cancer Heracleoticus.

Pariter Rondeletius hoc animal cum Vrso quadrupede comparat, quia brachijs, oculis, & ori appositis conglobatus, more Vrsi dormiat. Verum hoc nomen alteri speciei competit, quam non obseruauit Rondeletius, quæ Vrsi corium, ob pilorum densitatem, æmulatur: immo robore prædictum canerum heracleoticum superat.

D

Vrsus Marinus.

Itaq; libro secũdo de Crustaceis in prima facie fuit locata icon Cancri heracleotici leuis, deinde hirsuti, aut igitur hirsuti duæ dantur species iuxta icones inuentas, aut icon hirsuti hic proposita ad similitudinem leuis fuit effigiata.

Cancri plaga Orientalis quales.


Insuper in Plagis orientalibus tanta vis & moles cancrorum est, vt ab hominibus formidentur; nam quæcumque chelis suis comprehendunt illicò obtruncant, & immediatè vorant. Hocque non est in dubium reuocandum: siquidem Nautæ fide digni nuper ex India in Lusitaniam nauigantes, hanc veritatem iureiurando affirmabant.

Repertur etiam in Virginia Seeccanane piscis testacei generis, cauda crustacea Cancris congener, quia multis refertus est pedibus, vt Cancer, oculis in dorso eminentibus

Cancer Heracleoticus hirsutus pronè pictus.



Cancer Heracleoticus hirsutus supinè pictus.



E nentibus, pedem circiter latus, aquas marinas restagnantes sequitur, & gratissimi est saporis.

Mexicanis lacubus frequens est animal, forma, magnitudine, & colore, ex pullo in atrum vergente Scarabeos terrestres simulans, tegitur crusta, cancrorum more, ob cuius duritiem, ab Incolis Atetepitz nominatur: quatuor tantùm sustentatur pedibus, ijsdemq; saltitat. Ab Incolis estur, qui ritu Pamphagorum, nulli fere rei parcunt. Vulgare præbet alimentum, veluti, & aliæ scarabeorum palustrium species, quibus item vescuntur. *Pāphagi populi.*

Similiter Indi edunt Atopinam animal simile Scarabeo, quatuor tantùm vncias longum, & extensum duas in latitudinem. Color ei est fuscus, tegmineq; crustaceo, more cancrorum, vestitur. Hæc bestia volans crepitat, & circa lacum Mexicanum noctu in iuncetis versatur. Editur ab Indigenis elixa cum alijs piscibus, & herbis. *Scarabeus Mexicanus edilis.*

F

DE CONCHIS, & CONCHILIIS.

VARIÆ Concharum differentiæ in mari Australi nouæ Hispaniæ reperiuntur. Vna vocatur Xochpaltapachth, nempe concha coloris minij, auriculata, mediocris magnitudinis, transuersis semicirculis, lineas secundùm rectum procedentes secantibus, & colore minij rubeo dilutiore, & luteo in ruborem tendente distincta. Altera species maior est, & lineis simillima, sed colore candido rubro, & fusco varia. Tertia demum circa auriculas est rubicundo diluto, & fusco colore prædita, lineis tantùm rectis.


Habet australe Indiarum pelagus Tapachporcauhqui, nimirum Concham muscosam, quæ hoc nomen sibi comparauit, quia muscus illi inascatur. *Concha muscosa.*

Item Panacensis Prouincia alit concham quamdam veneream insolentis formæ,
G aurita est, sed auris altera multò minor. Color extrinsecus est niger, vnde Concha nigra appellatur; infernè vero ex nigro ad cinereum vergit, striijs distinguitur nouem, quæ, ob lineas alias transuersim discurrentes, in quosdam orbiculos secari videntur. *Concha venerea exotica.*

Quamuis nomen conchylij pro vniuerso testaceorum genere aliquando accipiatur: nihilominus priuatim pro vna tantùm specie eorumdem apud Veteres vsurpatur; & quando priuatim sumitur, non purpuram, neq; buccinum, sed concham ab his diuersam, & peculiarem significat, nempe qualem Rondeletius sub hoc nomine exhibuit, buccino valde dissimilem, & nullis purpuræ aculeis muricatis circundatam: muricis tamen species est, quando scilicet murex pro colore accipitur.

Itaq; Conchylium, iuxta mentem Rondeletij, in genere Concharum maiorum turbinatarum collocatur, ea parte latius, qua in turbinem definit, aculeis, & alijs tuberculis carens, & foramen, quo interior caro ostenditur, non est rotundum, veluti in buccino, & purpura, sed longum apparet. Ideoq; huius etiam Formæ est foramiH nis operculum. Quapropter addit Rondeletius liquidò constare operculum purpuræ βλάττου, siue βλάττιον βυζάντιον appellandum esse: quamuis Blatta byzantia Arabum nil aliud sit, quam Conchylij operculum. Hinc Pharmacopolæ nostri Authores Arabes secuti, Conchyliorum, & Buccinorum opercula permixta vendentes, Blattas byzantias, & vngues odoratos nuncupant: quamquam hæ sint rotundæ, illæ verò oblongæ: hoc enim ex doctrina Serapionis, & aliorum Arabum colligitur. Quamobrem non à ratione alienum erit si hoc in loco veri vnguis odorati, necnon falsi icones exhibeantur, quas Lector perpendens, horum tres differentias poterit meditari. *Conchilium quid sit.* *Blatta Byzantia quales.*

1. & 4. Vnguis odoratus Officinarum.
2. & 5. Pseudounguis odoratus
3. & 6. Vnguis odoratus verus.



Vt autem exacta horum vnguium cognitio habeatur, notandum est apud Pharmacopolas verum vnguem odoratum raro obseruari. Nam qui primo loco effigiatur non est latior dimidio digito auriculari, haberq; lineamenta quædam subtilia; pars autem inferior concaua est, & lineas seu eminentias à medio ad extremum habet productas, vt numero 4. apparet.

Insuper aliquando habetur apud eosdem Pharmacopœos vnguis alter odoratus, quem Pseudonichim angustiorem appellare poterimus, lineasq; transuersas habet, vt in numero 2. & 5. cernitur.

Itaq; sunt prædicti vngues odorati falsi, quia sunt opercula cuiusdam cochleæ, quæ semetipsam claudit, & recludit; sed vnguis odoratus genuinus est quidem operculum, sed illius Conchilij, de quo superius egimus latitudine duorum digitorũ, & lõ

gitu-

E gitudine trium. Eminentias, & lineas quasdam externus habet, in medio autem nullas, vt in icone 3. videre licet: siquidem in icone 6. pingitur iuxta partem inferiorem, quæ animali adhærebat, vbi est magna concauitas, in superiori vero parte quamdã habet veluti appendicẽ lucidam, quæ vnguem quemdam æmulari videtur. *Descriptio.*

Posteaquam Conchylijs nonnulli Authores addunt Mytulos, nolumus silentio inuoluere pulcherrimam mytuli speciem, quam Clarissimus vir Clusius conchiferam appellauit obseruatam anno Salutis humanæ post sesquimillesimum nonagesimo nono. Erat hic Mytulus Conchifer septem vncias longus, & tres latus, vbi maxime dilatabatur, forma non valdè dissimili Conchæ longæ à Rondeletio descriptę. Testa erat spissa, & rugosa, quæ duabus patula conchis fuisse videbatur, caua erat, dorso eleuato, & nigro, cui vermiculorum tubuli inhærebant, necnon parui frutices sex, vel septem vncias longi, quorum nonnulli crassiusculi, alij graciliores, & valde ramosi erant, á quibus paruæ conchæ dependebant musculis non absimiles hirtis, veluti capillis obsitæ. *Mytuli descriptio.* *Lib. 1. de Testac. cap. 21*

F


DE TVRBINIBVS

CVM Turbo sumatur pro quocumq; habente in imo formam acutam, & in summo latiorem, non poterimus negare hoc nomen nõ competere Conchilijs, de quibus in præsentia verba fiunt: cum hæ conchæ turbinatæ hanc præcipuam figuram sortiantur.

Aristoteles igitur inter turbinatas vnum simpliciter turbinem collocauit, deinde oẽs eodem nomine complexus est, nulla, aut magnitudinis, aut qualitatis habita ratione. Rondeletius tamen, & Vlysses Aldrouandus infinitas fere Turbinũ differentias recensuerunt; quandoquidem alios magnos, alios paruos, quosdam acuminatos, & quosdam obtusos, alios auritos, alios tuberibus scatentes, nimirum nonnullos leues, & nonnullos asperos, quosdam angulosos, quosdam muricatos, alios Tessaradactylos, alios Pentadactylos, quosdam tandem concolores, & discolores G obseruarunt. *Differentiæ multæ.*

Inter tot igitur differentias à viris clarissimis tot iconibus illustratas, nulla icon cum sua carne fuit delineata; idcirco in gratiam doctæ curiositatis, Turbinem acuminatum cum Limace exhibemus spectandum.

Turbo acuminatus cum Limace.



A

DE PATELLIS, SEV LEPADIBVS.

Vnialue quid.

PATELLAS Rondeletius appellauit nonnullas Conchas ad formam vasis escarii patulas, cum quo magnam videntur habere similitudinẽ Galenus autem in Glossis, vbi ab Hippocrate Lepades nominantur vertit Conchas saxis adhærentes, nec præter rationem, quoniam habemus apud Aristotelem, Lepadem esse μονόβυρον, scilicet vnialvem. Est enim in doctrina Aristotelis vnialue genus, quod saxis adhæret, testa in dorsum data.

Lepadum igitur duas differentias Rondeletius assignauit, quarum altera Lepas simpliciter vocatur, altera Lepas agria, & Auris marina dicitur. Forma autem inter se discrepant, & præsertim quia Lepas in loco superiori os habet, & in inferiori loco oti oppositio meatum excrementorum; cum Auris marina hæc foramina in testa habeat. Nomen verò Auris sibi comparauit à figura, quoniam perbelle humanam Aurem repræsentat, vt licet intuerii in iconibus datis libro tertio de Testaceis apud Vlyssem Aldrouandum: sed quoniam ibi Patellæ sine carne delineatæ exhibentur, libuit in præsentia iconem Auris Marinæ cum sua carne dare spectandam.

B

Auris marine differentia.

Auris marina cum sua carne.




DE

DE PENICILLIS

TVBVLI quidam testacei, Penicilli à Nuperis appellantur, quia in eorum cauitate quid contineatur similitudinem referens Penicillorum, quibus Pictores vtuntur. Hi, iuxta sententiam Rondeletii, molli quadam, & laxa substantia saxis alligantur; itaut aquarum vndis facilè cedant, & agitentur. Quando autem egreditur id, quod intus carnosum latet, frondeum quoddam expandit, quod exprimitur in iconibus apud Rondeletium: quamuis multi alij sint Tubuli, in quibus vermes latibulentur. Et tandem alij sunt, qui in Spongijs viuere perhibentur, qui in sequentibus iconibus exprimuntur. Licet nonnullis Authoribus hi Turbines Dentalis species esse ferantur.

Penicillorum instar Viuentes in spongijs.



PARALIPOMENA HISTORIAE Piscium,& Cetorum.


DE PISCIBVS VOLATILIBVS.

TRES pisces volatiles Plinius recensuit, scilicet Hirundinem, Milui, & Lucernam, qui Pisces nostra ætate sunt notissimi, sed, præter hos, multo plures fuerunt ob seruati, qui Plinio non enumerantur. Namq; Pisces volatiles squamosi distincti tamen à nostris Hirundinibus volatilibus reperiuntur, qui circa caput Bonæ spei degunt, & duos dicuntur habere hostes, nimirum in aquis Albicos pisces, & extra vndas Cornicem. Hi per aliquod temporis spatium supra aquas alis corpus sustentant, deinde in aquam rursus decidunt.

Li.11.c.35 Videntur quodammodo hi pisces non absimiles illis, quorum meminit Ioannes Eusebius Iesuita in Historia Naturæ, dum inquit. Noctu volucres quidam pisces palmaris longitudinis in naues classis Indicæ cadere, & comprehendi solent, qui habent membranaceas alas ferè instar Vespertilionum, quibus explicatis, ad centum, vel amplius passuum interuallum, vndas maris supervolant, vt alios pisces insequentes effugiant, sed interdum vngues rapacium auium marinarum incurrunt: quapropter vbiq; pericula subeunt: sicq; citò demùm merguntur. vt a Coeli periculo se subducant. Hoc nonnullorum iconos in tabula Africæ delineantur, vt hic appareat

Antipathia

Pisces volatiles squamosi.



Pariter

Pariter in tabula Oceani septentrionalis, apud Olaum Magnum, conspicitur pictura aliorum piscium volantium: Prima icon piscis exprimit caudam repandam instar Delphini. Secunda icon spectat ad pisces tabulæ Lacus Albi, qui maximus, & remotissimus est versus Septentrionem, & partim ad Moscouitas, partim ad Suenos, vel eis subditas gentes pertinet, vbi piscis volatilis versatur, qualis in subiecta icone delineatur.



Piscis volans ex Olao Magno.

Piscis volans Lacus Moscouitici.


DE DENTICIBVS

MVLTI sunt pisces, qui vel à copia, vel ab aliqua dentium prærogatiua nomen sortiuntur. Vocatur *συόδοντος* quædam Thuni species à vigore dentium, & *συοδοντ*, siue *συόδους* Græcis appellatur piscis, quem Latini Denticem nuncupant. Sed aduertendum est nonnullos pisces, nempe Denticem, synagridem, & Auratam ob singulares dentium notas, ab Authoribus confundi. Hoc igitur in loco Synodontis maxillas cum dentibus in palato delineatas exhibemus, deindè Auratam veterem dentatam, quæ pro Synagride, aut Synodonte quandoq; ab Authoribus vsurpatur.

Synodontis maxillæ cum dentibus in palato.



Aura-



Aurata vetus dentata.

A


DE SARGIS.

Sargorum varia species.

PISCIS σαργὸς potius σάρκος deberet nominari à carne, quia, iuxta mentem Rondeletij sit piscis pro corporis magnitudine spissus, & maiorem carnis habeat copiam, quàm Sparus, vel alij huius generis pisces. Huius igitur plures differentiæ, & icones in Historia Piscium fuerunt datæ, in quarum prima delineatur Sargus ὀρφὼν γενικὸς, quia circa vropygium maculatus sit, pinnas habet omnes aureas, præter eam, quæ circa anum nigricat. Lineæ etiam, præter nigras, plurimæ sunt aurei coloris, & macula iuxta vropygium violacea, veluti totum etiam caput ad colorem violaceum vergit.

Secundo loco pingitur Sargus πολύγραμμος lineis aureis elegantissimè decoratus, item argenteis serræ figuram exprimentibus. Demum ibi datur icon Sargi, ad mentem Gesneri, qui postmodum iuxta opinionem aliorum, aliam Sargi figuram effigiat, vt licet conspicari in Historia aquatilium. Verùm huius postremi piscis iconem Cornelio Sittardo acceptam refert. Hanc figuram exhibemus spectandam, vt latus speculandi campus Lectoribus præbeatur, vbi os, caput, & dentes Sargi repræsentari feruntur. B

Sargi postrema icon Gesneri.




E

DE ATHERINA.

RISCIVLVS marinus,& litoralis est Atherina, quæ in marinis etiã stagnis reperitur, Aphijs similis,dodrãtali magnitudine,parui digiti crassitudine,dorso spisso,vẽtre leuiter depresso,ore paruo absq; dentibus,& oculis magnis, colore est vario:nam venter est argẽteus,dorsum est fuscum,circa caput ex flauo rubescit, instar Sardinarũ, pinnas habet quatuor,binas ad branchias,binas in ventre,& aliam à podice,& præter has, duas alias in dorso, omnes candidæ sunt. Cauda duabus pinnis constat, vt in icone Bellonij apparet. Pro linea in medio corpore à brãchijs ad caudam protensa,spissum quid sub cute ostenditur, quod non potest aliter, quàm per similitudinem fascia appellari. Duæ igitur icones in Historia Piscium fuerunt locatæ,nunc additur tertia, F quam in publico Musæo inuenimus , vt Lector his iconibus inter se comparatis magis congruam eligat. *Descriptio.*

Atherina alia.



DE RHOMBIS. *Lib.2.c.48.*

H


DVPLEX Rhomborum genus,leue vnum,& aculeatum alterum recensetur in Historia piscium. Aculeatum prona parte multos habet aculeos,maxime circa caput,& a capite caudam versus,quibus aliud genus penitus caret,alioquin simile,nisi quod tenuius est,capite,ad mentem Bellonij,magis eleuato,& grandi. *Rhomborum differentia*

Præterea ambo differunt postea magnitudine : etenim Rhombi in Oceano comprehensi cæteris sunt maiores . Cum igitur loco citato tres Rhombi icones fuerint exhibitæ,nimirum Rhombi aculeati,Rhombi leuis,& Rhombi leuis veri . Modò addimus iconem speciei à prædictis diuersæ,colore Laniæ,maculis obscuris,& Rhombus leuis alter poterit appellari . Rursus additur alia icon Rhombi aculeati,quæ icones infra erunt considerandæ.

RHOM-

Rhombus leuis alter.





Rhombus aculeatus alter.

A

DE APRIS MARINIS.

DESCRIBITVR Aper in Historia Piscium, ex sententia Rondeletij, hunc in modum. Aper est piscis squamosus, quamuis videtur tectus aspera, & cute veluti villosa, corpore ferè rotundo, & rubescẽte, oculis, magnis, rostro oblongo, & obtuso, instar Suis, absq; dentibus. Mox à capite, Secundùm longitudinem dorsi, aculeos habet præacutos, duros, longos, rectos, sed inæquales, & setas Apri aemulantes.

Lib. 3. c. 12.

Cæterùm hic Aper nullius ferè est considerationis, in comparatione ad illum, qui in mari Oceano olim fuit conspectus, capite Apri, caninis dentibus, longioribus incidentibus, & acutis, & squamis miro ordine à natura dispositis, vt in subiecta pictura apparet: sic enim ab Ambrosio Pareo delineatur, quamuis intellexerimus hunc Aprum ad animalia amphibia esse reducendum. Et Gesnerus hunc belluam sine nomine delineatam in Tabula Olai Magni aprum cetaceum appellauit, vt à pisce eiusdem nominis discriminaret.

B


Non alienum à ratione esse existimamus, si gregi Aprorum aquatilium sues etiam marinos addamus, quorum duo genera in mari Indico versari ferantur. Alterum genus rostro est acuto, more Anserum, alterum vero rostro ità obtuso, vt quando è mari attollitur sphæra prorsus esse videatur. Horum suum nonnulli longi sunt circiter sex pedes, cauda lata, & bifida. Cum incipit mare cõmoueri, super aquam eminentes videntur, & tempestate conflictati, virides apparent, immo viridem maris effigiem reddunt. Præterea, ritu suum terrestrium, vehementer grunniunt: quamobrem Nautæ huiusmodi bestias vagantes, & respirantes conspicati certissimam tem pestatem præsagiunt.

Suum marinorum differentiæ.

Possumus addere tertium genus, quod in Regione Mexicana fuit obseruatum, Vituli magnitudine. Piscis hic Incolis vocatur Andura, sed Hispanis, qui illam Regionem armis occuparunt, Hoga appellatur. Capite & auriculis ferè est suillis. Ex maxillis pendent cirri quinquãquam barbatæ appendices semipedem longæ. Carnem esui non iniucundam habet. Animal est viuiparum, instar Balenæ. Dum natat in aquis, viridis, flauus, ruber, & prorsus instar Chamæleontis versicolor appa ret. Circa litora versatur, & vescitur foliis arboris Hoga nuncupatæ: vnde nomen sibi comparauit. Animal est instar Suis dentatum, reliquos pisces obuios etiam se maiores necans: quapropter Piscatores hanc bestiam prius interficere conantur.

C

Aper Marinus Cetaceus.



Andura Piſcis aſpectu ſuillo.

E


DE GALEIS, SIVE MVSTELIS.

AD Piſces longos rotundos, & chartilagineos, Authores Muſtelos, ſiue Galeos referunt, qui ita nominantur, non ſolum quia Muſtelam terreſtrem longitudine corporis repræſentent, ſed etiam propter nonnulla alia, quæ ambobus communia eſſe creduntur: quemadmodũ ſuo loco fuit explanatum. Sunt autem Canum marinorum ſpecies, quas Authores promiſcue, modo latina, modo græca voce vtentes, interdum muſtelos, & aliquando Galeos cognominant: immo ſæpe caniculas appellant, quia, ritu Canum, dentibus noceant. *Galeorũ multa differẽtia*

F Horum piſcium multæ differentiæ in Hiſtoria fuerunt numeratæ; nimirum κύων Ariſtotelis, Canis Galeus Vulgaris, Catulus maior, & minor Saluiani, Muſtelus leuis ex Geſnero, Galeus Aſterias, necnon Galeus glaucus Rondeletij, & demum Galeus Acanthias, ſiue Spinax.

Cæterùm poſſumus iconum numerum augere, dum primo loco Galei leuis aliam ſpeciem damus, nec non aliam Muſteli differentiam, qui craſſus, niger, & curuus eſt, hunc q; Vulgus Maſſilienſium Gautum, Auguerum cognominat. Rondeletius hæc verba Cattum Algarium interpretari videtur. *Cattus Algarius.*

Mustelus leuis alter.



Cattus Algarius.



Pariter silentio non est inuoluenda quædam mustelæ Bohemicæ species: quam uis, iuxta aliorum Sententiam, ad Lampetras referri videatur. Est igitur, teste Gesnero, hic piscis pulcherrimis distinctus coloribus, scilicet flauo, croceo, candido, roseo, & atro, pupilla oculorum nigra, & parte ambiente cærulea. Ante paucos annos huiusmodi pisces in Bohemia comprehendi cæperunt, & primi, propter pulchritudinem, in vase amplo aqua pleno viui Regi seruabantur. *Descriptio.*

Mustelæ

Mustelæ Bohemicæ species.



Quoniam in genere Galeorum, Vulpeculæ, & simiæ marinæ à nonnullis recensentur; placuit hoc in loco belluam ex genere Amphibiorum, terrestrem Vulpem facie simulantem delineare. Hæc voce Arabica Brechmechi, vt putat Gesnerus, nominari perhibetur. Capta fuit in Iava Insulâ, anno Salutis humanæ post Sesquimillesimum quinquagesimo primo, mense Aprilis, fuitq; longa circiter decem cubitos, & alta duos, cum dimidio, magna ex parte rubicundi coloris, & quibusdam in locis cœrulea. Cauda autem, vbi instar caudæ equinæ diffundebatur, ad colorem cæruleũ dilutum inclinabat, rubeis distincta maculis. Vngues leonini ferè, seu potius pantherini apparebant; veluti & cauda, quæ caudam Pantheræ, ratione macularum, simulare videbatur.

Brech-



Brethmechi Arabum.

A

DE LAMIIS.

LAMIA παρὰ τὸ λαίμη, nimirum à gula nuncupata est, quoniã magnã habeat, gulam, ideſt quòd voraciſſimum ſit animal, ſed teſte Bellonio, noſtris piſcatoribus piſcis eſt incognitus, nam quamuis Nicander, & illius verbis fretus Rondeletius, Lamiam à Cane carcharia Ariſtotelis non diſcriminẽt: nihilominus ſi attentè verba Ariſtotelis meditemur, inueniemus Lamiam inter genera planorum piſcium, non autem Galeorum à Philoſopho fuiſſe collocatam. Item Oppianus Lamias à Canibus diſtinxit: quamobrem vnà cum Bellonio Lamiam latum eſſe piſcem ſtatuendum eſt. Creſcit igitur ex eodẽ Authore, talis piſcis in maximam molem, cute tegitur ſcabra, os habet in anteriore capitis parte, vt ſquatina, & mirandum eſt, vt inquit ipſe, quòd dentibus plus minus ducentis eſt refertum, in vtraq; maxilla per quaternos ordines diſpoſitis circa radicem latis, in pyramidem deficientibus, & circa latera crenatis.

Lib. 5. Hiſt. An. c. 5.

Dentium deſcriptio.

Quare hæc Bellonij verba multis dubitandi anſam dederunt, quòd Bellonius eũ iconem huius animalis omittat, hanc beſtiam cum Cane Carcharia confundat. Etenim quis vix poteſt ſibi perſuadere, quòd Lamia piſcis planus, tam amplis dentibus muniatur: non negamus quidem illi ineſſe multos dentes, ſed vt plurimum paruos, quales in ſequenti icone conſpiciuntur.

Denticuli exiſtentes in ore Lamiæ.



Præterea damus iconem Lamiæ cetaceæ ex Epidaurijs litoribus aduectæ, vt aliqua ſaltem huius animalis icon in vaſta piſcium hiſtoria habeatur.

Lamiæ



Lamia Cetacea ex Epidauro.

A

DE RANIS PISCATRICIBVS.

Descriptio.

RANA marina, seu piscatrix ita dicta, quoniam in piscando magna vtatur solertia, caput habet toto corpore longe grandius aculeatum, asperum, orbiculatum, & depressum, os pro corporis mole amplissimũ, & dentibus multis acutis, & recuruis armatũ. Oculos habet amplos, potius in vertice capitis, quàm in temporibus sitos. Cauda rotunda est, breuis, & carnea, cute tegitur iuxta infernam partem subalbida, & iuxta superna ex nigro flauescente.

Differentia

Nos igitur in præsentia huius piscis multas assignari differentias opinamur, propter diuersas icones, quæ hodie monstrantur. Siquidem in Historia Piscium tres conspiciuntur. In prima icone apparet Rana piscatrix vulgaris; deinde rana piscatrix Authoris, & demum tertio loco Rana piscatrix minor effigiatur. Modò alias addimus picturas, in quarum prima Rana piscatrix Georgij Fabritij apparet, & tandem datur icon illius Ranæ, quam nostri Piscatores, seu potius Ichthiopolę Bufonem marinum, & Nautæ piscatores Diabolum marinum indigitant.

B



Rana piscatrix Georgij Fabricij.

Rana piscatrix alia, seu Bufo marinus.



DE ACCIPENSERE, ET ATTILO.

HI sunt duo pisces, qui propter magnam inter se conuenientiam, specta D tores aliquando decipiunt; discrepant tamen, quoniam Accipenser, seu Sturio pelagius est Attilus amnicola, & Pado familiaris. Accipenser non temerè visus est æquare trecentas libras; cum tamen Plinius scripserit Attilum ad mille libras interdum excreuisse, quæ magnitudo insignis, & rara est.

Præterea Attilus quando ad certam molem excreuit, squamas hispidas abijcit, quas per quinq; ordines dispositas in summa dorsi spina, ex vtroq; latere geminatas gestat; quibus abiectis, tactu leuis euadit

Descriptio vtriusque.

Ex altera parte Sturio mirificè palato gratificatur; cum viciſſim caro Attili mollis, & palato non admodum iucunda sit. Huius oculi parui sunt in tanta mole corporis, & sic deinceps Lector varias vtriusq; cõditiones, & prærogatiuas in Historia Piscis videre poterit. Hic igitur Attili & Accipenseris alias icones damus.

Accipen-

Accipenseris icon ex Polonia.

Attili alia icon.

A

DE PISCIVM ORBIVM VARIETATE.

Differentia variarum orbium

MVLTAS esse horum piscium differentias varij Authores nobis insinuant; nam quamuis Saluianus huius generis piscium vnum tantùm agnouerit, Bellonius tamen duo genera esse tradit, ambo rotunda, & duro corio tecta, horum verò vnum tantùm depingit. Rondeletius plura genera esse significat, ex Orientali, & Septentrionali plaga de Iaza, & tria delineat, quorum primum simpliciter Orbem cognominat, alterum Orbē B scutatum, tertium, & postremum Orbem echinatum vocat. Prædictis Gesnerus alia addit genera, licèt minus rotundo corpore. Immo in nostra Piscium Historia Orbis Rhodius, & stellatus fuit monstratus.

Tandem Clusius, inter multas species huius generis Piscium, meminit Orbis rictu Ranæ, qui habebat longitudinem sexdecim vnciarum, & ambitus corporis mensurā viginti vnciarum superabat. Totum corpus erat fuscum albicantibus maculis distinctum. Caput erat crassum, supercilijs elatis, cum ore latiusculo, & fisso, in modum rictus ranæ, præter formam aliorum piscium orbiculatorum.


Quamuis Gesnerus varias oblongi orbis differentias recensuerit: nihilominus hanc speciem non ita eleganter expressit atq; Clusius. An postea huiusmodi piscis Lepus marinus Apuleij appellari possit quemadmodum Gesnerus opinatur, id Clusius in dubium reuocat.

Insuper idem Clusius in Exoticis memorat orbem oblongum capite testudinis, qui corio fusci coloris erat tectus, & tessellis inæqualibus variè distinctus, modò C ferè orbicularibus, modò figura Rhomboide, modò quadrangula, ijsq; omnibus maculas candidas habentibus: Collum habebat oblongum, præter naturam aliorum piscium Orbiculatorum, & in singulis lateribus iuxta collum habebat pinnam ex fusco rubentis coloris, similes erant pinnæ infimi dorsi

In præsentia alias habemus icones proponendas, quarum prima est icon Orbis Hispanici dentati, secunda est pictura piscis Septentrionalis in Olai magni tabula delineati, qui orbibus annumerandus esse videtur, quamuis apud ipsum piscis duodecim pedum nominetur, quam mensuram ad longitudinem piscis ferendam esse Gesnerus arbitratur. Tertio demum loco proponitur effigies piscis echinati fortè ex genere Orbium, qui a Ioachimo fuit communicatus.

Alia differētia præter enumeratas

Orbis




Orbis Hiſpanicus dentatus.

Piſcis Septentrionalis fortè ad genus orbium referendus.



Piſcis echinatus fortè ex genere orbium.



E Præterea Carolus Clusius in Exoticis alias huius generis piscium icones exhibet prima species squamis prorsus carebat, sed dura cute tegebatur, aculeis adeo firmis roborata, vt non sine nocumento apprehendi posset. Erant aculei in dorso, & lateribus longiores, & maiores, in pectore verò minores, & breuiores. Ex Oceano septentrionali allatum piscem esse coniectabat. *Lib.6.c.22.*

Alterius etiam Orbis echinati iconem præbet spectandam, qui ab extremo ore ad caudam vndecim vncias erat longus: eius ambitum sexdecim vnciæ explebant. Coloris erat in dorso fusci nigris maculis conspersi, & circa ventrem cinerei. Binas pinnas in lateribus habebat; pariter alias duas, quarũ vna in extremo dorso supra caudam locabatur, altera post podicem fusci coloris. *Descriptio horũ piscũ*

DE RELIQVIS PISCIBVS.

F


aculeatis.

ORBIVM Echinatorum historia in memoriam reuocauit nonnulla alia piscium genera, quæ spinis armantur. Vnius meminit Clusius sub nomine piscis histricis. Hic piscis ab extremo ore ad initium caudæ longus erat viginti vncias, & crassus viginti nouem, squamis carebat, & corio albicante tegebatur, vbiq; firmis, & acutis spinis obsito quarum basis in binas alias breues & sub cute latentes desinebat. Labia erant rugosa, & bina ossa pro dentibus stabant. Oculi erant illi grandes, & supercilia elata quatuor spinis horrifica. Vtrinq; in lateribus pinnam gestabat, item binis alijs munitus in fine dorsi. Breuiores spinæ erant vnciam longæ, longissimæ triunciales, mediæ duarum vnciarum. Longissimæ latera armabant; reliquæ totum corpus, seruata quadam serie, sed circa caudam rariores. Spinæ supra caput erant erectæ, & quæ versus os vergebant in anteriorem partem erant conuersæ. Quamobrem, ratione huius descriptionis, hic piscis videtur quodammodo conuenire cum aliqua specie orbium echinatorum, iam ab eodem Clusio delineatorum. Præterquamquod os rictum histricis æmulare videbatur. *lib.6 exot. cap.21.* *Orbes echinati.*

G

Pariter Theuetus, referente Pareo, in sinu Persico, Arabiã versus, scribit comprehendi piscem Carpioni quodammodo æqualem, longis aculeis circumuallatum, quibus, aduersus omne genus piscium, præliatur. His autem dentibus si homo leuiter vulneretur, nisi præstò sint præsidia, intra spatium viginti quatuor horarum perit, & talem belluam Herinaceum marinum appellare videtur. Exprimitur igitur in hac icone, vel saltem illi non absimili. *Venenũ piscis.*

Herinaceus



Herinaceus Marinus.

B Amplius si aliquod animal ad Herinaceos marinos est referendum, proculdubio erit ille piscis, qui ab Arabibus in Oceano obseruatur, & ab ipsis Calstol Iaul nuncupatur, quæ voces piscem periculosum seu mali ominis nobis insinuat: propterea quod, quando sæpè apparet, plerumq; aduersi quidpiam contingere solet. Effigiatur à Cornelio Iudæo in tabula Asiæ. *Piscis mali ominis.*

In primis est animal horrendi aspectus, & tectum instar suis gestat, cum dentibus serratis: deinde ab initio capitis ad extremitatem caudæ sex aculei firmmi, & magni; necnon ad pugnandum, & feriendum idonei conspiciuntur: sed tres prope caput cæteris sunt maiores, nempe instar corniculorum, cum alij minores sint, & æqualiter inter se distantes, postremus verò prope caudam aliquantulũ est recuruus. Cauda est bisida, & pars superior maior est inferiori, cum aculeis in summitate. Circa ventrem pinnis est refertus, quibus natando vtitur. In sequenti icone exprimitur.

Herinaceus Arabum.



A

DE COPSO, BARBOTA, & Botatrissa.

Copsus qui Piscis.

PISCEM quemdam Ichthiocollam, quasi glutine redundantem Authores nuncupant quemadmodum in Ponto similem piscem Collanum indigitant. Itali Colpiscem, & Vulgus Colabuccam cognominat, vt Belonius testificatur, qui similem piscem Bononiensibus Copsum appellari asseuerat, cum tamen Copsus nobis, & Ferrariensibus sit Galeus Rhodius Veterum, vt in sua Historia fuit explicatum. Reliquum est modò, vt piscem sub hoc nomine ab Hispania missum Lectori ostendamus, vt figuram huic nomini magis congruam ponderet. B

Barbotæ Etymon.

Galli vulgo Barbotam appellant quemdam piscem non à barba, vt testatur Belonius, sed ex eo quod, Barborare, cænum, & lutum rostro, more Anserum, commouere dicuntur: hinc tamen non fit quin Barbota cirro recto, & breui, instar barbæ, in maxilla inferiori non insigniatur. Nos in præsentia damus aliam barbotam multis cirris decoratam, quæ Plinij Glanis esse à multis perhibetur.


Botatrissam Insubres appellant quamdã piscis speciem, quæ aliter mustela lacustris nuncupatur, & Mediolanenses secundùm Cardanum, Bottam simpliciter indigitant, quia vtri sit similis: cum Mediolanensibus vtris botta cognominetur. Sed satius esset ob capitis huius piscis similitudinẽ cum Bufonibus, Bottam cognominare: nam Bufones Botti nomina aturi; quandoquidem non solum figura capitis, sed etiam rictu hic piscis ranas simulat. Datur hic alia icon, quæ in Historia piscium non fuit locata, & Botatrissa, seu congener mustelæ palustri Belonij nuncupari potest.



Copsus

Copsus ex Hiſpania.





Barbota alia.

Botatriſſa alia, ſeu Muſtelæ paluſtri Bellonij congener.



DE EPERLANO.

RONDELETIVS Eperlarum vocat quemdam piscē, cuius icon datur in Historia Piscium, quonam suo nitore Vnionem, nempe Petriam referat; quamuis postea Bellonius, & Gesnerus Epelanum nuncupēt. Gesnerus Epelanum Sequanæ describit Lutetiæ frequentem, quasi Excellanum à præstantia, qua cæteros pisces sui generis antecellit. Arburno facit simillimum in hoc tantum modo differentē, quod rusas radices pinnarum habeat, & lineam, quæ latera secat versus caudam valde inflexam quinquidigitorum longitudinem, & pollicis latitudinem interdum superare asseverat. Deinde scribit à Ferrariensibus Borbolum nuncupari, & à Rothomagensibus Ouellam, quoniam hic piscis ouis semper sit prægnans. Huius forma datur in sequenti icone.

Epelani Etymon.

Ouella Piscis

Eperlanus Gesneri.




DE TRVTIS.

TRVTA à trudendo aquæ impetu dicta, multas comprehendit species; cum aliæ sint fluuiatiles, aliæ lacustres, quæ Salmonata cognominantur. Deinde fluuiatiles, aliæ magnæ, aliæ paruæ sunt, item colore inter se variant. Tradit Rondeletius quasdam Trutas paruas esse, casq; albas, quales in fluuijs Santonum, & Boiorum versantur, alias esse

E esse maiores, & flauas. Pariter Gesnerus scribit se audiuisse alicubi in Germania Trutam flaui coloris fuisse comprehensam.

Vtcumq; sit, in præsentia exhibere volumus iconem Trutæ vulgaris, quam mustelæ speciem nonnulli esse autumant, & cum Spinulo Alberti conuenire arbitrantur. Potest quoq; vocari Spinula rubea capta Bononiæ in fluuio Sapinæ. *Truta vulgaris*


Truta vulgi, seu Spinula rubea capta in fluuio Sapinæ.




DE LVCIO.

H ISCIS est Lucius nulli non notus, ita nominatus, quia noctu luceat: hac de re admirandus, sed potissimum propter caput, cum Author de natura rerum Lucium in cerebro lapidem chrystallo similem gerere scribat. Nos autem caput huius Animalis admiramur, quia rostrum habet longum, rictum maximum, anserino rostro à Rondeletio comparatum. Maxilla inferior superiore est longior, & instar cochlearis excauata. Dentes in eo plurimi non vno modo dispositi, & teste Alberto, diuersarum acierum; nam in parte anteriore inferioris maxillæ dentes sunt parui, in os recurui; in superiori maxilla nulli, quoniam, cum ea latior sit, dentes extra os prominentes, & inferioribus non occurrentes, essent inutiles. Itaq; horum loco, natura, Rondeletio teste, duos dentiũ ordines palato infixit. Placuit igitur hæc omnia icone capitis huius animalis explanare, posteaquam in Historia Piscium non fuit collocata. Immo addimus reliquas partes internas Lucij diligẽter delineatas, & à Clarissimo viro Io. Ant. Godio Anatomico nostræ ætatis celeberrimo examinatas: veluti in Iconibus lector cõspicari poterit.


A. Foramina, quæ ſparſim frontem Lucij inſigniunt.
D. Nares




A.A.A. Dentium ſeries in palato.
B B B. Faucium aſpera ſcabrities.
C.C.C.C. Branchiæ vtriuſq; lateris introrſum dentatæ, & extrorſum, ſeu foras inflexæ.
D. Os gulæ, ſeu œſophagi
E. Lingua.
F. Dentes mandibulæ inferioris
G. Rictus gulæ
I.I. Palatum.
K Palati aſpera ſcabrities



A.A. Prinnæ ſuperiores ad inferiorem partem thoracis
B. Angulus ſuperior, & pars ſuprema thoracis.
C.C. Thoracis latitudo, quam pleura veſtit.
DD. Septum tranſuerſum
E. Hepar
F Cor.
G. Veſica felliſ.
H. Lien.
I. Inteſtini exitus.
K. Ventriculus deſinens
L. Origo inteſtini
M. Podex
N. Pinnæ.



B. pudendum
C. anus.
DD. reuersus intestini deorsum.
E. intestini orificiũ in quod stomachus definit.
F. lien
G. stomachus.
H. uena à vesica fellis in lienem.
I. altera vena à vesica fellis in lienem.
K. fellis vesicula.
L. hepar inuersum.
M. vas ab hepate in lienem pinguedine inuolutum.



AA. orificium vesicæ vbi ingreditur, & egreditur aer, cuius beneficio natant.
BB. figura vesicæ naturalis.
C.C.C.C. intestina.
D. podex
E. gula

DE CYPRINIS.

CVM horum piscium multæ differentiæ in propria Historia memoratæ fuerint, in præsentia Cyprini palustris partes internas proponimus examinatas; Videlicet.

A. 1. semicirculi branchiarum ossei superficies interna vtrinq; cirrata; item semicirculi ossei superficies inferior vtrinq; cirrata, quæ adeo dum superior villosa, nimirum villis duplicis ordinis insignita.

C. Acetabulum in quo lapis Cyprini continetur.

4 Lapidis Cyprini pars exterior.

5. Eiusdem lapidis pars interior.

AA. Dens interior primi ordinis, & secundæ magnitudinis

BB. Dens alterius ordinis, scilicet medij, magnitudinis primæ, & omnium maximus.

C.C. Dens ordinis etiam secundi, & tertiæ magnitudinis.

DD. Dens pariter ordinis secundi, & magnitudinis omnium minimæ

EE. Dens ordinis tertij, qui, ratione figuræ, papillaris potest appellari.


FF. Pars maxillarum interna respiciens ventrem.

A Vesica inferior respiciens caudam.

B. Vesica superior desinens in ventriculum.

C. Tunica externa vesicæ.

Cyprini Paluſtris anatome.




A

DE PERCIS.

Percarũ varia ſpecies.

PERCA eſt ille piſcis quẽ nos piſcem Perſicum appellamus, cuius multas icones Lector conſpicari poteſt in Hiſtoria Piſcium, vbi maiores & minores delineantur, ſed hic damus aliam ibidem non delineatam. Deinde alium piſcem Percæ conſimilem, quem Geſnerus Schedal Danubij in Bauaria eſſe opinatur, quoniam comprehendatur in Danubio, circa Viennam, Badam, & alibi, & Luciopercam poſſe nuncupari aſtruit. Vilis eſſe pretij, carne molli, abſq; dentibus ſcribit, & habere barbulas infra, & ſupra ſtylo ferreo, qui vaginis enſium addi ſolet, craſſitudine æquales, interdum etiam longitudine. Forma non multum diſſimilis eſt Lucio, pinnis verò dorſi aculeatis, rictu Percæ, & putat Schaid dici in Danubio à noxa, quã alijs piſcibus infert, nam alios devorare B dicitur: quandoquidem ſchedel cranium eſt ſicq. fortaſſis à magnitudine capitis nomen piſci eſt impoſitum.

Percæ alia ſpecies.



Schedel Danubij apud Gesnerum.



DE NONNVLLIS ALIIS PISCIBVS diuersi generis.


ICONES nonnullorum diuersi generis piscium, quæ sub Neptuni imperio vagantur, in publico musæo inuentas, ne in tenebris iacerent, hoc in loco spectandas proponimus, & prima est figura cuiusdam piscis, reticulati, iuxta litus Iluę insulę capti, qui, loco miraculi, Serenissimo Francisco Magno Hetruriæ Duci fuit oblatus. *Piscis Reticulatus.*

Secundo loco effigiatur piscis apud Polonos, Sedacz nuncupatus, qui ad magnitudinem vlnæ Bononiensis excrescit.

Tertio loco pingitur piscis versans in Oceano circa Polum magnetis, cuius figuram Cornelius Iudæus in tabula Asiæ exprimit.

Quarto loco damus effigiem ouorum alicuius piscis, quæ nigerrima erant, & foliolis herbæ adhærebant, sicut in icone exprimuntur.

Piscis



Piſcis reticulatus


Sedacz Piſcis.



Piſcis icon veluti eſt in Tabula Aſiæ.



Oua nigerrima Piſcis.



DE CETIS ET ALIIS AQVATILIBVS immensæ molis.

QVAMVIS superius nonnullorum Cetorum obiter meminerimus: nihilominus in præsentia ex professo horum nonnullorum icones dare spectandas decreuimus: cum in Historia Piscium impressę non fuerint. Primitùs exprimitur effiges Ceti capillati vel criniti, cuius figuram tantummodo Olaus Magnus in suis Tabulis delineauit, cum nullam eius explicationem proposuerit: ideoque veritas in ambiguo versatur. *Effigies ceti capillati.*

Cetus capillatus.



Deinde eodem in loco Olaus Magnus pingit aliud maximum animal aſpectu quaſi flammeo horrendum, capite quadrato, barba prolixa, & multis cornibus inſignitum. Geſnerus Cetum barbatum appellare voluit. Caput quatuordecim cornibus eſt radiatum, quæ vtrinque ab oculo inchoantia per occipitium tranſeunt. Sed dubitat Geſnerus an hoc animal recte fuerit deſcriptum. Quandoquidem Albertus nonnullis Cetis cornua ineſſe non ſcripſit, ſed appendices quaſdam corneas circa oculos, octo ferè pedes longas, plus minus iuxta magnitudinem piſcium, quæ ex lato in acutum deſinunt.

A

Cornua piſcium.

Phyſeter vox equina.

Inter Cetos reponitur etiã Phyſeter, ſeu Phyſalus animal aquatile, quis Phyſeter apud Ariſtotelem ſit fiſtula, qua huiuſmodi animantes aquã proijciunt. Quidã, Geſnero teſte, Phyſeterem nuncupant, quoniam, excitatis vorticibus, vndas maris tale animal ſubuertat; & licèt ſit animal immenſæ molis, ad Balenæ tamen magnitudinẽ nunquam accedit. Turnerus ad Geſnerum ſcripſit, quod huiuſmodi Beſtiæ tantã aquæ copiam fiſtulis in naues aliquando profundit, vt facilè ſubmergantur.

In tabulis Regionum ſeptentrionalium Phyſeterem forma equina capite ſine auribus, patulis naribus, ore ſine lingua, & duabus fiſtulis prominentibus depingunt, vt in ſequenti figura licet intueri, ſed hanc picturam vna cum Geſnero abſurdam eſſe opinamur; etenim Lector effigiem Phyſeteris genuinam in Hiſtoria Piſcium ſeu Cetorum delineatam conſpicabitur.

B



Cetus




Cetus barbatus.



E Cum inter Cetos Delphini recenſeantur, & eorum genuinæ icones in propria Hiſtoria locatæ fuerint, in præſentia nihil, niſi nonnulla officula Delphinorum proponenda habemus, vt apparet in iconibus.

Delphini oſsicula.



Phocæ, ſeu Vituli marini duæ differentiæ in Cetorum Hiſtoria fuerunt memoratæ. Hic addimus tertiam, quæ ab Ambroſio Pareo Vitulus marinus monſtroſus appellatur, fortaſſis quoniam à Vitulo marino vulgari diſcrepet: non tamen ſimpliciter monſtrum nuncupari debet; cũ huius generis beſtia non rarò comprehendatur. Tradit enim Olaus Magnus ſimilem belluam, iuxta litus Bergæ, fuiſſe captam, & nuper aliam ſimilem Carolo nono Regi fuiſſe oblatam, quæ in Viuario fontis Beilenquæ diu vixit, & ab aquis in terram gradiebatur. Demum quinq; ab hinc annis Bononiæ à quibuſdam Circumforaneis tale animal viuum, quæſtus gratia, publicè monſtrabatur, & ſenex maris vocabatur; quandoquidem eius aſpectus faciem ſenis apprimè ſimulabat, vt in icone conſpicitur. *Vbi tales beſtiæ ſint.*

Vituli



Vituli marini alia ſpecies.

E Quædam bestia inter Cetos, numeratur, quæ Germanis, teste Gesnero, *Rusor* nominatur, quod nomen factum esse asseuerat ab impetu, & sonitu beluæ, dum per vndas marinas fertur: hinc quidam latina voce Rosmarum indigitare voluerunt. Verùm putat Gesnerus hoc nomine fuisse donatam bestiam à voce, *Rus*, quæ, lingua germanica, Gigantem indicat, sortassis à magnitudine, & robore, quo cæteris Piscibus, & Cetis hæc bestia præstat. Hæc bellua binis dentibus elephantinis est prædita, quibus tanquam clauis se de scopulis suspendit. In extrema Moscouia, vel Hungaria scythica, non longè ab ortu Tanais *Morsz* nominatur, sed Ambrosio Pareo Elephantus marinus dicitur, cui amphibium est animal, additq; dentibus circa rupes se suspendere, sicq; dormire: vnde Nautæ conspicientes litus petunt, & crassioribus funibus ipsum constringunt. Sed animal his vinculis non excitatum, magno strepitu, & lapidum iactu expergefacere conantur, sicq; in mare solito impetu resilire conatur, sed vinculis nodatum adeo mansuescit, vt arbitrio nautarum regatur: quamobrem ipsum mactant, adipem eliciunt, & corium in corrigias diuidunt, quæ F quoniam validæ sunt, & nunquam corrumpuntur magni pretij esse perhibentur.

Somnus animalis.

Vsus.

Succedit alia bellua marina, nostro iudicio, cum superiori eadem, elephantis magnitudinem aequans, quam genuinum rosmarum esse multi autumant, cuius figuram Olaus Magnus in sua Tabula delineauit, sed nullam explicationem addidit: quapropter Gesnerus pedes in hoc pisce improbat: quamuis pictura huius animalis, quæ in Curia Argentinæ spectatur, pedes ostendat. Etenim caput ad sceleton veri capitis factum esse, & reliquum corpus ex coniectura delineatum Gesnerus intellexit Pariter dentes in hac figura deorsum vergunt, & tamē effigies Tabulæ Olai Magni dentes bestiæ sursum eleuatos ostendit. Author, qui chronographiam moscouiticā publicauit, *Morsz* hanc belluam nuncupauit, & similiter binos dentes exertos è superiori mandibula descendentes, pinxit.

Alia descriptio.

Addunt præterea, quòd bestia hæc montes litorum scandit, & graminibus vescitur, item somni gratia, se de rupe suspendit: hinc Piscatores animal sopitum obseruā tes funibus vinciunt. Quamobrem colligendum est hoc animal vnum, & idem cum G superiori esse: quamuis picturæ diuersimodè delineatæ varias animalis species ostendere videantur, vt apparet in iconibus.

Somnus.

Aliud animal magnum, aquatile, horrificū, & valde ferum, pedes nouē, aut decem longum, & iuxta proportionem longitudinis latum, corio, instar Crocodili, vestitum Orobonis nomine, circumfertur. Hoc pisce aluntur Arabes Incolæ Mazouanij montis, qui iuxta mare rubrum porrigitur.





Elephas Marinus.

Roſmarus bellua marina eadem cum ſuperiori.



Orobonis Piſcis effigies.

Prædictis addimus icones trium aquatilium animalrum, quæ in Tabula Europæ
E apud Cornelium Iudæum pinguntur. Primum roſtro eſt Balenæ, & verſari perhibe
tur in mari Tyhrreno, prope Sardiniam, roſtro eſt acuto, pinnis munitur magnis,
nempe duabus propè caput, & binis alijs circà initium caudæ. Caudam circulis
quibuſdam inſignitam, & reuolutam geſtat, cuius extremitas eſt biſida cum flocco,
ummitatis caudæ Leænæ æmulo. *Primi deſcriptio.*



Pinna alicuius Ceti.

Secundi de lineatio.

Secundum animal est Boui simile, & Vualrus cognominatur: immò ratione pedum anteriorum, Phocam, seu Vitulũ marinum refert. Prima facie hæc bestia catum simulat, si posterioribus pedibus esset referta. Definit tandem in caudam pinnatã, & triangularem cum extremitate pinnarum serrata supra os appendices quasdam instar corniculorũ gerit, & pedes in quinq; vngues finire videntur.

Tertij descriptio.

Tertiũ animal est Suiterrestri simile: ideoq; id ancipitis naturæ esse arbitramur; quandoquidem quatuor habet pedes, quibus in mari, loco pinnarum, ad natandum vtitur, & in terra ad gressum: namq; hirundo etiã marina alis natans vtitur, & quãdo supra vndas attollitur, easdẽ ad volandum adhibet: Præterea hoc animal binas habet aures acutas, suillum rictum edentulum, & pinnam ab initio capitis vsq; ad finẽ caudæ porrectam, quæ setas suum æmulatur; cum reliqua corporis pars depilis appareat, cauda tamen lata, & bifida, vt in iconibus conspicitur.



His quoq; libuit addere pinnam alicuius Ceti, quam ita delineatam in Musæo inuenimus

DE


E Pinna hæc ad animal aquatile attinere debet, cum figuram remi maxime referat quandoquidem pinnæ ad vſum nauigandi, iuxta ſententiam Philoſophorum, quatuor eſſe dicuntur, licet quandoq; ſint duæ, vt in anguillis. Præterea ſimiles pinnę diſcrepare ſolent inter ſe, ſubſtantia, magnitudine, forma, colore, numero, exceſſu, & defectu. Namq; nonnullæ ſolida ſubſtantia conſtant, quædam filis, & membranis integrantur, quædam ex ſola chartilagine, & demum aliæ ex chartilagine & oſſe conficiuntur, vt in belluis marinis licet conſpicari. *Pinnarum differentia.*

Quapropter, vt noſtra fert opinio, pinna hæc ad aliquam belluam marinam ſpectare debet, cum mediam naturam inter chartilaginem, & os participet, præterquamquòd colorem eburis æmulatur. Deinde pinnæ ſunt quædam, alas auium, iuxta quamdam proportionem, repræſentantes. Similiter hæc longitudine vnius dodrãtis, & duorum palmorum, & latitudine digiti auricularis referta, à media ſui parte vſq; ad ſummitatem in tenuia fila ſcinditur; itaut ſimulare videatur ramos arboris Palmæ, antequam folia expandantur: non igitur præter rationem, hæc pinna Phœnicites appellari poſſet. F

Cuius autem ſit animalis non poteſt quidquam certi in medium afferri: fieri enim poteſt, vt hæc non ſit integra pinna, ſed pars, & fragmentum alicuius maioris: pariter poteſt eſſe ex numero earum, quæ vel ſunt in dorſo, vel ad podicem, vel ad caudæ extremitatem *Pinna ambigua.*

Antequam ad Paralipomena Hiſtoriæ quadrupedum accedamus, piſcem, ſeu Cetum quadrupedem ponderare decreuimus, vt is ad familiam terreſtrium quadrupedum examinandam aditum reſeret. Hoc animal non diu, ante obitum Pauli Tertij Pontificis maximi, in medio Tyrrheni maris, magna cum omnium admiratione comprehenſum fuit, forma, & magnitudine planè leonina, vt in icone figuratur, ſed corpore ſquamoſo, & voce nonnihil humanæ ſimili. Hoc Romam deductum fuiſſe referunt, vbi diu non vixit, naturali loco, & proprio alimento deſtitutum. Huius animalis hiſtoriam Philippus Foreſtus, referente Pareo, ſcriptis mandauit. *Animal Leonino aſpectu.*

Quocirca hoc animal ex genere eorum fuiſſe videtur, quæ apud Iapones in quaG dam ſylua gignuntur, facie, & magnitudine canina, aureo colore, & molli villo. Hoc enim genus animalis, vt tradit Aloyſius Almeida, & multi confirmant, dimiſſa terra ſponte mare ingreditur idcirco Maripeta appellatur: ibiq; paulatim in piſcem transformatur. Idq; adeo verum eſſe teſtatur Author, vt affirmet aliquando contigiſſe piſcem quandoq; captum, omnibus corporis quadrupedis partibus nondum prorſus transformatis. Additq; hoc fabuloſum non eſſe, quia omnium Indigenarum conſenſus huic veritati adſtipulatur. *Maripeta.*



Amplius aliud animal aquatile, &quadrupes non est omittendũ, quod in vna Moluccarum insularum viuit, Camphurch vocatum, vt testatur Theuetus, referente Pareo. Hoc mãgnitudine Cerutum aequat, cornu gestat in fronte mobile, fere instar cristæ galli indici, trium pedum longitudine, & aliquando ad crassitudinem humani brachij accedens. Ceruicem pilis cinerei coloris habet tectam. Pedes posteriores anserinis habet similes, quibus ad nandum in aquis dulcibus, & salsis vtitur. Pedes autem anteriores ceruinis sunt affines. Piscibus victitat. Pleriq; sibi persuaserũt hoc animal Vnicornis esse speciem, & propterea cornu aduersus venena habere efficax. Rex Insulæ, Theueto teste, huius Ferae nomine insigniri gloriatur.

Camphurch effigies.



PARALIPOMENA HISTORIAE omnium Quadrupedum.

DE MONOCEROTE.

CIRCA formam huius animalis, Authores inter se sententijs variant vt in Historia Solidipedum narratum fuit. Cum nonnulli hanc bestiam ad genus quadrupedum Solidipedum, alij ad genus Bisulcorū, & demum alij ad genus Digitatorum referant, nec mirandum est, quoniam alicubi canes cornuti viuere feruntur. Veruntamen vt plurimum inter quadrupedes Solidipedes recensetur: siquidem testificantur, quod in Occidentali India Barbari Veræpacis apud se magnum animal forma equi, rasum cornu in fronte gerens versari asserunt. Alij autem Authores alia tradūt: nihilominus adhuc non constat cuiusnam formæ conditionis, & prærogatiuæ sit illud animal, quod per excellentiam Vnicorne appellatur. Monstrantur quidem à Circumforaneis cornua, & frusta cornuum, quæ monocerotis esse feruntur; cum tamen quicquam certi non habeant, quo id probare possint. Nos pariter multas differentias huius cornu, quæ ad nostras peruenerunt manus hic exhibemus delineatas. Primo loco figuratur Monoceros vulgaris, deinde monoceros alter, tertio, & quarto loco duæ aliæ differentiæ proponuntur, & postremo loco duæ differentiæ monocerotis ex terra effossi: nam quandoq; contingit, vt Cetacei pisces à mare in arenas pulsi obruantur, & post multos annos ex imis terræ visceribus ossa eruuntur cornuum simulacra referentia, & Circumforanei credulis spectatoribus cornua monocerotis esse persuadent.

Canes cornuti vbi.

Frusta Monocerotis varia.


Qui plura scire cupit de hoc animali, adeat huius Historiam in Tomo quadrupedum Solidipedum.

1. Monoceros vulgaris.

2. Monoceros alter.

3. & 4. Monocerotis aliæ duæ differentiæ.


5. & 6. frusta Monocerotis ex terra effossi.



Quapropter Nos in præsentia exhibemus iconē cornu Rhinocerotis quod aliquibus cornu Monocerotis appellatur. Pariter iconem cyathi ex cornu eiusdē Rhinocerotis, quod pariter pro cornu Monocerotis habetur.

Cornu

Cornu Rhinocerotis cum cyatho ex eodem.




DE ELEPHANTO

HOC animal dentium candore, & magnitudine est admirandum, & propterea ebur eius dens dicitur, quasi à barro, qua voce, Incolæ Elephãtum appellant: quamuis postea solum ebur sit illa pars præcipua, quæ extra os animalis prominet, quod nos etiam docuit Plinius. Placuit igitur in præsentia icones horum dentium exprimere, postea quam in Tomo solidipedum non fuerunt collocatæ, & primo loco damus dentes Elephantis superiores supinos, deinde eosdem dentes cum parte pronâ superioris maxillæ.


Den-

Dentes Elephantis ſuperiores ſupini.



Dentes Elephantis cum parte prona maxillæ inferioris.

Dentes Elephantis cum parte prona maxillæ ſuperioris.



E

DE TAVRIS.

VNT quædam animalia bifulca, quæ ratione ætatis, & ſexus, varia ſortiuntur nomina: nam Bos in ætate iuniori conſtitutus, Vitulus, vel à viridi ætate, vel à vitulando, nempe laſciuiendo, vel à vita fuit vocatus, vt in propria Hiſtoria exaratur. quando autem ad ætatem adultã peruenit, antequã caſtretur, Taurus dicitur, veluti poſt caſtrationes Bos cognominatur. Item, ratione ſexus, Bos fœmina, Vacca appellatur. Itaq; hoc in loco nil aliud habemus, quod addamus niſi figuram dentis Vituli vnius menſis. *Nomina varia.*

Præterea habent Indi animal, quod Tlachaxolotl indigitant, beſtiam Tauro nõ valde abſimilem, ſed aliquanto maiorem, capite magno, rictu oblongo, latis auribus, dẽtibus atrocibus, craſſo collo, vngulis taurinis, ſed maioribus, cauda craſſa, & prolixa, pelle denſa, cum pilis hiſpidis. Animal eſt ſolitudinis incola, & edile. Veſcitur montanis quibuſdam herbis, vaſtatis paſſim campis & ſatis, quibus deficientibus ad frondes arborum confugit. Humanum aſpectum non reformidat, neq; ſagittis facilè occumbit, quia tergus ferè habet impenetrabile. Quapropter defoſſa terra, & deſuper ramis arborum tecta, facilè capitur: quemadmodum elephas apud Indos decipitur. *Taurus Indicus.*

Dentes Vituli vinius Menſis.



DE CAPRIS.

Pannus Cymatilis.

INTER animalia bisulca, differentiæ Capearum exoticarum sunt admirabiles, inter quas recensetur illud genus incolens Aethiopiam, cuius mares ad vituli molem accedunt, prolixis pilis terram verrunt, sed pili non sunt tenues, immo instar crinium equorum, & magno in pretio habentur.

Soli mutatio quid præstet

Neq; omittenda est memoria illarum caprarum, ex quarum pilis pannus ille texitur, quem cymatilem, seu undulatum nuncupant: est enim earum pilus tenuissimus, & nitens, & ad terram usq; propendens, ideoq; pulchritudine tertio non cedit. Hunc Capturij non tondent, sed depectunt: capræ tamen sæpius in fluminibus lauantur, gramine per illos campos pascuntur exili, & ficco, quod, ad lanæ tenuitatem producendam multùm conferre certum est: quandoquidem liquidò constat huiusmodi Capras aliò translatas, eandem lanam non producere, sed vnà cum pabulo mutari, totasq. captas ita degenerare, vt vix agnoscantur.

Vicuna animal.

Sunt, apud Peruanos, quædam animantes perniciissimæ, quas Vicunas appellant syluestribus capris valde similes, ad quod genus fortassis referuntur, cum tamen cornibus careant. Gaudent montanis locis adeoq; frigus, & deserta amant, gelu, & niue recreari videntur, societate, & grege delectantur. Celebri venatione capiuntur namq; Barbari congregantur, vt numerum trium millium compleant, & aliquē montem circumdant, sicq; paulatim in vnam sedem has Feras aliquando plusquam trecentas cogunt, & leuiusculis aliquibus dimittunt. Aliter capiuntur, quando ad conueniens interuallum accedunt, coniectis ad pedes funibus plumbo extremitati innexo, quibus bestiarum cursus impeditur. Tondent has capras ad stragula, nam culcitras ex lana infarciunt, quæ inflammationes renum, & podagras mitigare dicitur. Præterea in harum visceribus lapis Bezoarticus generatur, qui secundum locum post Orientalem, occupat, qui plura de hoc lapide scire cupit, adeat historiam Bisulcorum in capite de Hirco Bezoartico.


Capiendi ratio.

Lapis Bezoar.

Antequam ad aliam accedamus Historiam, iconem sceleti Capræ exhibemus spectandam, deinde Capreolum plumoso capite & bicorni cum Dictamno Cretico, Dorcidio inde nuncupato, sed aduertendum est, quòd duo cornua huius animalis ex crista propendent. Hic capreolus in Sueuia à quodam caupone fuit altus; sic quidã philiater Augustanus nobis retulit, qui animal viuũ se vidisse est testificatus, & illã in fronte eminentiam ex materia inter plumas, & pilos media cõstare asseuerauit.

Preterea addimus iconem animalis, quod faciem Asini, & pilos, pedesq; Capræ repræsentat; pingiturq; cum Onopyxo tertio Dalecampij.

Capræ



Capreolus capite plumoſo, & bicorni cum Dictamno Cretico.



Capri-

Capriasinus cum Onopyxo tertio Dalecampij.



Lib.3 Caprarum mentio in memoriã reuocauit, quod recitauit Aristoteles in Historia A
Animalium; nimirum in Lemno insula Caprum ex mammis, quas geminas, iuxta genitales, habebat, tantùm lactis effluxisse, vt inde colostra fierent. Sed recentior casus est, quẽ narrat Diuus Franciscus Xauerius in tertia epistola secundi libri, referẽte Ioanne Eusebio Iesuita, in Historijs Naturæ. Hæc igitur sunt verba Diui Franciſci in originali epistola manu ipsius propria Hispano idiomate scripta, quæ seruatur in Collegio Societatis Iesu Madritensi. *In hac Insula Amboino, tem vidi incredibile, & ante hoc tempus inauditũ, quã forsassis opere pretiũ erit agnoscere: Caprum marem, inquam, vidi Lacte suo parnos alentem hados: habet enim, quod prope gentalia, vnicũ habet, tantum lactis reddebat quotidie, quantum scutella capere posset.* Addit praterea in huius confirmationem Ioannes Eusebius Iesuita se quoq; proprijs oculis vidisse mulam ster ilem, quæ tamen lacte copioso aliam paruam mulam nutriebat, quam Asina quædam peperterat.

Caprivlera

Mula lactãs

DE AGNO.

MVLTA de hoc animali in Tomo Bisulcorum quadrupedum fuerunt exarata, quò Lectorem relegamus. Hic solùm nonnulla de extis huius Animalis recensebimus, quæ olim in delicijs fuisse apud Priscos comperimus, veluti apud Plautum in Pseudolo: qua de re horum iconem pronè, & supinè delineatam exhibemus.


1. Ventres Agni externa parte depicti

A. Ventriculus.

B. Reticulum.

C. Omasum.

D. Obomasum.



2. Ijdē ventres parte inuersa delineati.

A. Ventriculus.

B. Reticulum.

C. Omasum.

D. Obomasum.

A

DE CERVIS

Cervorum exoticorum differentia

NON simplex Cervorum genus in noua Hispania obseruatur. Etenim quidam sũt rubei, quidam albi toti. Hos Cervorum reges vocant Indi, & Yztacmacame. Alij sunt nostratibus forma consimiles magnitudine, & ingenio, Aculhuame vocitant. His minores Quauhtlamacame, magnæ sunt generositatis, & à ceruina timiditate degenerãt, nam vulnerati efferociunt, & Venatores adoriuntur, & sæpè occidunt. Eiusdem moris, & moris sunt Tlalhuicamacame, sed impares animo. Minimos tandem Tamamacame indigitant.

Cervorum usus.

In Duarhe Xapida, & alijs Regionibus noui orbis, Cervorum armenta errant quemadmodum in nostra Plaga Boues. Domi pariunt, soluti per nemora pastum quærendo, luce durante, vagantur, Vesperi pullos domi retentos reuisunt, immo, pastis pullis, se mulgeri patiuntur, non enim ex alio lacte caseus conficitur. Septentrionales curribus Cervos iungunt, quibus celerimè vehuntur. B

In aliquibus Occidentis regionibus, Cervi à Venatoribus cæsi, quærunt herbam Atochielt (sic illam vocant Barbari, & est Pulegij species) hæc enim recreantur, vnde restauratis viribus nouam pernicitatem acquirunt: siquidem illis hæc herba magis, quàm Dictamni virtus præstò est

Alia cervorum species

In Virginia Cervi longiori cauda, quàm nostrates sunt præditi, & cornuum extremitatem in dorsum recuruam gerunt. In America quoddam genus Cervorum, est, quod nostratibus est humilius, minora gerit cornua, & pilos longos, ritu Capræ, emittit. In Plagis noui Mexici Cervi vagantur habentes caudam valde pilosam, & prolixam, more mularum, quarum molem superant, maximiq; roboris esse perhibentur. Quid? si addamus iconem illius Animalis, quod aspectu Cervi, & equi formam si mulat, & propterea Hippelaphus, nempe equicervus nominatur. Imò proponimus etiam spectandam iconem illius Animalis, quod faciem Cervi, & Cameli refert: quamobrem à Matthiolo in epistolis Elaphocamelus appellatur. C

Libuit hoc in loco veram figuram ossis de corde Cervi iuxta vtramq; partem deli neati exhibere, vt apparet numero 7. & 8. quandoquidẽ non est ambigendum in sub-



stantia

F stantia cordis ceruini quamdam materiam chartilagineam nō reperiri, quæ ad materiam osseam maximè accedat, coloris albic antis & figuræ triangularis : quapropter Rinodeus Parisiensis in Ceruis potissimum annolis huiusmodi officulum esse scribebat, quod Venatores á figura, crucem cerui appellant. Immò in cordibus etiam Camelorū os inueniri multi autumant. Namq; Tostatus, in enarrationibus Leuitici, os in corde cameli, & in corde Cerui reperiri promulgauit: deinde Dalechampius, in Annotationibus Plinianis, Tostati sententiam stabilire videtur: cū tamen cæteri authores, tum græci, tū latini id negauerint. Itaq; notandum est in cordibus magnorum animalium, & præsertim senescentium, bronchia arteriarum talē adipisci duritiem, vt osseam substantiam facilè simulēt: non igitur admirationi nobis esse debet, si interdum in corde magni animalis senescentis ossa reperiri perhibeantur. Qui plura huius generis scire desiderat, adeat Historiam Bisulcorum, vbi de hoc osse fusè disputatur.

Os de corde Cerui

Hippelaphus.



Ela-

Elaphocamelus.



DE

E

DE ALCE, SEV MAGNA BESTIA

HEC Bellua, iuxta multorum ſententiam, tres partes medico vſui vtiles habet, nimirum cornua, neruos, & vngues: quamobrem Menabenus tradidit, in Suetia, cornuum raſuram ſummoperè probari, & Prutenos Principes, in epileptico affectu, cornuum virtutem cognouiſſe. Quamobrem nulla debemus coerceri admiratione, ſi ex huiuſmodi cornibus, magno artificio corcula parentur: quemadmodum in ſequenti figura conſpicitur, quæ poſtea ad huius affectionis prophylacticam de collo ſuſpenduntur.

Alcis partes ad vſum medicum quæ.

Corculum ex cornu Alcis.



H Prætera vngues huius magni Animalis in Epilepſia magis commẽdantur, illuèq; magna admiratione dignum eſt, hunc vnguem non tantùm terapeuticum, ſed etiã prophylacticum eſſe: non enim ſolum factam iam epilepſiam curat, ſed impendentẽ etiam prohibet. An verò omnis vnguis huius animalis eadem potiatur facultate, variæ ſunt apud Authores ſententiæ. Non deſunt, qui ſiniſtro vngui poſteriori plus tribuunt, quàm alijs, quia hunc beſtia auri apponẽs morbum propellat. Nos verò dextro potius, quàm ſiniſtro poſteriori primas tribuendas eſſe cenſemus: ſiquidem ſi vſum vtriuſq; reſpiciamus, dexter facilius, quàm ſiniſter auri apponitur, aut vtrũq; vnguiculum indiſcriminatim eadem pollere facultate pronunciamus, cum vterq; auri ſine difficultate iuxta animalis appetitum, & opportunitatem loci, & ſitus, appli cari poſſit. Nihilominus in præſentia genuinam iconem vnguiculi poſterioris dex tri pedis exhibemus ſpectandam.

Vnguis Alci, quis optimus.

Alcis vnguiculus posterior dextri pedis.



DE CAMELI, & CAMELOPARDALI differentijs.

VARIÆ species huius Animalis enumeratæ fuerunt in Tomo quadrupedum Bisulcorum, necnon ibi variæ icones fuerunt propositæ. Nos hic damus alias icones, quarum prima erit Cameli Bactriani altera species. Secunda erit Cameli frequentis in Libyæ, & Numidiæ Desertis, in quo Animalis genere diuitiæ Arabum consistunt. Huius Cameli figura delineatur à Cornelio Iudæo in tabula Africæ; est enim diuersa ab effigie huius animalis, quam alibi pictam posuimus D

Cameli

Cameli Bactriani altera ſpecies, cum iunco odorato.



Cameli

Cameli alia differentia picta à Cornelio Iudæo in Tabula Africæ.



In Historia Bisulcorum quadrupedum post exaratam naturam Cameli, de Camelopardali quoq; actum fuit, vbi vna tantummodò icon istius animalis fuit proposita, modò ad maiorem huius animalis cognitionem, duas icones maris scilicet, & fœminæ exhibemus spectandas, vt Lector faciem vtriusq; ratione sexus diuersam esse agnoscat.

Came-

Camelopardalis mas.



Camelopardalis fœmina.




DE


DE APRIS INDICIS

HERAM montanam vocant Indi Coyametl, alij quapicotl, alij faiassou, alij Saynum, siue Zainum. Est similis nostrati Apro, minor tamen, & deformior, cum vmbilico supra dorsum, ad regionem renum, & expressus humorem aqueum effundit: nõ tamen verum vmbilicum esse dicunt, sed veri vmbilici rudimentum: quapropter scriptores Americanæ Historiæ huiusmodi Apros foramen in dorso habere referunt vt in icone apparet.

Aper cum foramine in dorso.

Porcus Americanus, siue Zainus.





Sceleton ſuis noſtratis.

fracundũ est animal. Conscendunt Venatores arborum summitatem, & grex Zainorum accurrit, qui mordent arboris truncum, cum hominem non possint vulnerare; interim Venator supernè rutus venabulo illos cædit.

Antipathia Zainorum.

Mira inter hanc bestiam, & Tigridem est Antipathia; ideoq; constituunt Ducem, & iste Dux Zainorum quoscumq; potest sui generis, trecentos, aut plures conuocat, quemadmodum Imperator milites conducit. His copijs inuadit Tigridem, quæ licèt ferocissima sit bestia, præ cæteris Americanis Feris, vincitur tamẽ multitudine non sine magna Zainorum strage, nam inuenti sunt innumeri occisi, simul cum Tigride.

Vllus.

Caro est similis suillæ, vel aprugnæ, sed durior, atq; insuauior. Setæ sunt asperę albo, & nigro colore variatæ. Vescitur glandibus, radicibus, & alijs montanis fructibus, necnon vermiculis, lumbricis, atq; alijs animalibus huius generis, quæ in locis vliginosis nascuntur. Additur in gratiam Lectoris Icon sceleti porcelli vulgaris

F

DE LEONIBVS.

Vsus Leonũ in cibis.

ABISVLCIS animalibus ad bestias quadrupedes digitatas transeundũ est. Apud Indos noui orbis natio Leonum est ignauior, Puma Peruani vocant. Minores, quàm Africani sunt, fugaces, atq; innocentes, nisi prius lædantur, degeneres omnino animo, mole, iuba, & colore, quia sunt potius fusci, quàm fului. Ad horum venationem conueniunt Indi lapidibus, & fustibus eos interimunt; quoniam eorum carne vescuntur, quæ est alba, & crassa, adipem medicamẽtis referuantes, & ossa pro saltationibus, & choreis.

Leo albus qualis.

Est in Chiappa animal simile cani leporario nigrum, præter caput, & collum, quæ alba sunt, Indi tamen Leonem album appellant.

G

Præterea sunt aliæ Feræ Leoni affines; veluti Miztli, animal ita à Barbaris appellatum Leoni nostrati non iubato congener, quod adhuc paruum, est fuscum, crescens verò fit fuluum, & interdum rubrum, & subalbidum, quod, ob regionis diuersam naturã, potest euenire.

Animantes Leoni congeneres.

Item Quamztli bestia affinis est Leoni, vnde nomen sumpsit, sed mitior, & agilior, hinc nonnulli Hispani Pantheram esse existimarunt. Ad has etiam differentias Machamiztli bellua pertinet, quæ à Ceruo, & Leone nomen sumpsit, quas animãtes nonnullis corporis partibus simulat: immò & Cuitlamiztli à Leone, & Lupo indigena mutuata nomenclatione huc spectat. Bestia est Leone crassior, mitior tamen, & minor, venatione ceruorum, & ouium viuit, immò etiam fatur, quæcumq; offenderit animalia interimit. Cum famem semel expleuit, binos, & ternos dies dormit, abstinens à præda donec esuriat.

Leones parui quales.

Insuper est Tlalmiztli fele minor, sed facie leonina, mirabilis est in paruo corpusculo animalis vultus, & ferocia. Cacamiztli vocatur aliud animal, quod ad genus
H Leonum paruorum, vel felium pertinet, & in iuncetis versari solet. Quadrupes est, quaternas spithamas longo corpore, sed non admodum amplo, fuluo pilo, & aliquantisper prolixo, auriculis breuibus, & penè nullis, capite ælurino, cauda prolixà, & hispida. Adeo ferox est bestia, vt Ceruos plerumq; aggrediatur, & etiam occidat: vnde fortassis nomen sibi comparauit, nisi hoc nomen à fele potius profectũ sit. Etenim Mixtli apud Mexicanos interdum ælurum, & aliquando Leonem significat. Viuit animal apud Pannonenses.

A

DE TIGRIBVS INDIARVM.

TIGRIS in nouo Orbe non vna est, vel mole, vel furore, vel specie Vulgaris nostratibus est maior. Huic alia similis, quæ quia minor est, ab Indis Tlaco ocelotl, idest parua Tigris nuncupatur, maculis fuscis, & nigris varsata, non pallidis, & candentibus, vt in alijs, apparet.

Tigris Leone ferocior.

Sunt hæ Tigres Leonibus ferociores, & auidè Indos quærunt etiam in aedibus, & nisi constanter fores fiat clausæ, clanculum ingrediuntur, & comprehensum aliquem Barbarum mordicus deferunt, non secus ac felis murem, & tanta feritas huius animalis non potest vinci nisi baculo circa renes bestiæ cædatur, & reddatur elumbis; sic enim languet, & paret victoriæ. Nulla alia Fera magis timetur Indis occidentalibus, quàm hæc: immò honoribus cumulatur, quoniam Dæmon illos sæpissimè specie Tigridis alloquebatur, sed postquam Indi rectam in Deum fidem receperunt, timor, & reuerentia hums feræ euanuit.

B

Animalculū comitāti Tigrim quæ.

In Bengala ferocissimæ sunt Tigres, & contumacis odij, quia ad spacium mille passuum supra triginta insequuntur per littora nauim, qua aufugit læsor. Præterea oburjs quibuscumq; Hominibus, & Feris atrox. Nihilominus natura præuenit tantā pestem. Comitatur tigrim aliud animalculū, quod assidoo latratu illā indicat, quo audito, aliæ Feræ recedunt, & conduntur, homines autem fugiunt.

In Brasilia quoq; magna Tigrium est multitudo, quæ famelicæ magna pollent velocitate, & tremendis viribus. Eædem pastæ tanta feruntur esse ignauia, vt con festim à gregarijs etiam Canibus in fugam vertantur.


Animal Tigridi affine

Tigridi affine videtur esse animal Thanacth vocatum, quod se vidisse fatetur Theuetus, apud Indos mercatores, dum mari rubro veheretur. Hoc magnitudine, & membrorum conformatione Tigridi non erat absimile, facie tamen ferè humana, sed naribus valde resimis. Immò anteriores pedes humanis manibus & posteriores Tigrium pedibus similes habebat. Cauda carebat, & pilo vestiebatur fusco. Deniq; capute, auribus, ceruice, & ore hominem, capillis verò subnigris & crispis aethiopem referebat; cætera Tigris. Simile animal vidisse in Germania quidā medicinæ studiosi nobis anno elapso publicum inuisentes Musæum referebāt, quod, quæstus gratia, à quodam circumforaneo ducebatur veluti in sequenti icone effigiatur.

C

Animal

Animal Tigridi affine.



DE VRSO.

Lib. 1. c. 4. 5.

IN Historia quadrupedum digitatorum explicatum fuit, iuxtà nonnullorum mentẽ, fœtum Vrsæ ab aluo informe egredi; quem postea mater lingua formare videtur: nihilominus inspectio anatomica Vrsę prægnantis occisæ oppositum monstrauit: siquidem in aluo Vrsulus suis membris distinctus inuentus fuit, ea forma, quæ in sequenti icone cõspicitur. Hinc patet multas opiniones esse falsas, quæ præcipuè relationi adhærent; veluti est opinio illa de excisione testium Castoris, de partu viperæ, & pariter de informi partu Vrsæ: cum in vtero vrsino imperfectus nõ sit fœtus, citra distinctionem membrorum, quæ post partum lingua matris perfici, & distingui dicuntur: etenim autopsia totum oppositum demonstrat. Hinc Plinius corrigendus est, qui falsò hanc opinionem protulit.

Lib. 8. c. 36.

Pariter hic damus figuram vnguis vrsini, qui refert effigiem illius lapidis ex terræ visceribus eruti, qui Græcis Rhizolithos appellatur, cum rostrum rapacis auis simulet.

Vrsulus ex cæsa matris aluo exemptus.



Vnguis Vrsi adulti.



E

DE LVPIS.

REGIONES nouæ Hiſpaniæ calidiores alunt Lupum, quem Indi Cuetlachtli appellant: noſtratibus eſt ſimilis, ſed amplitudine capitis maior, Tautos, & aliquando Homines adoritur. Inueniuntur nonnulli albi.

Lupi Regionis Bambæ oleo Palmarum ſummopere delectantur. Oleum.n. ex fructu Palmarum expreſſum, craſſum eſt, & inſtar butyri ductile, quod corticibus cucurbitarum excipitur, & magna diligentia reſeruatur. Sed mirandum eſt, quàm dextrè hi Lupi id furentur; mordicus enim vaſa comprehendunt, & hume-
F ris, vt Lupi noſtrates oue furati, in ijciunt, vt curſus tantò ſit expeditior, & verbera perſequentium effugiant. *Luporum verſutia.*

DE HIPPOPOTAMO.

IN Hiſtoria quadrupedum digitatorum. Hippopotami meminimus, quoniam re vera vngulas in quatuor veluti digitos diuiſas habeat. Qua propter ibi icones Hippopotami maris, & fœminæ dedimus, inſuper figuram capitis Hippopotami, in qua melius dentes conſpiciuntur. Modò ante oculos Lectoris repræſentamus picturam partis anterioris Hippopotami fœminæ, in qua nares patulæ melius conſpici poſſunt.

G Præterea nolumus ſilentio inuoluere picturam cuiuſdam beſtiæ Hippopotamo congeneris, vel affinis, quæ inter Hieroglyphica, in tabula Bembi, fuit delineata. Itaque ibi conſpicitur hoc animal, veluti in aliquo agro verſans digitatum, & valdè craſſum, cum cauda pariter craſſa, & breui. Ante hoc animal cernitur homo Aegyptius, qui telo beſtiam adoriri videtur: quemadmodum in icone propoſita licet conſpiciari. *Hippopotamidifferentia.*



Hippo-

Hippopotami fœminæ pars anterior, in qua nares melius apparent.



Animal Hippopotamo affine.



E

DE VVLPIBVS INDICIS

ANIMAL, quod nonnulli Hiſpanorum Vulpem, & alij Oedipum, Indi Coyotl, alij Atoc vocant, Eſt ignotum orbi veteri, lupino capite, viridis oculis, paruis & acutis auribus, roſtro longo, nigro, nec admodum craſſo, cruribus neruoſis, vnguibus vncis, cauda valde piloſa, & craſſa, & morſu nocuo: valde enim accedit ad formam noſtratis Vulpis, ad cuius fortaſſe genus ſpectare poteſt, media conſtans magnitudine inter Vulpem, & Lupum quamobrem non ſolum ſues, & ſimilia animalia, ſed Ceruos etiam, & interdum homines adoritur. Fuſco longo, candidoq; promiſcuè pilo tegitur: vulpinis eſt moribus, & adeò pertinax iniuriæ vltor, & ereptæ ſibi predæ ita memor, vt poſt aliquot dies, agnoſcat raptorem, inſectetur obuium, & adoriatur, immo cognitis aedibus, & interemptis quibuſcumq; domeſticis animalibus, iniuriam vlciſcatur. Vice verſa erga beneficos eſt bellua comis, & grata, & intactis auibus cohortalibus, animi beneuolentiam teſtatur. Incolit potiſſimum loca calidiora nouæ Hiſpaniæ. Veſcitur carne imbecilliorum animalium, Maizio, & alijs frumentaceis, nec non ſaccharinis arundinibus ſi quando offenderit. Decipulis, & laqueis capitur, & Sagittis necatur. *Vulpium Indicarum mores.*

Ad hoc genus pertinet aliud animal Indis coyotl vocatũ, & eodem ingenio præditum, ſed formicarum aſſiſtit cauernis; vnde nomẽ ſibi vindicauit. Cum noctu vlulat, multiformes edit clamores, quod præſtat etiam aliud animal Hal coyotl nuncupatum, quod verſatur circa oppida, & plerumq; ex rapina auium cohortalium viuit. Similiter animal Ilpemaxtla dictum ſpecies eſt Vulpis candido, nigro, & fuluo pilo veſtita, capite paruo, auriculis paruis, corpore graci li, & quatuor ferè dodrãtes longo, roſtroq; prolixo, & tenui, ſed victu, & moribus vulpinis. *Animantes Vulpibus affines.*

Alia Vulpecula, quæ maizium toſtum colore æmulatur, vocatur Indis Yzquiepotl technis & artibus noſtrati Vulpi eſt ſimilis, duos penè dodrantes longa eſt, & humilis, roſtro tenui, paruis auriculis, piloſo, & nigro corpore, & potiſſimum iuxta caudam, quæ longa eſt, & nigro, candidoq; pilo quemadmodum, & dorſum vniuerſũ, veſtita. Breuibus eſt cruribus, & nigris, necnon vncis vnguibus. Viuit in antris intra ſaxa, vbi educat prolem. Veſcitur ſcarabeis, & vermiculis, aues etiam cohortales iugulat, ſed ſolum earum caput deuorat. Cum pedit, halitum fœtidiſſimum fundit. Vrina etiam, atq; ſtercus ſunt fœtidiſſima, itaut nihil adeo peſtilens in toto orbe reperiatur. Hinc fit, vt in extremo conſtituta periculo, reddito lotio, & deiectis fœcibus, ad interuallum octo, vel plurium paſſuum ſe ſe ab omni vindicet iniuria. Editur tamen eius caro, necnõ ſtercus ab ijs, qui luem Hiſpanicam, aut Indicam potius patiuntur. Fit quoq; ex hoc animali oleum vulpinum non minus efficax illo, quod ex noſtrate Vulpe paratur. Demum Chiappa nutrit vulpeculas, quæ per arbores auiculis inſidiantur. Deniq; notandum eſt circa partes Vulpis, eius genitale eſſe oſſeum, veluti Ariſtoteles retulit: ſic enim in Hiſtoria quadrupedum digitatorũ explicauimus; quoniam autem eius icon non erat ad manus, non potuimus lectori ſatisfacere; idcirco hoc in loco illius effigiem exhibemus. *Vulpecula alia Indica.* *Vſus in Medicina.* *Oleum vulpinũ, quale.*

DE

Genitale Vulpis osseum.



DE SIMIIS.

MAGNA est industria Venatorum Orientalium, qui miro artificio ex simijs conficiunt lapides, quos postea pro Bezaar venditant. Certo anni tempore ad Simiorum venationem prodeunt, non vt interimãt, sed vt tantummodo sagittis leuiter vulnerent, quos cruentatos dein ceps non insectantur. Interea ex cruore lapis quidam intra corpora Simiorum generatur. Etenim singuli tot lapides procreant, quot vulnera à sagittis inflicta sustinuerunt. Cum autem Venatores maturos esse lapillos arbitrantur, rursus ad illos comprehendendos egrediuntur, Simijs interemptis.

Bezaar Simiorum.

Sunt qui ad simiarum genus, seu Cercopithecorum illud animal referant, quod In di Mapach nuncupant. Non desunt etiam, qui ad Vulpeculas indigenas reducant Varia tamen sortitur nomina apud Indos, nam alijs dicitur Illamaton, seu Vetula, alijs Maxtle, seu gossipinum cingulum, alijs Cioatlamacazquu, seu Sacerdotissa. Est animal paulò maius cane melitensi, humile, teres, pilis tectum, nigro, alboq; colore promiscuè variatis, magno capite, paruis auriculis, rostro canis venatici, fasciis singulis candidis, iuxta oculos, in rectum procedentibus, cauda longa, humanis ferè manibus, & pedibus, quibus omnia prætentare videtur. Cicuratum, & in aedibus alrum facilè mitescit, & quibuscumq; oblatis vescitur. Iacet iuxta Heros, volutatur humi, & mille modis lasciuit, & ludit, astu, & moribus Vulpecu lam, imitatur., Instar felium manibus faciem lauat, & ijsdem, ritu Simiæ, cibaria oriapponit. Exteris, & Aduenis se ferocem bestiam ostendit; cum tamen familiaribus blandiatur.

Nominaua riabellua.

Mores bellue.

D

DE

DE PIGRITIA, ET ANIMALI Ignauo.

DE nominibus, natura moribus, & cibo huius animalis fusum sermonẽ habuimus in Historia Digitatorũ. Reliquũ est modò vt addamus verba Parei, & proponamus effigiẽ spectandã, quę tunc temporis nõ erat in promptu. Inquit igitur Pareus, quòd hoc animal Haut nominatur, magnitudine Cercopitheci, capite, & facie puerum referens. Captũ gemit, & suspiria ab imo trahit pectore, instar hominis anxij, & dolentis; pedes tri- *lib. 2. c. 10.*

Pigritia, seu Haut, & ignauum Animal.



bus vnguibus sunt muniti, scandit arbores, illicq; frequentius, quàm in terra degit A
Mores pigri animalis. Adeò lentè incedit, vt in extensione pedum ventre humum tangere videatur. Spatium iactus lapidis, quindecim diebus, non absoluit, & arborem ascendens, biduum consumit, neq; gressu, aut minis, aut plagis accelerat. Quo circa Ioannes Eusebius Iesuita naturam huius animalis ad hominem pigrum conferens, hoc aliquando lusit octastichо.

Terridet natura, Piger: Brasilica Tempe
Bestia fada colit nomine dicta suo.
Tarda gradu reptat, pede non assurgit inani;
Ventre sed adlambit lento adipalis humum.
Ad talum properas ter quina luce lapilli,
Et biduo frondens lassa cubile subit.
Acta minis, plagis, neutris ignauia cedit:
Nec fiunt ictu fortiùs vulnere torpor iners.

B

DE TAXO MONTANO.

Taxi species. INDI noux Hispaniæ Melem montanum puauhpecotli nominant. Animal est duos plus minus dodrantes longum, rostro prolixo, tenui versus superna contorto, prolixa itē cauda, pilo longo, circa aluum albicante, cætera fusco, vel nigro, & candenti, sed circa dorsum nigriore; auris pedibus, & incuruis vnguibus. Facilè mitescit, vorax est quia nullis parcit obiatis escis, nec tamen caro eius est edulis. Placidum est animal: nam mirandum in modum blanditur, & ludit, noxium tamen ignotis. Videtur tamen referendum ad genus Taxi propterea quod nonnulli Texon vocare consueuerunt. C

DE LVTRIS.

Leo aquatilis. GENVS Lutræ videtur illud animal Indis Ahoitzotl cognominatum, magnitudine canis melitensis, nigro, & pullo variatur colore. Huic affinis est alia bestia Leo aquaticus appellata, longitudine trium spithamarum, rufo, & obscuro circa dorsum pilo, longo, & molli, rostro tenui, & longo, incuruo vngue, brevibus cruribus, & auribus, & cauda longa duos dodrantes. Piscibus victitat, & non procul à litore australi viuit, eius tantummodo pellis est in vsu. His bestijs proxima esse videtur alia Cattiuare nūcupata, amphibia, vescitur quodam iuncco genere in ripis aquarum dulcium nascente. D Si metu aliquo occupetur, fugit in aquas vsq; ad imum. Cæteris grandior est, caput habet ferè leporinum, crassius tamen, & minus auritum, caudam obtusam, & breuem, crura magis alta, quàm Lutra habet: siquidem veloci etiam per terram cursu, ex amne in amnem fugit. Pilus est subniger, & pedes tribus digitis referti. Edilis est, quæ suillam carnem comedenti sapit.

DE

E

DE HISTRICIBVS.

IN Malaca quædã ſpecies Hiſtricis viuit, in cuius felle lapis generatur, quem Malacenſem appellant, & omni ſpeciei Bezaar præferũt. Ideo tanta eſt in eſtimatione apud Indigenas, vt ſcripſerit Gargias, é duobus, qui ſuo tempore reperti ſunt, alterum pro ſummo munere ad eum, qui pro Rege Luſitaniæ Indiam gubernabat, miſſum fuiſſe. Et quamuis iſthic lapis Bezaar frequens inueniatur: Nihilominus hunc Hiſtricis lapidem Incolæ cæteris alexipharmacis præferũt. Vnum tantùm vidiſſe refert Gargias, cuius color dilutioris videbatur purpuræ, guſtu amaro, tangenti lubricus, inſtar Saponis gallici Cluſius addit anno ſalutis humanæ poſt milleſimum ſexcenteſimo tertio ſe vidiſſe ſimilem fortè lapillum planum non ſuperantem magnitudinem vnguis digiti humani, leuem, coloris ex cinereo candicantis, ſed paruis quibuſdam maculis rubiginoſis aſperſum, qui valdè commendabatur aduerſus venena. Illum ex India orientali recenter alatum ferebant, lapidemq; porcinum eſſe dicebant. Ex his notis Cluſius coniectabat eſſe poſſe lapidem malacenſem iam commemoratum, qui in felle Hiſtricis quandoq; reperiri ſolet.

Lapides Hiſtricis conditones

F

Lapis Malacenſis.

Ferdinandus Lopes meminit & ipſe cuiuſdam lapidis, cui non minorem facultatem attribuit, quam lapidi Bezaar, aut Malacenſi: cum mirandum in modum omnibus venenis reſiſtat. Eſt lapis magnitudine auellanæ, ratus admodum, cum in capite animalis, quod Indi Bulgoldaſf appellant, naſci perhibeatur.

lib. 1. hiſt. Ind.

Cætera ad Hiſtricem noſtratem attinentia in Hiſtoria Digitatorum exarata ſunt, vbi non ſolum icon Hiſtricis, ſed etiam pellis conſpicitur, in qua cutis externa Hiſtricis dorſi, cauda, & vropygium, nec non cutis interna, pes anterior, & pes poſterior conſpiciuntur. Nunc huius animalis alias partes deſignatas addamus, vt in icone cernitur.

G

Præterea hic etiam delineatur figura dentis huius animalis, aut valde ſimilis dentibus anterioribus eiuſdem, qui olim nobis fuit communicatus. Huiuſmodi dens, iuxta latera, membranas habebat adnexas, & vbi nectebatur, erat ſubtilis, rimaq; per medium notabatur, ſed non ita profunda, qualis in dentibus Hiſtricis conſpici ſolet: ſiquidem dens huius animalis figuram duorum dentium ſimul copulatorum aemulari ſolet. Hinc aſſeueranter dentem eſſe Hiſtricis non atteſtamur: niſi fortè Natura dentem monſtrificum produxerit, quod aliquando in animalibus accidit.

Dentis Hiſtricis deſcriptio.

Dens ſimilis denti anteriori Hiſtricis.



Hiſtricis variæ Partes

A. Mandibula ſuperior

B. Mandibula inferior

C. Fulcrum ſeparatum, & de loco ſuo exemptum

D. Organum auditus.


E. Lingua.

F. Inteſtinum cæcum

G. Tympani membrana

H. Officulum fulciens tympanum.

I. Concameratio, ſeu antrum oſſeum.



E

DE CANIBVS INDICIS.

IN Orbe nouo variat caninum genus præter differentias, quas vetus orbis cognouit. Primum genus vocant Barbari Xoloitzeuintli, excedit mole corporis, quia tres plerumq; superat cubitos, nullo pilo tegitur, sed tantùm molli cute, fuluis, & cyaneis maculis aspersa. *Canum varietas*

Secundum genus nuncupant Itzcuin teporzotli, & à Patria vnde venit, Michua canem. Simile est Melitensibus variat candido, nigro, & fuluo colore, in delicijs habitum, & gratissimum, collo penè caret, gibba quadam fæditate supra

F humeros eminenti.

Tertium genus Barbaris dicitur Techichi, alioqui nostratibus simile, nisi quòd aspectu est mæstum, Indis est edule. Nutriunt hos canes comedendos, quemadmodũ Hispani cuniculos, quos ad esum destinant, castrant, quia cito pinguefiunt, copiam fœminarum procreandę soboli seruant, ex maribus exiguum numerum.

Insuper Barbari quoddam genus Canum paruulorum. Alco vocitant, quorum societate mirandum in modum delectantur: ideoq; sibimetipsis cibum detrahunt vt illos alant. Cum iter agunt, hos secum, vel humeris, vel gremio deferunt. Cũ ægrotant, consortio inseparabili, & familiaritate horum catellorum recreantur. *Vsus in vrgi.*

Versãtur etiã apud Indos cães muti, vulpina facie Cozumella insula hos nutrit. Immò percussi nec gemitum, nec clamorem edunt. *Canes muti vbi.*

Canem montanum vocãt Indi Tepeyzcuintli, magnitudine mediocri audacissimum tamen animal, quia aggreditur Cernos, & illos quandoq; interimit. Corpus vniuersum nigrum est, sed caput, pectus, & collum candens. Pili longi, longa cau- *Canes montani.*

G da, & caninum caput, vescitur vitelis ouorum, & pane in aqua calida dissoluto, quãdo curatur.

Demum aduertendum est quòd Canes communes ex Hispania in Hispaniolã transuecti, aucti numero, & magnitudine, per syluas discurrere cæperunt gregibus, tanquam lupi nocentissimi; ideoq; tale præmium constitutum est occidentibus illos, quale apud nos venantibus Lupos.

DE FELIBVS SYLVESTRIBVS.

H VODDAM genus felis syluestris, seu potius mustelæ Indi vocant Tepemaxtlaton. Aeluro simile est animal magnitudine, rostrum tamen est longum, auriculæ paruæ, breuia crura, & cauda transuersis fascijs nigris, & candidis decorata. Vestitur pilis nigris promiscuè tamen albicantibus. Puluis huius animalis febrientibus conferre perhibetur. *Vsus in Medicina.*

Aliud genus felium syluestrium, seu Mustelarum nuncupant Indi quauhtentzo. Viuit in regionibus calidis Xonotlæ, assimilatur quodamodo Vulpeculæ, prælongã habet caudam, fuscos, & mollissimos pilos, punctisq; nigris distinctos. Mitissimum est animal siquidem ad cognitos, & domesticos accedit. Ex pelle vestes magno habitæ pretio, tum ornamenti gratia, tũ ad propellendas frigoris iniurias parãtur. *Vsus pellis.*

A

DE RANIS, ET RVBETIS.

Gyrini vbi edules.

IAM peruenimus ad animantes quadrupedes digitatas, & ouiparas: propterea sciendum, quòd licèt Europa ab esu ranarum caudatarũ, quas Authores Gyrinos appellant, abhorreat; nihilominus indica gula huiusmodi recreatur; quia neq; Gyrinis, neq; formicis, atq; locustis parcit. Vocant has caudatas ranas Atolocatl, & has non solum comedunt, sed etiam pro mercatura, ad nundinas, venales conuehunt.

Lac rubetarum venenosum.

Habent præterea ranas vnius libræ, quas malulas nominant, quæ iucundæ, & gratæ palato sunt. Præterea lacus mexicanus Rubetas tum paruas, tum magnas nutrit; exiguæ vocantur Tamacoli, magnæ verò immensæ molis dicuntur Aquaque. B Harum lac parte posteriore effusum est venenicum.

DE SCINCO INDICO.

VERSATVR quoddam genus animalis dictũ Axolotl in Lacustribus locis Indiarum molli cute tectum, & lacertarum more quadrupes, longitudine dodrantis, & pollicari crassitudine. Vultum habet mulebri similliman, & venter eius maculis fuscis distinguitur, caudam habet prolixam, quæ paulatim, & sensim gracilescit. Pro lingua

Scincus Indicus vires.

chartilago brevis, & lata visitur. Quaternis natat pedibus, in totidem digitos fissis caput depressum est, in proportione reliqui corporis magnum. Rictus hiscit, & color est ater. C Huic animali menstrua singulis quibusq; mensibus fluere, muliebri ritu, sæpius obseruatum est: quapropter ad Venerem excitandam animal prædicãt, more scinci, quem terrestrẽ Crocodilum quidam nuncupant, ad cuius genus hoc animal fortassis spectat: gratum in cibo præbet alimentum carni anguillarum non dissimile: propterea multis modis parari solet. Assatur enim, & elixatur: sed vt plurimũ ab Hispanis aceto mulso, addito pipere, caryophillis, atq; siliquastro indico paratur. A Mexicanis verò solo siliquastro illis familiarissimo, & pergrato condimento.

DE TESTVDINE MARINA.

Testudinis variæ icones

OMNIA ad hoc animal spectantia in Historia quadrupedum digitatorum Ouiparorum fuerunt exarata, vbi multæ icones conspiciuntur. D Prima icon fuit Testudinis marinæ pronè pictæ, secunda icon eiusdẽ Testudinis supinè pictæ, tertia icon erat cranij testudinis marinæ, ore clauso, modò additur quarta icon, nimirum cranij testudinis marinæ ore aperto, vt in sequenti Icone apparet.


Cranium Testudinis ore hiante.

A. Oculorum foramina.

B. Foramina narium.

C. Palatum.

D. Mandibula inferior.



A

PARALIPOMENA HISTORIAE SERpentum, & Draconum

DE VIPERIS EXOTICIS.

Viperarum varietas

CHIAPPA alit magnum genus viperarum, quod pestilentem spiritum quatuor narium foraminibus effundit. Praeterea versantur ibi quaedam aliae viperae equum intra diem occidentes. Sunt aliae variegatae aliae nigrae, & prolixae, quae quemcumq; momorderint, perimunt; crescente Luna mitescunt, & decrescente irritantur. Aliae sunt pallidae nigris distinctae lineis, maculis albis variatae: decidit caro per frusta ab ijs, qui demorsi fuerint. Alijs tantùm inest virus, vt si fuste contangantur, venenum vsq; ad manus subeat. Aliae sunt huius conditionis, vt si manè mordeant, demorsus sanguinem vomens pereat: sin vesperi, ictus non sunt lethales.

B

Serpentum Dominae quae?

Est aliud serpentum genus viperis affine, Teuhtla ocaubqui, siue Dominam serpentum Indi nuncupant, Hispani Viperam, vel propter similitudinem capitis, vel veneni. Hic anguis viperino est capite, ventre ex albo pallescente, lateribus apertis, candentibus squamis, fasciis tamen pullis per interualla mixtis, dorsum fuscum est, luteis lineis sese in spina secantibus. Per saxa fertur celeri cursu: qua de re nonnulli Mexicanorum à vento nomen illi indiderunt, vocantes Hoacoatl. Oculi sunt nigri, mediocris magnitudinis. Binos habet superna maxilla caninos dentes incuruos, quibus venenum effundit. Narrant multi, qui hanc serpentem domi alverunt, integrum annum absq; cibo, & potu durare, & caput abscissum per spatium decem dierum, vel amplius moueri. Ictus ab hoc serpente post spatium diei naturalis perit, nisi praesidijs citò occurratur. Excogitarum est partes demorsas humare, terra aq; obruere, & ita manere, donec prorsus cesset dolor, & morbus sit curatus prospero vt plurimum eventu. Medici mexicani caninos dentes huius animalis seruant, & ad sedandum capitis dolorem, collum, & cervicem pungunt. Deinde pinguedine huius animalis ferè nocentissimi lumbos perungunt, vt eorum dolori medeantur, & similiter alias corporis partes dolore vexatas liniunt. Edunt Indi horum animalium carnes, & cohortalium carnibus esse praestantiores testificantur.

C

Venenū huius animalis remedia

DE

E

DE HEMORRHOO INDICO.

NOVVS orbis habet Hæmorrhoum, Ahucyactli nuncupatum. Est autem maior illo Hæmorrhoo, de quo in Historia Serpẽtum egimus; eiusdem tamen veneni: namq; icti ab hoc Serpente per omnes corporis meatus sanguinem fundunt.

Antidotus huius veneni.

Pariter in Agro Iucatanensi versatur serpens Hæmorrhoo nostrati affinis, quatuor longus dodrantes, fusco colore, sed cyaneis, & rubescentibus maculis conspersо. Huius animalis ictus est adeò pestilens, vt intra spatium vnius horę F hominem ad vomitum sanguinis inducat, & post spatium diei naturalis ab omni corporis parte eumdẽ effundat. Antidotum esse referunt siliquastri succum liquori Tabaci permixtum. Cauernas saxorum colit, inibiq; prolem educat. Cum ab antro egreditur, si strepitum audiat, in quosuis obuios impetum facit.

DE IACVLO, ET SERPENTIBVS ei affinibus.

G PRÆTER species Iaculorum memoratas in Historia Serpentum, aliam differentiam monstrabat annis elapsis quidam Circumforaneus. Erat animal longitudine quatuor dodrantum cum dimidio, habebat oris hiatum longitudine pollicis transuersalis. Rostro erat acuminato, & squamis magnis, & oblongis tectum, figura quodammodo quadrangulari, licèt inæqualiter: squamæ tamen dorsi erant aliquantò maiores, ijs, quæ ventrem tegebant Deinde versus caudam, more aliorum serpentum, extenuebatur. Propè hiatum obseruabatur rima vtrinq; ad latera corporis, qua tanquam ala, seu appendice ad saltum vtebatur. Hæc autem appendix, seu ala ad genitalia terminabatur. Bestia hæc erat species Iaculi, sed Vulgò à Circulatoribus *Crepasso* appellabatur. Alia species Iaculi versatur apud Indos Texminani nuncupata, siue serpens oculos inuolans, quoniam oculos primum petat: ideoq; alijs oculipeta dicitur. Serpens prælongus est, & tenuis ventre liuido, & dorso fusco: quidam Indorum Micoatl indigitant, quoniam sagittæ sit similis. Vibrat se ex arboribus in homines, & potissimum in humanos oculos: hac de re Iaculi species censetur: H etenim licèt crassitudine corporis Iaculis cedat, proprietate tamen, & natura eis assimilatur.

Lib. 1. c. 13

Iaculi serpentis alia species, & descriptio.

Oculipeta serpens qualis.

DE

A

DE ALIIS SERPENTIBVS INDICIS.

ANNO humanæ salutis post millesimum, & sexcentesimum vigesimo octauo, ex litteris Patris Iosephi Adei Iesuitæ intellectum est non procul à Tuna Puma, in quodam nemore versari serpentem bouina ferè crassitie, longitudine moli proportionata, cuius annona Testudines erant, & Cerui sopiti. Qua transibat, herbas adurebat. Procul odorabantur Serpentem mulæ, nulliq; stimulis instigatæ procedere volebant. Idē contingebat canibus, fugam sollicitantibus, cum primùm excrementa anguina naribus hauriebant. Ibi erant tumuli ossium animalium à Serpente voratorum, neq; fœtebant, sed potius suauem odorem moschi spirabant.

Serpētis immanis vīs.

B

Alium serpentem vocant Indi Tzicatlinan, seu matrem formicarum, quia in cuniculis formicarum viuat, & statis anni temporibus, eas sequatur, cum foras prodeunt. Hic anguis pulcherrimus est omnium, neq; cuiquam noxius; minimi digiti crassitudinem æquat, & duorū dodrantum longitudinem, fasciis distinguitur candidis, rubrisq; transuersis, & alternis. Indi hunc ad usum medicum trahunt, nimirum ad discutiendos tumores præter naturam, dum illum contusum tumori applicant.

Serpētes Indicæ in tumoribus adhibetur.

Paruulus anguis Ataligatus dictus versatur apud Indos, qui pennæ anserinæ crassitudinem, & longitudinem non excedit. Centeni huius generis Serpentes semper, pluresue offenduntur, neq; vnquam à se inuicem separati. Veneni sunt expertes; alioquin adeo pernicioli, vt aggressi dormientem, si fortè quempiā inuenerint, nulla arte auelli possint, donec tandem ictibus hinc inde illatis hominem interemerint, & totum deuorauerint.

Serpētes parui nocentissimi.

C

Libuit nonnulla remedia aduersus venena serpentum addere, quæ non iuxta ordinem, sed supra vim naturæ bestias venenatas exterminant. Primitus puluis pauimenti circa sepulcrum sancti Remigij collectus Serpentes fugat; vt scribit Hodoardus de quodam colono villæ episcopi Rhemensis, qui secus amnem Saram in loco lutoso habitabat, & à serpentibus mirandum in modum vexabatur. Hic igitur puluerem ex pauimento Ecclesiæ sancti Remigij collectum per ædes sparsit, & deinceps nullus serpens apparuit. Compertum etiam est, quòd in omnibus templis sancti Remigij, necnon atrijs, & cæmeterijs circumiacentibus serpens nullus soleat inueniri; quinimò si illuc delatus fuerit, nullatenus viuat. Hactenus Hodoardus, referente Ioanne Eusebio Iesuita.

lib. 1. Hist. Rhem.

Insuper terra Hiberniæ exitialis serpentibus esse perhibetur, post admirandam benedictionem, quam Hibernia à Sancto Patritio accepit, ejectis inde baculo suo omnibus venenatis reptilibus: miranda enim scribit Giraldus de baculo, quo sanctus Patricius venenata animantia ex hac insula expulit. Pariter eiusdem baculi meminit Sanctus Bernardus in vita Sancti Malachiæ. Itaq; narrat Giraldus, referente Ioanne Eusebio Iesuita, inter omnia reptilium genera innocuis solum gaudet Hibernia: etenim Serpentibus, bufonibus, ranis, scorpionibus, & draconibus caret. Habet quidem aranеas, sanguisugas, & lacertas, sed prorsus innocuas: immo si aliunde venenatæ bestiæ illuc deferuntur, illico intereunt. Nam legitur in antiquis terræ illius sanctorum scriptis, quòd serpentes aliquando, pericula faciendi causa, in ollis æneis delati fuat, sed statim atq; medium maris Hibernici cursū transierunt, exanimes reperti sunt. Præterea mercatores, cum naues in portu Hibernico aliquoties exoneraſſent, bufones casu illatos in fundo nauium inueneruat, quos dum viuos in terram proiecissent, confestim, omnibus videntibus interierunt. Contigit quoq; nostra ætate, vt scribit Giraldus, in Borealibus Angliæ finibus, vt inuenis nullo remedio posset à Serpente liberari, cuius dormientis os ingressus fuerat. Hic cum loca Sanctorum per Angliam lustrasset, tandem fauore cōsilio

D

in

E in Hiberniam tranſuectus, ſtatimatq; aquas illius terræ hauſit, lethalem hoſtem extinctum per partes inferiores expulit. Quod contigit Hiberniæ meritis Sancti Patritij. Idem debemus atteſtari Melitæ inſulæ meritis Beati Pauli fuiſſe conceſsũ: ſiquidẽ terra Melitenſis aduerſus quaſcumq; venenatas beſtias fæliciter adhibetur

Draconis deſcriptio:

Circa Dracones multæ differentiæ in propria Hiſtoria fuerunt aſſignatæ, & præcipuè ratione loci; cum alij in montibus, alij in planitie verſentur, in Regionibus tamen calidioribus. Præterea aduertendum eſt alios etiam eſſe aquatiles, diuerſos à memoratis in Hiſtoria Piſcium. Quandoquidẽ olim Draco marinus dono datus fuit Clariſſimo viro Vlyſſi Aldrouando ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Bouio Epiſcopo Oſtienſi. Erat hic Draco viridis, bipes, vnico tantùm oculo inſignitus, roſtro Delphini, & ſerratis dentibus refertus, & ſquamis munitus, & in mari Adriatico propè Oſtonium captus, veluti in ſequenti icone cernitur.


Deniq; quoniam iconem oui Serpentis inuenimus, vt legentibus morem geremus, hoc in loco ſpectandam exhibemus.

F



Ouum Serpentis.

DRA



Draco marinus monophthalmos bipes.

PARALIPOMENA HISTORIAE Monstrorum.

IN Rubrica Denominatorum meminimus cuiusdam radicis rudimentum humanæ formæ referentis; immo ibi iconem illius pronè & supinè delineatam dedimus: quamobrem aliam illi congenerem hic spectandam præbemus, quæ folio 135. erat collocanda: immò in eadem tabella effigiatus est ramus serpentinus, qui in folio 67 a. erat reponendus.

Radix anthropomorphos, & ramus serpentinus.



Relatum fuit in Historia Monstrorum, capite secundo, exeuntia ab vtero fœmineo vel esse effluxiones, vel molas, vel abortus, vel fœtus perfectos, vel tandem imperfectos, & monstrosos. Omnium autē icones fuerunt exhibitæ, præter figuram effluxionū, quam hoc in locodamus pagina 330. reponendam. Hic etiam effigiatur Mola antropomorphos altera, quæ ibidem desideratur. Et quamuis delineatę effluxiones ex aluo muliebri exierint: hinc tamē non fit, quin ex vtero brutorū aliquādo prodeant; quandoquidem Andreas Taurellus Diuionēsis I.C., & in Bonon. Academia professor publicus, Virq; politioris Musæ studiosissimus nobis retulit se nuper in Gallijs versantem prædictis non valdē absimilem effluxionem obseruasse, quæ ex vtero equino prodierat. Itaq; vir in his indagandis valde curiosus, & diligens inter Mortales curiosos non est recensendus: siquidē in tali curiositate εὐσεβὲς summoperē commendatur; cum inde causas naturales rimari possit. A


Deuum ad caput primum historiæ monstrorum, vbi de pilosis hominibus agitur, hæc de muliere monstrosè barbata ex Gyraldo, sunt referenda. Hic in Topographia Hiberniæ scriptum reliquit; quòd Rex Limiricēsis mulierem habuit vmbilico tenus prorsus barbatam; imò criftam, instar pulli annui a collo per dorsum crine vestitam gerebat, non erat hermaphrodita, & curiam assidue cum intuentium risu, & stupore sectabatur. B

Mola anthropomorphos. altera.



Variæ

Variæ Effluxionum vitalium, & non vitalium effigies.



L. D. D. Q. S. V.
Finis.

INDEX EORVM,
quæ in Paralipomenis continentur.

A

Accipitris capite, & cauda nigri icon pag. 7.
Accipitres fluuiatiles 9. G.
Acolin 16 F.
Acolchichi 16 G.
Acoltotloquichitl 27 G.
Aculliauama 126 A.
Adamantes vbi generentur 8. B.
Adamantum venatio ibid.
Agni partium internarum anatome 125
Ahoautli quid sit 29 F.
Ahoachrocatl animal 30 C.
Ahucyactli serpens 153. E.
Alcis partes ad vsum medicum quales 129 E.
Alcis vnguis quis optimus 129 H
Alcis vnguiculi icon 130.
Alkaquę auis 23 G.
Amphisbęna marinę descriptio 33. E. icon ibid.
Anas Cretica 23 G.
Andura piscis 62 C. icon 64.
Animal Leonino aspectu 111. F. icon 112.
Animal ignauum 145 eiusdem mores 146.
Animal culum Tigrim concomitans 138 B.
Anser Magellanicus 22 B.
Anseres sine pennis 22 C.
Anserum noua vigilantia 22 A.
Anserum syluestrium differentia 22. D
Aper cetaceus 62. A. icon 63.
Aquila ad aucupium 8 A.
Aquilę genus regium ibid.
Aquila albę vbi 8 B.
Araneus animal 28 C.
Araneus spinosus 30 C.
Aranei noxa in India 30. D.
Aranearum Indiæ varietas 30. C
Atetepitz animal 49. E.
Atherina icon alta 59.
Atocatl animal 30 D.
Atopinam animal 49 E.
Atochielt herba 126. B.
Astili & Accipenseris descriptio 74 D. icones 75.
Auis hominem sequens instar canis 15 G.
Auis nauseam mouens 18 D.
Auis viuiuora 19
Auis epilepsię 18 A.
Auis pulchra quæ 23 A.
Auis rauca 23 A.
Auis conuulsionem generans 26 D.
Auis galli gallinacei æmula 27 F
Aues venterum 8 C.
Aues Psitaco congeneres 9 F.
Aues hyeme veluti mortuę 15 E.
Aues hostem indicantes 15 G
Aues minimę in India 17 H.
Aues chagrinę 17 G.
Aurarum regina quę auis 8. D.
Aurata veteris dentata icon 57
Auris marina varietas 52. B.
Auris marina cum sua carne icon 52.
Axolotl animal 150 C.

B.

Arbota etymum 82 B.
Barbota alia 84
Besuci qui 17 G.
Bezaar simiorum 144 D.
Bezaarticus lapis qualis optimus post Orientalem 120 C.
Blatta telas secans 29 H. icon 30
Blatta Bizantia 49 H
Borbulus piscis quis 86 A.
Bottatrissa alia 85
Brethmechi Arabum 69
Buso marinus 72 B.

C

Alcaloti auis 23 H.
Cacamiztli animal 137 H.
Calantica ex aranea 30 C.
Cameli varietas 130 D.
Cameli Bactriani alia icon 131.
Cameli alia differentia ex Cornelio Iudęo 132
Camelopardalis mas 133.
Camelopardalis fœmina 134.
Camphurch animalis descriptio 113 icon ibi.
Cancer Heracleoticus 46 C. icones 46. 47
Cancri Orientales quales 46 D.
Cancri Mollucani descriptio 46 A.
Canum varietas 149 E.
Canes cornuti vbi 114 B.
Canes muti vbi 149 F.
Caper suos alit hedos 124 A.

INDEX.

Capitis doloris remedia 9 H.
Caprarum varietas 120 A.
Capra sceleton 121
Caprcols plumose capite icon 122
Capriasini icon 123.
Carbonis aquatici sceleton 25.
Caseus ex lacte cerasino 126 B.
Castus algarius 67.
Cervi Crux quid sit 127 F.
Cervorum reges qui 126 A.
Cervorum exoticorum varietas 126 A
Ceti capillati effigies 99
Ceti barbati descriptio 100 A. icon. 101.
Chiaquastotel 30 B.
Chichoatli 30 A.
Cimices formicinsecti varia species 40. 43.
Cimicum varia icones 39.
Cocotzin 17 E.
Comendadora aues 16 G.
Concha muscosa 49 F.
Concha venerea exotica 49 G
Conchæ saxis adhærentes apud Galenum. 52 A.
Concharum varietas 49 F.
Conchitum propriè dicti quid 49.G
Conchilij nomen equinoctum ibid.
Copsus quis piscis 82 B.
Copsus ex Hispania 83
Corculum ex cornu Alcis 129.
Cornus Mexicanus 23 H.
Corsi genus mirandum 8 D.
Coturnix aquatilis 26 D
Coturnix alba ibid.
Coturnicum indicarum varietas 16 E
Coyolcuzque 16 F.
Cuzcacoauhtli 8 D.
Coyametl animal 135 E.
Cranium testudinis marinæ ore hiante 151
Cuchipiltzli animal 32 C.
Cyathus ex cornu Rhinocerotis 116
Cygnus cuculatus 18 B.
Cyprini paludtris anatome cum icone ibus. 92.93.

D

Delphini officulorum icones 103
Dentices qui pisces 56 A.
Draconis aquatici descriptio 155.
& icon 156.

E

Efluxionum vitalium, & non vitalium icones 159
Elaphocamelus 126 C. icon 128.
Elephas marinus qualis 105. 106
Elephantis dentium icones 117
Epelani Gesneri icon 76
Epilepsiæ remedia 18. A 32. C
Equicervus quale animal 126 C.
Erandgaas qua anis 22 D.
Eruce uncetæ folium. & spolia 44

F

Fascinationis amuletum 28 D.
Febrium quartanarum amuletum 28. D
Felium sylvestrium varietas 149. H.
Fulica maior quæ anis 27. E.
Fauces Indorum ex quibus parentur 17 G.

G

Galeorum varietas 62. E.
Gallinæ indæ ouiveracem 11.
Gallinæ halentes carnem nigram in qua regione versentur 11. E.
Gallus gallinaceus peregrinus 18. C.
Gallus marinus Rondeletij 46. D.
Gyrini vbi edules 150. A.

H.

Hæmorrhous indicus qualis 153. E
Ham animal quale 145.
Helsingeaas quæ anis 22. D.
Herinaceus Arabum qualis 81.
Herinacei marini vsus 79. G. icon 80.
Hippelaphus 126. C. icon 127.
Hippopotami fœminæ pars anterior delineata 142.
Hippopotamo affine animal quale ibidem
Hirudo terrestris indica qualis 31. A.
Hirudinis indicæ natura 32. B.
Histricis piscis descriptio 79. G.
Histricis lapidis prærogatiua 147. E.
Histricis dentis icon ibidem
Histricis quadrupedis variæ partes delineatæ. 148
Hoga piscis qualis 62. C.
Hoga arbor ibidem
Hoitzcli quid sit 30. C.
Hoitzteocatl animal 30. C.
Hoitzitzilototel 17. H.

I.

Iaculi serpentis alia species 153. G.
Infelium ambiguum 38.

Insaniæ

INDEX.

Insaniæ remedia 32.C.
Ioannis Antonij Godÿ mentio 87.H.
Immunia auis quæ 23.H.

L.

Lac nutricum quomodo augeatur 32.D.
Lamatech animal 32.A.
Lamiæ denticuli effigiati 70.
Lamia cetacea icon 71.
Landa auis quæ 23.G.
Lapis mallacensis qualis 147.F.
Leo aquatilis qualis 146.D.
Leo albus 137.F.
Leonum varietas ibidem
Lepades Hippocratis quæ 52.A.
Lepadum differentiæ 52.B.
Leporis marini varietas 44.
Leporis marini icones 45.
Lucij anatome cum iconibus 87.88.89.90.91
Lupi exotici qui 141.E.
Lupi Bambę oleo palmarū delectantur 141.F
Lutrarum varietas 146.D.

M.

Mapach animal 144.D.
Maripeta animal 111.G.
Maxile animal 144.D.
Melancholiæ remedia 8.D.
Mergus magnus niger Alberti 24.B.
Mergus Arcticus 26.A.
Mergus marinus Gesneri 26.C.
Mergus Americanus ibidem
Mizili animal 137.G.
Mola anthropomorphos 158.
Monocerotis varietas 114.B. *icones* 115.
Morbi gallici remedia 8.D.9.E.
Morsz animal 105.F.
Mula sterilis proprio lacte nutrit aliam mulam 124.A.
Mulier barbata vbi vixerit 158.
Musca mexicana 29.F.
Musca aquatilis 29.F.
Musca in pilula quercus nata 29.H. *eiusdem icon* 30.
Muscæ mexicanæ vsus in cibis 29.F.
Muscarum varia origo 29.H.
Muscarum variæ icones 41.42.
Musciformia insecta varia 38.41.42.
Mustela Bohemica alia species 68.
Mustelus leuis alter 66.
Mytulus conchifer admirandus 51.E.

N.

Noctua canora vbi viuat 10.A.
Noctuæ ora vera effigies.6.
Noctuæ periophtalmon.6.
Noyra 9.F.

O

Ocuilztac animal 32.D.
Oculipeta serpens qualis 153.G.
Ossa informis quid sit 44
Onisci peregrinus 31.G.
Oniscorum differentiæ 31.F.
Oniscorum variæ icones 31.G.
Onocrotali sceletō delineatum 20
Onocrotali ossa examinata 21.
Orbis piscis ictu ranæ 76.B.
Orbis piscis oblongus captus testudinis 76.C.
Orbis piscis Hispanicus dentatus 77.B.
Orbium piscium varietas 76.B.
Ornithologiæ diuisio 5.F.
Orobonis piscis icon 108
Ossis de corde cerui icon 126.C.
Ouicula piscis qualis 86.A.
Ouum Galliginis collo inflar phialæ 13.
Ouum serpentis delineatum 155.
Oua nigerrima piscis 98
Oua muscarum Indiæ ad quid. 29.G.

P

Pamphagi anes quę 5.E.
Pamphagi populi 49.E.
Papilio Indicus 28.C
Papilionum rariorum variæ icones 36.37
Papilionacea insecta varia 38.42
Paralysis remedia 32.C
Passer aquatilis 27.G.
Passer itulus 27.H.
Patella quid sit 52.A.
Pediculi campestres 43.
Penicilli Nuncrorum 53.E
Perca alterius icon 94
Percarum varietas 94.A.
Perdices magnæ molis vbi 15.H.
Phasianorum congener 15.F
Phocarum differentiæ 103
Physali descriptio 100. B. *icō* 102
Picus salutifer 9.G.
Picus similis suis ibidem.

Pigri-

Pigritia animal quale 145. *eiusdem icon ibid.*
Pinguins aues 21 B.
Penna alicuius Ceti 110
Pinnarum varietas 111 F.
Piscatio ope Corui marini vbi peragatur 24 A
Pisces versicolor in Mar Champlenitis. 62. C
Pisces Septentrionalis ex genere orbium 78
Pisces echinatus ex genere orbium ibid.
Pisces malo simus 81 E.
Pisces reticulatus 96
Pisces icon in tabula Asiæ delineati 97
Piscis Leonis effigies 112.
Piscium volatilium varietas 54 A. *Eorundem icones* 54.55.
Piscium somnus 34 A.
Pleuritidis remedia 10 D.
Podagræ remedia 120 B
Porci Americani icon 135
Pseudamethis 50
Pseudophyseter 102.
Psyllus marinus 34 A.
Pterophyricus Indiæ 16 H
Pulicis marini icon ibid.
Puma quid sit 137 F.

Q

Vachiltsne auis 27 F.
Quaubizoncelin 16 E.
Quauhtlamacame animal 126 A.
Quauhtli animal 137 G.
Quauitzoni 9 H.

R

Radix antropomorphos 157.
Rana piscatricis varietas 72 B. *icones* 73.74.
Rana ponderis vnius libræ vbi reperiantur 150 B.
Rhinocerotis cornu 115.116
Rhombi leuis icon 60.
Rhombi aculeati alia icon 61.
Rhomborum varietas 59.
Rosmarus animal 105 E. *eiusdem vsus ibid. icon* 107.
Rusor animal 105 E.

S

Acerdotissa animal 144 D.
Sargi icon apud Gesnerum 58
Sargorum varia species 58 A.
Sayous quale animal 135
Scarabeus cornutus Indicus 29 E.
Scarabei stercorarij vbi 49 E.
Schedel piscis quatis 95.
Scincus Indicus 150 C.
Sedacz piscis 97.
Senex maris quale animal 103.
Serpentes parui nocentissimi vbi degãt 154 B
Serpentium Dominatrix bellua 152 C.
Serpentium venenatorum remedia 154. C. D
Serpentinus ramus 157
Seyserach 156.
Sol marinus Rondeletij 35 F.
Soli mutatis quid prælius 120 B.
Stella marina irritus radijs supra decem inst. quæ 36 A.
Stellarum marinarum varietas 35 E.
Suis marini differentia 62. B.
Suis nõ ritatis sceletos 136.
Suyous 8 C.

T

Amamacame Animal 126 A.
Tapachpercohoqui animal 49 F.
Taurus Indicus 119 F. *eiusdem captura ibi.*
Taxi differentiæ 146 B.
Temolin quod animal 29 E.
Tempestatum præsagia 62 B.
Tepetotel 15 F.
Teredo in corticeglandis genita 36.37.
Terra Velitrensis virtus 155 E
Testudinis terrestris unum 12
Testudinis marinæ cranium ore hiante 151.
Thamacath animal 138 C.
Tigris vbi furtis adsuetus 138 B.
Tigridi animal affine 139.
Tigrium varietas 138 A.
Tlacoeloel parua Tigris ibid.
Tlalmiztli animal 137 G.
Tlachaxolotl animal 119 E.
Tlalhuacamame animal 126 A.
Tlauhquechol 29 F.
Tlapalcoeotli 17 F.
Tomineio auis 17 H.
Trepillotl 8. C.
Truia vulgaris icon 87
Trutarum varietas 86 D.
Turbinis cum limace icon 51.
Turbinum differentia 51 F
Turtur indicus qualis 17 E.

V

Vermis triticarius 43.
Vermis concilians somnum 32 C.
Vermes Peruani quales 32 C.
Vermium differentiæ 32 B.
Vespa Indiæ 28 A.

Vesper-

INDEX.

Vituli marini alia icon 104.
Vituli etymum 119 E.
Vituli dentes vnius mensis 119.
Vlcerum remedia 9 E.
Vnguis rapacis aus icon 5.
Vnguis odorati differentia 49 H. *icones* 50
Vtualue quid sit 52 A.
Vrogalli minores Septentrionales 15 E. *icon* 14
Vrsus marinus Rondeletij 46 D.
Vrsus in vtero matris nõ est imperfectus 140 A
Vrsi adulti vnguis icon 140
Vrsuli excasa matris alueo exempti icon ibid.
Vulpis osseum genitale 144.
Vulpium varietates 243
Vulpium Indicarum mores 143 F.
Vulpibus bestiæ affines 143 G
Vulpinum oleum quale 143 H.
Vulpecula marina 68 D.
Vualchuogel 18 D.
Vualtrus animal 110 A

X.

Xlepapantotl 23 E.
Xochitotol 17 C.
Xochpaltapachth animal 49 F.

Y

Ycachacintli auis 8 F.
Yxcahoctli 32 D.
Yzquauhtli auis 8 A.
Yztacmacame animal 126.. A.

Z

Zainus quæ bestia 135.
Zainorum antipathia 137 E.
Zamuro 8.C.
Zelotypiæ remedium 17 F.

FINIS INDICIS.

MENDA SIC DEMENDA.

Pag.5.E.Ornitologia l.Ornithologia.pag.7.axplicauimus.l.explicauimus .pag.10 G.quinesse.l.quos inesse retulimus.pag.18.C.vellata.l.velata.pag.23.G.Anatæ.l.Anate .pag.26.B.vtrimq.l.vtrinq.pag.28.B.prædito.l.præditi.pag.30 C.in qua.l.in quam.pag.32 C.in Margine omnia sunt delenda.pag.35 F.appareat.l apparet. pag.40. Cimiforme.l.Cimiciforme.pag.43.cimiformis.l.Cimiciformis.pag.44.in alis.l.in alijs.81.E.firmmi.l. firmi.109.E.umitatis.l.summitatis.111.E.conspicitur.l.conspiciuntur pinnarum differẽtię. 111 E. Pinna phœnicites quæ 111.F.pag.130 D.huius animalis.l.illius animalis pag.130. Camelopardali differentijs. l.Camelopardalis differentijs. pag.138 A. tigres l.tigres. pag.153 E.hemorrhoo.l.hæmorrhoo.

REGISTRVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
A a Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz,
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss.
A B C D E F G H I K L M N O.

Omnes sunt Terniones, præter ✠, quæ est Duernio, & Sss, & Qqq, quæ est Quaternio.



BONONIÆ, Typis Nicolai Tebaldini 1642.
Superiorum Permissu.

Impensis Marci Antonij Berniæ.